BIBLIOTECA · DEL · DUQUE · DE · OSUNA





THESAVRVS ANTIQVITATVM ET HISTORIARUM ITALIAE.

TOMI NONI PARS SEPTIMA,

QUAE

PRIORVM TOMORVM SVPPLEMENTI VICEM PRAESTANS,

PRAETERITOS, ET POSTEA DEMVM ACCEPTOS SCRIPTORES SECVNDVM ORDINEM REGIONVM ITALIAE DISPOSITOS CONTINET.



THESAURUS ANTIQUITATUM ET HISTORIARUM ITALIAE.

Quo continentur

Optimi quique Scriptores reliqui,

Qui

CISALPINAE ITALIAE, ET LONGOBARDIAE

res memoriae prodiderunt;

Quique

PRIORUM TOMORUM SUPPLEMENTI VICEM PRAESTARE POSSUNT,

Secundùm ordinem Regionum Italiae in illis dispositi;

Digeri olim coeptus Cura & Studio

JOANNIS GEORGII GRAEVII.

Accesserunt

Variae & accuratae Tabulae, tam Geographicae, quam aliae, ut & Indices ad singulos Libros locupletissimi:

CUM PRAEFATIONIBUS

PETRI BURMANNI,

J. U. D. Historiarum, Graecae Linguae, Eloquentiae & Historiae foederati Belgii, in Academia Lugduno-Batava Professoris.

TOMI NONI PARS SEPTIMA.

Series Auctorum hujus & sequentis Voluminis, post Praefationem Partis Sextae ejusdem Tomi Noni reperitur.





LUGDUNI BATAVORUM,

Excudit PETRUS VANDER Aa,

Bibliopola, Civitatis atque Academiae Typographus, MDCCXXIII.

Cum speciali Privilegio Illustr. ac Praepotent. Ordinum Hollandiae & West-Frisiae.

DOMINICI MACANEI,

Morum, Musarumque Professoris,

VERBANI LACUS

LOCORUMQUE ADJACENTIUM

CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO:

Notis & Commentariis

STAZII TRUGI CATALAUNI

DE AMENO IN RIPARIA S. JULII,

Diœcesis Novariensis,

Illustrata, & Aucta.

Editio Novissima, studiose diligenterque recognita.



LUGDUNI BATAVORUM,

Sumptibus PETRI VANDER Aa,

Bibliopolæ, Civitatis atque Academiæ Typographi.

PRÆFATIO
NOVÆ HUJUS EDITIONIS.
LECTOR AMICE.


Horographicam Verbani Lacus Descriptionem a Stazio Trugo Catalauno, *in speciem Commentarii, ad lucubratiunculam* Dominici Macanei, *anno* MCDXC. *editam, literis consignatam,* & Mediolani *a* Ghisulphiis MDCIC. *forma, ut dicunt, quarta, cum Indice & Auctario in publicum datam, quæ pro ornatu, & in enarratione peritia meret, ut aliis historiis adnectatur, ex tenebris eruere, & evulgare, operæ pretium duximus. Vita & fata* Macanei, *ut & ea, quæ Editor Editionis secundæ præstiterit, Benevolus Lector ex Præfatione ad* Ludovicum Antonium Muratorium, *virum unde quaque doctum discere potest. Index, qui simul appendicem continet, non secundum paginarum Characteres, sed ad numeros in margine appositos est confectus. Quæ appendix facile quidem suis locis immitti potuisset, si modo auctor Editionis* Mediolanensis *loca adsignasset: ne igitur Editio nostra corrigendo deterior fieret, exemplar illud stricte observavimus. Alteræ numerorum notæ inter duo semilunia in oris nostræ Editionis quoque positæ paginas prædictæ* Mediolanensis *editionis significant. Hæc sunt quæ te, Benevole Lector, admonere voluimus ac debuimus. Cæterum vale faveque.*

ILLUSTRISSIMO D. D. J. C. ET COMITI

JOANNI ANTONIO GUILIZZONO

REGIO FEUDATARIO

Verani in Plebe Brebiæ Ducatus Mediolani, & Monticelli in Agro Novariensi, Domino Arcis Monticellanæ,

Ac Vectigalium Judici in Dominio Mediolani Pro REG. CATH. M.


Uas *Verbanus Lacus* undas effusurus in totius orbis terrarum beneficium non alio sub sidere poterat intumescere, quam sub illo conspectus tui, Illustrissime *Guilizzone.* Habes, habes haud parum juris in hunc Lacum, unde fractis aggeribus montium, quibus ante concludebatur, in terras omnes illius vada transfundas, quotiescunque propitiis, ac benignis influxibus oculorum tuorum fovere, attollere, penitusque complere non dedigneris. Ex tuo satis est illi, unde jure superbiat, unde crescat, ac turgidus ultra ripas exundet: nimirum tuis ex ædibus trahit, unde augescat ambitiosus; ex illo enim tu potes late prospicere quidquid habet amœnitatis. En igitur ut se tibi jam Lacus ultro submittit, priusquam levi munusculo comprehensus ab aliis ultro tibi offeratur. At cui porro se potius vectigalem ferat ni tibi, quem Judicem Vectigalium tota colit, ac re-

reveretur *Insubria?* Ex ipso situ tum domus tuæ, tum suo lacus intelligit, sese tibi jam obsequiosum; cujus ergo se patrocinio prorupturus ex fonte suo committat, nisi cujus in fonte suo sic tutum sibi præsidium experitur? Jam ibi satis aspectu tuo perfruitur. Sine quæso nunc tandem tuis auspiciis perfruatur, securus crescet, ac tuo nomine tumidus æstus omnes livoris, ac ventos omnes invidiæ deridebit immotus, manensque semper vel in tumore tranquillus. Quacunque suas effuderit undas, in alveo semper suo consistet; Quo namque loci se conferat, in quo sibi non alveum tot, ac tantis inveniat meritis à te factum? Nec est cur nos recolligamus tot præclaros ingenio, sanctitate, beneficentia, quos vetustas ex tua nobis familia memorandos adducit viros, cum habeamus quid præsentis, & semper novi contemplemur, miremur, ac veneremur in te ipso. Sunt plurima, quæ silere non pateremur, nisi tua modestia prohiberemur. Accipias igitur, foveasque, quod nequit esse non tuum, totoque Lacu, quem tibi levi hoc libello conclusum sistimus, cum liberum fuerit à civilibus otiari negotiis, recreeris. Hunc tuæ mentis navigio peragrabis immotus. Hunc oculorum tuorum ductu percurres tutus, incolumis hinc, & inde trajicies, ac securus quacunque parte libuerit, enatabis. Ex Lacu reddes Oceanum, si digneris accipere (leve licet ad merita) justi tamen obsequii monimentum. Ex nostra Calcographia Cal. Septembris MDCIC.

Dominationis Tuæ Illustrissimæ

Addictissimi Servi

Impressores Ghisulphii

P. JOSEPH HIERONYMI SEMENTII, CREMONENSIS,

Clerici Regularis Somaschensis, S. T. Professoris in Ticinensi Gymnasio

ILLUSTRISSIMO J. C. D. D. ANTONIO GUILIZZONO Judici Regiorum Vectigalium Mediolanensis Dominii,

Pro Opusculo eruditissimo De Verbano, Qui vulgò dicitur *Lago Maggiore*, ipsi nuncupato,

EPIGRAMMA.

GUilizzone, tuis laribus spectatur ab altis
Gemmea Ticino concolor unda suo.
Insula prospicitur, quæ Borromæa vocatur:
Est labor Heroum, Semideumque quies,
Divite Cotta meus solers collegit in urna
Musarum speculum, Nereidumque chorum.
Magnarum largitor opum Lacus iste tumescat:
Nectare nunc melior, nomine Major erit.

AD LUDOVICUM ANTONIUM MURATORIUM

J. V. D.

Bibliothecæ Ambrosianæ Pro-Præsidem,

Virum semper Clarissimum.



Acinus egregium, gloriosumque aggressus es, *Muratori* præstantissime, dum tot sapientum virorum ineditas lucubrationes nedum evulgasti, sed & miro omnimodæ, ac absolutæ eruditionis profluvio illustrare sategisti. Quæ igitur a te publici juris facta sunt, doctiores quosque in admirationem traxere, & quæ edere meditaris, perurgent, ut ad te mittam Chorographiam *Verbani Lacus* inter *Insubricos* (ne dicam Italicos) maximi, optime (ut reor) merentem pro ornatu adnecti *Mediolanensibus* Historiis *Scipionis Vegii*, *Gaudentii Merulæ Novariensis*, *Bernardini Arlunni*, *Andreæ Bilii*, *Leonis de Seprio*, *Landulphi de S. Paulo*, *Stephanardi Vicomercati &c.* quas pro serie temporum ordinasti, & in commune commodum parasti edendas propediem.

Hoc itaque opusculum, quod semel tantum (anno scil. 1490. quo conscriptum) typis *Mediolani felicis penes Ultricum Scinzenzeller Cal. Aprilis* prodiit, exinde ab *Insubriæ* nostræ Illustratoribus non exigua laude exceptum, è penitioribus *Joannis Baptistæ Blanchini* Novariensis mei scriniis, quibus tandiu sub custodia mancipatum delituit, per me tandem sub finem superioris anni importuna prece erutum, ac redemptum accipe in mei obsequii tesseram, ut vel recudendum (veluti tuorum Anecdotorum specimen) vel saltem inter Bibliothecæ Ambrosianæ Codices nunquam interiturum recondendum cures. Hoc etenim pacto non amplius affligentur vota non modo tot *Verbanicorum* eruditorum (apud quos pluribus ab hinc annis efferbuit cupido hoc fragmentum videndi) verum etiam mei ipsius, qui, cum apud *Luvinates* Prætorem ageret *Lazarus Augustinus Cotta* conterraneus, & amicus noster, & una simul obversaremur, non poteram non mirari cum Oppidanorum humaniora officia, ac præstantia ingenia (quorum donec vivam, immemor esse non potero) tum regionis felicitatem, cujus propterea laudes a *Macaneo* jam mihi non incognito proditæ quam maxime semper desideravi, ut centies, ac millies evulgarentur.

Authoris patria *Macaneum* Inferius (pagus ad hunc Lacum) ut colliges è *lib.* 1. *c.* 2. *num* 45. Gens de la Bella (ad huc usque propagata) licet ipse à natali solo cognomen, ut idemmet testatur, sibi asciverit. Præceptorem habuit *Colam Montanum* scriptoribus rerum Mediolanensium non incognitum. Humaniores literas Latinas, Græcas coluit, docuitque tum *Taurini* (teste *Gaudentio Merula* ejus auditore, in *Hist. de Gallor. Cisalpinor. antiquitate lib.* 2. *c.* 15.) tum *Mediolani*, ubi inter cæteros instituit *Joannem Mariam Cattaneum* Novariensem, ac erudiendum suscepit filium *Gasparis* Vicecomitis Patroni, & Mæcenatis sui, perinsignis Equitis, ac Poetæ celeberrimi (qualem Poemation suum de *Paulo*, & *Daria* demonstrat, ac deprædicant *Picinellus* in Atheneo, *Vincentius Calmetta* in nuncupatoria Collectaneorum *Joannis Philotei Achillini*, *Hieronymus Raphaellius* in Histor. Azonis Vicecomitis pag. 110. *Franciscus Tantius* in Epistola ad lectorem post rythmos Petrarchæ expositos per *Philelphum* & *Hieronymum Squarciaficum*) & cui *Gaspari* author noster hoc opusculum suum dicavit, ut inferius legemus.

Hanc descriptiunculam, ut dixi, conscripsit anno 1490. nam ipsemet *lib.* 1. *c.* 3. (*num.* 77.) fatetur, se triennio post cladem *Sedunis*, *Veragris*que illatam ad pontem Crebulæ in Valle Oscela (quæ testibus *Corio*, *Carolo à Basilicapetri*, & *Joanne Capis* pag. 35. accidit anno 1487. 28. Aprilis, ducibus *Renato Trivultio*, *Joanne*, & *Giberto* Borromeis) hunc ingenii sui fœtum parturiisse, & emisisse. Præterea *Observationes ad Tranquillum*, & *Valerium Maximum* inter studendum collegit (quæ tamen desiderantur) scripsitque Italice *Antiquitates Allobrogicas*, Latinè autem *Vitas novem Ducum Sabaudiæ*, quæ bina opera passim recitantur à *Carolo Joseph Morotio* in Vita B. Amadei, præsertim pag. 69. 88. 127. 209. 21 . 222. 238. 285.

Uxorem habuit nomine *Elisinam*, ex qua prolem suscepit. Diem ultimam obiit *Taurini* circiter annum 1530. humatus in templo S. Dominici cum hac epigraphe.

TAVRINA VIXI STVDIOSVS IN VRBE PROFESSOR
MVSARVM, ET MORVM: VOX MACANÆVS ERAT.
CARA MIHI CONJVX FVIT ELISINA PVDICA,
VIVENS FÆMINEVM DVXIT IN ASTRA DECUS.

Ex ipsius prole, quæ in Pedemontanis sedem firmavit, præstantes viri prodierunt, quos inter *Dominicus* alter non reticendus, cujus virtutes hoc Epitaphium complectitur ab erudito *Blanchino* nobis suppeditatum.

Dominico Bellio
Bonvicinii Comiti
Patritio Hastensi
Doctrina, & *prudentia æque singulari*,
Cujus ab eximia virtute
Allobrogum Duces
Progressum ætatis non expectavere.
Adolescens enim in loco Perini patris demortui
Suffectus
Fidissimi Consiliarii munus
Apud Emanuelem Philibertum explevit.
Ætate jam firmata
Vix credi potest, *gravitatem rerum sustinuisse.*
Septies à Carolo Emanuele ad Summ. Pontif.
Sexies ad Philippos Hispaniarum Reges,
Bis ad Lusitaniæ,
Totidem ad Albertum Archiducem Austriæ,
Et ad Venetos Orator destinatus
Semper exorator rediit.
Postremo nationum notitia, *multoque rerum usu præstans*
Dum summo splendore, & *gloria*
Magni bellorum Præfecti munus exsequeretur,
Maximoque fuisset usui ad firmandam pacem
Cum Henrico III. Galliarum Rege,
Morte etiam pulcherrima honestissimam vitam exornavit.
Don Franciscus Bellius Monachus Carthusianus
Rerum ab optimo fratre gestarum memoria commotus
M. P.

Res Verbanicas suum ævum illustrantes tradidit. Tot autem præclarissimas, quas inde spatio annorum supra ducentum sive accolarum industria, sive tot Magnatum splendida, ac generosa studia undequaque auxere,

vel oculis tuis, *Muratori* mi, perluſtraſti, cum quotannis, ineuntibus feriis Autumnalibus, ſolitus ſis in Inſulas Dynaſtarum Borromeorum (ut poëtice ludam, Pomonæ, Floræ, Najadum, & Oreadum beatiſſima regna) adnavigare, vel aſſidua, & amæna percepiſti lectione, quamvis graviori, ac ſaniori nomen tuum, Bibliothecamque Ambroſianam, cujus albo inſcribi promeruiſti, magis, magiſque in diem commendes. Attamen recentiora ornamenta huic jucundiſſimæ regioni intertexta delibabit ex aliis ſcriptoribus quiſquis *Macanei* noſtri lucubratiunculam vel hiſtorice & concinnare, & locupletari concupiſcat. Occurrunt enim

Andreas Bacius (origine Mediolanenſis, & inter Romanos enumeratus à Clariſſimo Equite *Mandoſio*) in Vinorum Hiſtoria.

Anonymus Ravennas in Italia Antiqua, editus à Claudio Porcheron lib. IV. & (ni fallor) c. 36.

Antonius Maginus in Geographia par. 2. pag. 99.

Bartholomæus Taegius in Dialogo Ruris pag. 55.

Benedictus Soſſagus in Poeſi pag. 41.

Bernardinus Arlunnus de Bello Gallico (MS. in Biblioth. Ambroſ. in fol. lit. R. num. 140.) qui ſtylo florentiſſimo haſce oras deprædicat, ac topographicè pingere delectatus eſt pag. 245.

Bernardinus Baldinus (è pago Verbanico Suna) in opuſculo Luſus, in quo hujus Lacus deſcriptio metrica.

Bernardus Saccus Hiſt. Ticinenſis *lib*, 1. *c*. 4.

Blondum (& *Lucium Faunum* ejus interpretem) miſſum facio, quem noſter Chorographus (lib. I. c. 3. lib. II. c. 2.) agentem de Verbano caſtigandum perhibet: neque *Plinium*, *Polybium* memoro, quos noviſſimi conſuluere, neque *Strabonem* impreſſum emaculandum ex noſtro authore *lib*. II. *c*. 6.

Bonaventura Caſtillionæus de Gallor. Inſubr. antiquis ſedib.

Carolus à Baſilicapetri in Novaria Sacra (intra cujus limites, ut vocant, Eccleſiaſticos aliqua Verbanicæ regionis pars continetur) pag. 193.

Dominicus Marius Niger in Geograph. comment. 7. pag. 131.

Franciſcus Ballarinus in Hiſtor. pag. 317.

Franciſcus Berlinghierius in Geographia.

Gualvaneus Flamma in Chronico Extravaganti MS. in Biblioth. Ambroſ. tit. de aquis, & in quæſt. 8.

Gaudentius Merula Novarienſis (è Foro Lebetiorum, Italis Borgo Lavezaro) de Gallor. Ciſalpinor. antiquit. *lib*. II. *c*. 15. (ubi plurima ex hoc præceptoris ſui labore deſumpta) & in Memorabilibus *lib*. III. *c*. 30. 44. 46.

Honuphrius Caſtellus in ſuis Conſiderationibus pag. 12.

Jo. Baptiſta Putheus è proximo pago Peſano fluidiſſima, ac limpida latina poëſi mirifice oram delineans in Epithalamio Excell. *Caroli Bonromei*, & *Camillæ Barberinæ* MS. (1689.)

Joannes Baptiſta Sucius in Epinicio pro laurea Comitis Abbatis Giberti Bonromei (1691.)

Eſt plaga Borromidum, ſedes jucunda Penatum,
Qua fœlix tellus, & cæli mira ſereni
Temperies, Zephiri molles, blandique Favoni,
Ac defæcati pulſa caligine ſoles.
Quidquid frugiferis gignit Campania lucis,
Quidquid Cretæi colles, aut Theſſala Tempe,
Hic florere putes; Phœbæos temperat æſtus
Jupiter, & tepidis irrorat flatibus annum.
Hanc oram famulis, ac vectigalibus undis
Libat Verbanus, qui lene tumentibus auris
Invitat fragiles ad turgida vela carinas.

Joannes Blaeu in Atlante, Italia pag. 23.

Joannes Bononus in Introductorio ad Cluverium.

Joannes Franciſcus Carmenus, de quo infra, qui authore noſtro frui deſideravit ardentius.

Joannes Henricus à Pflaumern in Mercurio Italico, ubi Italiæ Deſcriptio.

Joannes Nicolaus Dolionus in Amphitheatro pag. 867.

Julius de Juliis Canobianus, quem ex *Leandro Alberto* deſumpſit *Morigius*.

Leander Albertus, qui in Deſcriptione Italiæ hauſit non pauca è noſtro Chorographo, quem laudat.

Ludovicus Paſſeronus in Directorio Geographico.

Martinus Brugnettus (1685.) in laurea Franciſci de Albertis.

Verbanus, patrias qui jactat in Alpibus ædes,
Ticini ſoboles, vaſtæ quæ margine ripæ
Clauditur, ingenteſque ſinu complectitur alnos. &c.
Ille ego Verbanum, quem fama vocavit ab herba;
Cujus graminea redimiti fronde Quirites
Bellica nimboſis pandebant vela procellis,
Vincentum ſpectator ero? Quem ferrea quondam
Buccina, & irati generoſa tonitrua Martis
Puppibus umbrabant, ſegni nunc mollia dorſo
Vina feram? nomenque meum, vireſque priores
Oblitus lentis obtrudam Maſſica lymphis?
Quem preſſere acies, cnerant Mareotidos uvæ,
Et qui diſcordes ſociavi in vortice nautas,
Bajulo in urbanas potanda Lyæa tabernas? &c.
Non hic exhauſtis Aquilo tumulentus arenis
Intorquet violentus aquas, ſcopuloſque ſonantes
Erigit, abſorptis non veſcitur unda carinis,
Nec ferus abruptis epulatur navibus Auſter;
Sed vitream teneris frontem redimita corymbis
Cimothoe ora ferens humenti roſcida nimbo
Ubere cæruleo tranquillos evomit imbres,
Crinaleſque comis aptat manantibus algas.
Dat natura locum, placido lunata receſſu
Ripa meat: graditur dulcis per cæca viarum
Spiramenta latex, liquidos ſinuatur in arcus
Lympha fugax, ultroque ſuis ſeſe implicat undis,
Blandaque colliſæ geminant ſuſpiria ripæ.
Non hic Sol nimio, penitus flagrante quadriga,
Æſtiferi flammas cum vibrat ab æde Leonis,
Igne necat Cererem, nec tellus indiga cæli
Sulcis æthereas implorat hiantibus urnas.
Quippe lacus multo deductus in arva meatu
Scandit fœlices æterno gurgite glebas,
Nec ſinit iraſci Superos: Surgentia circum
Oppida Verbani crebra caput arce coronant,
Et cum turrigeris cæli per inania ſaxis
Sectile reptat ebur, ſtructæque in nubibus ædes
Frangunt marmoreis obſtantia nubila pinnis &c.
Hic tamen Inſubricum fœcundat mercibus axem,
Et Vejentano ſolantem nectare Vates
Pampineum noſtras Bacchum deducit in oras. &c.

Nicolaus Reuſnerus de Italia, Regione 11.

Paulus Merula in Coſmograph. *to*. 2. *lib*. IV. *pag*. 1305. totam hanc regionem compendioſe perſtringens, & *Macaneum* noſtrum compellans.

Paulus Morigius (è Frayni Tetrarchis inter Verbanicas, ac Mediolanenſes familias clariſſimis) qui ſoluta oratione laudes patriæ regionis expandit, dolendo tamen, quod ſedulo, ſed fruſtra hoc opuſculum conquiſiviſſet.

Petrus de Candia (de quo infra num. 19. 121.) in Oratione, quam habuit, cum Joannes Galeatius Ducalia ſuſciperet inſignia ex *Bonvicinio Ripa*.

Petrus Paulus Boſcha in Martyrol. Mediolanenſi ſub die 11. Auguſti pag, 242.

Philippus Brietius in Ital. Recentior. addit. ad to. 2. pag. 786. 788. & in Paralellis ad eundem to. pag. 550.

Philippus Cluverius in Italia Antiqua p. 1. c. 36.

Philippus Ferrarius in Lexico Geographico pag. 288. ſtrictè regionem complectens.

Ptolomæicarum Tabularum illuſtratores, ac omnes Geographi, & Coſmographi, qui Inſubriæ tabulas ediderunt.

Salvator Vitalis in Triumpho Urbis Mediolanenſis pag. 4.

Diſtat Verbanus a *Mediolano* inter Occidentem, & Aquilonem milliaribus XXXII. Primo *Sextium* (de quo infra num. 2.) occurrit in ripa Orientali, unde *Ticinus* fluvius emittitur. Poſt quinque ad latus Occidentale (authori noſtro dextram) veluti *Verbani* Reginam conſalutamus *Aronam* (de qua agemus ſub nota 35.) a qua cæterorum locorum diſtantiam metimur, juxta tamen promontoriorum ſinuoſitatem. Ejuſ-

Ejuſdem formam, quam hactenus mendoſam exhibuerunt ſcriptores, *Angelus Serena*, & *Joannes Jacobus Solarius* ſcite delinearunt, eamque ſubjecimus.

Cum igitur in hac opella valles adjacentes, nonnullique lacus, fluviique in Verbanum ſeſe exonerantes, aut propè fluentes, & clariora propinqua Oppida nominentur, aliaque prætermittantur, quidquam peculiare de his ſingulatim indicare pro ipſorum ornatu, & quædam etiamſi leviuſcula addere placet, ſervato ordine, quo author noſter per regionem diſcurrens uſus eſt.

A notis liceat eruere, ex Verbanica ora Diœc. Novarienſis tres Summos Pontifices, totque Mediolanenſes Principes Vicecomites ortos: & colligere, hanc regionem, cum ipſa encomiaſtes non habuerit *Minotium*, *Tartarum*, *Porcacchium*, *Tattum*, *Boldonium*, *Bertarellum*, *Jovium*, *Caſſiodorum* eloquentiſſimos viros, nullatenus comparandam cum Lariana, ſi ornamenta per artem ab accolis, & Primatibus frequentiſſime ad litora, ad pendices diſſeminata reſpiciantur. Sed ſi naturæ opes, ſitus faciem, laterum ſuavem acclivitatem quis intueatur, nullatenus *Larium* audebit cum *Verbano* conferre.



IN AMENI STEMMA CANEM, CUI LEMMA:
SOLOQUE, SALOQUE, POLOQUE.

Latrat humo, pelagoque natat, ferveſcit in axe:
Imo Tartareos excubat ante fores.

Ad Canem.

Elinguis laceras, lambiſque edentule Momos:
Tam mirum officium quis docuit? pietas.

DOMINICUS MACANEUS

EQUITI MAGNANIMO GASPARI VICECOMITI

Patrono, & Mæcenati ſuo S.

J*Ulianis Kalendis, æſtu caniculari ferveſcente, ad patrios lares ſeceſſi, ubi Platonicum illud amplexans*: Otio labores anteferendos: *non minus Dianam montibus quam Minervam ipſam exercui. Subinde amœniſſimam Verbanicam regionem peragrans meditabar*, Ptolomæum, Strabonem, Melam, Plinium, Dionyſium *toto orbe terrarum depingendo occupatiſſimos hunc pulcherrimum ſitum utpote minimam gloriæ ſuæ ſegetem vel Pytagorea quadam taciturnitate præteriiſſe, vel brevi tranſcurſu, & celeri nota tantum nominaſſe. Miſerebar deinde, deflebamque præteritorum temporum ærumnoſam infelicitatem, deteſtandamque literarum perniciem, quibus nemo ab hinc centeſimum annum, præter unum* Blondum *Forolivienſem ſummaria oratione uſum, propagare curaſſet* Verbani *lacus inter Italicos eminentiſſimi, & haud dubie primi copioſiſſimas, admirandaſque dotes exteris præſertim nationibus exotica quadam inſcitia penitus ignotas. Meum itaque duxi veteri adagio gladiatoris in arena capere conſilium: ſumptiſque pugillaribus, quos in via nuſquam pœnitendos comites pro vehiculo aſſumere conſueveram, compendiario ſermone, topicoque elogio formam camporum, montium, vallium, fluminum, lacus denique totius epiſtographa ſcheda deſcripſi.* Mediolanum *inde paucis poſt diebus regreſſus, neſcio quo fato annuente, quove aſſentiente Eudæmone, ad curam erudiendi filioli tui delectus ſum, de quo (Dii modo cœpta ſecundent) gloriam ſpero. Verum enim vero id abſque ſumma, arcanaque naturæ lege eveniſſe, haud dubito, nam Philoſophia, potentiaque in idem tendunt. De me quidem ut taceam, cujus firmitatem, fidem, ſinceritatem tamquam veram ſapientiam experire: de te certe conticeſcere nequeo; nam præter patritiam nobilitatem, fortunæque momentanea, & caduca bona, quæ profanus vulgus in ſe ut in reliquos beatiſſima exiſtimat, Socraticam animi tui pulchritudinem admirari non deſino. Quis enim Dypatum* Inſubriorum *te in hiſtoriis, fabuliſque noſcendis peritior? quis in vernacula Poetica terſior? quis eloquentia Periclea melliſluvior? quis ingenii nobilitate celerior? quis, inquam, moderatione aurea probatior? Vererer equidem, ne fœdæ crimine aſſentationis accuſari poſſem, niſi adeſſent hac præclariſſima in Civitate prudentiſſimi, literatiſſimique viri (ampliſſimi harum rerum teſtes) quorum commercio aſſiduo oblectaris, & quibus non minorem apud poſteros familiaritate tua laudem tribues, ac præbuerint* Hiero *Siculus, &* Pauſanias *Lacedemoniæ,* Simonidi *Melico,* Periander *Corynthiis,* Thaleti *Mileſio,* Pericles *Anaxagoræ,* Craſus *Soloni: utque ad Romanos exempla decurrant,* Scipiones *Polybio, Ennio, Terentio, denique Pompejo Magno, Theophani Mitileneo, Varronique linguæ Latinæ duci. His igitur, tantiſque virtutibus tuis effectum eſt, ut quod antea tumultuarie ſcripſeram, in penatibus tuis ordine redigerem, abſolutoque tibi, & dedicato opuſculo hoc, obſervatiunculas quaſdam* Tranquilli, *nec non* Valerii Maximi *in ſtudendo ſuccincte annotatas editurus eram, niſi quorundam digladiantium pugna me detinuiſſet juxta Heſiodianum illud* καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει. καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ (Pauper mendicum, cantorem muſicus odit) *quos operam ludere permittamus, donec elucefcat dies, quo veros authorum ſenſus non gerris Siculis, ſed docto judicio comprobent. Hæc interim Chorographia (candidiſſime* Gaſpar*) Plautino more fabularum noſtrarum antilogium erit, in qua ſi veſaniam* Cheryli *imitabor, tu magnanimitate* Alexandri *parcas velim. Vale nutantis cymbæ meæ appellende portus.*

JO-

JOANNES JACOBUS GHILINUS
MACANEO S.

Legi libenter Chorographiam tuam, qua *Verbanum* nostri seculi hominibus non monstras solum, sed tamquam in perfectissima pictura ostendis. Nihil in ea est non erudito, ac diligenti viro dignum, & quod non ita præsentem in ea enarratione peritiam testetur, ut majorem tamen etiam in posterum polliceatur. Tibi igitur gratulor, qui patrios lares, montes, & amnes scribendo, & præter pietatem, & præter doctrinam inter præclaros scriptores apud posteros nomen tibi paraveris. Mihi quoque non inter postremas lætitiæ partes fuerit tui notitiam, & amorem nactum esse, quem & magnifacio propter doctrinam, & bonitatem; & ubi acciderit, te a me amari, quoad per vires meas effici poterit, libenter ostensurus sum. Perge ergo, & cæptum opus magno judicio, magnaque doctrina non minori laude perfice, præter quod non solum Verbanica ora, sed etiam ætas nostra tibi debitura est. Vale.

Francisci Honuphrii Cottæ de Ameno J. C.
EPIGRAMMA.

Obsequiosa suo oblaturus munera Regi,
Verbani ornatas floribus amnis aquas,
Undisonam Eridani nuper Catalaunus *in aulam*
Immittit tacitos, fronte latente, pedes.
Janitor assurgens clamat: deponito larvam,
Et patefacta oculis ora repande meis.
Siccine sunt Domini tibi contemnenda potentis
Jussa, tibi larvas quæ veneranda vetant?
Tunc Catalaunus: *Amice precor, permitte, quod intrem,*
Vectigalis ego sum, mihi cana fides.
En vultus, en nostra patent munuscula: aperto
Protinus hæc hilaris Janitor ore refert,
O' decus Oræi fontis, potator amœni
Roris Aquoniaci, rursus amatus ades:
Rursus ades Cusii præco, quo Pallade Laia
Numine, prisca, togas, arma, jubente canis.
Te Rex undipotens iterum dignabitur aula,
Junge mihi palmam, limina liber adi.
Regis ad aspectum Vates consistit, adorat
Majestatem, offert vota, tributa sacrat.
Annuit Eridanus, lauro pro floribus illum,
Nectare pro gratis condecoravit aquis.

Verbani Lacus Chorographia à *Dominico Macaneo* olim edita, & *Stazii Trugi Catalauni*, quibus exornata, atque illustrata reviviscit, adnotationes ita sunt ab omni censura immunes, ut luce, quam *Macaneo* afferunt, & ipsas dignas censeam, si Reverendiss. P. M. *Prospero* de *Leonibus* Inquisitori Generali ita placuerit. Ex Conventu SS. Cosmæ, & Damiani die 16. Augusti 1699.

Fr. Eustachius à S. Ubaldo Ordinis Excalceatorum S. Augustini, S. Inquisitionis Consultor &c.

IMPRIMATUR.

Fr. *Prosper* de *Leonibus* Inquisitor Generalis Mediolani.

Bartholomæus Crassus Can. Ordin. pro Illustriss., & Reverendiss. D. D. Archiep.

Angelus Maria Maddius pro Excell. Senatu.

INDEX CAPITUM.

CAPITA LIB. I.

CAPITA LIB. II.



DO-

(11) # DOMINICI MACANEI, URBANI LACUS CHOROGRAPHIÆ

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Lementorum, quæ à DEO OPTIMO MAXIMOQUE creata sunt, aquam cæteris præstare, & imparem nequaquam ambigi debet: Quippe hæc terras fructibus suis decorat, flammas opposita potentia enecat, æthera scandentibus nebulis petit, denique cælum densis vaporibus ad sidera surgentibus sibi vindicare præsumit. Illa namque alimento humoris ad se tracti nutriuntur; Quod *Homerus* divinarum omnium inventionum fons fabulamento poëtico nobis intelligendum reliquit, ubi finxit, Jovem cum cæteris Diis in Oceanum ad Æthiopum mensas discubuisse: ita ut rectissime videatur scripsisse *Aristoteles*, longe omnium optimum esse aquam. *Thales* quoque *Milesius*, aquam ex imis terræ scaturiginibus natam humida manu cælum fabricasse, divinamque habere materiam, existimavit. Unde mystici opinionem Poëtæ illius sequuti Oceanum nuncupavere Deum. Nec minorem animantibus victus utilitatem circumfluus humor, in orbemque desinens præbet quam terra ipsa omnium parens, & altrix. Cuncta enim ex humore, & igne concrescere haud dubie, Physici probant, quorum alterum terras ambientem Oceanum vocant, qui maria, flumina, stagna, lacus, fontes e-
(12) mittit, ut lynceo hominum eruditorum ingenio indagatum est,

A qui tradiderunt, evidenter per omnem terram diffundi, montesque ipsos etiam scandere, cujus rei ratione auribus eruditorum impendio hic notabimus inconcinna tantum oratione, & tumultuaria satisfecisse contenti. Variis argumentis probatur, aërem frigida terræ, cavernosaque loca ingredi, quæ spiritum
B in se premendo, & condensando in aquam redigunt, & quamvis non totum, tamen tenuiorem partem. Unde *Albertus Magnus* inquit, se hoc periculum fecisse, misisse qui ex altera parte montium ventos in speluncas flantes specularentur, ipsumque ex adverso per directum stetisse, mox vidisse humorem per stilli-
C cidia fluentem: hac denique se constitisse scribit sententia, aërem illum in cavernas ingredientem, nec exitum habentem attenuari paulatim, & ejus subtilissimam partem in aquam mutari. Nec absonum, aërem humidum, rimosaque terræ loca ob Solis inaccessum frigore torpentia elementum ex se gignere frigidum, & humidum, quod est a-
D qua. Diligentissimus quidem, & nunquam satis à me in hoc laudatur *Albertus*, si modo non suppressisset hujusce rei inventorem *Senecam*, qui hæc eadem in Naturalibus enarraverat quæstionibus. Obnoxii profecto, & infelicis ingenii est, ut ille inquit, deprehendi in furto malle, quam mutuo reddere. Alii di-
E xerunt, aquam siphonibus tumentem cacumina terræ ascendere: unde probant, maria non augeri, quam aqua, quæ influit, iterum ad mon-

tes refluat, licet ſint Mathematici quidam, qui Solem hujuſce rei cauſam velint. Nec deſunt, qui aſſerant, vapores per terræ poros elevatos liquefieri : hæc ipſi viderint
(13) in medium relinquenda à nobis, utcumque ſint. Mihi vero mirandum, præcipuumque Oceani opus inter cætera nunc deſcribere ſat erit *Verbanum Ciſalpinum Lacum* utpote inter Italicos eminentiſſimum cum adjacentibus oppidis, finitimiſque ejuſdem, & fluviis, & ſummis naturæ dotibus ibidem gaudentem, cui deſcriptioni haud ab re nomen Chorographiæ indidimus, quod tum breviter tum ſingillatim quæque etiamnum minima loca dividimus, magiſque rerum qualitatem, ac quantitatem depingimus, in quibus hanc à Coſmographia differre *Ptolomeus* fideliſſimus ſcriptor teſtatur. Sed quid agam? unde exordiar? tantus Verbanicarum laudum campus patet, ut à quibus initium ſumam, muſſitem.

Regio illa felix, & ſalubris cæli perenni temperie occurrit: tam fœcundi campi ſubeunt, tam aprici colles, & pingues ſaltus boum, caprarum, lanatarumque pecudum, tot cæduæ ſilvæ, tot nemoroſi montes, fontium, fluminumque ingentes decurſus, tanta delicatiſſimorum piſcium copia, innumera melliferarum apum alvearia, denique tanta frumenti, olearum, caſtanearum fertilitas, ut palam ſit, naturam ipſam circiter *Verbanum* luxuriare voluiſſe.

Eſt ergo forma *Verbani* cochleæ inſtar, quibuſdam lunatis cornibus bifurcata, alibi trigona patet, ut quotidie navigantibus accolis credendum eſt, & nos quoque certiores arbitri eum ſuperiore anno luſtravimus. In longitudinem quidem ſtadia CCCLXIII. in latitudinem vero XXXII. patet: Quibuſdam in locis ita arctatur, ut tantum mille paſſus, vel paulo minus contineat, aliis tria, aut bina paſſuum millia. Natura interdum ita placidus, ut à quibuſcunque vel remigandi inſciis
(14) placidiſſime navigetur : modo ita
A turbidus, ut Benaceos, imo Adriaticos fluctus exſuperet: nunc illum tranquillum, eodemque fere temporis momento ventoſum inſpicis, præſertim cum everſas concitat Eurus aquas; quem indigenæ montani ſibi peculiarem *Hyvernam* nominant, ut Galli *Circium*, Appuli *Iapygam*. Alter quoque *Mediolanum* verſus
B furit frequentiſſime navigantibus, quem cum nautis felicem jure è regione ipſa Aquilonem vocabimus. Hic ſcopuli non cavernis, non Scylla, & Charybdi inferiores latrant: adeo ut illud poëticum rectè concinnari queat:

----- *ventos hic vaſto Rex Æolus antro*
C *Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.*

Inſunt muſcoſæ domus, quas Nereydum, & Tritonum atria celeberrimus quiſque vates exiſtimabit. Spumam (quam Græci ἀφρὸς) ita niveam exhalat, ut ex ea conceptam Venerem quicunque in majus extollentes Poëtæ haud immerito canere poſſent. Circiter plurima portus
D tutiſſima navium receptacula conſpiciuntur. Varia hinc, atque illinc rerum facies; nam modo occurrentibus montibus arctatur, modo latiſſimis littoribus herbis, & tepore verno niteſcentibus diffunditur, ut ſi quis illius potiſſimam frugalitatem, & amœniſſimum ſeceſſum collegerit, nimirum cunctis *Italiæ* lacubus præ-
E ferat, licet alii ex præclariſſimis antiquorum geſtis gloriam ſibi apud terſiſſimos authores comparavere, ut *Albanus*, ex quo vaticinium illud fuit: *Priuſquam ex lacu Albano aqua emiſſa foret, nunquam potituram Veiis Romam*: Ut Regillus in Agro Tuſculano, ubi Caſtor, & Pollux pro Romanis dimicantes viſi, poſt
F pugnam ex oculis evanuere : apud eundem *P. Vaticinius* Reatinæ Præfecturæ vir noctu *Romam* petens nun- (15)
ciare juſſus, *Perſem Macedonum* Regem ab *Æmilio Paulo* captum. Nec ſe *Ciminius Hetruriæ* lacus contra *Verbanum* noſtrum jactet quamquam Herculeis viribus effoſſus : nec ſe

Tra-

Traſimenus, & *Avernus* diverſis malis famoſi erigant, alter inter *Peruſiam*, & *Cortonam T. Flavii* Conſ. temeritate, & clade inſignis, alter in Bajano ſinu ſpelunca ſcrupea, & fætido exhalatu ſulphureæ voraginis celebris, ubi etiamnum aditum domus Plutonis finxere, quod denſa caligo inerat, quodque obſcænum illud ſacrum humano ſanguine confectum Inferis agebatur, quo falſa antiquorum opinio evocari manes putabat. Nec ſeſe *Larius*, & *Lucrinus*, *Benacuſ*que, etſi diverſiſſimis in locis ſiti, copia tantum piſcium germani, extollant; hic enim ſuaviſſimis piſcibus uberior eſt tum innatis, tum ex Adriatico fluctu in *Padum*, mox *Ticinum*, poſtremo in lacum hunc nantibus. Quod etſi quibuſdam mirum videatur, attamen altius ſcrutantibus veritas apparebit. Scatet autem his præſertim, troctis, luciis, qui reliquos magnitudine excellunt, agonibus ſaxatilibus, variis minoribus ad luxum ganeæ conquiſitis, inquiſitis, denique quorum nomina recenſere prolixi magis eſſet quam frugalis ſcriptoris. Quidam autem, *Plinio* auctore, omnibus annis ſquammas clavorum caligatiorum effigie pendentes tantum Virgiliarum ortu apparent, quos ruſticanus vulgus Muzzanos nuncupat, etſi apud nos ſint hoc nomine quidam alii, qui latine Mugiles dicuntur, vernacula autem lingua quibuſdam in oris *Cevali:* quæ dictio etſi vulgaris, à Græco tamen originem habet. Eant nunc *Catullus*, *Plinius* (nunquam ſine præfatione doctrinæ nominandi) lacus patrios jactent, dummodo hunc ſi-
(16) tu, natura, apricis collibus, viridantibus ripis, gemmeis euripis, omnium denique rerum copia cunctis præſtare conſtet, ut ſtatim in procinctu ſequentia legentibus erit.

CAPUT II.

Unde incipiat.

1 EXordium *Magayno* [1] vico ſumit, mareque noſtrum [ſi par-
A va magnis conferre licet] imitatur;

Magaynum, accolis Magadino, & de eo *Gaudentius Merula* Novarienſis in Hiſtoria De Gallorum Ciſalpinorum antiquitate, & origine lib. II. c. 15. *Franciſcus Ballarinus* in Hiſtoriis Comenſibus pag. 304. Stabulum eſt litorale, paret Helvetiis, & Eccleſiæ Comenſi, diſtatque ab *Arona* milliaribus 38.

Primo namque introitu coarctatur, mox diffunditur ut Propontis, iterum premitur, ſecundo panditur
B more ponti Euxini, & denique *Sex-*
tium [2] uſque non mediocrem pa- 2
gum clauditur.

Sextium, priſcis *Scozula*, ſed *Andreæ Alciato* in Antiquario MS. in Biblioth. Ambroſ. lit. D. num. 425. in fol. *Sextum Calendarum*, Italis *Seſto Calende*. Primum in ſiniſtra *Verbani* ripa occurrit, unde *Ticinus* fluvius emittitur.

Verbanuſque lacus deſinit eſſe ibi,
Et Ticinus amat dicier

cecinit *Antonius Cerrutus* in Carminib. pag. 98.
C De eo *Merula* De Gallor. Ciſalpinor. antiquit. lib. 1. c. 6. & lib. II. c. 15. *Ferrarius* in Lexico Geographico, *Carolus à Baſilicapetri* Epiſcopus Novarienſis in Novaria Sacra pag. 70. *Gaſpar Ens* in Deliciis Italiæ pag. 38. *Boſca* in Martyrolog. die 1. Novembr. pag. 363. *Innocentius* III. in Epiſtola ad Philippum Archiep. Mediolani ſummatim relata in *c. inter dilectos. De fide Inſtrumentor.* plurima indicans circa S. Donati Abbatiam, quæ hic habetur, fundatam à *Luithardo* Epiſcopo *Ticinenſi* circiter annum 860. quam exinde *Pius* IV. Noſocomio Mediolanenſi addixit. Ibi antiquæ inſcriptiones (de quibus
D *Merula*, *Alciatus*, & *Bonaventura Caſtillionæus* in Hiſtor. De antiquis Gallorum ſedibus) & Franciſcanorum Strictioris Obſervantiæ aſceterium, curante Fr. *Jo. Franciſco Obicino* conterraneo, & affine noſtro excitatum circiter annum 1632. Ibique R. virum *Nicolaum Portam* pluries inviſimus memores, quod illius mirandam patientiam, cum ipſe Bibliothecam Ambroſianam curaret, non raro fatigaverimus importuni. Pagus Præfectura eſt, paret Feudali juri Demarchæ *Ferdinandi Cuſani* Mediolanenſis, & regimini Eccleſiæ *Papienſis*. Diſtat ab *Arona* milliaribus 5., & citra illam eſt.

E Dextra in Inſubricas oras tenden- (17)
ti conſpiciuntur *Gardola* [3] vicus. 3

Accolis *Gardola:* eum denuo notat author lib. II. c. 1. & *Ballarinus* in Hiſt. pag. 303. Inter ipſum & *Magadinum* Ticinus erumpit in Verbanum. Hoc in vico circiter annum 1350. floruiſſe Humiliatarum Sodalitium, tradunt *Humiliatorum Chronica* MS. aſſervata penes *P. Joſeph Hieronymum Sementium* Cremonenſem C. Reg. Somaſchenſem, & in Gymnaſio Papienſi Regium S. Theologiæ profeſſorem. Hic *Helvetii*, & Ec-
F cleſia Comenſis imperant: diſtat ab *Arona* milliaribus 36. Exinde conſpicimus oſtium *Vergiaſchæ* fluvii, *Minuſium*, *Muraltum*, *Burbalium* (viculos litorales *Helvetiorum*) mox

Locarnum [4] Oppidum Viceco- 4
mitum noſtrorum opimis victoriis nobile [caput imperii Illuſtris Satrapæ *Joannis Ruſchæ* multis in pagis, & Caſtellis imperitantis, quem qui-

dem Principatum à majoribus suis hæreditario jure relictum obtinet, auget, in diesque validiorem retinet] nuper arce munitissima, addita etiamnum summa munificentia inclyti Reguli nostri, qui ipsam illi, ut fidelissimo, tradidit, & largitus est.

Italis *Locarno*, & de eo author rursus in lib. II. c. 2. Perbelle describitur a *Jacobo Hofmanno* in Lexico tom. 1. pag. 926. *Josia Simlero* in Repub. Helvetica pag. 254. 255. 466., *Gaspare Ens* in deliciis Italiæ pag. 41. referente arcis structuram, Præfecturæ amplitudinem, agri fertilitatem, nundinas, populi ordines, ac Magistratus, & à *Philippo Ferrario* in Lexico Geographico. De eo quidquam penes *Guicciardinum* lib. v. 11, 12. *Ballarinum* in Histor. pag. 302, 303. *Tattum* in Annalibus Sacr. Comensib. Dec. 1. pag. 877 & Dec. 2. plurimis in locis, & in Tabula 3. Topographica Dioec. Comen. pag. 1110. *Chronicon Humiliatorum* MS. ut supra, *Merulam* lib. II. c. 15. *Domitium Calciatum* Novariensem (MS. ex Biblioth. Ambros. V. Novaria Miscell. Novarien. 10.) sic canentem:

Cognite & Helvetio minitaris, Rusca, propinquo:
Rusca atavis. proavisque potens, & honore paterno,
Qui juga, convalles sceptro moderaris amænas
Verbani, Ticinus nitidis qua mergitur undis,
Et prima Helvetiis se opponit fronte Lycarnus.

nec non *Andream Assaracum Saraccum* (è pago Vespolato Novariense) qui in Trivultiade *lib. III. pag.* 36. de Verbano cantaverat:

Helvetius latum Verbanum proripit armis,
Verbanum, & Larium Cicchi aciesque tenent:

quique Herculem Ruscam *lib.* vi. *pag.* 81. phrasi pene eadem sic celebrat:

—— —— —— — te, Rusca, propinquum,
Alcidem veluti quem timet Helvetius.
Tu juga, convalles sceptro moderaris amænas,
(18) *Ticini nitido qua latet unda lacu.*
Verbanum dixere lacum, qua fronte Lycarnus
Opponit prima se Helvetiis, ut obex.

Diligentius describitur à *Morigio* in Hist. Verbanica cap. 6. paret Helvetiis, & Ecclesiæ Comensi, distatque ab Arona milliaribus 34.

5 Inferius *Ascona* (5) est Oppidum,

Eodem nomine apud accolas. *Merula* lib. II. cap. 15. *Ballarinus* pag. 304. Distat à *Locarno* milliaribus 2. Inter utrumque *Madia* fluvius in lacum se exonerat. Pagum antiquis splendoribus exutum denuo illustrat Clericorum Seminarium à *Bartholomæo* Papi Asconate sub Divo *Carolo Borromeo* fundatum, ac dotatum anno 1584. 3. Cal. Novembris. *Martinus Brugnettus* in Epico Carmine in laurea *Francisci* de *Albertis* canit:

Te quoties Madiæ vultus, Ascona, minaces
Terrent? te placida foveat licet ægidis umbra
Pallas, Musarumque colat lectissimus ordo?

Helvetiis paret, & Ecclesiæ Comensi, distatque ab *Arona* milliaribus 30.

prope quod quatuor millia passuum
6 binæ Insulæ cuniculares (6) id est, cuniculis animalibus abundantes jacent, quæ non minorem admirationem quam voluptatem præbent transeuntibus.

Hoc cuniculorum vivarium describitur à *Merula* eodem lib. II. c. 15. quod tamen interiit.

Paulo post visuntur *Brisagum*, (7) 7

Accolis *Brisago*. *Merula* dicto lib. II. cap. 15. *Simlerus* ut supra pag. 481. *Bosca* in Martyrolog. pag. 411. die 23. Decembris. *Helvetiis*, & Ecclesiæ *Mediolanensi* paret, distatque ab *Arona* milliaribus 26.

Transfluvius (8) ab authore nostro prætermissus 8
(accolis *Trafiume*) vicus post *Brisagum*, interior est ad milliare, & tantundem à sinistra *Canobii*. Maxima ibi ab antiquo religio erga Divum Julium Presbyterum Patronum Ripariæ ab eo nuncupatæ, ac Novariensium tutelarem. Paret Ecclesiæ Mediolanensi, ac Primatibus Bonromeis sub Præfectura Canobiana, distatque ab Arona milliaribus 23.

Canobium (9) populo frequentissi- 9
mum, uberrimum coriaceæ mercis emporium. Ex eodemque loco acutissima, & acerrima ingenia in omni prope scientiarum genere emergunt: plures togati *Canobienses* hac inclyta in urbe conspicui occurrerent, sed illos obiter nominasse sat erit, quod ut illis vere.

Majus ab exequiis nomen in ora venit.

Italis *Canobio*, & de eo author rursus lib. II. cap. 2. *Joannes Franciscus Saxus Carmenus J. C.* pleniorem hujus Municipii patriæ suæ historiam (19)
anno 1600. conscripsit, eamque per ipsum exinde auctam vidimus penes ejus nepotes. Verum ne diutius ea lucubratio sane erudita, & elegans delitescat, placuit hic epitomen referre. Scripta est Italice, duobus partita libris. Primus in XXI. capita distribuitur, in quibus agitur de Oppidi situ, ortu, etymologia: divisione in municipes, ac ascititios: antiqua libertate sub Imperatoribus: templis, & asceteriis: legibus municipalibus: de vicis subditis: Humiliatorum, & Humiliatarum anno 1160. adventu in Oppidum cum Chronologica Præpositorum nomenclatura: De Monachis Vallis Umbrosæ anno 1247. 10. Martii in idem inductis, & de hac Abbatia circiter annum 1483. primum commendata *Joanni Jacobo Sclafenato* (de quo noster Chorographus mox infra, & *Bernardinus de Busto* in Mariali in sermone propalationis par. 2. & *Augustinus Oldoinus* ad Ciacconium) quo in capite author texuit Chronologicam Abbatum seriem ab anno 1250. usque ad 1480.: de Classe ibi anno 1276. mense Julio instructa ab *Othone* Vicecomite Archiepiscopo *Mediolani*, de qua etiam *Stephanardus Vicomercatus* de Gestis Othonis lib. II. §. 4. MS. in Biblioth. Ambr. lit. S. n. 35. *Joannes de Monte*, *Manipulus florum*, *Corius*, *Bossius*, *Bugattus*, *Georgius Merula*, *Jovius*, & *Sigonius* in Regno Ital. lib. 20.: de turri campanaria: ædibus S. Gotardi Carmeni: ultronea Oppidi deditione in potestatem Vicecomitum: Gestis *Joannoli*, *Beltramini*, *Simonelli*, *Petroli*, & *Antonii* fratrum *Mazardorum* è proximo viculo *Ronco*: jurgiis inter Oppidanos, & Suburbanos: Oppidi migratione in potestatem *Vitaliani Bonromei* anno 1441. 9. Februarii: Arcis Vitalianæ extructione, & obsidione: De prodigiis S. Pietatis anno 1522. 8. Januarii (De hac Historia miraculosæ imaginis D. N. I. C. vide *Boscam* in Martyrologio Mediolanensi pag. 8. sub die 8. Januarii, ubi *Ripamontius* Dec. 2. Hist. Mediolanensis Ecclesiæ lib. xv. & Dec. 3. lib. VIII. pag. 558. Hist. Urbis Mediolani, *Franciscus Collius* lib.

lib. IV. de Sanguine Christi disput. 8. c. 1., ac alia de Oppidanorum pietate vide penes eundem *Boscam* pag. 180.) Capucinorum accersione anno 1569. Collegio Virginum S. Justinæ condito anno 1608. ac de Religiosis domibus. Secundus recenset municipes aut literis, aut armis illustres ex familiis Allegra, Baciocca, Badda, Bombella Bonacina, Branca, Caldarona, Canobia Mediolanensi, Novariensi (Cremonensi, quam laudat amicus noster *Franciscus Arisius*) Mutinensi, Bononiensi, Destriera, Ferrantina, Fontana, Galla, Gallarina, Gallarola, Ghiaccia, Homacina, Legnaga, Luvata, Mantella, Mazzirona, Marca, Mentasca, Pairana, Planta, Pizalla, Pontia, Porola, Postcolumna, Pugnetta, Reschinia, Romeria, Saxo-Carmena, Taffana, Tenca, Terotta, Terinantia, Veolla, Zachea, Zagana, Zamarretta. Binæ in primo habentur inscriptiones: altera in ædibus Capucinorum:

D. M.
HAVE PRIMITIVA BENIGNA
INCOMPARABILIS FEMINA
VIVA MIHI POSVI.

altera vero in quadam casa litorali:

D. M.
COMINIE Q. F. ATILIANE
MATRI DVLCISSIME

quas author docte commentariis illustrat. Hanc
(20) *Cominiam* putarem ex eadem gente, à qua *Cominiacum* (pagus Verbano proximus) dictum videtur, & à qua fortasse prodiit ille *Cominius*, de quo fit mentio penes *Gallaratum* Inscript. XXXIII. & *Carolum à Basilicapetri* in Novar. Sac. pag. 116. Municipium à *Macaneo* nostro vocitatur præstantissimorum Advocatorum seminarium, nec immerito. Et quidem nuper è vivis excessere *Sebastianus Mantellus*, & *Joannes Baptista Bicettus*, qui pari integritate, eloquentia, & doctrina in foro Mediolanensi personabant. Ex municipibus quidam *Franciscus* virtute floruit, qui è Minorita Regularis Observantiæ Capucinus factus vivere desiit anno 1570. Mediolani. Salem rudem subfulvum, & subalbum, quo universa Ditio Mediolanensis utitur, hoc in Oppido per artificium ad Oppidanorum, & Helvetiorum usum defecant, aliquantulum augmentant conantes Zelandorum artem imitari, & adeo albificant, ut nivium candor videatur æmulationem pati. Municipium igitur paret Magnatibus Bonromeis, & Ecclesiæ Mediolanensi, distatque ab Arona milliaribus 22. De Valle Canobiana vide infra n. 101.

Dehinc post mille passus transeunti conspicuum templum Divo Eu-
10 sebio (10) dicatum in colle superemi-
net, cui præest Sacerdos præpositus à Reverendissimo D. *Jacobo Sclaphenato* Cardinali Parmensi integerrimo, qui merito Sacerdotium illud, ut cætera obtinet.

Hoc Divi *Eusebii* templum una cum cœnobio fuit à *Canobianis* anno 1247. 10. Martii creditum Monachis S. *Bartholomæi Vallis Umbrosæ Novariæ*, teste *Carmeno* ut supra. S. *Carolus Bonromeus* hujusce Abbatialis Sacerdotii Commendatarius illudmet anno 1579. Canonicis Canobianis addixit.

Et in silice fundamenta *Castelli*
11 *Malpaghæ* (11) etiam nomen retinen-
A tis in profundo Lacu sita superemi-
nent,

Eodem nomine apud Verbanicolas, sed recenter, ac frequentius nomen Vitaliana. De arcis Malpaghæ eversione inferius dicemus: super ejusdem fundamentis post annos supra centum ab expulsione Mazarditorum ipsius conditorum, de quibus mox facienda mentio, aliam anno 1519. excitavit magnanimus Dynasta *Ludovicus Bonromeus*, quam Vitalianam nominavit, hisce carminibus à *Gaudentio Merula* lib. II. c. 15. celebratam.

Vitaliana vocor Verbani turris in undis
B *Edita, primariæ nomina stirpis habens.*
Me Ludovicus sic Borromeus in altum
Extulit, ut pateat Vitalianus honos.
Simque locus fidis semper patefactus amicis,
Hostibus at nostris sim moribunda lues.

Anchises Vicecomes ex *Olegio Castello* Verbanicis oris præfectus eam anno 1523. obsedit, nec expugnavit, validissime resistente eodem *Ludovico Bonromeo*, qui in ipsam confugerat, ut iram *Francisci Sphortiæ* evitaret. Qua de re *Carmenus*, (21) *Arlunus*, & *Merula* in eorum Historiis MS. ac *Alciatus* innuit in Consil. XI. lib. 5. Distat ab
C Arona milliaribus 17

quod olim à *Mazarditis* (12) qui- 12
busdam piratis conditum, fausto *Mediolanensium* omine deletum fuit.

Mazarditorum sceleratissima flagitia, tyrannidem, piraticas cursitationes, rapinas, homicidia, ac fœdissima quæque describit ex publicis documentis J. C. *Jo. Franciscus Saxo Carmenus* in Historia Canobiana cap. 14. cujus epitome est, quinque nimirum fratres (hos superius num. 9. nominavimus singulatim) ex familia *Mazarda*, è pago *Ronco*, & patre lanio, Rusconarum partium
D (Gibellinarum) sectatores adversus Vitanas (Guelphas) in magnos, ferocesque animos sese anno 1403. seu 1404. erexisse, *Canobium* primo intercepisse, turrim campanariam, ac ædes Prætorias in propugnaculum vertisse, & auctis sicariorum, & asseclarum catervis incruduisse, undequaque grassantes usque ad annum 1414. Interea ad infamis vitæ tutamen castrum in scopulis Canaranis excitasse, eique nomen Malpaga inditum: anno tandem 1414. à Duce *Philippo Maria* navalibus, & terrestribus copiis duce *Jacobo Lunato* obsessos sese, ac arcem diruendam dedidisse, sub libertatis & exilii lege, verum anno 1426. 16. Julii
E patriæ restitutos. Et hinc idem author innixus Principali Diplomate, quod inter Codices MS. Officii (ut ait) Statutorum Mediolani litt. C. pag. 88. asservatur, emendat *Merulam* dicto lib. II c. 15. & *Leandrum Albertum*, qui hosce perditissimos homines ultimo affectos supplicio prodiderunt.

Paulum infra existunt *Canaræ*
[13] vicus celeberrimus, & amœnis- 13
simus *Canobiensium* secessus,

Rectius *Canarum*, incolis *Canaro*, vicus olim cum jure piscandi, olivetis, & ancillis, pertinens ad Canonicos Ecclesiæ Cathedralis Novariensis,
F teste *Carolo a Basilicapetri* in Novar. Sac. pag. 361. De eo *Paulus Merula* in Cosmograph. par. 2. lib. 4. *Bosca* in Martyrolog. sub die 11. Augusti pag. 242. Demarchas Bonromeos, & Ecclesiam Mediolanensem recolit, distatque ab Arona milliaribus 18.

supra quas [montes versus] *Oge-*
biana [14] mapalia frequentantur, 14
ubi superioribus annis pro certo com-

pertum eſt, ruſticos illos ad averruncandam tempeſtatem, quæ quotannis ſæva hominum, boumque labores depopulans gliſcebat, miſerrimum Sacerdotem ſenio confectum, eundem Parochum ſuum, ingentis mole ſaxi, catenaque collum gravatum habentem, ut canes ſolent, in medio lacu dejeciſſe, quod cum magicis artibus grandines elicere omnibus accolis perſuaſum erat: exinde
(22) obſervatum eſt, ſe nullis cæli ſimilibus agitatos calamitatibus. Hoc ideo mihi prætereundum non fuit, quod in ſylveſtribus deſertis magis quam uſpiam incantationes exerceri, a multis exploratum eſt.

Accolis *Ogebio.* Illud eſſe puto, quod penes *Carolum à Baſilicapetri* pag. 361. nuncupatur *Oglon:* Ei etenim adjungitur proximum *Canarum* cum olivetis. Ex hiſtoria, quam author noſter hic affert, exorta eſt in vulgum fabula de Sacerdote veluti alieni thori temeratore per Ogebianos in vas vinarium per fraudem conjecto, & ſaxis onuſto in profundiorem lacus ſinum dejecto. Diſtat vicus ab Arona milliaribus 16. paretque Demarchis Morigiis, & Novarienſi Eccleſiæ.

15 *Ghiſſam*, *Roncum* (15) accolis *Ghiſſa*, *Ronco*, pagos inter *Ogebium*, & *Intrum* (proh dolor!) nemo præter *Paulos Morigium*, & *Merulam* notavit. Eos ego ipſe recenſebo, non quod illum Verbanus vel alluat, vel lambat, vel flagellet, ibique pelluceat perexiguum, ſed quidem elegans templum Divo *Mathæo* nuncupatum ſuperioribus annis à Ven. viro *Mathæo Barajino* excitatum, inſtructum, dotatum: neque quod ipſum decoret ſacra ædes (quam, extra urbem *Novariam*, unicam novimus dicatam Divo Martyri, Doctorique Mellifluo Laurentio ad Puteum Presbytero Novarienſi) paucis ab hinc annis exſtructa à *Jo. Baptiſta*, & *Joſeph* fratribus Beſiis ſuaſu *Petri Pauli Caſati* Canonici Novarienſis: neque quod hic (ſcil. *Roncus*) ultra collis radices ad jactum lapidis ſitus proſpectet ſpatioſe in lacum, aut coronetur ſacellis, in quibus Auguſtiſſimæ, & Sanctiſſimæ Triadi jam uſque à ſeculo conſecratis referuntur nonnulla Chriſti D. N. Servatoris myſteria: neque quod uterque pareat Antiſtiti Novarienſi, & imperio Comarcharum *Morigiorum*, aut ſuos inter Dynaſtas recolat Eminentiſſimum S. R. E. Principem *Jacobum Antonium*, ſed meam ob ſummam benevolentiam erga J. C. *Joannem Borellum* Barajinum, qui ſæpius, ac pro noſtra amicitia, & ſua comitate me vel invitum illò convellit, convulſumque excedere non ſinit, niſi ſolenni ſtipulatione pepigerim (& imo caverim) de redeundo Verbanica jucundandus amœnitate. Diſtant ab *Arona* milliaribus 14.

16 *Frajinum* (16) accolis *Frino* ſubſequitur, Dynaſtarum Morigiorum domicilium, & Decaniarum SS. Mauritii, & Martini caput, ſitum intra Oppidum *Intrum*, & *Canarum* in peramœna, & ſuavi collis acclivitate ſupra lacum ad jactum lapidis, magnificis, & conſpicuis ædibus recenter à ſuis Toparchis exornatum, ſacrove Jacobi Antonii Morigii murice jugiter reſplendens. Paret Eccleſiæ Novarienſi diſtatque ab *Arona* milliaribus 14.

A Hinc *Salaſca* (17) incolis *Slaſca*, ubi ædes Prætoriæ Morigianæ Ditionis, & Decaniarum SS. Mauritii, & Martini, quæ vicis 34. partim in lacum ſpectantibus, & partim interioribus jus dicit, quos *Morigius* recitat in Hiſt. Mediol. lib. III. c. 4. pag. 431. Hanc ditionem ab Intrenſi ſejungit fluvius, cui ſuperimpoſitus oblongus pons ſiliceus: ad cujus ripam in eadem Morigiana ditione ædes Equitum Melitenſium. 17

Torbaſium (18) priſcis *Oribaſium*, ſi credimus *Alciato* in Antiquario MS. Biblioth. Ambroſ. lit. D. num. 425, in fol. accolis *Torbaſo*, pagus interior ad milliare ſupra *Intrum* in Valle Intraſca, 18
B Romanam nobis exhibet inſcriptionem, quam ibidem *Alciatus* collegit.

Prætereuntur inſuper in litoribus (23)
conſpicua Oppida *Intrum*, (19)

Italis *Intra*, Oppidum Præfectura, & nundinis clarum, duobus incluſum fluminibus, paret Tetrarchis Bonromeis, & Eccleſiæ Novarienſi, diſtatque ab *Arona* milliaribus 10. De eo ſcribunt *Martinus Brugnettus* in laurea ut ſupra, *Merula* de Gallor Ciſalpin. antiquit. lib. II. c. 15., & *Carolus à Baſilicapetri* pag. 158. Ibi in Ædibus Collegii Canonicalis Romana inſcriptio, quam 19
C ſolus *Morigius* evulgavit, tuque, ſtudioſiſſime *Muratori*, inviſiſti ſcripturus de *Cimbrorum in Italiam adventu* per *Olcelam*, & alius addidit Monimentis *Gallarati.* Flumina, quibus Oppidum concluditur, adeo graviter ipſum aliquando premunt, ut idemmet vel obruere, vel diruere minitentur. Septemtrionale à S. Joanne, Meridionale à S. Bernardino nuncupatur. In eo toti Mediolanenſi Provinciæ uſui ſunt, ut cum excreverint, piceas, abietes, larices, aliaſque arbores ante per ſummos montes cæſas, ac diſpoſitas abripiant, & in lacum devehant, ex quibus laquearia, tabulata, & alia opera paſſim in hac Provincia conficiuntur, ut in-
D ferius author noſter lib II. c. 4. De ipſorum altero (meridionali puto) *Brugnettus* cecinit:

Circum ſulphureis fluvius delabitur undis
Vivificis ægros renovans humoribus artus:
Huc mergi properant languentum turba, ſeneſque
Reptant Pæoniis annos deponere ripis.

etenim de Septemtrionali vitium, malignitas, & morbifera qualitas deprædicatur ab accolis. Eadem lignorum devectio per flumina *Verzaſcam*, *Madiam*, ac alia in hunc lacum cadentia è regione dextra, per quam diſcurrimus, de quibus infra hoc lib. c. 3.

Ipſius Oppidi nomen in mentem revocat ne-
E dum præſtantem virum *Joannem Petrum* de *Notariis* J. C., & *Joannem Baptiſtam Scaramutiam* Canonicum Cathedralis Novariæ, quem ſupra omnes Oppidanos quammaximo honore (& jure merito ob morum probitatem, & rerum peragendarum ſolertiam) cumulatum vidimus à doctiſſimo, dulciſſimoque Epiſcopo Novarienſi *Joſeph Maria Maravilia*, dum ei Præſuli fuit à Secretis. Etenim in eo Secretarii munere apud anteriores ejuſdem Eccleſiæ Præſules habuit præceſſores non ſolum *Gaſparem Vandonum*, *Hectorem Albergantum*, *Petrum Franciſcum Terrinum*, *Joannem Baptiſtam Obicinum*, viros literis non ob-
F ſcuros, verum etiam *Ubertum Decembrium*, cujus monimenta literaria Muſeum Novarienſe quandoque luce fruiturum exornant: *Joannem Angelum Arcimboldum*, qui exinde Epiſcopus Novarienſis, & Archiepiſcopus Mediolani: *Ambroſium* de *Roccacontrata*, qui *Petri Azarii* expolivit Bellum Canapicianum, quod legimus in Minervæ Propileo nuperrime *Venetiis* cuſo: *Petrum Camporeum*, qui & Epiſcopus Cremonenſis, & Cardinalis: demum *Æneam Silvium Picolomineum*, qui Summus Pon-

Pontif. *Pius* II. ut tu ipſe, *Muratori* mi, tradis in *to.* 2. *pag.* 177. tuorum Anecdotorum. Sed cur nos ab inſtituto fere diſcedentes evagemur, ne rimeris, precamur: volumus enim in mentem revocaſſe *Alex.* V. (de quo & inferius nu. 92. 121.) ac indicaſſe *Innoc.* XI. olim Novariæ Epiſcopos & imo *S. Abundium Zephirinum*, ipſummet *Alex.* V. *Innocent.* IX. de *la Nuce* agnomento *Fachinettum* e pago *Cravenia* ut infra nu. 104. & *B. Gregorium* X. è Vicecomitibus *Maſſini* veluti Novarienſis ſoli ſupremos flores, quos in eodem Muſeo collectos coluimus. Tu igitur ne altius inveſtiges.

(24) Ad *S. Bernardini* aſceterium (20) nec ignobile, nec reticendum pergimus, à ſodalibus *Franciſcanis* ſtrictioris, ut ajunt, Obſervantiæ cultum, ſitum intra *Pallantiam*, & *Intrum*, conditum à Pallantinis, Intrenſibus, & Vallintraſcanis. Qua de re publici Tabellionis *Octaviani Viani* acta vidimus celebrata anno 1468. 10. Aprilis, & de eo *Blanchinus*, cui ipſamet communia fecimus.

21 *Pallantia*, (21)

Hoc municipium [Italis *Pallanza*, de quo author rurſus lib. II. c. 3.] nedum *Merula* etiam in Memorab. lib. III. c. 35. ac *Franciſco Ruggero* in Meletis pag. 199. enunciatur, ſed & perbelle deſcribitur in *Cod. MS.* penes PP. Capucinos Mediolani inſcripto *Fundationes Conventuum Capucinorum Provin. Mediolani*, & à ſuo *Joanne Baptiſta Blanchino* patriarum, ac Mediolanenſium antiquitatum cultore celebratur integro latino opuſculo, quod raptim perlegi, quodque ob authoris mortem, ſeu Pallantinorum incuriam ineditum una cum tot aliis tanti viri lucubrationibus translatum fuit in Bibliothecam Cœnobii Ambroſiani Mediolani. Hic igitur author expandit conditionis Oppidi, etymon, ſitum, arcem, ſacras ædes, & quidquid ad pietatem ſpectat: colligit Romanas inſcriptiones, quas indicat *Baſilicapetri* pag. 156. 157. & referunt *Merula*, *Alciatus*, *Gruterus*, *& Gallaratus* Inſcript. 44. 45. 46. 47. recenſet municipes memoratu dignos nimirum Barbavarios, Reynos, Morigios, Vianos, Appianos, Blanchinos, Balionos, Ruffinos, Ferramuſcas, Bertarellos, Pizolios, Cadolinos, Francios, Caccianinos, Arridonos, Innocentios, Palanzenos, Arlinos, Iſolanos, Cagornias, Varronos, eorumque geſta, ac monumenta commendat quam diligenter: deſcendit ad Univerſitatis latifundia, Regalia: agit de legibus Municipalibus conditis anno 1373. 19. Januarii, imperante *Jo. Galeatio* Vicecomite: Demum agri limites minutatim deſignat ex publicis tabulis. Ibi tamen deſideraſſem cauſas belli, quo Novarienſes firmati claſſe, quam teſte *Calcho* ad Angleriam armaverant, bis cum Pallantinis conflixere, & bis Oppidum expugnarunt anno 1213. ſeu 1223. ut mavult *Baſilicapetri* pag. 395. quodque in Pallantinos, ac Vegetianos efferbuit uſque ad 1259. eas tamen quiſque videat penes *Vercellinum Bellinum* in Deſcriptione Serra vallis, quam habebit in Biblioth. Ambroſ. V. Novaria, Miſcellanea Novar. 5. Nec deeſt mentio Conventus Capucinorum à Pallantinis anno 1617. 4. Octobris extra municipium excitati: Verum deeſt illud Humiliatarum Sodalitium, quod in Oppido ante annum 1398. floruiſſe ſcribit *Marcus Boſſius.* Plura de Barbavariis olim hic dominantibus enarrantur à laudato *Blanchino*, & mihi paucula de eiſdem ſubdere placet, quæ ex authographo Chronicorum MS. *Petri Azarii* Novarienſis in Bibliothecam Ambroſianam nuper recondito per ſympolitem meum

A eruderavi. Author ille cum de *Matthæo* Vicecomite ſcriberet, tradidit exordia Civitatis *Novariæ* ſubdens, quendam *Barbavarium Martinum* agnomento *Cavalcaſellam*, & *Croſſamontem* Barbavarios olim dominatos in Valle Seſſite, Valle Oſcela, in Vehemenia, & ad plagas Verbani: Conſules *Novariæ* adeptos à Barbavario *Pallantiam*, *Intrum*, *Vallem Intraſcam*, *Streſiam* (pagum lacualem de quo infra num 27.) ac Valles, quæ Oſcelæ adjacent: A *Martino* Vehemeniam, Cruſinallum, Plebanatum Vehemeniæ, & Vallem Stronam. *Palantiæ*, *Intri*, & *Vallis Intraſchæ* Prætorem agebat *Jacobus Puſca* J.

B C. Oppidanus meus anno 1412. 11. Julii, ut ex tabulis Jacobi Ragni Notarii Pallantini. Municipium hactenus ſolummodo Regium imperium veneratur, paret Eccleſiæ Novarienſi, mercatum (25) hebdomadalem alternatim cum *Intro* celebrat, ſuos inter præſentes municipes literis commendandos præoſtentat *Julium Innocentium* J. C., & Advocatum multarum palmarum in foro Mediolanenſi, ſollicitumque celeberrimi *Bernardini* patrui imitatorem, nec non *Joannem Baptiſtam Francium* Iatro-Phyſicum medicarum lucubrationum editione clarum, diſtatque ab *Arona* milliaribus 12. In agro jucundiſſimum eſt arbuſta, & ul-

C mos ordinatim conſitas ſpectare, quas agricolæ ita educant, ut eas vitibus intexant, onerentque. Has arbores ipſi vocant *Altini*, à voce latina (ut opinor) *atinia*, qua hujuſce vitigeræ ulmi ſpecies deſignatur apud *Columellam* de arborib. c. 16. & *Plinium* lib. XVI. c. 17.

Ad latus Septentrionale ſinus Mergotiani inferius notandi, inviſimus *Sunam* (22) pagum lito- 22 ralem, & Dynaſtiam olim Morigiorum, nunc Vianorum conſalutandam omnino ob ſummam literaturam *Bernardini Baldini*, *Julii Pogiani*, *Joannis Baptiſtæ Pogiani*, ac *Dominici Zucchinotti*, de quibus fuſe in Muſeo Novarienſi. Regitur ab Ec-

D cleſia Novarienſi, diſtatque ab *Arona* milliaribus 13.

quam circumfluit ſinus *Mergotius* (23) longitudine mille paſſuum, qui 23 ramus eſt procedens ex lacu iſto (quem pulcherrimum inter alios ſcribere delegimus) ſic quoque dictus à loco vicino ejuſdem nominis.

De *Mergotio* (accolis *Mergozzo*) cum parvo la-

E cu effecto à *Verbani* refluxu ſcribit *Carolus à Baſilicapetri* pag. 203. De eo *Facius de Ubertis* in Dittamundo lib. III. cap. 5. cecinit:

Et ciercato per tutto ſu dal ſumo
Da lo Laco Magior, che fà el Teſino,
Io dico da Margoto ſino al ſumo.

Nimbi, turbineſve, quos ſummopere ferocientes eructant hæ fauces Mergotianæ, peculiari nomine ab accolis vocitantur *Mergotium.* Quilibet autem repentinus, & improviſus turbo à Verbanicolis voce Longobardica vernacula nuncupatur *rummo.* Ideo ingenioſiſſimus *P. Thomas Ceva*

F in ſuo nobili, ac prope divino Poemate (Puer Jeſus lib. III.) quoſdam lemures infernales catervatim irrumpentes inducit, quorum uni nomen imponit *Rummum*, eumque ſic deſcribit:

Quem ſequitur Rummus, Rummus qui devia ſaxa,
Quique habitat Locarni, & vertice ab alto
Margutii veniens Verbani exaſperat undam.

Paret vicus Magnatibus Bonromeis jure Feudi collato anno 1446. ut colligimus è *Baſilio Serenio* in Ethico Stylobate pag. 493., & de Valle Mergotiana agit author noſter lib. II. c. 2.

Ubi

Ubi idem sinus deflectit in suimet latus meri- 24 dionale, ibi *Feriolum* (24) accolis *Feriolo*, casæ litorales (de quibus noster author *hoc lib. c. 3.*) nec omnino ignobiles ob antiquæ arcis reliquias. Hic prope eminet mons *Orphanus* (quem *Carolus à Basilicapetri* describit pag. 194.) & in cujus latebris, crepidinibus, ac rimulis veluti in patriis laribus passeres solitarii nidulantur. Hac etiam (si accolis fidimus) non raro prætervolitat quædam peregrina perstrepentium avium species, quarum miræ naturæ est (ut ipsi firmant) reptilia nonnulla garritu acutissimo fascinare. Hoc tamen cre- (26) diderim esse fabulosum, cum de hujusmodi re nil unquam reperierim penes scriptores, præsertim *Ulyssem Aldrovandum*, & *Plinium*. Ibidem Bonromeorum equilia, & planities non exigua, nec infœcunda ex sabulo congestitio, aggerato, & vi fluminum *Athosonis*, & *Stronæ* protruso, quod laci angulum videtur replevisse, ac solidasse. Parent Bonromeis Dynastis, & Ecclesiæ Novariensi, distantque ab *Arona* milliaribus 12.

Ad latus autem meridionale ejusdem sinus occurrit *Bavenum* (25) Italis *Baveno*, nullatenus re- 25 ticendum uti Ecclesiasticæ Terminationis in Diœcesi Novariensi caput, de quo *Basilicapetri* pag. 150. Ibi Romana Inscriptio, quam recitat *Paulus Gallaratus* in Antiquis Novariensium Monimentis num. 22. & indicat idem *Basilicapetri* pag. eadem, aliarumque Inscriptionum fragmenta, quibus oppidum decoratur, collecta vidimus in Museo Novariensi. Superioribus mensibus extra pagum lapidicina quodam effossa non exigua copia monetæ Romanæ cupreæ, in qua effigies Imperatorum, qui dudum ante adventum D. N. I. C. dominati sunt. Hujus Ecclesiasticæ Terminationis res diligentius examinat, evulgabitque *Joannes Jacobus de Margaritis* J. C. cujus studio agendæ gratiæ ob notitiam, quam de hisce habuimus. De hujusce pagi Curte, nonnullisque proximis pagis in ea contentis mentionem facit *Innocentius* III. in Epist. quam sub num. 2. enunciavimus. Paret Tetrarchis Bonromeis, distatque ab Arona milliaribus 11.

Sola autem *Pallantia* ex Verbanicis Oppidis meram ditionem Invictissimi Ducis nostri retinet, nobilium, aut ditissimorum virorum cætu
26 frequens, juxta quam *Isellæ* duæ (26) peninsulæ vulgatissimum piscatorum commercium sitæ sunt.

Isellæ, veluti parvæ Insulæ, seu Insulæ bellæ, accolis eodem nomine. *Gaudentius Merula* dicto lib. II. cap. 15. *Basilicapetri* pag. 154. Ad ostium prædicti sinus quatuor Insulæ enumerantur. Angustior a S. Angelo nominatur, & jure emphytheutico à Dynastis Bonromeis possidetur, distatque ab *Arona* milliaribus 12. prout fuse *Blanchinus* in præcitata Hist. Pallantina, & *Basilicapetri* pag. 157. Amplior consita solis pomariis, & magnificis sui Toparchæ, & Emphyteutæ Bonromei ædibus onerata à S. Victore nuncupatur, distatque ab *Arona* milliaribus 13. Duæ minores (Isellæ) 10. & pro unica quandoque visæ; nam brevissimus scopulus inter utramque ita continuatur, ut ab una ad alteram fere pedibus iri possit, præsertim cum aqua minime abundat. Harum duarum altera vulgaris, altera vero, quæ *Mediolano* navigantibus occurrit prima, monile est, atque ocellus *Verbani*, supremumque *Insubriæ* delicium, cum in aliqualem elegantiæ suæ parcellam suffurata videatur, ac delegisse quidquid miræ, venustæque jucunditatis supereminet in A secessu Cavallascano extra Comense pomerium vernante, in citreorum malorum sylvis Tremedianis, & in hortis Capuanicis, Bellasianis, Varenanis, totque aliis Larii litora opacantibus. Quare huic vero Elisiorum, ac Tempe compendio debent jure merito rependi (nec longe sufficiunt) quæque *Bartholomæus Taegius* inter Epistolas hyperbolico oestro exagitatus scribebat de Insula S. Julii. In harum omnium altera Divus Julius, qui floruit sub finem seculi *Christiani* IV. sacram ædem condere designarat, & (27) S. *Arialdus* crudeliter dilaniatus. Utramque historiolam celeri calamo complexus est *Cotta* in B Topographia Insulæ San. Julianæ ex *Gothofredo Bussero*, *Bonino Mombritio*, *Landulpho de S. Paulo*, quibus addimus *Boscam* in Martyrologio pag. 177. penes quem *Alciatus Tattus*, & *Puricellus*, &c. Sed hæc funesta sileant jucundissima scribenti, & suspicienti in scopulo, qui primum occurrit, & quem magnanimus ille Dynasta *Vitalianus Bonromeus* superioribus annis, abrasis fere omnibus Insulanorum casis, transtulit è piscatorum contubernio in Regiarum Deliciarum miraculum. Binas elegantiores *Carolus Franciscus de Michelis* in Laurea Francisci de Albertis (1685.) ita pingit. *Ibi loci genio nobilitata tellus, incorrupta* C *aëris temperies, circumfluentium undarum tranquillitas, & Regia plane magnificentia extructæ molis intrantem oculum, animumque suspendunt. Sed quod caput est natantis fortunæ, virentes æterno Autumno Hesperidum horti divites undequaque pompam explicant hilaritatis. Quam pulchre circumactæ in gyrum arborum insidiæ pretiosa Pomonæ præmia comprehendunt? quanta florum fructuumque ubertas, qui pondere suo curvatos in fertilitatis obsequium ramos deducunt? Hic aurea malorum tempestas citreis incumbit truncis: illic nata ad Principum voluptatem laurus castissimo terræ succo, & pinguioribus baccis signatur: ibi demissi viridi, olentique ab ubere fru-* D *ctus contegunt solum, ut vocati ab ultimis Italiæ finibus nobiles advenæ innocenti furto divites abeant, aut saltem ad rei novitatem hærentes Atalantæ in morem, inusitato stupore, gradum defigant.* De ampliore *Martinus Brugnettus* in eadem Laurea cecinit.

Hæc Zephyris effusa comas, umbrataque cedro
Mollibus erigitur clivis, laurique superba
Verberat astra coma: lenes fulgentia circum
Vitra bibunt ventos. Linquentum nectara sedem
Jurares hanc esse Deûm; viget undique nardo
Hyblæos imitata sinus: se sponte relaxat
Vis, geniusque loci non curvo vomere fossus,
E *Non cæli lactatus aquis, nec aratra ferentum*
Saucius ungue boum. Circum violaria sparsæ
Ismariæ gratantur aves, junctumque Leoni
Cum per summa poli Phœbum rapit altior æstas,
Alnus perspicuis incendia temperat umbris
Æque tonsa comas, nimiamque repellit opaca
Fronde diem. Vano subter rumore cadentes
E valvis cernuntur aquæ: jactare dolosos
Hic licet è mensa capiendis piscibus hamos.
Non coryli fragiles, tremulisque sedentia ramis
Pruna, nec Hesperiæ desunt pomaria sylvæ.
Digna Deo sedes: ibi Cæsaris omnia cernis,
Nec tibi sufficiunt oculi, sensumque vagantem
F *Hoc vincit quodcunque vides, lunataque circum*
Stagna Quirinales fluitant superantia thermas,
Pomaque confertim vitalibus insita ramis
Verbani famula circum clauduntur ab unda.

De eadem *Benedictus Soffagus* in Poësi pag. 93. *Ferrarius* in Lexico V. Verbanus, *Bosca* de ori- (28) gine, & statu Biblioth. Ambros. pag. 156. Quæ vero prima ut supra navigantibus occurrit, celebrata ab *Honorio Lombardo* (seu mavis *Andrea Pusterla*) in Triumpho Verbani par. 1. st. 41. plu-

pluribusque sequentibus, rectius a me nuncupanda erat, nedum Magnatum & Principum, sed & literatorum virorum secessus, nidulus, solatium: Etenim in eam viros literis illustrissimos vidi advocatos animi recreandi gratia, quos inter memini à me salutatam Insubricam, sapientemque Syrenem, omniscium nempe *Carolum Mariam Maddium*, quem non nisi venerabundus rursus consalutare audeo, cujusque mellitos lusus nunquam satis recitandos, nunquam satis enucleandos referre licet: A

Isoletta, in cui si giace
L'alma sciolta da gli affanni:
Ond' esilio hanno gl'inganni, B
Oue hà patria la mia pace.
Tu più belle, e più propizie
Fai le stelle al cuor giocondo,
La maggior di tue delizie
E' il dividermi dal Mondo.
Qui dal Mondo son distinto
Per quest Isola in cui giaccio,
Qui mi par dall'onde cinto
Esser tutto al Cielo in braccio.
Dalle voglie più moleste
L'alma qui non sente guerra,
Qui provò d'esser celeste
Con spiccarsi dalla terra. C
In quest Isola depose
L' alma stanca ogni sua cura,
Qui disgiunta dalle cose
Sente il dolce d'esser pura,
Soura lei grazie divine
Di bei lumi il Cielo spande:
E ristretta in tal confine
Più s'accorge d'esser grande.

Hinc religiosissimus vates, qui Italicas Musas cælo reddidit, suisque carminibus delicias hujus Insulæ augebat, inducit auroram, aves, flores, somnia, zephyros ibidem colloquentes, & nunquam à sua morali Philosophia devius concludit: D

Vieni, vièni hora gradita
Alle Muse, ed à gli Amanti:
Mà passando in pochi instanti,
Nel venir ci sei fuggita.
Sono i diletti tuoi Fior, Sogni, e Venti:
Le delizie quà giù sono momenti.

Rursus idem vates.

Io, che seguii la Gloria in sù i verd'anni,
Dolce d'invito, e di mercede amara,
A te ritorno, Isola bella, e cara,
Aristorarvi i mal sofferti affanni.
(29) *Di risarcir di sue tempeste i danni* E
Sù le tue sponde il mio naviglio impara;
E come per quiete acqua risch ara,
Nella tua pace anchio purgo gl'inganni.
Ne' tuoi silenzi i desir miei bugiardi
Non odo più: sol di riposo io sento
Quel dolcissimo amor, mà che vien tardi.
Qui di mie vanità dolor contento
Par, che gli ozi beati al cuor mi guardi,
Pascendo di delizie il Pentimento.

Eadem celebratur à *Jo. Baptista Sucio* sic canente in Epinicio pro laurea Co. Abbatis Giberti Bonromei (1691) superius enunciato.

Eminet in parvo spectabilis Insula Ponto F
Ceu vasti Regina lacus, quam læta coronat
Luxuries, viridique nemus circumdat amictu.
Quis modus impensis? multis quot fudit ab annis
Vitalianus opes, ut dura, abruptaque moles
Artificum lassata manu penetrabile dorsum
Flecteret, ac rigidas sineret mollescere cautes?
Non vacat immensi pompam celebrare theatri,
Lucentesque trabes; & avitis picta figuris
Atria: congesto fulgent aulæa metallo,
Fulvaque privatum superant laquearia luxum.

Martinus Brugnettus in Laurea Francisci de Michelis prosequitur.

Illa coloratis Indorum sparsa lapillis
Suspensum fert ora Tagum, velataque gemmis
Colla levat, Tyrio paries rubet ebrius ostro,
Et circumfuso sedes crustantur achate.
Spirant humanos simulantia marmora vultus:
Vivere saxa putes: hic fesso lumine stertit
Bacchus Agenoreo firmans vestigia thyrso:
Hic hastata suam vigil evibrat ægida Pallas,
Et gravis edomitæ spoliis feralibus Hydræ
Amphytryoniades Nemeæ præfocat alumnum.
Quidquid Mygdoniis clausit natura fodinis,
Arma Ducum, chalybes, & sceptra micantia Regum,
Hic collecta jacent: recto coit ordine limen
Mauro poste tumens: Fluitant laquearia gemmis
Phidiaca constructa manu, neque barbara Memphis
Audet opes jactare suas: suffecta columnis
Atria decurrunt: Lybicos accedere montes
Amphion jussit: multus sub fornice curvo
Tophus adest: clauso consurgit lympha meatu
Herbarum sub corde latens, supraque retenti
Non expectati manant laquearibus imbres.
Flore coronatas percurrunt balnea glebas
Arcanis emissa tubis, & ludicra Nais
Mox retegit, mox celat aquas, varioque natatu (30)
Subsilit: hinc oritur, latet inde, coitque, fugitque
Lympha nugax, florumque vias metitur, & auget.
In gemmis Dryades, Nymphæ cælantur in auro,
Argento Oreades: candentia subter eburnos
Percurrunt electra gradus (ut lubricus anguis
Præcipiti cum monte ruit) cælataque circum
Saxa jacent, viridi stipantur marmore calles,
Et multo cernis vigilatum limen achate.
Imminet augusti facies cuneata theatri
Fluctibus: in latebras vigili suffossa labore
Mox discedit humus, mox scansile marmor in altum
Nititur, & domitas nitido pede comprimit undas.

Bartholomæus Crassus in Laurea Angeli Mariæ Maderneæ idem argumentum adorsus (1675) sic canebat:

——— ——— ——— *Qua magnus in Arcton*
Flectitur, & gelidas propius succedit in Alpes
Verbanus, medios felix tenet Insula fluctus.
Insula, deliciæ veris, tranquilla Favoni
Regia, ludentum statio sublimis amorum,
Nympharum, Dryadumque quies: locus ipse fluenta
Discidit, & mediis stetit inconcussus in undis.
Edomiti silices, expugnantemque sequuti
Accepere jugum: Dominis famulantur arenis,
Et vectigales lambunt vestigia lymphæ:
Pendula suspensam libravit in æquore molem
Tellus, ingestisque locum cessere ruinis
Submoti latices, jussique recedere fluctus.
Hic tabulis signisque locus: nitor ardet ubique
Aureus, illatisque rigent crystalla fodinis
Picturam mentitur humus, fictoque coronat
Vere sinum, subsumtque novis asarota figuris.
Ædibus egredimur: vicinis area sylvis
Præjacet; hic rigido frænans sua regna tridente
Neptunus moderatur aquas: Crustata lapillis
Antra lithostraticam faber alternavit in artem.
Illic pumiceo simulachrum claudere nido

Artifices voluere manus: ibi grata voluptas
Cernere dispositis jactam siphonibus undam.
Numina marmoreis hærent cælata figuris,
Neptunus, turrita parens, clypeataque Pallas,
Et thyrsos jaculans Bacchus, cui tempora circum
Flava coloratis redimitur pampinus uvis.
Illic populeæ depressus pondere clavæ
Amphytrioniades Nemei gerit ora leonis.
Proximus excelsos aditus consurgit in hortos.
Hic peregrinorum vernant examina florum,
(31) *Qui virides Atlantis opes, fulvosque præirent*
Hesperidum lucos: rutilis ibi consita malis
Ditia Phæacas superant pomaria sylvas.
Scansile surgentis coit in fastigia terræ
Marmor, & aurata sepes lætissima cedro
Amphitheatrali stipat viridaria pompa.
Quid memorem Pariæ vectas à culmine rupis
Pyramides, genii quibus insedere volucres
Bonromæorum gestantes aurea Patrum
Stemmata? Quid septos cælati margine calles
Marmoris, atque illò jussos ascendere montes?
Quid super imposito moles fabricata theatro?
Bellua quid, famulas latè quæ despicit undas?
Nobilis inferius sedes: camerata prementem
Suspendit sylvam, vigilique effossa labore
In latebras discedit humus: ceu plurima surgat
Porticus, aut longi facies cuneata theatri
Fluctibus immineat, tales vibrantur in arcus

A *Antra: rigent curvo scabri sub fornice tophi,*
Et cava marmorei rodunt Musea chelydri.

Thomas Ceva in Puero Jesu lib. 6.

—— —— —— Verbana haud discolor illi
Insula, ad Eoum qua formosissima Solem
Vergit opaca cedris, Bonromeosque penates
Desuper aspectat.

Et in Sylvis pag. 15. invehendo in ventos, ac describendo turbinem, quem (ut supra diximus) Verbanicolæ vocant *rummo.*

— — — — Rursum alter de grege eodem
B *Verbanos dum trano lacus, è valle repente*
(Namque ibi in insidiis prædo sub rupe latebat)
Adfuit improvisus agens pluvio axe procellam;
Mersissetque ratem nisi me florentibus ulnis
Insula, quæ medio surgit pulcherrima stagno,
Bonromeorum statio, discrimine in illo
Obvia sub noctem portu servasset amico.

Joseph Hieronymus Sementius, à quo hæc Insula vocitatur *labor Heroum*, *Semideumque quies;* Et *Ludovicus Antonius Muratorius* in Vita, quam scribit, Caroli Mariæ Maddii post hæc scripta vita functi.

Tot magnificentiæ, ac artis conatibus hoc C mnemosynon suæ eloquentiæ, ac obsequii testem præstantissimus *Maddius* infixit.

VITALIANVS COMES BONROMEVS
EX CONS. SECRETO M. CATHOLICÆ
REI TORMENTARIÆ PRÆFECTVS GENERALIS
PROCVRATOR GENERALIS CÆSARIS IN ITALIA
INFORMIBVS SCOPVLIS
SVBSTRVENS, ET EXTRVENS
DIGNITATEM OTIIS, MAIESTATEM DELICIIS
COMPARABAT ANNO M. DC. LXXI.

(32) Attamen hasce tantas delicias *Joseph Gemellus Hortanus* Capucinus vertit in mæroris, ac horroris argumentum, cum in Basilica Aronensi persolveret Epicedium Comiti Renato Bonromeo Vitaliani fratri.

Continens appellimus ad ejusdem sinus latus
27 meridionale, *Stresam* (27) accolis *Stresa*, invisuri, vicum, quandoque Burgi nomine, seu titulo insignitum, teste *Carolo à Basilicapetri* pag. 150. Paret Ecclesiæ Novariensi, ac Magnatibus Bonromeis, distatque ab Arona milliaribus 9. In eo ante annum 1398. floruisse religiosam Humiliatorum Domum, tradit *Marcus Bossius* MS. pag. 52. Inter navigandum amænissimam villam Salam *Barajini* nostri denuo videmus, ubi bruxium, & laurum spinosam hyemales brumas spernentem avulsimus, quibus arbusculis nostrum secessum Fontem aureum convestivimus. Hanc vero laurum ita enutrire, & propagare studemus, ut ex ejus cortice secundum artem decocto viscum in aucupii usum trahamus.

Hinc tendimus vicum, quem author infra lib. II. c. 1. vocat *Buziratum* (vox ait *Arlunnus*, La-
28 tinis auribus absurda) rectius *Bulgiratum* (28) Italis Belgirato: paret Comarchis Bonromeis, & Ecclesiæ Novariensi, distatque ab *Arona* milliaribus 6. De eo *Basilicapetri* eadem pag. 150.

Accedit dehinc ordine Choro-
29 graphiæ nostræ *Lexia* (29) unde proveniunt optima Liberi munera cum Falernis, Setinisque certamen habentia, utque de nostris loqua- D mur meris, Monti Brigantinis palmam auferentia.

Recentioribus *Lesia*, accolis *Lesa*, & de ea *Carolus à Basilicapetri* pag. 150. *Puricellus* in Monimentis Basil. Ambros. num. 131. 577. Vicus est præcipuus, seu Præfectura Verbanicæ regiunculæ, quam Vergantum vocant, decem pagos continentis. Huic Præfecturæ addicti sunt pagi ultra 30. partim litorales, partim interiores, quos recensere supervacaneum est. Paret Dynastis Bonromeis, & Ecclesiæ Novariensi, distatque ab *Arona* milliaribus 6. Vina Lesiana, quæ à *Ba-* E *cio*, & *Arlunno* celebrantur, ex nostri authoris sententia palmam Monti Brigantinis auferunt. Verum utrisque parem generositatem, virtutem, ac robur occinit præclarus Poëta (tui, meique amantissimus) Don *Basilius Bertuccius* Mediolanensis, Hieromonachus Basilianus, qui in suo festivo Dytrambo inscripto *Bacco nel Monte di Brianza* vina Brigantina quibusvis Italicis præstare contendit. Allegorice tamen ludit, cum per id innuat, Lombardicos Poëtas ob eorum nervum, ac medullarem, omnifariam, & profundam quarumcunque disciplinarum cognitionem cæteris Italis F præferendos, licet suavitatis in lenocinio non omnes cum *Hetruscis*, &c. comparandi. Quapropter Baccho è Græcia à Turcis utpote abstemiis fugato, è *Sicilia*, & usque *Iapygia* ab omnium vinorum vitia excedenti, & tandem post peragratam *Italiam* sistenti in culmine Mediolanensis Orobii collis inter Briantæos viniferos celeberrimi, illicque ob Thraces è *Buda* profligatos epulanti ac eorundem ominanti abigeatum è Peloponeso, pro-

proptereaque vinorum Monti Brigantinorum cuppas libanti offert ingurgitandas lagenas missas ab amicorum cætu, sub quibus figurat prædilectos, & perinsignes Poëtas Longobardicos: Quæ mu-
(33) nera singulatim Bacchus salitiora, ac suo numine digna dijudicat inter propinandum Augustissimo Cæsari *Leopoldo Magno*, & *Invicto*, *Carolo* Hispaniarum, *Joanni* Pannonum Regibus, *Veneto Senatui*, & *Carolo* Duci Lotharingo de Thrace undequaque centies attrito triumphantibus, totque aliis Christianæ militiæ Ducibus bellica virtute adversus Mahometanos illustribus. Hoc ingeniosum figmentum quis crediderit ab *Horatio* prævisum, dum ille Poëta, Falerno exagitante, vibrans thyrsum ad lyram canebat:

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem, *&c.*

Non igitur mirandum, si quis penes *Arlunnum* sic de vinis Lesianis scribentem legerit: *Quippe decoctum*, *suoque tempore defecatum vinum Falerno*, *Massicoque contendit*; *nam etsi quidem in tanta generosi liquoris fertilitate*, *copiaque durum sit alicui palmam explorato judicio tribuere*, *cum Surrentanum*, *Albanum*, *Campanum*, *Rhæticum alii*, *rursus alia probaverint*, *hoc certe tractu suo maturatum calore*, *non aquosum*, *non insipidum*, *non austerum*, *sed mira palati suavitate gratiosum magno semper lenimento cujusvis stomachum confovit.* De vinis Verbanicis agitur hoc *lib. c.* 4. in fin.

Post *Lesiam* antequam *Aronam* pervenias, vici
30 litorales recensendi sunt: Villa Lesiana (30) accolis Villa di Lesa, distans ab *Arona* milliaribus supra quinque, & de ea *Basilicapetri* pag. 150.

31 *Solcium* (31) Solcio distans supra 4.

32 *Somarinum* (32) Somarino, mapale quidem, sed laude non indignum ob suorum vinorum præstantiam, suavitatem, robur validissimum, annosamque durationem.

33 *Madina* (33) accolis *Mena*, papyri fabricatrix, & *Dagnentum* (Dagnento) è pendice imminens, dissiti 3.: obtemperant Tetrarchis Bonromeis, & Ecclesiæ primus Novariensi, cæteri Mediolanensi.

34 *Massinum* (34) Italis *Massino*, alte in ripa lacus inter *Lesiam*, & *Aronam* positum: Hic olim institutam Abbatiam Monachorum Cistercienfium, eamque à *Desiderio*, & *Carolo* Magno Longobardorum Regibus commendatam Monachis S. Galli Constantiensis, tradit *Hieronymus Bissius* in Generosa Nobilit. Vicecomitum pag. 70. Ecclesiamque in superimminentis montis vertice extructam, Divo Servatori nuncupatam, admirandisque lipsanis divitem ab Heremitanis S. Augustini superioribus seculis cultam fuisse, scribit *Carolus à Basilicapetri* pag. 151. *Otho* Vicecomes filius *Guidonis* anno 1141. 1. Maji Aedem Divo *Michaëli Archangelo* in oppido excitavit, ex Abbatis S. Galli permissu, & *Guido* ejus filius recepit à Monachis S. Galli Dynastiam Massini, quam subinde anno 1142. ab Imp. *Conrado* II. sibi confirmari impetrat. Pagus igitur, qui à *Calcho* lib. VII. pag. 158. 159. lib. XVI. pag. 336. *Jovio* in Vita Othonis, & a *Ripamontio* Dec. 3. lib. II. pag. 185. & lib. III. pag. 224. celebratur, est Vicecomitum Præfectura, ac Diœcesis Novariensis, non tamen credo ibi ortum *Matthæum* Magnum: Illis omnino assentior, qui ipsum Invorii Inferioris natum affirmant, præsertim *Benvenuto SanGeorgio* ex Comitibus *Blandrati* Novariensis in Chronico Montisferrati pag. 138. & antiquioribus præclarissimæ illius familiæ tabulis Genealogicis MS. in Bibl. Ambr. asservatis. Et profecto non levis argumenti mihi videtur vulgare illud agnomentum (Capitri nempe) quo Invorienses a circumstantibus populis insigniuntur ob avi-

A ditatem, qua jactabundi feruntur deprædicasse memorabile portentum, nimirum omnia ipsorum jumenta in *Matthæi* ortu disruptis capistris exultasse cum in stabulis rudendo, tum per compita cursitando. Ibidem etiam *Otho* Vicecomes Ar- (34) chiep. Mediol. natus est, qui Vicecomitibus videtur fundamenta Principatus jecisse. Arci autem, in qua hi nati, *Galeatius* ipsorum nepos non pepercit, cum tot alias anno 1358. everteret, teste *Azario*. *Massinum* igitur, & *Invorium* Oppida profecto gloriosa sunt, veluti domicilia præclaræ illius gentis, e qua prognati nedum tot Principes Mediolanenses bellica virtute, arte regnandi, ac
B imperii ampliandi cupiditate illustres, plurimæ, ac nobiliori parti *Insubriæ* imperitantes, verum etiam tot Antistites, & Cardinales, ac B. *Gregorius* X. in toto orbe vices Christi gerens, quos Musæum Novariense relegendos exhibebit. *Invorii* nobile (ait *Basilicapetri* pag. 74.) Sacerdotium est Ecclesiæ S. Mariæ nuncupatæ de Barro olim à Monachis cultæ. Anno 1284. 8. Novembris (ita ex Archivo Canonicali Gaudiani) ei præsidebat Fr. *Martius*. Quando autem fuerit institutum, & exinde Clericis secularibus traditum, non reperii. Titulo Prioratus jam dudum decoratum possidetur à *Jacobo Camillo Manino* Gau-
C dianensis Basilicæ Primate, ac amico meo: annoque 1539. 30. Octobris possidebatur à *Jo. Francisco* Vicecomite, qui Fr. *Bernardinum Sertorium* sodalem Franciscanum, & conterraneum meum in Vicarium sibi instituit ad hujusce sui Sacerdotii templum excolendum.

Naviganti postmodum quinque millia passuum *Arona* (35) cum tur- 35 ribus eminentibus fulget; quibus in locis, singulis in hebdomadis em-
D poria celebrantur, quæ ipsi mercatum nominant.

Eodem nomine apud Italos, *Alciato* in Antiquario Alona, idem *Lucilio Terzago*, & *Bonaventura Castillioneo*, fortasse ob alæ stemma, quod ab Oppido ostentatur, at *Carolo à Basilicapetri* frequentius *Rona*. Oppidum profecto nobilius cæteris Verbanicis, sed recens omnino dicendum veluti conditum circiter annum Christianum 970. *Turritum* à Chorographo nostro vocitatur: sed ejus arcem per idemmet (puto) temporis conditam, verum à Galeatio Vicecomite anno 1358. teste *Petro Azario* Novariense MS. eversam, ex-
E inde sub *Vitaliano Bonromeo* circiter annum 1450. instauratam, solidioribus propugnaculis ampliatam, & imo natura, & opere munitissimam, ac Divi *Caroli Bonromei* ortu nobilissimam, ac veluti Mediolanensis ditionis firmissimum propugnaculum describunt *Morigius*, *Gaudentius Merula*, *Arlunnus*, *&c.* De Oppido (cujus mœnia sub initium hujus seculi fuere innovata juxta recentem militiæ artem) agunt *Basilicapetri* pag. 75. 407. *Taegius* in Ruris Dialogo pag. 55. *Marcus Aurelius Cusanus* pag. 355. *Nicolaus Pacedianus* pag. 6. binas inscriptiones referens (quas huc importatas censeo, & inde per nostrates collectas evulgavit
F *Janus Gruterus*) *Bartholomæus Scala* in Vita Vitaliani Bonromei pag. 14. *Puricellus* in Vita S. Arialdi pag. 151. sub anno 1066. & in Monimentis Basilicæ Ambrosianæ num. 308. sub anno 1109. *Stephanardus Vicomercatus* de gestis Othonis Vicecomitis (MS. in Bibliotheca Ambrosiana lit. S. num. 35.) lib. II. §. 4. *Benedictus Sossagus* in Poësi pag. 44. *Gaspar Ens* in Deliciis Italiæ pag. 38. *Bosca* de Origine, & statu Biblioth. Ambros. pag. 73. & in Martyrolog. pag. 145. 146. 147.

237. sequutus *Josephum Vicecomitem* lib. II. de Missæ Ritibus cap. 14. *Basilicapetri*, & *Glussianum*, utrumque in Vita S. Caroli lib. I. c. 2., nec non *Ripamontium* in Pontificatu S. Caroli, *Sebastianus Rolliardus* in Hagiopoea pag. 89. *Cotta* in Musæo
(35) Novariensi MS. prodens, oppido imperasse *Stephanum* Vicecomitem *Matthæi* Magni filium, & *Joannis Galeatii* I. Mediolanensium Ducis avum, mox anno 1328. *Petrum* agnomento *Galcinum*, ac *Robaldonum* fratres *Torniellos* Novarienses *Ludovici Bavari* Imperatoris assentatores, quorum ductu hæc Aronensis ora sub anno 1337. cædibus, ac direptionibus inter Guelphos, & Gibellinos insanius fœdabatur, *Carolus à Basilicapetri* pag. 536. narrans Oppidi restitutionem Dynastis Bonromeis factam anno 1499. à Duce *Ludovico Sphortia*, qui illud met ipsis eripuerat, *Merula* De Gallor. Cisalpinor. antiquit. lib. II. cap. 15. & in historia suorum temporum MS. lib. I. *Jo. Simonetta* in Sphortiade lib. xv. *Guicciardinus*, *Jovius*, *Galeatius Capella*, *Bugattus*, *Mambrinus Roseus*, *Bernardinus Arlunnus* de Bello Gallico MS. & alii, quos ipse *Cotta* ibidem refert, cum agit de *Anchise* Vicecomite Oppidum anno 1523. ab impetu Gallico propugnante, & servante: *Gualdus Prioratus*, *Capriata*, *Luscus*, ac alii Scriptores hujus seculi agentes de obsidione, quæ Oppido imminebat anno 1636. & quam anno 1644. sustinuit adversus Gallos. Anno 1673. die 9. Julii Divo *Zenoni* dicata, ictu fulminis pulvis tormentarius petitus erupit innoxius: anno 1688. 20. Julii rursus fulguritus partem arcis evertit, excubias peremit, Oppidum quassavit, grandinem saxeam in ipsum ejaculatus; qua de re *Honorius Lombardus* in Verbani Triumpho. Viros literis percelebres prætereo præter *Dominicum Buellum* Ordinis Prædicatorii (cujus opera typis Novariensibus anno 1572. cusa vidi, hactenus tamen Dominicanis Nomenclatoribus ignota) nec non præter *Michaëlem Angelum Cacciam*, qui hoc in Oppido ortus sedit in Supremo Consistorio Mediolanensi; ac *Antonium Bendonum*, qui nuper in foro *Mediolani* floruit inter præstantissimos Advocatos, prætereoque tum *Gratianum Ponzonum*, cujus gesta, virtutem, ac pietatem felici calamo expandit *Marcus Antonius Rossa*, & qui ultimum diem obiit anno 1652. 17. Octobris, tum *Stephanum Antonium Cantianum*, de quo mentionem fecere *Bosca* in Origine Biblioth. Ambrof. pag. 161. & *Philippus Picinellus* in Athenæo pag. 497. tum *Pricivallum Carrarium* præstantissimum Physicum, & Philosophum, ac *Joannem Petrum Carrarium* percelebrem ob admiranda antidota adversus pestem feliciter excogitata, qui superioribus annis floruere: tum denique *Christophorum*, ac *Fabri-*

A *tium Conturbios* hoc in Oppido ortos, de quibus in Musæo Novariensi. Hic mortuus, ac tumulatus fuit, inclinante seculo XI. *Thealdus Castillioneus* Mediolanensium Antistes, ejusque cadaver paucis ab hinc annis effossum testatur *Bosca* in Martyrologio pag. 145. Hic floruisse Benedictinorum Asceterium, seu Abbatiam SS. Gratiniani, & Felini institutam exeunte seculo X. à *Falco Obizone* Comite *Angleriæ*, Divumque *Carolum Bonromeum* ejusdem Abbatialis Sacerdotii Commendatarium curasse illudmet tradi PP. Societatis Jesu, demonstrant *Basilicapetri*, *Glussianus*, & *Ripamontius*. De hac Abbatia fit mentio in antiquo *Cod. MS.*
B in Biblioth. Ambrof. lit. P. n. 58. pag. 35. & de Abbatia Sexti Calendarum habetur mentio pag. 41. 83. Hic demum apud eosdem PP. asservatur ille Codex membranaceus perantiquus, de quo mentionem facit *Joannes Mabillon* in Itinere Italico pag. 21. & 212. & quo usus est *Philippus Baliotus* Novariensis in Vita S. Gaudentii, *Bollandus*, & *Papebrochius* pluribus in locis. De Oppidi nundinis institutis usque a retroactis seculis plura habentur documenta in *Codicib. MS.* Archivii Statutorum *Mediolani* lit. E. F. G. P. Extra Oppidum ad Aquilonem supra collem anno 1652.
C Cænobium Capucinis fuit excitatum alio funditus everso, quod pariter extra oppidum meridiem versus iisdem extructum fuerat anno 1571. authore (36)
Divo *Carolo Bonromeo*, in illo, ut conjicitur, situ, ubi S. P. *Franciscus* in *Galliam* proficiscens concionem ad Aronates habuit cum insigni miraculo hirundinum in cuneum densatarum ad instar nubis in aëre suspensæ ad arcendos Solis radios sane molestos populo, qui adstabat auditor, ut ex *Chronicis Franciscanis* scribit idem *Baliotus* in Deliciis Seraphicis. Templum hujus veteris Cænobii sacraverat ipsius Sanctus conditor anno 1574. 4. Septembris. De colle Aronensi, in quo S. Caroli Bonromei gesta jam designata referenda statuis
D intra sacella per collem scite disposita, agunt scriptores ejusdem gloriosi Antistitis, *Marcus Antonius Gratarola*, *Franciscus Rivola*, *Bartholomæus Maninus*, *Benedictus Soffagus* in Poësi pag. 2. 6. 7. 8. Colossum æneum, quo refertur ad vivum ipsius S. Præsulis imago, elegantia, & opere juremerito tot aliis æquiparandum, quos *Merula* enumerat in Memorabilibus lib. IV. c. 7. inventum à *Jo. Baptista Cerrano* pictore Novariensi, ex laminis cupreis cælatum, inceptum usque sub *Federico* Card. Bonromeo Archiepiscopo, ut ex illius Magnanimi Principis vita, ac scriptis *Blasii*
E *Guenzati* penes Biblioth. Ambrof. lib. IV. c. 13. referentis epigrapham insequentem (quam idem Purpuratus conscripserat incidendam illius statuæ basi) nimirum

D. CAROLO CARD. BORROM. ARCHIEP. MEDIOL.
ET PATRVELI SVO
OB GRANDEM IN PONTIFICATV ANIMAM,
ET MAGNA IN ECCLESIAM MERITA
FEDERICVS BORROM. CARD. ET ARCHIEP. MEDIOL.
COLOSSEAM EFFIGIEM AEREAM INAVRATAM
CVBITOS XXXIII. ALTAM
IN HOC COLLE IVXTA AVITAS ARCES
ET IVXTA TANTAE VIRTVTIS NATALE CVBICVLVM
POSVIT.

Et *Bosca* de statu Bibl. Ambrof. p. 74. & in Martyrolog. pag. 148. (ubi illum dicit enormem utens elegantiori voce indicante eundem supra communem hominis staturam, & imo exprimente miram ipsius proceritatem veluti se extollentem ad cubitos XXXVI.) perfectum annis 1694. 1695. 1696. à *Syro Zanella* Papiensi, & *Bernardo Falcone* Luganensi, qui jam designatam latitudinem, ac al-

F titudinem ampliarunt, & in eo colle anno 1697. erectum, inauguravit rite anno 1698. 19. Maji Emin. Card. *Federicus Caccia* Archiep. gloriosissimæ recordationis, cum hanc regionem lustraret pro suo munere pastorali. Oppidum recolit Demarcharum Bonromeorum Feudale imperium ex Ducali munificentia collatum, quam testantur tabulæ *Joannis Francisci Gallinæ* anni 1441. 9. Februarii,

bruarii, & *Basilius Serenius* in Ethico Stylobate pag. 492. Mediolanensi Ecclesiæ obtemperat in ejus potestatem a Divo *Carolo* Archiepiscopo adactum (cum antea Oppidani id sibi sumpsissent, ut nulli Diœcesi se contineri vellent) distatque à *Mediolano* milliaribus 37. & Præfecturæ caput est imperans pagis ultra 12. Hoc nullatenus prætereundum puto, nempe *Federicum Bonromeum* S. *Caroli* Cardin. fratrem, Camerini Ducem, Uritanum Principem, ac *Aronæ* Dynastam anno 1560 enixe curasse, ut ipsummet Oppidum insigniretur Sede Episcopali, ac titulo Civitatis, hisce tam generosis votis obsecundante Summ. Pontif. *Pio* IV. imo assentiente, ut etiam *Jo. Antonius* Card. *Moronus* Episcopus Novariensis nonnullos suæ Diœcesis pagos conferret, qui tamen tantum, & tam gloriosum facinus deturbarunt.

(37) Nullum alium in dextra vicum post *Aronam* prosequutus est author: ideo addendi.

36 *Dromellum* (36) &

37 *Dromellettum* (37) accolis *Dromello*, *Dromelletto*, ambo ad collis radicem infra *Aronam* ad milliaria illud vix 1. hoc quasi 2. Parent Dynastis Bonromeis, & Ecclesiæ Novariensi.

38 *Olegium* Castellum (38) accolis *Oleggio* Castello à littore, & *Arona* distans unicum milliare, Vicecomitum Præfectura, & patria *Anchisis* Vicecomitis, de quo supra num. 11. & 35. tetigimus, nec non illius *Joannis* Vicecomitis agnomento *Olegiani*, qui post dimidium seculi XIV. penes Bononienses nomen sib comparavit vel ex minori fide, vel ex nimio dominandi æstu. Pago imperant Vicecomites, inter quos *Galeatius* J. C. è Collegio Mediolanensi, doctrina, Urbi Præfectura, ac aliis muneribus optime gestis præclarus.

39 *Mercuriacum* (39) accolis *Mercurago*, vicus prope littus, & ab *Arona* dissitus ad unicum milliare, notandus ob Romanam inscriptionem, quam refert *Carolus à Basilicapetri* pag. 73. Paret Dynastis Bonromeis, & Ecclesiæ Novariensi, & de eo *Ferrarius* in Lexico.

40 *Burgus Ticinus* (40) Borgo Ticino, Oppidum interius ab ostio *Ticini* ad duo milliaria, & quinque ab *Arona*, memorabile sane ob lyricam poesim *Antonii Cerruti*, qui sua tempestate *Venusinus* alter nuncupatus est ex graviorum virorum censura in Musæo Novariensi recensitorum. Oppidi munitiones sustulit *Galeatius* Vicecomes anno 1358. teste *Azario*, opes autem exinde crudeliter diripuere milites illi Anglici, qui prædabundi per Agrum Novariensem volitabant, teste eodem *Azario*, feracitatem, ac salubritatem *Cerrutus* Oppidanus describit in Carminibus pag. 98.

41 *Castellettum* (41) accolis *Castelletto* sopra *Ticino*, cum aliud *Castellettum* inferius lib. II. c. 6. habeatur; Ex hoc Verbanico prodiit Fr. ille *Jacobus* ex Eremitanis S. Augustini, qui in funere *Jo. Galeatii* Vicecomitis I. Mediolanensium Ducis orationem habuit, quam à Nomenclatoribus Augustinianis prætermissam refert *Cotta* in Museo Novariensi; prodieruntque *Angelus Porinellus* Capucinus, & *Franciscus Arista* Parœciæ Rector, qui superioribus annis spectabili morum integritate floruere. Prodiitque & *Bonifacius* ille Vicecomes, de cujus memorabili quodam ausu in *Franciscum II. Sphortiam* Mediolanensium Ducem scribunt *Mambrinus Roseus* sub anno 1523. *Laurentius Cappellonus* in Discursu 20. lib. II. *Guicciardinus* lib. XV. pag. 435. *Galeatius Capella* lib. III. *Gaspar Bugattus* lib. VI. *Collenuccius* parte 2. lib. II. pag. 38., *Albertus de Lazaris* parte 1. pag. 318. Pagus Baronibus *Joanni*, *Bonifacio*, alisque Vicecomitibus, & Ecclesiæ Novariensi paret, ac situs est unde *Ticinus* emittitur à Verbano, distatque ab *Arona* milliaribus 5. ipsius munimenta delevit *Galeatius* Vicecomes anno 1358. teste *Azario*, & de eo *Carolus à Basilicapetri* pag. 70.

Sinistra vero *Mediolanum* venienti leguntur *Magajinum* (42) *Locarno* oppositum, non tamen ex recto paralello, 42

Post *Magadinum*, quod num. 1. notavimus, sequitur vicus littoralis *Genna*, deinde littoralis regiuncula milliariorum fere septem, quam *Gambaronium* vocant, (accolis *Gambarogno*) vini plerum- (38)
que albi, & minus robusti ferax. Vici præcipui sunt *Vira*, ac S. *Michaël*. Obtemperat Helvetiis, & Ecclesiæ Comensi; perbelle describitur ab *Hofmanno* in Lexico tom. 1. pag. 681. ex *Simlero* in Republ. Helvet. post descriptionem Locarni.

Apinum saxosa cum turre, (43) 43

Accolis *Pino*, sive *Sasso* da *Pino*, cui proximum est *Tronsianum* (Tronsiano) ambo è colle spectantia in Lacum, distantia ab *Arona* milliaribus 25.

Macaneum, (44) dulce natale solum nostrum, 44

Italis *Macagno*: Aliud superius inferiori conterminum patria illius opificis, qui circiter annum 1550. fabrefecit fontes manuales in delicio Mediolanensi *Leinato*, de quo *Soffagus* in Poësi pag. 50. Paret familiæ Marlianæ, & Ecclesiæ Mediolanensi, distatque ab *Arona* milliaribus 22.

Aliud inferius (45) de quo author hic: Augu- 45
stissimi Cæsaris veneratur imperium, subimperante inclyta gente *Mandella* Mediolanensi ex *Othonis* Magni munificentia ob operam, quam *Tatius*, & *Robacontus* ex ejus majoribus strenue navarant in *Berengarium III. Willam*que conjuges (Italorum Reges) & in expugnanda Insula S. Julii anno 962. Qua de re novissime *Tiberius Gandolphinus*, *Cotta* in Chorograph. lib. II. & *Carmenus* in Hist. Canobiana lib. 1. c. 4. Nuper apud incolas solennis erga Divum *Julium* cultus inductus per *Joannem Franciscum Guizzettum*. Ecclesiæ Mediolanensi obtemperat municipium, distatque ab *Arona* milliaribus 21.

Vedasca Vallis (46) sequitur, de quo infra num. 107. sub Præfectura Luvinensi. 46

Agra (47) vicus in apice elatioris collis ad læ- 47
vam citra *Luvinum*, spectans in Lacum. Ejus incolas acerrimi ingenii ita divites novimus, ut omnia illic acescere quis jocando dixerit. Paret Dynastis Marlianis, & Ecclesiæ Mediolanensi, distatque ab *Arona* milliaribus 22.

Culmenia (48) accolis *Colmegna*, vicus littoralis 48
intra *Macaneum* Inferius, & *Luvinum*, paret Dynastis Marlianis, & Ecclesiæ Mediolanensi, distatque ab *Arona* milliaribus 20.

Luvinum, (49) 49

Italis *Luvino*. De eo *Gaudentius Merula* de Gallor. Cisalpinor. antiquit. lib. II. c. 15. *Bonaventura Castilionæus*. Præfectura satis ampla continet Vallem Vedascam, Consilium Majus, & Vallem Marchiroli, de quibus inferius agemus, & olim Vallem Travalii nuper sejunctam. Oppido fama apud *Insubres* accessit ex penicillo nedum *Bernardini Luvini*, quem in arte pictoria erudiit *Gaudentius Ferrarius* Novariensis è vico *Ugia*, sed & *Aurelii* è *Bernardino* gnati, & *Joannis Luvini*, quos non raro laudatos legimus: increbuitque è toga *Hieronymi Rubei*, qui in urbe *Mediolano* tum Regio Aerario patrocinatus est, tum sobolem præclare propagatam fixit: sed magis increbuit ob virtutem, qua inter Carmelitas floruit *B. Jacobus* de *Eleuteriis* (de quo *Bosca* in Martyrolog. pag. 356.)

356.) innovando patriæ non minus decus quam *Anſelmus Luvinus*, qui ſub finem ſeculi 10. thiaram Mediolanenſem geſtaverat. Nundinas hic frequentari vidimus, & de eis habetur facultas in Archivio Statutorum Mediolani in *Cod. MS.* lit. T.
(39) pag. 14. Demarchas Marlianos, Eccleſiamque Mediolanenſem recolit, diſtatque ab *Arona* milliaribus 19.

50 *Maſſentianam* (50) accolis *Maſſenzana*, vicum interiorem, & *Luvino* proximum recitamus ob gloriam, quam aſſecutus eſt a ſuo *Auguſtino Ramello* milite, & Architectonices profeſſore, ac authore illius voluminis Italice, & Gallice conſcripti (cui titulus *Le diverſe, & artificioſe machine*) Pariſiis cuſi anno 1588.

51 ## *Germignaca*, [51]

Idem nomen apud italos, & de ea infra hoc libro cap. 3. Olim *Vallis Travalii* Præfectura fuit, ac Metrocomia. Hic amplæ turris ſuperſunt veſtigia. Huc appulit claſſis, quam anno 1276. *Otho* Vicecomes Mediol. Archiepiſc. in portu Canobiano extruxerat ad infrigendas Turrianorum vires. Qua de re *Stephanardus Vicomercatus* cecinit in Geſtis ejuſdem *Othonis* lib. II. §. 4. Paret municipium Dynaſtis Marlianis (ſub Præfectura Luvinenſi) & Eccleſiæ Mediolanenſi, diſtatque ab *Arona* milliaribus 18. Hic *Franciſcum Caldaronum*, & *Andream Textorium* rurſus, & peramanter amplexor.

52 ## *Travalliæ* Arx [52] nomen prædictæ Vallis retinens,

Italis *Val Travaglio*, & de ea author infra lib. II. c. 2. *Merula* lib II. c. 15. *Galvaneus Flamma* Chronic. Extravag. MS. tit. de aquis. Arcem autem putamus eam eſſe, cujus veſtigia adhuc viſuntur in pago *Bedero* inter cæteros Vallis eminentiſſimo, ubi non ſemel penes noſtrum *Joannem Antonium Daverium* diverſati ſumus. Qua ætate, quave de cauſa fuerit diruta, nobis non conſtat: uſque ad annum 1066. ſtetiſſe, ſcimus, & in ea tunc conjectum in vincula *B. Andream* Monachum *Vallumbroſanum* maxima amicitia junctum *S. Arialdo* ex Decumanis Eccleſiæ Mediolanenſis piiſſimo, ac fervido inſectatori Clericorum, quos intemperantia pelliciebat ad illegitimas nuptias, & de quo tetigimus num. 26. In eam conjectum dicimus, non in turrim quæ e vertice propinqui, ac elati collis Caldæi Lacui imminentis ſpeculabatur ſpatioſiſſime, cujuſque reliquiæ uſque adhuc ſuperſunt: neque in alteram, cujus non modica pars adhuc condecorat *Germignacam*. De arce, puto, *Bederana* mentionem facit quidam *Syrus* penes *Puricellum* agentem de S. *Arialdi* martyrio pag. 119. In eodem pago Baſilicam excitavit S. *Galdinus* Archiepiſcopus *Mediolani*, ac S. R. E. Card. circiter annum 1165. quam Divo *Victori* conſecravit, ipſamque notavit *Cotta* in Topographia Inſulæ S. *Julii* ob antiquum cultum erga D. *Julium* ex religione, ac pietate gentis Balinariæ. Antiqui Dynaſtæ Morigii ſibi hanc Vallem in Toparchiam recentiſſime compararunt, & Præfectura Porti inſtituta vicis II. imperans, quos inter exiguus non eſt Domum (ubi novimus *Joſeph Valianum* Parœciæ Rectorem, virum literatura, & in re epiſtolaria inſignem) neque Ticinalium, ubi hactenus germinat gens *Seſſa*, è qua prodiit *Gerardus* ille, qui ſive ex Canonico Parmenſe, ſive ex Monacho Ciſtercienſe, & poſt Præſulatum Novarienſem biennio tentum ad Albanenſem fuit deſignatus, mox anno 1211. Archiepiſcopus Mediolanenſium factus, quo anno poſt dies triginta in fatis ceſſit *Cremonæ*, cnm in *Inſubribus* fungeretur Apoſtolica Legatione, & ad ſacram purpuram fuiſſet deſti-

A natus, ut innuitur penes *Carolum à Baſilicapetri* pag. 376. & in Muſæo Novarienſi, nec non in (40)
Chorographia *Ripariæ* S. *Julii* lib. II. MS. unde geſta, ac monimenta literaria hujus Cardinalis deſumuntur. Pagi illius, regioniſque amænitate captus, cum Novariæ ſederet, fertur è Regio Lepido patria ſua quendam ex affinibus, illò advocaſſe, ædes & illic excitaſſe, quas pro illius ævi ruditate haud inelegantes putandas arbitramur. Verum in hiſce ſolam accolarum fidem ſequuti ſumus, cum nil certi viderimus. Hæc Vallis paret Eccleſiæ Mediolanenſi, ipſiuſque initium diſtat ab *Arona* milliaribus 14

B Poſt *Germignacam* occurrit illuſtris pagus litoralis Portum, (53) de quo ſuperius tetigimus, Præ- 53
fectura *Vallis Travalii* nuper inſtituta, obtemperans Morigiis, & Eccleſiæ Mediolanenſi, diſtanſque ab *Arona* milliaribus 15.

Exinde *Caldæum* (54) accolis *Caldè*, poſtre- 54
mus *Vallis Travalii* vicus: ibi fornacum calcariarum copia, & mons ad id uberrimus, & turris veſtigiis nobilis. Diſtat ab *Arona* milliaribus 14.

Lavenum, [55] 55

Italis *Laveno*, *Merulæ* in Sylva Memorabil. Portus Labienus. De eo idem *Merula* de Gallor. Ciſalp. lib. II. c. 15. *Caſtillionæus* opinatur, huc
C appuliſſe Cimbrorum colluviem, de qua inferius num. 80. cum ex condicto (ad confligendum cum Romanis) pergeret in agrum Novarienſem. Sed *Cotta* per fauces Eumeniæ, & *Ripariam* S. *Julii* breviſſimo utentem itinere ipſam profectam ſentit in Chorographia lib. I. pag. 9. Pagus ſedes eſt Præfecturæ quamplures vicos complectentis, obtemperat Dynaſtis Bonromeis, ac Vicecomitibus, & Eccleſiæ Mediolanenſi, diſtatque ab *Arona* milliaribus 10.

Accerum, [56] 56

Recentioribus *Cerrum*, indigenis *Cerro*. *Gaudentius Merula* eodem lib. II. c. 15. Recentem
D eſſe pagum, autumat *Carolus à Baſilicapetri* pag. 192. conjiciendo ortum poſt exciſum *Burgum Cerrum* olim vicum præcipuum regiunculæ, quam *Curiam Cerri* (accolis *Corcera*) nuncupant. Burgus ille fuit in ea modica planitie extra fauces proximæ *Eumeniæ*, (de qua inferius num. 120.) citra *Gravallonam* ad milliaris dimidium circiter, ubi ipſius levia ſuperſunt veſtigia: Illic prope habetur vicus Parœcialis Cerreja, & Mons Cerranus: conjiciendo itidem, deleto (qua de cauſa ignoratur) eo Burgo, incolas migraſſe ultra Verbanum. Præfectura eſt Dynaſtarum Bonromeorum, &
E Vicecomitum, paret Eccleſiæ Mediolanenſi, diſtat ab *Arona* milliaribus 8. & fortaſſe ad arboris Cerri dotes, & laudes prodendas notatus fuiſſet ab *Aldrovando* in Hornithologia, ſi eidem tanto viro innotuiſſet. Attamen majus nomen ſibi aucupari non poſſet quàm à virtute, ac pietate *Hieronymi Guilizzoni*, qui ſuperioribus annis Primatem Baſilicæ Beſutienſis agebat: nec non a toga *Joannis Antonii Guilizzoni*, qui ſubſellium Regiorum Vectigalium univerſi Dominii Mediolanenſis jam dudum aſſequutus eſt, ac miniſtrat ſumma integritate, vigilantia, juſtitia, æquitate in jure dicundo.

F Plura inter *Cerrum*, & *Angleriam* per Chorographum noſtrum prætermiſſa addimus, licet non omnia nobilia.

Cereſolum (57) nempe, & 57
Renum (58) *Cereſolo*, *Reno*, caſas littorales, 58
quæ parent Eccleſiæ Mediolanenſi, diſtantque ab *Arona* milliaribus illud circiter 8. hoc paulo minus. (41)

S. Catharinam ad *Saxum Ballarum* (59) acco- 59
lis *S. Cattarina del Saſſo*, eremum rupi in lacum ſe

se protendenti, ac imminenti, infixam veluti nidum salebris. Prospicit in ostium sinus Mergotiani, colitur à Monachis Carmelitis Congregationis *Mantuanæ*, commendaturque tum ob sacros conditoris cineres ibi asservatos, tum ob sanctitatem, qua dudum ibidem vixit circiter annum 1440. *Albertus Besutius* Nobilissimus vir, & hujus solitudinis primus cultor, cujus eximiam virtutem, feliciusque pro cœlo fœnus explicat *Joannes Jacobus Besutius* in suæ gentis Theatro par. 1. ex *Galesino*, *Glussiano*, *Brautio*, *Bultio*, *Ferrario*, *Puricello*, *Francisco Maria Guazzo*, *Antonio Georgio Besutio*, *Carolo à Basilicapetri*, *Morigio*, *Carisio*, *Crescentio*, & *Petro Paulo Bosca* in Martyrolog. Mediolanensi pag. 275. Hæc eremus perbelle habetur penes *Nicolaum Pacedianum* (MS. in Biblioth. Ambros. lit. A. n. 105. in fol.) pag. 7. ac distat ab Arona milliaribus 8.

60 *Arolum* (60) viculum littoralem (accolis *Arolo*) obtemperantem Dynastis Bonromeis, & Vicecomitibus, ac Mediolanensi Ecclesiæ, distantemque ab *Arona* milliaribus 7. circiter.

61 *Legiodunum* (61) Italis *Legiuno*, Oppidum interius ad milliare, quod laudatur a *Merula*, *Alciato*, & *Castillionæo* putantibus, ipsum ita dictum à quadam legione ibidem à Romanis locata ad compescendos Gallorum furores. Nonnulli opinantur, hac profectum *Julium Cæsarem*, cum bellum *Salassis* inferret. Præfectura est, ac Dynastia *Besutiorum* Mediolanensium, nonnullos vicos continet, notaturque à *Bosca* in Martyrolog. die 9. Junii, & 1. Augusti: obtemperat Ecclesiæ Mediolanensi, distatque ab *Arona* milliaribus 8.

62 *Moallum* (62) vicum litoralem, nostratibus *Moallo*, obtemperantem Demarchis Bonromeis, & Vicecomitibus, ac Mediolanensi Ecclesiæ, distantemque ab *Arona* milliaribus circiter 6.

63 *Besutium* (63) indigenis *Besozzo*, Oppidum interius à litore milliari 1. distans ab *Arona* 10. cœli clementia, agri ubertate, ædium elegantia, urbanoque splendore cum quibusvis lacualibus municipiis contendens. Sed hanc messem relinquimus *Joanni Jacobo Besutio*, qui oppidum patriam suam, ac Præfecturam Dynastarum Besutiorum Mediolanensium concinnat. Hic *S. Niconis* Anachoretæ recoluntur exuviæ, ut ex ejusdem authoris scriptis didicimus. Vide *Boscam* in Martyrolog. sub die 18. April. & 22. Septembr.

64 *Turum* (64) incolis *Turo*, casas litorales ditionis Comitum Bonromeorum, & Vicecomitum, ac Mediolanensis Ecclesiæ, distantes ab *Arona* milliaribus 6.

65 *Brebiam* (65) accolis *Brebia*, pagum mediterraneum distantem à litore circiter milliare, & ab *Arona* 4. obtemperantem Magnatibus Bonromeis, & Ecclesiæ Mediolanensi, & olim illustrem tum ob Romanas inscriptiones penes *Alciatum*, *Merulam*, *Castillionæum*, *Cicerejum*, aliosque tum ob thermas ab Ethnicorum superstitione Palladi, seu Minervæ dicatas, sed semper illustriorem tum ob sacrum fanum, quod ibi *D. Julius* delubra delens extruxit, tum ob prodigia, quæ ibidem ipse Sanctus vir patravit, ut apud *Mombritium*. De quibusdam in arce *Brebiana* (olim ditionis Archiepiscopi Mediolanensis) judicialiter anno 1224. coram Archiep. *Henrico Septala* gestis legitur in Archivo Canonical. Gaudiani. De eadem arce solo æquata circiter annum 1263. à *Martino Turriano* in Archiepiscopum *Othonem* Vicecomitem ferociente scribunt *Corius*,
(42) & *Stephanardus Vicomercatus*. Per agrum crebro exhumantur urnæ sepulcrales, ac reperiuntur monumenta, pleraque epitaphiis exor-

A nata antiquam superstitionem referentibus.

Hisprium, accolis *Hispra* (66) ultra ripam ad milliare, ab asperitate dictum, si credimus *Merulæ* lib. II. c. 15. distantem ab *Arona* milliaribus 4. iisdem coërcitum potestatibus, quibus propinqui pagi. 66

Rangum tuguria litoralia distantia ab *Arona* milliaribus 3. eisdem imperiis addicta.

Angleria (67) cum pulcherrimo castello *Aronæ* opposita, ipsaque Vicecomitum nostrorum laudanda 67
B origo. Nam hi ipsi à Comitibus *Angleriæ* stirpem trahunt, quos à Regibus *Longobardorum* stemmata deduxisse vetustissimi Annales, Chronicaque haud aspernenda tradidere: de qua historia non mihi longius differendum est, quod *Gregorius Merula* vir Latinis literis, Græcisque seculi nostri consummatissimus eam ita enarrat, illustrat, & exco-
C lit, ut nil addi, diminuive posse videatur. Hisce duobus validissimis enarratis Oppidis, & suppositis locis præclarissimi, humanissimique Bonromeorum Dynastæ *Joannes*, & *Vitellianus* summa cum justitia, nec minori comitate dominantur.

Majoribus nostris *Stationa*, sive *Stazzona*, nec non Hetoredia, ut placet *Nicolao Pacediano* pag. 6. Italis autem Angera. De ea rursus author
D lib. II. c. 1. 2. *Merula* De Gallor. Cisalpin. lib. 1. c. 5. lib. II. c. 15. ubi nonnulla à *Francisco Philelpho* prodita refellit veluti commentitia, *Jacobus Philippus* Bergomensis in Supplemen. Chronic. lib. XII. *Basilius Serenius* in Ethico Stylobate pag. 523. *Galvaneus Flamma* penes *Puricellum* ut infra, & in Chronico Majori lib. III. c. 75. 155. 835. *Corius* sub anno 493. *Benedictus Sossagus* in Poësi pag. 44. *Bosca* in Martyrolog. pag. 147. & de Origine, & statu Biblioth. Ambros. pag. 72. *Gabriel de Simeonibus* de Origine Urbis Mediolanensis lib. IV. p. 86. Marchio *Vercellinus*
E *Maria Vicecomes*, qui dissertationem de falsis *Angleriæ* Comitibus hæreditariis, de commentitiis eorundem scutariis leonibus &c. promiserat. *Petrus Azarius* prodens pestilentiam in hac ora Anglerienst grassantem sub dimidium seculi XIV. *Emanuel Thesaurus* in 3. Regno Italiæ sub *Bernardo Ansprando* Annotat. 227. *Carolus à Basilicapetri* in Novar. Sac. pag. 79. 407. *Stephanardus Vicomercatus* lib. II. §. 2. 4. *Puricellus* in Monimentis Basilicæ Ambros. num. 443. 444. 578. & in Vita S. Arialdi pag. 108. 111. 151. ex *Landulpho de S. Paulo*. De Romanis inscriptionibus, quæ hic habentur, agunt *Alciatus* in Antiquario MS. in Biblioth. Ambros. lit. D. num. 425.
F in fol. *Andreas Thevet* Cosmograph. univers. to. 2. pag. 702. *Bartholomæus Scala* in Vita Vitaliani Bonromei pag. 14. *Bonaventura Castillionæus*, *Cicerejus* MS. *Gruterus*, *Merula* &c. Chronica Angleriensia servantur MS. in Biblioth. Ambros. lit. F. num 252. in fol. & ✠. num. 254. in 4. exscriptore *Francisco Castello*, & lit. A. num. 271. in 4. Municipium titulo Civitatis fuit insignitum à Mediolanensium Duce *Ludovico Maria Sphortia* anno 1497. 7. Octobris, illique in pro- (43)

fanam

tanam Diœcesim data, hæc Oppida Verbanica, nimirum Sextum Calendarum, Lissantia, Dorosium, Lavenum, Hisprium, Cerum, Portum, Ticinalium, Arx Travalii, Germignaca, Luvinum, Macaneum, Saxopinum, Vira, Rancium, Magadinum, Cantunum, Biguezolum, Losona, Soldullum, Gordola, Brozolum, Scotia, Brisagum, Locarnum, Tignola, Trefluvius, Canobium, Canerum, Ogebium, Pallantia, Suna, Mergotium, Intrum, Isellæ, Stresa, Belgiratum, Lesia, Madina, Arona, Mendrisium: Magistratus, Præfectura, (de qua in *Cod. MS.* Bibl. Ambros. lit. P. n. 236. pag. 55.) ac Dignitates institutæ. Hujus rei Diplomata servantur in Archivo Statutorum Mediolani in Cod. K. pag. 34. (sed illic videndi etiam Codices O. pag. 286. P. pag. 135. PP. pag. 167. ad eamdem rem facientes) servanturque in Archivo Civitatis in Cod. anni 1497. ad an. 1502. pag. 2. 3. 4. 5., quæ omnia perlegimus. Tanto amore Dux ille municipium prosequi orsus est, ut facile credens, & idemmet municipium olim inter Civitates enumeratum, & se ex antiquis Regulis Angleriatibus gnatum, maluerit Comes *Angleriæ* nuncupari: Argenteum numisma tunc cusum vidimus, in cujus altera facie hæc epigrapha: *Angleria Civitas:* in altera verò icon Beatæ Virginis, & in circulo: *Ludovicus Maria Sphortia Angleriæ Comes*, de quo titulo mentionem facit etiam *Julius Salernus* in Orat. 1. pro Ticinensibus penes Biblioth. Ambros. MS. lit. F. n. 285. & *Marcus Hieronymus Vida* in Orationibus pro Cremonensibus MS. Oppidum suis Demarchis Bonromeis per eundem *Ludovicum Mariam* ereptum, & anno 1499. ab ipso iisdem restitutum prodit *Basilicapetri* pag. 536. Ornamentum ipsius præcipuum nedum *Petrus* Martyr *Angleria*, qui Oceanias Decades, sive de Insulis nuper inventis, ac de Legatione Babylonica scripsit circiter annum 1500. (& quem laudant *Jo. Matthæus Tuscanus*, *Possevinus*, *Gesnerus*, *Frisius*, *& Jovius*) sed & *Carolus Emanuël Romerius*, qui inter fori Mediolanensis celeberrimos Advocatos floruit circiter hujus seculi dimidium. De nundinis Anglerienfibus usque à superioribus seculis institutis plura monimenta MS. habentur in eodem Statutorum Archivo lit. P. pag. 135. Hic Servitarum asceterium, de quo nulla mentio penes *Giannium*, & paulò post dimidium præsentis seculi effigies B. M. V. prodigiis innumeris floruit, eique templum excitatum. Hæc Prætoria sedes plures pagos etiam interiores continet, paret Dynastis Bonromeis, & Ecclesiæ Mediolanensi, distatque ab *Arona* unico milliari.

Tajinum (accolis *Tajino*) ad latus collis spectantis in lacum, obtemperans Dynastis Bonromeis, Ecclesiæque Mediolanensi, distat ab *Arona* milliaribus duobus.

68 *Lissantia* (68) sequitur vicus litoralis, accolis *Lissanza*, & *Alessanza*, citra *Sextium* ad duo milliaria, notandus ob solam suimet paranomasiam, qua nonnullos nimis credulos Gallos decepit; nam cum hi anno 1644. Aronam obsessuri, seu obsidentes cursitarent per oram, & nonnulli ex manipularibus, sive populabundis, sive pabulatoribus pagum hunc, ejusque arcem expilassent, suis rem adeo subobscure nunciarunt, ut *Alexandria* urbs cum arce intercepta, ac direpta crederetur non sine effusa ea lætitia, quam faustus eventus, & gloriæ libido succendit. Ditio est Feudalis Vicecomitum, obtemperat Ecclesiæ Mediolanensi, distatque ab *Arona* milliaribus tribus.

(44) Ibi Lacus claudi incipit, concatenarique ad quoscunque Gallicos tumultus arcendos, quæ res si modo angustos tramites, & saxosos non tantum hominibus, sed & feris inaccessos conatibus summis transgrederentur, classeque in Insubricos agros forte, ut sunt leves, transcendere sibi confiderent, nimirum natura illis bene consulit Alpes (69) opponendo, quod eorum dementes furores prævidebat. Qui quidem altissimi montes totam vallantes *Italiam* variis in locis varia nomina sumpsere; Nam quandoque *Graji* appellantur à transitu *Herculis*, aliquando *Cottiani* à Rege *Cottio*, interdum *Julii*, nec non litorales, nonnunquam *Pœnini* non à transitu *Pœnorum*, ut plurimum auctores alioquin probatissimi disseruere, sed ab ejus sacri verticis incola, ut *Livius* scribit, agnominati. Hac autem ex regione *Rhætii* vocantur à *Rhætis*, ut *Vindelicii* à *Vindelicis*. 69

Alpes rursus expenduntur à *Gaudentio Merula* de Gallor. Cisalpinor. antiquit. lib. II. c. 5. *Carolo à Basilicapetri* in Novar. Sac. pag. 197. *Philippo Cluvero* in Italia Antiq. tom. 1. *Aegidio Thesendo* in Rhætia Alpina, *Nicolao Pacediano* (MS. in Biblioth. Ambros. lit. A. n. 105. in fol.) lib. XVI. *Simlero* in Vallesia, & *Daniele Heremita* de Helvetiorum situ.

CAPUT III.

Qui fluvii in eum decidant.

LAbuntur in eum flumina multa, ex quibus *Ticinus* [70] Alpibus Rhætiis decurrens, ex eodemque jugo montis scatens, ex quo *Rhodanus*, *Rhenus*, *Danubius*, *Athoso*, diversas tamen in regiones labentes. 70

Ticinus scaturit è monte S. Gerhardi, ex quo cætera flumina, de quibus author hic *A. Claudiano* in VI. Consulatu *Honorii* celebratur veluti *visu pulcher*, laudatur à *Sidonio Apollinari* (lib. 1. epist. 5.) qui per eum navigavit: eundem describunt *Gaudentius Merula* lib. II. c. 15. de Gall. Cisalp. & lib. III. c. 7. Memorabilium narrans hujus fluminis irruptionem circiter annum 1500. *Philippus Cluverus* in Italia Antiq. lib. I. c. 14. & 36. ex *Polybio*, *Livio*, *Plinio*, *Strabone*, *& Silio Italico*, *Ballarinus* in Histor. pag. 319. & *Brugnettus* canendo: (45)

Hic illo exoritur celsi de vertice montis,
Unde scatet Rhodanus, Rhenusque bicornis: hiantes
Arcanis istum solvunt tres fontibus urnæ,
Rectior inde coit, mox flectens ora deorsum
Obliquat cursus & prono margine labens
Te, Verbane, perit magnarum Rector aquarum.

De ipso erumpente è Verbano, ipsiusque cursu post *Sextum* agit author noster lib. II. c. 6. Ab illius nomine *Joannes Baptista Sythonius*, & *Joannes Cerrutus* (MS. in Bibl. Ambr. lit. T. n. 428.) quæ-

quædam eorum poetica inscripserunt, ac ad ipsius ripas *Aloysius Borra* juvenilia quædam se cecinisse prodidit. Ab eodem flumine Burgum *Ticinum* dictum cecinit *Antonius Cerruttus* in Carminib. pag. 98. Hoc ipsum flumen, plurima circa recentem *Papiæ* obsidionem expendens inducit *Fr. Ludovicus de Ameno* Novariensis (usus nomine Anagrammatico Italico *Clodoveo Faramundi*) in Epithalamio inscripto *Convito de Fiumi* penes Biblioth. Ambros. V. Novaria, Miscellanea Novarien. 1. atque ad idem in obitu Philippi Tornielli alloquitur *Philippus Zaffirus* Novariensis in libro *Rime di diversi Eccellentiss. Autori* par. 6. pag. 184.

71 Fluit prope *Bellinzonam* (71) Oppidum ita validissimum, ut *Sedunicos* furores, impetusque, ne in agros nostros grassentur, arceat.

Rectius *Bilitio*, priscis *Axima*, Antianorum Metropolis, Italis *Belinzona*. De ea rursus noster Chorographus in fine libri II. c. 2. *Paulus Diaconus*, Abbas *Regino*, *Sigonius*, & alii penes *Tattum* in Dec. 1. pag. 510. 516. *Maginus* in Geographia par. 2. pag. 98. *Cluverius* in Italia Antiq. lib. II. c. 12. *Aegidius Thescudus* in Rhætia Alpina pag. 97. *Hofmannus* in Lexico V. Bilitio; *Josias Simlerus* de Rep. Helvet. pag. 257. *Ferrarius* in Lexico Geograph. *Gaspar Ens* in Deliciis Italiæ pag. 44. *Boterus* in Relationib. p. 1. lib. I. tit. Grigioni, ubi etiam de Brisago, Locarno, & Lugano, *Franciscus Ballarinus* pag. 273. 305. 306. *Domitius Caltiatus* Novariensis hisce versiculis:

Additur his Alpina phalanx, quæ mænia castri
Bilitionis habet Germano exercita more,
Francigenum contemnit opes quo tempore fortes
Cæsus Olon, & Gunthrani fera reppulit arma.

Maximus ibi cultus erga *Salutium* Presbyterum patronum meum, & Novariensium Tutelarem, ibidemque post dimidium hujus seculi domus PP. Jesuitis erecta, quæ tamquam nativo, & Germanico idiomate pollens (verbis utor *Lazari Carafini* Episcopi Comensis) ad necessarium cum iisdem Dominis Helvetiis nimirum imperitantibus) Magistratu, ac populis illius nationis commercium plurimum conferre censetur. Altera ex oppidi arcibus (de quibus infra in fin. lib. II. c. 2.) præsidio Hispano firmatur ex fœdere per Regem Hispaniarum cum Helvetiis percusso. Planitiem non exiguam, quæ citra Oppidum patet, *Ammianus Marcellinus* l. xv. *Sidonius Apollinaris* Carm. 5. & *Gregorius Turonensis* lib. x. c. 3. nuncupant Campos Caninos, teste *Cluverio* in Italia
(46) Antiq. tom. 1. cap. 14. pag. 101. Paret Helvetiis, & Ecclesiæ Comensi, distatque ab Arona milliaribus 44.

Lacum ingreditur variis comple-
72 tus fluminibus, (72)

Flumina, quæ *Ticinum* inflant, sunt *Biaschina* labens per Vallem Bregnanam, aliud prope Antianicum ruens, aliud per Vallem Calancam, aliud ex Valle Marobiana, aliudque ex Valle Mesolcina ut infra.

Inter quæ notissima *Mesa* ab Val-
73 le Mesulcina alterum recipit. (73)

De hoc fluvio *Mesa*, cujus fons in jugo S. Bernardini intra Rhætias alpes, vide Lexica *Hofmanni*, *Ferrarii*, *Moreri*, *Cluverium* in Ital. Antiq., & *Josiam Simlerum* in Vallesia pag. 302. De hac Valle infra n. 98

74 In eundem *Madia*, (74)

Quæ orta e jugo non procul a monte S. Gothardi; in Valle Lebetiaria (Italis Valle Lavigiara de qua *Carafinus* in Ordinib. habendi Congregationes pag. 47.) receptisque aquis è vallibus lateralibus Rovana, Bosco, Campo, Bavone, Lusernone, & Centum vallium præcipitat in lacum intra *Locarnum*, & *Asconam* ut supra num. 5. Maxima per hoc flumen, & per Vergiascam (de quo infra) lignorum copia protruditur. Quo circa *Brugnettus* cecinit:

Hinc Madia excusso cæli properantior igne
Adstitit abreptos insano gurgite montes,
Sylvarumque comas, annosaque robora torvâ
Fronte trahens gemini nascens cervicibus amnis.

De hoc fl. *Cluverius* in Italia Antiq. tom. 1. cap. 36. pag. 410. Vallis *Madia*, per quam fluit, & cujus initium distat à Verbano milliaribus 2. principem vicum habet *Cevum*, satis ampla est, ejus longitudo ultra milliaria 30. extenditur, eique catenantur minores valles, de quibus hic superius. Obtemperat Helvetiis, & Ecclesiæ Comensi, ejusque initium distat ab *Arona* milliaribus 36.

Et *Vergiasca* (75) derivantur. 75

Accolis *Verzaica* ex Valle ejusdem nominis, de qua inferius num. 99.

Insuper *Tresa* (76) ex *Lugano* la- 76
cu eo turbine ruens, ut eam decennio elapso prope *Germignacam* lapideo ponte injungere opus fuerit, quoniam pontes ligneos, ac limo impexos vorticoso sinu diruebat.

De hoc flumine (etiam accolis Tresa) *Bonaventura Castillionæus*, & *Philippus Cluverius* locis citatis, & *Brugnettus* hisce carminibus.

Hinc magna revomens Lugani flumen ab urna,
Tresa, venis non compta comas, viridique serenis
Permissam Zephyris pallam circumdata canna,
Obliquo sed calle means, nexuque viarum
Fessa cadens multi victrix erroris anhelas
Humentes laxata sinus.

Annis etiam superioribus ponti ligneo à fluminis vi direpto siliceus bis subrogatus.

Memorandus quoque *Athoso* (77) 77
vulgo *Tonsa* vocitatus juxta *Domudussulam* (antea *Oscelam* dictam) (47)
præcipitans, ubi exercitus nostri trieteride elapsa, innumeris *Sedunis*, *Veragrisque* ad pontem *Crebellam* (vicum supra Domum) interemptis, ingentem reportavere victoriam.

Aliis *Athiso*, accolis *Atòs*, *Tosa*; *Tonsa*: Scaturit supra Formatiam Vallem in Valle Antigorii, in extremis Diœcesis Novariensis alpibus, ebibit fluvios, Diveriam ruentem ex Vayra, & Fraffinone Vallibus Sedunicis, Bugnam, Ovescam, Antiam, Meletium, Isornum, aliosque ex Vallibus adjacentibus nimirum Diveria, Bugnanca, Antronensi, Antiasca, Vegetiana, & ex lacu Agari, & Capite laci in Valle Antigoriensi, & è Valle Premia. De eo author noster etiam lib. II. c. 2. *Philippus Ferrarius* in Lexico Geographico V. Athiso, *Carolus à Basilicapetri* in Novar. Sac. pag. 84. 201. 210. 507. 522. *Cluverius* in Italia Antiqua lib. I. cap. 14. & 36. *Bonaventura Castillionæus* cum aliis penes *Joannem Capis* J. C. qui post *Carolum à Basilicapetri* edidit hujus suæ patriæ historiolam inscriptam *Memorie della Corte di Mattarella*. Hujus fluminis ostium distat ab *Arona* milliaribus 13. & hinc adverso flumine facillime navi-

navigatur ad milliaria 12. Nonnulla alia notabimus infra num. 103. Ad cladem, de qua hic mentionem facit noster Chorographus, & ad Cimbrorum profectionem per Oscelam, de qua mox subdit, referenda sunt hæc *Martini Brugnetti* carmina.

Sedunas animas fumans in cæde bibisti,
Et crudele tuæ rubuerunt sanguine lymphæ
Submersis plene Veragris, cum Sphortia pugnax
Induit ære lacum, cæloque minantia pila
Sustulerant utrinque rates, pontemque Crebellam
Vindex sanguineo fregit Bellona flagello.
Te bibit assuetus saturari sanguine Cæsar,
Impellente siti cum terras milite lustrans
Victor inaccessas Martem deduxit in alpes.
Hic congesta trahens cum sylvis arma, virosque
Audaces Marius Cimbros in vincla coëgit,
Illos cum patrium violatis finibus æquor
Regna simul, montesque trahens, arasque Deorum
Ensibus Hesperias scrutari cogeret ædes.

P. Sementius sub nomine Joannis Jacobi Scazighæ hoc Epigrammate

(Fertilis hæc sedes, geminus qua fertur Athoson
Splendidiora videt Stemmatis astra sui.
Quando equidem Melgar veluti Sol regnat, ab ipso
Aurea tranquillum sydera lumen habet.)

quod suus author nuncupavit Ex. D. Comiti de Melgar Gubernatori Mediolanensi, dum in ipsius aula inserviebat erudiendo D. *Federicum*, & D. *Jo. Simonem* ejusdem fratres maximæ expectationis præclaros adolescentes.

(48) Hoc esse flumen *Athosonem*, quod *Plutarchus* in Mariana vita refert, firmissimis ausim probare argumentis, juxta quod *Marius* septies Consul cum *Q. Catulo Cimbros* ad internecionem deduxit. Nec quisquam mihi objectet, in epitomatis Livianis à *L. Floro* editis *Athesim* reperiri, nam id rationibus, falsum esse, demonstrabimus. Scribit ipsemet, *Cimbros*, *Theutonos*, atque *Tigurinos*, cum terras eorum inundasset, Oceanus, & *Gallia*, atque *Hispania* excluderentur, novas sedes quærentes in *Italiam* per Tridentinas Alpes venisse. Id vero quam insipidum est, qui breviore via transire poterant, longiorem multo quæsisse, cum proximior *Domodussela* via, qua proficiscuntur, qui ex his veniunt regionibus. Præterea ita *Plutarchus* tradit: *His dictis, jussit Theutonorum Reges adduci, nam illos fugientes Sicciani Alpibus exceperant. Sicciani* vero qui sint, neminem adhuc apud *Tridentum*, qui se scire, diceret, reperi. In Novariensi a-
78 gro hos esse, *Siccia* (78) fluvius testatur.

Sicia, aliis *Sesia*, *Sessites*, *Divo Ennodio* Sessis penes *Cluverium* Ital. Antiq. tom. 1. pag. 409. accolis *Sesia*, oritur è nivosi inferius describendi montis latere adverso *Italiæ*, recipit aquas Vallium adjacentium, nempe Ugiæ, Mastalloni, Civaroli, & Bucioleti recensitarum à *Basilicapetri* pag. 128. 139. 141. Agris Novariensi, Vercellensi, & Viglevanensi utilis ob rivos in sationem, & culturam deductos, præsertim ob *Mauram* (accolis *Mora*) exuberantem rivum, qui studio *Ludovici Mariæ Sphortiæ* agnomento *Mauri* nedum irrigat latifundia Sphortiadum (Sforzesca) de quibus author lib. II. cap. 8. verum etiam fuit olim tot infortuniorum, ac militaris incendii origo, ut narrat *Plotus* in Indice l. si quando V. Novariæ nobiles Decuriones, & *Basilicapetri* pag. 86. ac 534. Hunc rivum Mauram *Facius de Ubertis* in Dittamundo lib. III. cap. 5. recensuit canendo:

Et così cercando tutto quel paese
Passamo el Savio, Novara, & Vezegli,
Che poco prima à fabricar entese.
Tutto el paese è piano, & montigegli,
Come suona el sue nome, e dieno ancora
De pan, de vin, & fiumi grandi, e begli.
La Dora Astura, l'Agogna, & la Mora
Passamo, & giungemo à Monferrato,
Ore un Marchese largo, & pro dimora.

Sesitem autem, & Ticinum colloquentes fingit *Jo. Jacobus Rubeus* in Ode 2. pro Ferdinando Taberna Card. (49)

vastissimam intersecans Vallem [79] eodem nomine,

79 Vallis *Sicia*, aliis *Sesites*, *Sesia*, *Siciana*, *Seseda*, *Sicida*, Italis Valle Sesia, & de ea *Carolus à Basilicapetri* in Novaria Sac. pag. 117. usque ad 149. *Aegidius Theschudus* in Rhætia Alpina, *Ferrarius* in Lexico Geograph. *Nicolaus Pacedianus* (MS. in Biblioth. Ambros. lit. A. num. 105. in fol.) pag. 6. *Hofmannus*, ac alii. Bifariam dividitur, in Inferiorem nempe, cujus caput Burgus Sessites, (ubi Inscriptio Romana antiqua, ait *Basilicapetri* ut supra, quam tamen frustra conquisivimus) & in Superiorem, cujus metrocomia Varallum Prætoria sedes utriusque. Vallis extenditur ad milliaria 25. vicos Parœciales supra 40. continet, quam maxime populosa. Subtilium ingeniorum est ferax, & venarum metallicarum haud expers, quæ tamen (ut novimus) propter immaturitatem, vel inseparabilium mineralium contumaciam exhauriunt effossorum opes, & fusorum peritiam illudunt, excepta dumtaxat aurifodina ad extremum, summumque pagum *Alaniam* multis ab hinc annis detecta, cujus ubertas non finit, ut cultores desiderentur. In ea valle excrescit illud montis cacumen, quod semper nivosum, & altissimum omnium undequaque ab *Italia* conspicitur, & adeo amplum, ut à variis populis ultra, citraque Alpes attingantur, & de eo post alios tangit *Petrus Azarius* in Bello Canapiciano ex Propylæo Minervæ pag. 2. pag. 403. Aer in alpibus nivosis, editissimis, ac remotioribus cuicunque animali impervius fit ob nimiam (ut opinor) rarefactionem illic partam à corpusculorum alimentalium defectu. Discrimen superioribus annis expertus est *Laurentius Testa* Varallensis, qui multum prætergressus limites ab alpinis illis designatos luisset suæ nimiæ curiositatis pœnam, ni semisuffocatus retractus fuisset per comites cautos, & sollicitos, ne incredulus interiret. In hujus Vallis extremis Alpibus grassatus est impius ille *Dulcinus*, de quo inferius num. 100. Varallum (*Gaudentio Merulæ* lib. II. c. 11. Varalle, Italis Varallo) de quo etiam *Boterus* in Relationib. p. 1. lib. I. tit. Lombardia, & *Glussianus* in Vita S. Caroli, toti Christiano orbi clarum ob Dominicæ passionis figurationem, quæ ante annum 1493. supra

supra montem sane squallentem, & Oppido imminentem à B. *Bernardino Caymo* Franciscani Sodalitii alumno ortum habuit, & exinde religiosissimum incrementum, quæque describitur à *Jo. Baptista Fassola* municipe una cum tot aliis, & profecto gravis notæ viris, quos in Museo Novariensi in illius Venerab. conditoris Vita collectos vidimus, quibus addendi *Sebastianus Rolliardus* in Magiopœa pag. 87. 89., & *Lepidus Maccabrunus* in Encomio pag. 29. Varalli decus præsens putandus *Carolus Turcottus* è Societate Jesu, qui à S. D. N. *Innoc.* XII. anno 1696. die 19. Octobris ad Episcopatum Andrevillensem, & Vicariatum Apostolicum littoralis Provinciæ, sive Civitatis Quecheu (quam *Ferrarius* in Lexico Quanchæum vocitat) sitæ prope *Macaum* in Regno *Sinarum*, evectus fuit, quique in ipsomet Museo promeruit fuse commendari ob eximium amorem, & felicitatem, qua in colendo apud *Sinas* Christi vineam multis ab hinc annis insudat. In eodem opere quamplurima non contemnenda hujus Vallis monimenta perlegimus diligenti studio exposita præsertim circa viros tum literis, tum artibus liberalibus illustres. Ejusdem regionis historiam ex eodem *Fassola* epitomatam vidimus inter Miscel-
(50) lanea Novariensia in *Biblioth. Ambros.* ipsamque typis cusam audivimus. His addimus donationem, per quam regio in ditionem Ecclesiæ Vercellensis migravit, & quam firmarunt Impp. *Otho III.* anno 994. & *Henricus II.* an. 1014. teste *Marco Aurelio Cusano* pag. 355. 356. Anno 1238. mense Majo confirmata fuit Comiti Blandratensi ut infra num. 103. Non patitur subjugari Feudo, paret Ecclesiæ Novariensi, distatque ab *Arona* milliaribus 18. si brevi (licet asperiori) via per Ripariam S. Julii pergis. Eamdem una cum Vallibus Oscelana, & Intrasca à locustarum colluvie denudatam anno 1364. scribit *Azarius*.

quem quidem alii *Sicciam*, alii *Sesitem* dixere, qui mox *Padum* ingreditur juxta *Bremide* haud ignobile Oppidum.

Plurima de hoc Oppido exponeremus, si propius ad institutum nostrum accederet.

Certius argumentum veritatis no-
80 stræ (80) existit campus, in quo conflictus fuit, quem tunc *Rhaudium*, nunc immutatis literis *Robium*, sive *Rodobium* appellant. Certissima quoque supersunt argumenta Arx Mariana à Novaria quatuor millibus passuum, nec non *Sillavengum*, *Sillavenia* vici, ac Romanianum Oppidum, & *Blandrate* à *Flandria*, mutatione F in B. ut conjectari licet, dictum. Quæ omnia eo deveniunt, quo liquido eruditis viris recte sentientibus appareat, Romanos, Barbarosque in his dimicasse locis, non in agro Veronensi, ubi nulla penitus hujusce memoria pugnæ restat. Nec illis absonum videatur, *Florum* propinquitate nominis *Athosonis* Verbanici, *Athesis*que Veronensis longe deceptum ab recta via exorbitas-

A se; nominum enim similitudo maximos authores in pudentissima errata deduxit.

Cimbros ergo Chorographo Historicus noster primus omnium (quod sciam) sensit, nec infirme probavit, per Vallem Oscelam adventasse, cum in *Italiam* irrumperent. Itaque dissertationem, quam de hoc transitu, *Muratori* oculatissime, suscepisti, exple, cladem que illam insignem hisce Barbaris per Romanos in agro Novariensi illatam statue, & firma, ac *Julii Moscardi*, cœterorumque Veronensium jactationes everte, quas
B *Cotta* in Chorograph. lib. I. pag. 10. vix delibavit ex recentioribus scriptoribus utroque nempe *Merula*, *Castillionæo*, *Andrea Guidotto*, *Carolo à Basilicapetri*, *Bartholomæo Scala*, *Alciato*, & *Jo. Capis* authorem nostrum compellante pag. 99. Neque extimescas, si quis in arenam producat alpi- (51)
nos illos, qui in agro aut Vincentino, aut Veronensi hactenus colunt linguam theutonicam (ut fertur) magis septentrionalem. Quoniam etsi velimus annuere, ipsos ortos ex illis, quos in eo conflictu captos Romana prudentia dicenda est sparsim, ac disgregatim locasse, ne facile coeuntes rebellarent, non ideò suggerunt certius pro Ve-
C ronensibus argumentum, cum etiam in alpibus Novariensibus insideant populi Theutonicæ linguæ, ut notabimus num. 93., & quorum originem à *Cimbrorum* dispersione & nos conjicimus. Addas, Camarianum vicum Novariensem, quem author noster vocat Arcem Marianam, ab accolis nuncupari Campus Marianus. Hoc nomen ab eodem *Mario* victore inditum, quis facile conjiceret, cum Romani Duces consueverint ante legem agrariam sibi non Reipubl. asciscere campum, unde hostem incubatorem abegerant, idemque *Marius* idemmet nomen indiderit etiam ei campo in *Gallia* ad Aquas Sextias per Teutones,
D ac Ambrones novas sedes quærentes occupato, quem (iis per ipsum vi. Consulem ibidem deletis) sibi addixerat, proprioque nomine insigniverat, quemque indigenæ etiamnum hodie vocant Gallice *Camarjà*, latine autem Campus Marianus. Hac etiam (nimirum per Oscelam Vallem) exploratum est, profectos Q. *Servilium Cepionem*, & *Gn. Manium*, cum bellum *Cimbris* inferrent triennio antequam à *Catulo*, & *Mario* barbari funderentur: & hac profectum *Servium Galbam*, cum jussu Cæsaris in *Italiam* è *Gallia* reverteretur, ut infra num. 103.: & demum hac transiisse etiam Divum *Fran-*
E *ciscum Assisiatem* in *Gallias* tendentem, & in Oppido Domo Oscelæ sacellum erexisse, testatur *Capis* pag. 102. 103. 127.

Ab hujus fluminis sinistra Vergonta Vallis (81) linquitur, ubi cras- 81
sioris villi vestes fiunt, quas non imprudenter bardocucullos appellaverimus.

Vergonta Vallis, nunc Plebs *Vergonti*, cujus caput *Voconia*, Italis Vogogna. *Joannes Andreas Burrus* in opusculo suo penes *Biblioth. Ambros.*
F Miscell. Novariens. 1. asservato delineavit hanc regiunculam patriam suam, de qua prius scripserant *Carolus à Basilicapetri* in Novar. Sac. p. 203. *Flamma* in Chronic. cap. 699. *Aegidius Theschudus* in Rhætia Alpina pag. 89. & *Ferrarius* in Lexico. Pagum regionis præcipuum *Voconiam* non recentem pronunciabo, sed ex modico auctum; nam olim caput fuit *Vergontum*, à quo regioni nomen inditum. Sed eo ante annum 1300. deleto, *Voconia* aucta est, nisi facta. Hinc versiculi in foro Oppidi:

Filia Vergonti fertur Voconia strati,
Quæ patre defuncto flens mansit, & orphana mundo.

Tunc Metrocomiæ dignitas in Burgum Petram Sanctam translata, qui fluminis *Antiæ* (ad cujus ripas stabat) impetu funditus evulsus est anno 1328. 16. Martii. Qua de re ex Breviariis cujusdam tabellionis Voconiensis hæc decerpta carmina sane rudia, sed referenda:

Mille tercentum annis vicenis & octo,
Vespere nono die mensis à Martio septem
Hic Petræ Sanctæ locus tam pulcher, opimus
Cum fletu magno effluxit torrentibus undis.
Heu (præcondilecte civis) miserabile fatum!

(52) Quare Petrasanctini concessere *Voconiam*,* quo Magistratus translatus ultra viginti quatuor pagos distringens. Anno 1610. 17. Octobris Oppidum ab irruptione torrentum, ac *Athosonis* in excidii discrimen ductum notavit *Antonius Maria Blondinus* in suis tabulis diei 11. Junii 1611. De illius nundinis habentur monimenta in Archivo Statutorum *Mediolani* Cod. MS. F. pag. 178. Hic Servitis conditum asceterium anno 1483. 9. Maji, scribit *Burrus*, sed de eo nulla mentio penes *Giannium*. Romanam inscriptionem testantem de itinere hic per *Julium Cæsarem* patefacto recitant, eamque superioribus annis abrasam dolent idem *Burrus*, & *Capis*. Hanc regiunculam ab *Agonibus* cultam fuisse, nonnulli tradunt penes *Jo. Henricum à Pflaumern* in Mercurio Italico Italiæ descript. *Agones* putarem eos semialpinos dici, quos *Aquonia*, sive *Agonia* alluit, nempe Riparienses S. Julii. Distat ab *Arona* milliaribus 20. paret Ecclesiæ Novariensi, ac Magnatibus Borromeis, quibus Feudale imperium collatum ab anno usque 1446. tradit *Serenius* in Ethico Stylobate pag. 493., sed per Ducem *Ludovicum Mariam Sphortiam* ereptum ante annum 1499. quo eidem restitutum, ait *Basilicapetri* pag. 536. ac innuit *Saraccus* in Trivultiade lib. III. pag. 44.

Illabitur præterea fluvius quidam *S. Julii* dictus, quod ex lacu ejus-
82 dem nominis [82] oritur, apud quem est templum Divo *Julio* dicatum, hodie quoque miraculis scatens, quem *Hortæ* lacum juniores nominant.

S. Julii lacus, templum, fluvius, (de quo rursus infra lib. II. c. 1. n. 119.) una cum regiuncula brevissima circa eundem exiguum lacum à *D. Julio* recte, & proprie nuncupata (Riviera di S. Giulio) referente squallidum, horridum, & infelicem lapidum acervum & utrique imperio Novariensis Ecclesiæ *obtemperante, cujusque Metrocomia est Insula S. Julii, describuntur à *Cotta* in Chorographia lib. 1. & 4. à *Carolo Francisco Bertochino* J. C. sympolite meo in suo Idillio, cui titulus *Armindo*, & à *Lazaro Antonio Socio*, quibus ad rem addo *Nicolaum Pacedianum* pag. 7. nec non *Martinum Brugnettum*, ad cujus imitationem quidam alius cecinit demonstrando, hunc lacum à priscis dictum fuisse *Cusium*.

— — — — cursuque citato
E Cusio referens humeris spumantibus amnem
Tu quoque Strona ruis:

Hunc autem à *S. Julio* dictum, recte pronunciat author noster (sic enim ipsum nominant Impp. *Otho I. Henricus I. Conradus II.* & *Henricus III.* in eorum Diplomatibus relatis è *Basilicapetri*) scite notans, taciteque improbans juniorum, & neotericorum ignorantiam, ac idiotismum devium à propria denominatione.

A Hic impetuosus fluvius, vulgo *Strona* [83] vocitatus, primo solus, 83
exin *Athosoni* commixtus juxta *Feriolum* Oppidum Verbanum influit.

Hic fluvius, qui à *Galvaneo Flamma* in Chronico Extravag. MS. tit. de aquis & à *Carolo à Basilicapetri* in Novar. Sac. pag. 171. & 191. adnotatur, præceps è Valle *Strona*, ubi scaturit, (53)
non è lacu *S. Julii*, ejicitur, *Neguliam* ex*eo lacu effectum recipit, mox fragore maximo ruit in planitiem circa *Feriolum* (de quo etiam supra nu. 24.) ubi tacite, & recte in Verbanum labitur, antiquo sinuoso alveo sponte derelicto, cum antea usque ad initium hujus seculi desineret in *Athosonem*. *Stronæ* nomen pluribus fluviis apud hosce montanos commune ob sonitum, qui hujusmodi nomine patria lingua significatur, quique ob aquarum præcipitium, & illisionem efficitur.

B Fere ad ostium hujus fluminis, nempe ad *Gravallonam* (84) vicum vix interiorem papyrus con- 84
ficitur reliquis Verbanicis (nimirum Madinensi, & Tapilianensi) electior.

Augent præterea illum plurimi
C torrentes, multique limpidissimi fontes *Martiæ*, *Virginique* Romanæ præterlabentibus haud inferiores, quos ut nullius famæ prætereo. [85] 85

Quosdam tamen minus ignobiles duximus recensendos, nimirum.

Canobianum (accolis *Canobiina*) (86) ruentem 86
prope Transfluvium, de quo superius nu. 8. ex Vallibus *Canobiana*, & *Vegetiana*.

Alium post *Canarum* nu. 13.

Alium ad *Salascam* num. 17.

Alium ad *Somarinum*, sive *Solcium* nu. 32.

D Alium ad *Madinam* nu. 33.

Gionam (87) labentem inter utrumque *Maca*- 87
neum, ex Valle *Vedasca*, de qua infra nu. 107.

Alium intra *Luvinum*, & *Culmeniam* ex Valle Consilii Majoris inferius recensenda nu. 76.

Margorabiam (88) se insinuantem in *Tresam* 88
prope *Germignacam* nu. 51. 76.

Bovesam intra *Lavenum*, & *Portum* nu. 53. 55.

Botiam (89) è lacu Gaviratensi de quo infra 89
n. 124. se ad *Moallum* exonerantem.

Alium è Valle *Cuvio* emissum fluentem intra *Lavenum*, & *Acerrum*, sive *Ceresolum* nu. 55. 56. 57.

E *Moallinam* ad *Moallum* nu. 62.

Aquamnigram ad *Hisprium* num. 66. Cætera, quæ plurima sunt, cum non viderimus, prætermus.

Hoc loco non silentio involvendus est error *Blondi* Foroliviensis [viri alioquin doctissimi, & solertissimi] qui parum diligens in tractu Verbanico (legentes boni consulant quæso) falso autumat, *Ticinum* in
F *Sebuinum* lacum ingredi, antequam *Verbanum* attingat, cum etiam quibuscunque de media plebe constet, nullum ibi existere lacum præterquam à nobis delectum ad scribendum cum propinquis: *Sebuinum* vero lacum *Brixianæ* regionis nunc *I*- (54)

sæi

sæi dictum, unde *Ollius* effluit, nemo fere est, qui non intelligat, licet quidam apud *Plinium* scripserint *Sevinum* eodem in sinu. Multa puerilia ab eo tradita prætermitto, ut ubi inquit, curvatum supra bifariam *Verbanum* Lugani in ea parte appellatum. Hæc enim commemoro tantummodo, ne studiis dediti juvenes perversa fallantur lectione. Dii mihi sunt testes, me adagium illud in *Phædro* summopere vitare: *Dulcis anchon est.* Ad lacum igitur revertemur eundem.

CAPUT IV.

Quæ circa Verbanum.

LUstrabis montes asperos, saxosos, dumosos, etiamnum silvis, nemoribusque plenos, quæ non minus contignationi quam foco utiles arbores ferunt. Subinde plurimos colles cum Baccho, Cerereque certamen habentes revises: nec minora litora leges, quæ visu jucunda, pratis vernantia sunt ita, ut ex fundis campestribus, collinis montanis nec quidem scrupulus terræ sterilis deprehendatur. Terra ipsa etsi aliquando specie differt, in universum tamen aut frugibus, aut silvis, vel saltubus vestita; humidior qua *Gallias*, ventosior qua *Insubres* aspicit; ubique pecorum copiam spectare libet, pinguia boum pascua, ingentes ovium greges, nec minores caprarum, & porcos, & majalles, hædos Ambraciensibus petulciores, quorum summus grex carnarias tabernas facientibus per ternos menses in urbem nostram allatus ad urbis nostræ obsonia augenda
(55) plurimum confert. Ex feris autem lupos maximos, ursos præpingues conspicimus, summam copiam vi-
A vacium, cervorum, capreolorum, caprearum, vulpium, leporum frondosa loca continent. Denique tres liquores humanis corporibus gratissimi circa *Verbanum* præcipue enascuntur: Vina Campanis simillima, (de Verbanicorum vinorum præstantia *Andreas Bacius* sapidissime scribit in Historia vinorum lib. VI. Vina in Insubribus) oleum haud *Ve-*
B *nafrano* inferius, mella Hymetiis, Hyblæis, Calidnæis ne unquam cedentia, quæ singula regionem illustrare valerent: Hinc massæ casei bubuli, ovilisque afferuntur, quibus ipsi plurimum nutriuntur: Hinc butyrum, candelæque sepi purissimi cæteras ex aliis regionibus asportatas facile candore superantes: Hinc
C pisces ad quadragesimæ jejunium præparati, quos agones dicimus: Hinc afferuntur olivæ condititiæ, sive mavis pausias à paviendo dictas, id est tondendo, sive testiculares suavissimi saporis: Hinc tergora expolita ad caligas, calceos, crepidas, folles, domesticaque cætera: Hinc vasa esculenta, & poculenta, lignea suppellex: Hinc tunicæ librorum:
D Hinc instrumenta viminea: Hinc denique ea, quæ justam voluminis magnitudinem adimplere possent.

Sed nos immensum spatiis confecimus
æquor:

Et jam tempus æquum receptui canere, recreatoque paulisper animo secundum librum aggredi: *Major*
E *enim* (ut *Papinianus* inquit) *post otia virtus.* (90) 90

Annonam, merces, ligna tum ad contignationem tum a foco tum ad varia fabrilia opera, carbones, lapides, calcem, papyrum, &c. quæ uberrime ad Mediolanenses, ac aliò emittuntur, recenset, enumeratque *Morigius*, qui & ædificia impulsu aquarum arbores in asseres scindentia in pagis *Macaneis*, *Culmenia*, *Intro*, ac aliis notavit.



(56) # LIBRI SECUNDI

PROOEMIUM.



Sequuntur dehinc memorandæ opes naturæ intra almæ parentis nostræ viscera reconditæ, quas avaritia, luxuriaque nostra, irritamenta malorum, rimatur. Non satis nobis fuit illam benignam, indulgentemque ancillam creditum fœnus bona fide, amplioreque cumulo ad victum nostrum reddere: quin etiam miserrimi parricidæ ferro eam petimus, ipsiusque arcana celanda in exitium nostrum prostituimus. Inde illud adagium Græcanicum: Τὰ χρήματα πάνθ' ὑποτάσσεται *inde Latinum: Omnia auro, & argento venalia. Omnia divitiæ subigunt.* Et *Virg.* Lib. III. Æn. ℣. 57.

------ quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Inde fratricidæ Jugurthæ *vox in* Romanos *conviciantis:* O urbem venalem, si modo inveniret emptores: *Inde Catonianum oraculum* Ptolomæo *consulenti exhibitum: Si tota* Ægyptus *in pecuniam verteretur, nunquam explere posses aviditatem, & ingluviem* Cæsaris, *&* Pompeji: *utinamque insulsus ille terrestri Deo paruisset. Inde, inquam, gemmæ, armillæque, & murenulæ pudicitiæ lenæ: inde calices Mentorei, chrysendeta, smaragdes, tecta abaci ornamenta, phialæque, & laminæ thoris vermiculatim impexæ: inde arma, bellorum incitamenta: inde morosa pingendi subtilitas: inde obrizum, pustulatumque* (57) *perfectissimum: inde præcipua morum insania cædendi montes ad marmora scrupulosius invenienda, & quidem ea ex locis cognominata, ut apud priscos Sinadica, Caristia, Laconica, Numidica, Hymetia, Lunensia, in quibus M.* Scaurus, *L.* Crassus *orator,* Lucullus, *qui Lucculliano marmori nomen dedit, se oblectavere: Addidere cænationes, gestationesque etiamnum phengite distinctas: hinc denique superbia, & scelera nostra cuncta emanavere. Sed amor universi generis humani nos longius à proposito evexit: nimirum nimium nobis assumpsimus universum genus humanum castigare velle, cum majores nostri de his jam pridem conquesti sint, conquerantur & posteri. Itaque farraginem nostram ad calcem ducere maturemus.*

CAPUT I.

De effossionibus circa Verbanum.

QUæcunque hoc in capite enarrabuntur, tum ipsi vidimus, tum ex *Bramantis* sententia scribimus Geometræ, & Architecti, Poëtæque vernaculi seculi nostri consultissimi, qui regionem hanc ut scientiæ cupidissimus lustravit, rerumque naturas subtilius indagavit. Et primo inchoandum videtur à carbunculis. *India* tantum hos antea mittebat: temporibus autem D. *Galeatii* Ducis V., nescio utrum felici auspicio, an luxus crescentis infausto, inventi fuere, ut matronarum morosissima desideria non satiarentur, sed augescerent. Hos argentarii Ru-

A binos Rochæ novæ appellant: clariores sunt Orientalibus, excuduntur summa cum difficultate cæli è saxo fragili, unde major interdum est impensa, quam lucrum: excussos deinde magno præstinant: Mons (58)
autem, ubi deprehenduntur, est supra *Bellinzonam* prope *Abiascum* pagum, ubi *Lipontina* Vallis *Bregnanæ* jungitur. Post gemmas ordine pro-
B cedunt marmora (91) pretiosa, ex 91
quibus omnis *Lombardia* domos construit, & ornat.

Pretiosa nuperrime reperta etiam in Valle Strona: Ignobilia vero, sed constantissima, ingentisque molis, ac pumicari patientia profert *Bavenum:* Subduriuscula subfulva colles Anglerienses, & Aronensis.

Hæc binis in locis prope *Tonsam Gandiæ*, (92) 92

Accolis *Gandoja*. *Gaudentius Merula* de Gallor.

lor. Cisalpinor. antiquit. lib. III. c. 8. & *Carolus à Basilicapetri* p. 203. commendant candida marmora, quæ ex hoc monte *Gandoja* eruuntur in extructionem Templi majoris Mediolanensium. Quidam putarunt, perexiguum Mergotii laculum (de quo superius num. 23.) huic monti proximum nuncupatum fuisse Candidæ, & illum esse, de quo mentionem facit *Basilicapetri* pag. 350. Verum lacus ille (rectius *Candiæ* dictus) extat in agro Vercellensi, seu Comitatu Canapiciano ad pagum *Candiam*, à quo *Petrus Filargus de Crusinallo* Novariensis) postea *Alex.* V. de quo superius num. 19. & inferius 121.) cognominari delectatus est; & de eo lacu agit *Dominicus Marius Niger* pag. 133. & *Petrus Azarius* in Bello Canapiciano asseverans, in eo pago *Candia* ortum esse Summum illum Pontificem ipsius coævum.

93 & *Ornavasci* (93) effodiuntur:

Incolis *Ornavasco*, & *Arnavasco*, & de eo *Merula* lib. III. cap. 8. Pago imperant Barones Vicecomites Castellettani, & Ecclesia Novariensis; distat ab *Arona* milliaribus 15. propriumque habet Magistratum, celebratque mercatum indultum, rogante illo *Bonifacio* Vicecomite, de quo supra num. 41. De lingua Theutonica etiamnum ab indigenis servata scribit *Carolus à Basilicapetri* pag. 148. 204. 492. Eodem artificio hic sicuti in Oppido *Canobio* albificatur sal in usum Oscelanorum, ac Oppidanorum.

De *Misendono* vico proximo, ac de quibusdam aliis pagis inter *Lepontios* citeriores in Vallibus nimirum Antiasca, & Sesite Theutonice (sed rude, ac corrupte) loquentibus notat idem *Basilicapetri* pag. 140. 142. 148. 205. De *Agario*, & *Salegio*, *Fopiano*, & *Formatia* pagis in Valle Antigorii (de qua inferius sub numer. 104.) eadem lingua utentibus idem *Basilicapetri* pag. 226. 229. Adde & incolas vici *Boschi* (in Valle *Madia Verbano*, & *Locarno* proxima) Theutonici idiomatis, teste *Caraffino* Episcopo Comensi in Ordinibus habendi Congregationes pag. 47. Verum unde hi Theutones profecti, quando huc, quave occasione advenerint sedes locaturi, prorsus incertum. *Ornavascates* tamen è *Sedunis* processisse constat: Etenim cuidam pago in *Sedunis* veluti suorum avorum cunabulo, seu cuidam ejusdem regionis Parœciæ, unde avulsi, quotannis vel censum, vel piam largitionem rependunt. Addo, pagum anno 1379. à quodam *Rodulpho* divenditum *Jo. Galeatio* Vicecomiti, & anno 1495. imperante *Ludovico Maria Sphortia*, à quibusdam
(59) *Sedunorum* quæstionibus vindicatum, teste *Joanne Capis* pag. 35. Quare nec assentior *Aegidio Thescudo*, qui in *Rhætia* Alpina pag. 125. excogitavit quædam levia de horum accolarum origine: neque adhæreo opinantibus, quosdam milites mancos, qui sub *Othone* Imper. anno. 962. promeruerant in expugnatione Insulæ *S. Julii* adversus incubatricem Willam *Italorum* Reginam, hic sibi quietem à munifico Principe impetrasse. Verum nec temere quis crediderit, cæteros memoratos populos Theutonicæ linguæ esse ex reliquiis *Cimbrorum*, qui per Romanos in agro (ut vidimus) Novariensi capti sedes etiam in *Insubribus*, sed disgregatim, firmare jussi fuerint.

nigra autem prope lacum S. *Julii*.
94 (94)

De hisce marmoribus in vico *Oyra* ad hunc lacum *S. Julii* agit *Cotta* in Chorographia lib. I. p. 42. ex authore nostro hic, & *Gaudentio Merula* de Gallor. Cisalpinor. antiquit. lib. II. c. 3. Sed notet lector, hunc lacum recte à *S. Julio* nominari, non ab *Horta*, qualem inscii perperam putant appellari.

A Ex his Aedem [95] Sacrosanctæ Mariæ dedicatam hac in urbe faberrime construunt, quæ facile septem orbis miraculis addetur, tanta est operis moles, & architectura, tanta marmorum luxuria, Iconia statuarum cælatura, totum denique ex amussim simetriæ corpus compactum, ut templum Dianæ Ephesiæ à tota 95
B Asia per ducentum viginti annos constructum magnificentia sublimi exsuperet. Nec illa jactet columnas, & epistylia summæ molis, nec peritissimos nimirum extollat artifices *Scopam*, & *Cesiphontem*, reliquaque miranda, ut impendium maximum in fundandis, & extruendis muris; nam præter cæterarum rerum pre-
C tiosiorem magnificentiam in hoc Pythio [magis tripode] verum est, plebeculam Mediolanensem omnem fere diaria cibaria, vestimentaque pro labore in hoc templum maximum impartito lucrari. Incredibilis denique erigitur magnificentiæ, altitudinis, latitudinis, longitudinis, prima futura hujusce urbis gloria, ita
D ut de illo melius sit conticere, quam laudes brevi oratione lancinare.

Templum hoc Mediolanensium majus, cujus primus lapis injectus fuit die 15. Martii 1386. describitur Latine à *Stephano Dulcinio* in Nuptiis *Jo. Galeatii Sphortiæ* Ducis VI. cap. 2. *Gaspare Ens* in Deliciis Italiæ p. 35. & *Ughel.* in Ital. Sac. tom. 4. p. 28. Italice autem à *Paulo Morigio*, *Jo. Baptista Villa* in Septem Basilicis stationalibus, *Joanne Jacobo Besutio*, *Gaspare Bugatto* lib. VI. pag. 703. & (60)
Joseph. Maria Balioto Novariense Capucino inter opera Architectonica *Caroli Fontanæ* quamprimum
E evulganda: Laudaturque à *Tobia Corona* in Sacris templis cap. 26. *Jo. Henrico Pflaumern* in Mercurio Italico, *Joseph Ripamontio* Decad. 3. lib. III. Hist. Mediolani, *Sociaco* in lib. I. Epigrammatum, aliisque Scriptoribus. De Lapidicinis Verbanicis ad hujusce templi usum agit diligentissimus *Joseph Hieronymus Sementius* Somaschensis Cremonensis in sua Mediolanensi urbe Parthenia MS. Plurima alia scitu digna vide apud *Camillum Sitonum* in Silva rerum Mediolanen. tit. Ecclesia S. Mariæ Majoris.

Igitur ad silices veniendum est, domuum nostrarum firmamenta, ex
F quibus Jovis arcem omnium *Italiæ* munitissimam à *Francisco* exædificatam conspicimus, (De hujus arcis conditu, ac instauratione vide *Ripamontium* Dec. 3. lib. II. & VI. Hist. patriæ, ac de eadem cœlo tacta *Constantium Landum* in Carminib. pag. 21.) & lithostratas vias pertransimus, qui antea cænosissimas regiones, mun-

mundiffimas reddidere. Hi ultra *Buziratum* vicum, (vocem abfurdam corrige cum *Arlunno* ut fupra num. 28.) & ultra Angleriam Oppidum frequentiffimi reperiuntur ex quibufdam faxis, quod mihi mirum vifum eft intuenti: Eraditur pulvis in modum arenæ fcalpellis ferreis ex compofito ad id conftructis, qua panni inficiuntur. Sed jam valles cum montibus, ex quibus ingentia faxa decidentia vi aquæ paulatim in lapillos litorales rediguntur, viridanti convexitate, atque amœnitate ad fe characterem noftrum pofcunt.

CAPUT II.

De Vallibus.

EAs enumerare infiniti effet operis: more itaque prudentis Ducis delectum faciemus, Vallem *Lipontinam*, [96] per quam *Ticinus* fluit, principem ponendo.

96 (61) *Italis* Valle *Levantina*, & de ea author hoc lib. II. c. 1. *Aegidius Thefcudus* in *Rhætia* Alpina cap. 32. & *Galvaneus Flamma* in Chron. c. 699. Situ afperrima eft, attamen populofa, ac armentofa, chryftallumque gignit feraciffime: incipit à ponte, quo prope *Biafcam* fuperatur *Ticinus*, diftante à *Magajino* milliaribus 20. à *Bilitione* 12. extenditur intra Helveticas, feu *Rhætias* Alpes ufque ad fummitatem montis S. *Gotardi* (ubi Capucinorum tuguriolum diffitum ab *Altorvo* Helvetico leucis 10.) longa milliaribus 24. lata plerumque 2. ac Italice loquitur. Ejus metrocomia *Fajittum* (Fajitto) in umbilico fitum. A Republica *Altorvi* diftringitur per Legatum agentem etiam res capitales, conjudicibus tamen accolis ad hujufmodi Magiftratum pro lege patriæ promotis à fuis conterraneis. In plurimas Parœcias diftribuitur: fitas ad interfluentis *Ticini* latus orientale Ecclefia Mediolanenfis regit, infidentibus autem occidentali Comenfis imperat. Vallem hanc, nec non *Bregnanam* (de qua intra) *Intrafcam*, & *Biafcam* anno 945. ab *Athone* Vicecomite Mediolanenfi, *Vercellarum* Antiftite dono datas Canonicis Ecclefiæ Majoris *Mediolani*, tradunt *Picinellus* in Atheneo pag. 60. *Puricellus* in Monimentis Bafil. Ambrof. fub eo anno, *Marcus Aurelius Cufanus*. De hac largitione ulterius non difquirimus, fed *Muratorium* compellamus in tom. 1. pag. 243. Anecdotorum, *Bofcam* in Martyrolog. pag. 140. 141. *P. Euftachium à S. Ubaldo* de Metropoli Mediolanenfi num. 260. *Blanchinum* in Differtatione Pallantina, ac *Gluffianum* in Vita S. Caroli lib. IV. c. 13. Compellamufque tabulas *Beltramini de Carcano*, ac *Dionyfii Legrantiæ* Notariorum Mediolanenfium confectas diebus 30. Januarii 1441. & 20. Januarii 1520. in quibus propterea videmus, Canonicos illos Metropoliticos (uti univerfos) ufque ab anno 1322. vocatos fuiffe Comites, & Dominos Vallium *Belegnii*, & *Leventinæ*, *Abiafchæ*, *Clari*, & partium circumftantium.

A Dehinc *Bregnanam*, (97)

97 Aliis *Breuniam*, *Belleniam*, Italis Valle di *Bregno*. De ea vide *Galvaneum Flammam* in Chronic. MS. cap. 699. *Jofiam Simlerum* in Vallefia pag 302. & *Aegidium Thefcudum* in Rhætia Alpina cap. 34. ex Piniana infcriptione. Hanc Vallem *Petrus Azarius* fertilem, & amœnam dicit prodens, in ea dominari confueviffe quofdam *Avogarios* de *Belegno*: ipfius dominium nactum fuiffe *Joannem* Vicecomitem Archiep. *Mediolani*, & ab eo *Joannem* Vicecomitem *Olegianum* precario jure ditionem miniftrandam accepiffe: *Galeatium*, cui ex patrui B Principis hæreditate obvenerat *Comum* cum montanis adjacentibus, fibi in hanc Vallem imperium vindicaffe paulo poft annum 1355. Apud indigenas maxima erga S. *Julium* Presbyterum religio. Vallis Sedes Prætoria, & Metrocomia Lorinia vicos fubditos enumerat ultra 40. obtemperatque Helvetiis, & Eccl. Mediolanenfi.

Mefolcinæ junctam, ubi *Mefochius* (98) Caftellum.

98 Aliis *Mefaucum*, accolis *Mefocco*, hujus Vallis Metrocomia diftans à *Magajino* milliaribus 37. & de eo *Aegidius Thefcudus* in Rhætia Alpina cap. 34. C *Cluverius* ut fupra ex *Polybio* lib. II. *Saraccus* in Trivultiade pag. 13. *Jo. Boterus* in Relationibus lib. I. par. 1. tit. Rhæti, & *Gluffianus* in Vita S. Caroli lib. VII. cap. 4. Hæc Vallis fane angufta, (62) populofa, afperrima, ac in trinas Præfecturas, feu (ut vocant) Vicariatus divifa, & olim à Magnatibus *Trivultiis* Mediolanenfibus tenta incipit à pago S. *Victore*, & intra Helveticas, feu Rhætias alpes *Mifaucum* ufque metitur milliaria 21. In ipfam poft *Magajinum*, & *Bilitionem* aditus per S. *Victorem*, mox petuntur *Rogoredum* (ubi Trivultiorum ædes folo æquatæ ab accolis) *Agrona*, *Loftallum* (prope quod eorundem Trivultiorum arx D funditus everfa) *Soatia*, denique *Mifaucum*, in cujus Senatoria aula proftant adhuc bina tormenta bellica, quibus hæc epigrapha *Gothicis* characteribus: *Jo. Jacobus Trivultius.* Obtemperat Ecclefiæ Curienfi, & fuam Ariftocraticam libertatem Rhætico tuetur more: nullius ditioni in rebus privatis fubjacet, in publicis autem ei Rheticæ fœderationi, feu focietati jungitur, quam vocant *Ligam Grifam*, linguaque utitur Italica. Hæc habui à Clariff. Viro *Joanne Francifco Pifano*, qui regionem luftrare juffus eft anno 1681. cum Auditoris munere fungeretur penes Nuncium Apoftolicum ad Lucernates.

E Hæ ternæ ad *Bellinzonam* tridentis more definunt. Sequitur *Vervafca* (99) ubi fylveftres homines fparfim ferarum ritu degentes vagantur. 99

Accolis *Verzafca* fub Dominio Helvetiorum, & regimine Ecclefiæ Comenfis, ut collegimus ex *Caraffino* in Ordinibus habendi Congregationes p. 48.

Ad fauces *Locarni* quatuor refpiciunt, ex quibus *Vegetiana* (100) 100
F fuperioribus annis furore Gallico, igni, ferroque populata domus funditus everfas amifit, nunc vix pauperum incolarum ope, qui territi natales reliquerant fedes, recuperare conatur.

Italis

Italis Valle di *Vigezzo*, & de ea *Carolus à Basilicapetri* pag. 230. *Aegidius Thescudus* in Rhætia Alpina cap. 35. *Maginus* in Geograph. *Paulus Merula* in Cosmographia. Populationem, de qua author noster innuit, videat lector apud *Joannem Capis* pag. 32. De Novariensium bello adversus *Vegetianos* habentur nonnulla superius num. 21. De memorando prodigio in pago *Regio* (accolis Rè) scilicet de icone B. M. V. anno 1494. saxo in fronte petitæ, & cruorem fuse emittentis circumfertur historia *Angeli Romani* typis multoties recusa, quam referunt idem *Capis* pag. 119. *Basilicapetri* ut supra, *Hippolytus Maraccius*, *Joannes Rhaudius*, *Guglielmus Gumpenbergh* in Atlante Mariano, *P. Joseph Hieronymus Sementius* in sua Novaria Parthenia MS. ac alii. Vallis Præfectura S. Maria: Duodecim præcipuos ipsius vicos collige ex *Basilicapetri*, inter quos notamus *Coimum* uti patriam illius *Joannis Baptistæ Caballini* inter Mediolanenses tabelliones notissimi ob Directoria per ipsum edita, notamusque *Traguntanum* (accolis *Trontano* extra Vallis ostium) ubi ortus Heterodoxus ille *Dulcinus*, de cujus impiis gestis, pravisque dogmatibus nonnulla collecta vidimus ex authographis MS. penes *Biblioth. Ambros.* V. Novaria Miscell. Novarien. 8. 9. Hic Novariensis Ecclesia imperat, ac dominantur Magnates Bonromei ex feudali potestate collata anno 1447. teste *Serenio* in Ethico Stylobate pag. 493.

(63) Huic contigua est *Canobiensis*
101 [101] frugibus ferax, & armentosa.

Hanc Vallem fuse *Morigius* describit in suo *Verbano*, & pag. 86. nominat vicos 31. quos ipsa complectitur; Ejus metrocomia *Canobium*, ditio ad Optimates Bonromeos, & Ecclesiam Mediolanensem pertinet, prout superius num. 9.

Nullæ dehinc insignes existunt
102 *Mergotianam* (102) usque, in quam *Tonsa* notissimus decurrit:

De hac Valle tetigimus superius num. 23. & de fl. *Tonsa* num. 77.

Huic plures annexæ, ignobilitatis causa, præteribuntur, *Domudu-*
103 *silliana* (103) excepta multis conventibus frequentata.

Hujus Vallis Caput, ac Præfectura est *Domum Oscelæ*, Italis *Domo d'Oscela*, sicut & Valle di *Oscela*. Ipsius rami, seu brachia sunt Valles etiam *Diveria*, *Bugnanca*, *Antrona*, & *Antiasca*. Videndi *Philippus Cluverius* Italia Antiqua lib. I. cap. 14. *Paulus Merula*, ac alii, quos num. 77. recitavimus, quibus adduntur *Gaspar Ens* in Deliciis Italiæ pag. 38. & *Philippus Ferrarius* in Lexico; Pleniori hujus Vallis historiæ, ut diximus, evulgatæ à *Joanne Capis* J. C. *Domoscelano* addendum Monasterium Capucinorum erectum anno 1666. in collis clivo, cum à flumine Bugna obrutum fuisset aliud, quod eisdem extructum fuerat anno 1614. 17. Octobris, & de quo nulla apud eundem *Capis* mentio. Inter Codices MS. *Biblioth. Ambros.* lit. D. seu R. num. 231. in fol. pag. 38. habetur Diploma anni 918. in quo enunciatur, ad Ecclesiam S. Petri in Cœlo Aureo *Papiæ* pertinuisse nonnulla prædiola in quibusdam hujus Vallis pagis, nempe *Vergonto*, *Misendone*, *Villa*, *Montecresteso*, *Murade*, *Varenzasca*, *Baci*, *Devere*, *Finole*, *Antigorio*, *Sessello* cum Ecclesia S. Mariæ, *Campia*, *Novalio*, *Carsas*, & *Serago*. Hac iter in *Sedunos*, *Veragros*, *Galliam*, &c. à C. *Julio Cæsare* iterum patefactum: qua de re idem *Cæsar* in Comment. de bello Gallico lib. I. & Inscriptio penes *Joannem Andream Burrum* pag. 14. & ut supra num. 80. Ante annum 1222. *Oscelanos*, & *Vegetianos* in ditionem Comitum Blandratensium migrasse, eoque anno rebellasse, fœdusque cum *Vercellensibus* percussisse, tradit *Bernardinus Bellinus* in Histor. Serravallis pag. 16. Sed *Benvenutus San Georgius* in Chronico Montisferrati pag. 66. scribit, *Federicum II.* Imper. anno 1238. mense Majo confirmasse *Guidoni* Comiti Blandratensi dominium in utrumque *Invorium*, Arcem Vallis *Sesitanæ*, & in Comitatum hujus Vallis. Pagos Parœciales supra 40. enumerat, soli Regali imperio, & Ecclesiæ Novariensi obtemperat, distatque ab *Arona* milliaribus 28. Huic de Vallibus capiti nectimus.

Stronam (104) accolis Valle *Strona*, *Verbano* 104
proximam, obtemperantem Ecclesiæ Novariensi, ac Primatibus Bonromeis, & Vicecomitibus sub Præfectura Eumeniensi, distantem ab *Arona* milliaribus 19. descriptam *à Basilicapetri* pag. 191. Ex ea prodiit *Michaël Angelus Morellus* Monachus Augustinianus, ac de ipsamet nonnulla retulimus num. 21. & 91.

Nec non *Antiascam* (Italis Valle *Anzasca*) quam (64)
Basilicapetri describit pag. 208. Bonromeorum Feudum sub Præfectura *Vergontæ* Vallis (*Voconiæ*) de qua superius num. 81. In pago *Pedemuleria* adhuc floret illa gens *Ferreria*, quam inter principes Guelpharum partium etiam in Valle *Oscela* olim sub dimidium seculi XIII. debacchantium enumerat *Petrus Azarius*, dum agit de urbis Novariæ conditu, & contentionibus civium inter sese pro summa imperii digladiantium. Vallis pagos Parœciales 9. continet.

Nec non etiam Vallem *Antigorii* (Valle di *Antigorio*) veluti *Oscelanæ* apicem, sive extremitatem alpinam, licet à *Verbano* valde dissitam. Eam descripsit *Carolus à Basilicapetri* pag. 224. & *Franciscus Villegas* in Commentariis ad leges municipales ejusdem Vallis, addito insuper icone topographico triginta vicos, & ultra indicante. Regia est Præfectura, & à Novariensi Ecclesia regitur. Prætorem superioribus annis illic egerunt J. C. *Franciscus Antonius* de *Ambrosiis* Ripariensis meus, qui hoc anno 1699. jus penes Spectabilem Prætorem Papiensem dicit, resque capitales agit, & J. C. *Joseph Olina*, ambo amici mei. Hujusce Vallis (sed præsertim *Craveniæ* vici) summum ornamentum Summus Pontifex *Innoc.* IX. de quo superius num. 19. & fuse in Museo Novariense: vici *Crovei Joanninus Minoja* virtute celebris apud Franciscanos: vici *Viceni Jo. Antonius Davia* (natu Bononiensis) Legatus Pontificius ad Belgas, Colonienses, Polonos, nuper vero eodem munere apud Augustissimum Cæsarem fungens, & Episcopus Ariminensis, de quo in eodem Museo. Labem igitur, quam huic *Oscelæ* Valli sub initium seculi XIV. inusserat novitas *Dulcini* emaculavit anno 1591. Summus Pontificatus *Innocentii* IX.

Altera vero ex parte lacus prima est *Marobiana*, (105) 105

De Valle *Morobiæ* mentionem facit *Caraffinus* in Ordinibus habendi Congregationes pag. 49. Regitur ab Helvetiis, & Ecclesia Comensi.

& juxta *Cineris* montem *Lugani*,
[106] quæ pluribus catenata valliculis est. 106

Illius Vallis caput *Luganum*, de quo inferius num. 110. 118. continet vicos supra centum (inter quos notamus *Bedanum* patriam *Nicolai Ruschæ*, de quo inferius num. 118.) ac describitur

à suo *Angelo Serena* è pago *Ronio*, Mathematices militaris professore apud Mediolanenses, obtemperatque Helvetiis, majoremque partem Ecclesia Comensis regit.

107 Interiores ripas ingredientibus occurrunt binæ valles *Consilii Majoris*, (107) ita vocant,

Harum altera *Vedasca*, Præfecturæ Luvinensis membrum, plures continens pagos partim interiores, partim nimirum *Garabiolum*, *Vetum*, *Campagnanum*, *Tronsianum* in lacum spectantes. Eam efficit fluvius *Giona* inter utrumque *Macaneum* ruens in lacum. Quoddam ipsius privilegium asservatur in Archivo Statutorum Mediolani in Cod. Q. pag. 297. 300. Paret Dynastis Marlianis, & Ecclesiæ Mediolanensi, ejusque initium distat ab *Arona* milliaribus 22.

Altera proprie Consilium Majus, cujus vicus primas *Dumentia*, pagos supra 12. continens, obtemperans iisdem Ecclesiæ, ac Dynastis, distansque ab *Arona* milliaribus 20. De ea *Galvaneus Flamma* in Chronic. Extravag. M. S. tit. de aquis.

(65) Proximam *Marchiroli* addimus sub Præfectura Luvinensi, ditione Marlianorum, & Ecclesiæ partim Mediolanensis, partim Comensis, pagos duodecim Parœciales enumerantem: illic ad *Cunardum* vicum vidimus antrum cavernosum intra montis viscera satis amplum, profundumque, ab accolis Infernum vocitatum, per quod torrens alte immurmurando ruit (veluti Poëtarum Cocytus) montis radices transfodiens. Facilem ad illud accessum, facilem intra ipsum descensum, sed recessum satis difficilem nec fine aliquali horrore experti sumus. De hac Valle habetur mentio apud *Boscam* in Martyrolog. die 4. Febr. pag. 32. & *Caraffinum* in Ordinibus pag. 31.

108 post quas *Vallis Cuvii*, [108]

Italis Val *Cuvio*. De ea *Ballarinus* in Hist. pag. 273. *Flamma* in Chronico Extravag. MS. tit. de aquis, *Bonaventura Castillionæus*, & *Joannes Stephanus Cotta* metrice, sed brevissime, ut mox infra. Vallis caput Cuvium: sub eo plures vici, inter quos placet notare Cabiellium veluti patriam *Francisci Ronchelli* J. C. qui hac Aëra Christiana 1699. in *Riparia S. Julii* (quam superius notavimus) tenet subsellium olim nobilitatum Prætura *Bossii*, *Taegii*, atque *Clari*, qui egregie rebus capitalibus scripserunt. Hujus Vallis metricam descriptiunculam authore prædicto *Jo. Stephano Cotta* ejusdem Vallis Tetrarcha, (quem *Plantinus Platus* in poësi; *Merula*, & *Picinellus* in Atheneo laudant) desumpsimus è schedis Blanchinianis in hæc verba.

Exigis, ut nostram referam tibi carmine Vallem,
Obsequar, at nimium barbara verba leges.
Cuvio. *Est* Cuvium, *dicta est de cujus nomine Vallis:*
Hic sua jus dicens atria Prætor habet.
In clivo apparent hinc oppida diruta vici:
Comagio. Cuveglio. Comagium *hinc, post hæc* Cuvia parva *latet.*
Cavona. Ranzo. *Proxima* Caonia *est, piscosi & flumina* Ranci,
Cantauria. *Cui voluit semper* Cantaer *esse comes.*
Maciago. Bedero. Matiacum, *& parvo non distat tramite* Bedra,
Ferrera. *Et* Chalybes *tinctis corpora nuda genis.*
Cassano. *Arvaque sublimis* Cassani, *& candida saxa,*
Martini excellens prominet inde jugum.
Duno. *In medio montis nemorosum est cernere* Dunum,
Caseolos quod dat, fragaque, & asparagos.
S.Laurentii Mediolani Latifundia ad Cuvelium. *Montis ad ingressum Cuviæ stant tecta minoris,*
Qui tibi, Laurenti, *proxima rura colit.*
Non procul assurgit cum turri nobile templum,
Turba Sacerdotum quod veneranda colit.
Buffalora. *Hospitium hic,* flante, *est, nomen, quod sumpsit ab* aura,
Quod mihi mille jocos, gaudia mille dedit.
Vergubium *sequitur, tuque* Arcumedia, *vini* Vergobio. Arcomegia.
Cui modicum, at fidei dicitur esse minus.
Est quoque Zuvinium *pauper, sociumque* Casale, Zuigno. Casale.
Pauperior summo est attamen Ago *jugo.*
Hæc rura ostendunt ad nudi culmina montis,
Quæ cervos, & apros, accipitresque ferunt. (66)
Adjacet huic Cuviæ Valli non ultima Brenta, Brenta.
Quæ domui visa est semper amica meæ.
Cittilium *referam, nec te* Varadee *tacebo,* Cittilio. Varè.
Atque Caravates, Gemoniosque *viros.* Caravate.
Præteriturus eram Clementis pene sacellum, Gemonio.
Et rupem ingentem, præcipitesque vias. Aggio.
Si Cuvium redeas, occurrunt Actia rura,
Quæ veteres Accam constituisse ferunt.
Attulit hæc eadem tardantes rustica vites
Fœmina, tam grato nomine digna coli.
Vicinum Orinum *est, nomen quod præbuit arci,* Orino. Cabiellio.
Cabbielumque *arci proxima dives* erit.
Est Brinzum *cum jure lacus pars ultima vallis:* Brinzo.
Sic etiam finis carminis hujus erit.

Vallis hæc obtemperat Dynastis Cottis Mediolanensibus, nec non Ecclesiæ Comensi, ejusque initium distat ab *Arona* milliaribus 10. In vico *Caravato*, de quo hic supra, floruisse Grammatistarum Gymnasium, demonstrat oratio *Bertolini de Vavassoribus* ibidem habita XIV. Cal. April. MCDXIX. in Bibl. Ambros. MS.

Denique campus *Gavirati*, (109) qui *Angleriam* usque patet. 109

Accolis *Gavirato*, Oppidum interius à *Laveno* (de quo supra num. 55.) ad millaria 10. Dynastæ Comitis *Pyrrhi* Vicecomitis Bonromei Mediolanensis Præfectura pluribus imperans vicis, ac obtemperans Ecclesiæ Mediolanensi. Superioribus annis illic Prætorem egit J. C. *Joannes Baptista Bonola* Ripariensis meus. Oppidum exornat *Antonius Albucius* Ambrosianæ Bibliothecæ Præfectus, piissimæque Oblatorum Congregationis alumnus, cujus eloquentiam, atque eruditionem debito prosequerer panegyrico, nisi concors Mediolanensium plausus & illius merito, & meo erga illum obsequio satisfaceret, & imo nisi ipse haberet maximæ suæ æstimationis testem Academiam Faticosorum, & *P. Hieronymum Meazzam* in Extemporan. Miscellan. to. 3. pag. 297. 298.

Ex montibus *Charaxes Bellinzonam* contingit, super quem Divus *Ludovicus* seculi nostri frugalissimus Augustus, qui urbem hanc ex latericia marmoream inter Italicas splendescere, & surgere fecit, siliceum murum longitudine stadiorum XVI., densitate septem cubitorum arci *Bellinzonianæ* cum inexpugnabilibus turribus junxit, quibus singulis præest Præfectus cum expeditissimis militibus vigilias agens. Hoc summa prudentia architecturæ opus ad *Gallorum* impetus arcendos, contundendosque affabre constructum est. Mœnibus subterlabitur *Ticinus*, adeo fornicatus pons superjactus. Mœnia illa quidem non minus natura loci, quam arte munitissima sunt, cuilibet *Italiæ* (67)

liæ arci facillime conferenda. De Bellinzona egimus num. 71.

CAPUT III.

De Lacubus adjacentibus Verbano.

110 TRes Laculi influentes hunc nobilitant, quorum *Lugano* (110) adjacent inclyta Oppida pro regionis situ memoranda:

Italis *Lago* di *Lugano*, quem *Gregorius Turonensis* lib. x. c. 3. *Ceresium* nuncupat. Fuse describitur à *Paulo Merula* in Geographia par. 2. pag. 1303. (ubi nominantur singula Oppida, quibus litora convestiuntur) recensetur à *Ferrario* in Lexico, & quam diligenter à *Jocobo Solario*, & *Angelo Serena* delineatur in Insubrum tabulis Geographicis. Ab authore nostro inter tot ea loca præter *Luganum*, de quo inferius num. 118. recitantur.

111 *Brosinum*, [111]

Rectius *Ambrosinum*, incolis *Brosino*, quod teste *Caraffino* in Ordinibus habendi Congreg. pag. 43. paret Helvetiis, & Ecclesiæ Comensi. Ex eo infelix, ac miserandus quidam *Urias Besius*, quidamque gloriosus mirmillo *Stephanus Cotroneus* prodiere, quorum lacrymandas, ac ineptissimas quisquilias (licet alienarum curarum recreatrices) una cum ipsorum cineribus silentio sepelio, ne mearum notarum candor gestis ludionum, & re histrionica maculetur.

112 *Portus*, (112)

Accolis *Porto*, paret Helvetiis, & Ecclesiæ Comensi, ex *Ballarino* in Histor. Comensi.

113 *Campionum*, (113)

Rectius *Campillionum*, accolis *Campione*, Tetrarchia Abbatis S. Ambrosii Mediolani, de qua *Puricellus* in Monimentis Basilicæ Ambrof. num. 107. *Robertus Rusca* in suæ gentis Historia, *Tattus* in Sacris Annalib. Comi. Nullius est Diœcesis, cum Abbas Tetrarcha jura Episcopalia illic habeat.

114 *Ostenum*, (114)

(68) Accolis *Osteno*, Marlianorum Dynastarum Præfectura, sub qua plures vici. Pagum illustrat *Jacobus Solarius* Mathematices professor, de quo superius mentionem fecimus, cujusque virtus per varios militiæ gradus adhuc enitet apud *Allobrogum* Regulum, & *Venetos* in Peloponeso (ubi Tribunatum bis, ac Modoni moderatorem gessit) in *Dalmatia*, & *Albania*: nec non apud Cæsarem in *Ungaria*, & *Hispanum* Monarcham in *Insubribus*. Oppidum paret Ecclesiæ Mediolanensi.

115 *Porlectia*, (115)

Accolis *Porlezza*, Metrocomia regionis, quam Plebem *Porletiæ* nuncupant, Præfectura Dynastarum Estensium, duodecim, & ultra continens pagos, paret Ecclesiæ Mediolanensi, & recensetur per *Paulum Merulam*. Capucinis anno 1581. 8. Febr. Monasterium excitavit prope vicum *Tavordum*, cujus Ecclesiam *Gaspar* Vicecomes Archiep. *Mediolani* consecravit die 9. Julii 1596. De Oppido agunt *Tattus* ut supra, *Codex* MS. penes Capucinos *Mediolani* inscriptus: *Fundationes Conventuum Capucinorum &c. Ughell.* to. 4. pag. 45.

116 *Sessa*, (116)

Eodem nomine apud accolas: paret Helvetiis, & Ecclesiæ Comensi.

Morcum, (117) 117

Rectius *Murcotum*, accolis *Morco*: De eo *Franciscus Ballarinus* in Histor. Comensi pag. 301. Ab Helvetiis Præfecturam recipit, & ab Ecclesia Comensi regitur, ut ex *Caraffino* pag. 44.

Luganum, (118) unde nomen 118 sumpsit.

Italis *Lugano*. Fuse describitur à *Josia Simlero* in Rep. Helvet. pag. 255. *Jacobo Hofmanno* in Lexico, & à *Gaudentio Merula*. De ipso agunt *Ballarinus* pag. 300. *Castillionæus*, *Gaspar Ens* in Deliciis *Italiæ* pag. 41. *Bosca* in Martyrolog. pag. 23, & de Origine, & statu Biblioth. Ambrof. pag. 20. laudans municipem *Antonium Olgiatum* illius Bibliothecæ olim Præsidem, cujus mentio apud *Picinelhum* in Atheneo pag. 252., & apud *Rugerum* in Meletis pag. 226. *Tattus* in Hist. Comensi, *Robertus Rusca* in Hist. familiæ Ruschæ pag. 135. *Philippus Ferrarius* in Lexico, *Cluverius* l. 1. c. 14. 36. *Nicolaus Pacedianus* (MS. in Bibl. Ambrof. lit. A. num. 105.) lib. XIV. multa prodens de Comitibus *Ruschis* olim hic dominantibus, *Chronicon Humiliatorum* MS. mentionem faciens de Sodalitio Humiliatarum sub anno 1350. virtute, ac opibus florente in hoc Oppido, & in quadam æde, quam de Verla nuncupabant. *Domitius Calciatus* Novariensis:

Lucanæque domus, & multa vallis oliva.

Saraccus pariter Novariensis in Trivultiade lib. VI. pag. 81.

Lucanæque domus multa exornantur oliva,
Æmoniæ nemus hæc Tessala Tempe feras.

Oppidum sane nobilissimum ob nundinas, Monasteria bina Sanctimonialium, alia Franciscanorum Reformatorum, Conventualium, Capucinorum, & Collegium Somaschensium, nec non ob splendorem urbanum. Paret Helvetiis, & Ecclesiæ Comensi, amplissima est Præfectura, distatque ab *Arona* milliaribus 32. Ex vico *Bedano* prodiit ille *Nicolaus Rusca*, qui virtute, ac doctrina clarus ab Heterodoxis dire tortus occubuit *Sundrii*, an. 1618. Septembris, & de eo scribit *Joannes Baptista Bujacca*. (69)

Ad hunc lacum intra *Luganum*, & *Porletiam* sita est Vallis *Solidi*, accolis Val *Soldo*, quam *Dominicus Marius Niger*, & *Galvaneus Flamma* in Chronic. cap. 699. recensent, & novissime *Joannes Jacobus Besutius* concinnavit in Descriptione Templi Majoris Mediolani pag. 213. Hac in regiuncula, quæ pictorum, sculptorum, statuariorum, architectorum, ac literatorum fodina est, utramque potestatem gerit Archipræsul Mediolanensis. Inter indigenas commendatur *Peregrinus* de *Peregrinis* è vico *Puria*, qui seculo superiori fuit *Insubrum* Archimedes, & *Jo. Lezenus* omnium bonarum disciplinarum, & religionis cultor, ac Primos Basilicæ Modoëtiensis. Præterea eundem lacum coronant etiam vici *Oira*, *Bissonum*, *Caputlacus*, *Ripa*, *Pons Tresæ*, de quo *Cluverius* Ital. Antiq. c. de *Lepontiis*, omnes sub Helvetiorum Dominio, & regimine Ecclesiæ Comensis, Lacima, qui Præfectura est, ac regitur ab Ecclesia Mediolanensi, nec non *Lavena* sub Dynastia Marlianorum in Comensi Diœcesi.

Vastæ circum circa solitudines, ferarum lustra. Hic emittit flumen, de quo scripsimus. Alter est *Hortæ*, sive mavis Divi *Julii*, (119) 119

Lacum *S. Iulii* (Lago di *S. Giulio* priscis *Cusius*) nec non viculos salebrosis, ac squallentibus ipsius

ipsius lateribus insidentes recenset *Cotta* in sua Chorographia, qua superius num. 82. ac alibi usi sumus. Notet rursus lector, hunc lacum à *S. Julio* rectissime nuncupari.

120 a quo non longe absunt *Omagnum*, (120)

Rectius *Eumenia*, seu *Vemenia*, Italis *Omegna*, insignis Præfectura (duodecim distringens pagos) ad ostium lacus Sancti *Julii*, cujus euripus, quem accolæ *Neguliam* vocant, Oppidum intersecat. Oppidum sub *Jo.* Marchione Montisferrati incubatore *Novariæ* quidam miles *Jacobinus* municeps nobilitavit circiter annum 1356. sed ineunte seculo XV. illustrarunt *Peregrinus*, & *Gaudentius* pietate insignes ex Franciscano Sodalitio, & hac tempestate decorant *Hector Albergantus*, ac trini fratres *Bazettæ*, *Franciscus* nimirum in Ticinensi Gymnasio primarius professor Jurisprudentiæ, ac præceptor meus: *Carolus* olim ibidem Justinianæas Institutiones relegens, nunc Cameræ Apostolicæ, & Annonæ Auditor penes Legatum Bononiensem: & *Horatius* multarum palmarum Patronus in foro Mediolanensi, & ex Vicariis, ut vocant, Generalibus in Mediolanensi Dominio. Oppidum recensetur à *Carolo à Basilicapetri* in Novaria Sac. pag. 190. servat arcis, ac valli vestigia deletorum (ut conjicio) anno 1311. una cum propinquo castro Crusinalliano, paret Ecclesiæ Novariensi, ac Magnatibus Bonromeis, & Vicecomitibus, distatque ab *Arona* milliaribus 18.

121 (70) *Crusinallum* (121) *Crosinallo*, pagum non procul à *Verbano* in Curia *Ceri* intra fauces *Eumeniæ* situm recensere cogor veluti patriam illius *Petri Philargi*, sive de *Candia* (qui & Summ. Pont. *Alex. V.* de quo super. n. 19. 92.) ex suæ patriæ olim Tetrarchis Nobilissimis. Hanc Novariensium gloriam, obtruncatis Græcorum (Cretensium nimirum) Bononiensium, ac Papiensium contentionibus vidi ineluctabiliter firmatam in Museo Novariensi. Vicus paret Primatibus Bonromeis, & Vicecomitibus, & Novariensi Ecclesiæ, distatque ab *Arona* milliaribus 17. Cum alia loca non supersint notanda, in quibus de fiduciaria Dynastarum Bonromeorum potestate sit facienda mentio, Lectorem monitum volumus, tantum imperium, quo iidem olim in plures Tetrarchias scisso fruebantur, superioribus annis coaluisse in Exc. *Co. Carolum*, & coalitum concessurum in Exc. Co. *Joannem*, unicum illius inclytæ familiæ germen, veram magnanimitatis ideam, & Sanctiss. D. N. *Innoc. XI.* ex nepte, è *Carolo* fratre pronepotem.

122 *Acrabium*, [122]

Accolis *Crabia*, vicus litoralis ad lacum *S. Julii*, & de eo scribit *Cotta* in Chorographia lib. 1., & 4. Paret utrique imperio Ecclesiæ Novariensis.

123 *Bogninum.* (123)

Nullus ad lacum *S. Julii* vicus est, cui nomen *Bogninum* aptetur, ni forte reponendum vel *Bozium* mapale litorale, vel *Bugnatum* quamvis à lacu dissitum. Cætera hujus lacus mapalia habes ex *Cotta*, ut supra.

124 Tertius *Gaviratus* (124) dictus à loco ejusdem nominis, paludis cænosæ instar, & tamen piscosæ.

Accolis Lago di *Gavirate*, & de eo *Bonaventura Castillionæus*, *Philippus Cluverius* in Italia Antiq. l. 1. pag. 410. & nonnulla tetigimus num. 109. Ipsius longitudo à pago Capitelacus (indigenis Co de lago) usque *Bardellum* ad milliaria

A 6. major amplitudo fere ad 2. pertingit, dimissisque colliculis continetur. Efficitur aquis pluviis, fontalibus, ac fluentibus è proximo laculo *Ternati* (aliis *Comabii*) oblongo ultra duo milliaria, lato ultra unicum, circumornato pagis *Corcenio*, *Mercallo*, *Comabio*, *Ternato*, *Verano*, recipit contiguam paludem Monati ambitus ultra bina milliaria decoratam vicis *Monato*, *Travedona*, *Usmato*, & *Cadreliato*; Proximumque, & exiguum habet stagnum *Biandroni*. Ab ortu coronatur pagis *Schirana*, *Capitelacus*; à meridie *Azato*, *Galliato*, *Bodio*, *Catiaco*: ab occasu *Blandrono*, *Bardello*, ubi euripus in Verbanum ruens:
B à Semptemtrione *Gavirato*, *Oltorio*, *Oltrona*, *Gropello*, *Calcinato* inferiori, *Molinatio*. Hi laculi (pisculenti admodum) ita solida glacie concrescunt, ut plerumque etiam plaustris onustis tutum iter exhibeant. In *Ternatensi* quotannis, ineunte vere, succrescunt arbusculæ, quarum glans imitatur castaneæ formam (sed est triangularis) corticem, ac saporem: eam indigenæ appellant castaneam tum aquatilem, tum lacualem: nequaquam esu ingrata est, si fatuitatem corrigas, & sub diebus canicularibus maturescit, ac legitur. De hac castanearum specie mentio (71)
C nulla apud *Ulyssem Aldrovandum* in Dendrologia.

Hinc in interiora ingredienti occurrit *Vallesium* (125) celeberrimum Oppidum, 125

Usitatius *Varisium* (etenim vernaculi Mediolanenses sæpissime immutant L in R) Italis *Varese*, de quo *Merula* lib. v. c. 6. *Alciatus* in Antiquario, *Bonaventura Castillionæus*, *Ferrarius*, in Lexic. Geograph. V. Varesium, *Flavius Blondus* in Lombardia, *Andreas Assaracus Saraccus* in Trivultiade lib. v. pag. 75. *Picinellus* in
D Atheneo pag. 120. *Bosca* in Martyrolog. pag. 28. 48. 112. 153. 179. 235. 240. 264. 284. 295. 379. 421. Urbis non modicæ præ se ferre videtur specimen. Ibi Regius Præfectus quamplures ex propinquis vicis distringens: cultissimus urbanus splendor, ornatus, pompa: viæ, vicique plerumque porticibus decorati. Oppidani fere ad quinque millia: nullus ibi rem rusticam agens: Virorum asceteria quatuor, à Sodalibus Franciscanis Severioris (ut vocant) Observantiæ, Conventualibus, Capucinis, & Carmelitis Excalceatis culta: fœminarum vero tria: templa XXV. undequaque elegantiam, ac nitorem spi-
E rantia, quorum primarium commendatum ab *Ughello* in Ital. Sac. to. 4. pag. 46. insignitur cætu Canonicorum XVIII. multisque administris, nec non turri campanaria sane (pro loci qualitate) admiranda, cujus octo campanæ musica concertatione gradualibus vocibus modulamen profecto jucundum, & symphoniacum edunt: Parœciæ V: Mercatus hebdomadalis: commercium peramplum: annonæ affluentia: nobilium, ac divitum domicilium, sedesque frequentissima: præstantium ingeniorum perenne seminarium, felix germinatio, testibus tot iis viris, quos *Philippus Picinellus* Concivis collegit in Atheneo: Subur-
F banæ deliciæ, & secessus campestres. Ex Insubria *Petri Antonii Crispi* MS. *Camillus Sitonus* in Sylva rerum Mediolanensium tit. Civitates extinctæ hæc exscripsit: *Prope Varisium adhuc videre est grandis urbis vestigia, quæ Neonfortis (melius Monfortis) Ruiazanave dicebatur. Eo loci extructa erat, ubi Sciannium, Morazzonum, vicusque Gazzate situs est, à quo non longe abest locus, qui etsi in satis amplum agrum conversus est, Luci tamen appellationem, ac nomen retinet; siquidem ibi gen-*

*gentilitio more lucum fuiſſe credendum eſt, quo ad ſa-
cra facienda ejus urbis incolæ exibant. Ejus urbis
nomen retinet locus, qui ab Oppido Variſio paulo plus
uno milliario diſtat, & vocabulo corrupto Neonfon-
tanum appellatur.* De eadem urbe *Flamma* in Po-
lit. Novell. cap. 50. MS. De colle ſupra Va-
riſium ad quatuor millia paſſuum B. Virgini Ma-
riæ nuncupato, & mox celebrando ab authore
noſtro, ubi circiter annum 1604. erecta ſacella
ad repræſentanda ſimulacris principaliora Chriſti
D. N. geſta, ſcripſere *Cæſar Tettamantius*, *Pau-
lus Morigius*, *Bartholomæus Maninus* Riparienſis
S. Julii *Sementius* in Agro Mediolanenſi Parthe-
nio MS. *Tattus* Decad. 1. pag. 297. 298. *Fran-
ciſcus Rugerus* in Meletis pag. 199. *Boſca* in Mar-
tyrolog. pag. 359. *Morigius* etiam in Hiſt. Me-
diol. lib. III. & in Hiſt. Verbani, *Puricellus* in
Diſſertat. Nazariana cap. 54. num 21. *Jo. Rhau-
dius* in libro Sabbati del Gieſu exemplo 58. &
noviſſime *Dominicus Bizozerus*.

ſupra quod mons incultus poſt
quatuor mille paſſus Sacroſanctæ
Mariæ Sacellum in cacumine attol-
(72) lens ſummis religioſum miraculis.
Huc totius *Italiæ* perſolvendorum
votorum gratia frequentiſſimus cœ-
tus confugit: Egregium eſt ſpectare
dona aurea, argentea, cerea tholo,
tabulatiſque pendentia, tabellas æ-
grotorum ad ſalutem nuncupatis vo-
tis illico perventorum quique nexi-
bus carcereis ſtatim ſoluti: luxatorum
cito concretorum abſque Catonianis
cantionibus in ipſius re ruſtica edo-
ctis, carcinomata, vomicas, gangre-
nas, alios denique, & conclamatos
morbos precibus pellentium. Quæ o-
mnia Virginis potentiſſimæ pietate,
in quam ſalutis meæ ſpem colloca-
vi, accidere, in dieſque creſcunt.
Hæc autem à me obiter dicta ſunt
illius Divæ memoria, cui tota men-
te addictus ſum. Cumque ad deli-
ramenta quorundam deludenda, qui
ut ingenioſi videantur, Chriſtianam
fidem irrident, ipſi bovinatores,
nebulones, anathematici magis ir-
ridendi, quique plus in oſtentatio-
ne, quam in conſcientia futilis elo-
quentiæ ſuæ reponunt: tum vero
adverſus idiotas, & clancularios ſu-
ſurrones, qui inſani vitiligatores ut-
pote circumforanei rabuli audent
rumigerari, & potius fringuillare
deditos hiſtoriis, fabuliſque priſcis
(utque dilucidius loquar) ſtudiis
humanitatis inhærentes, nunquam
ſuſpicere cælum, æternæque divini-
tatis nunquam reminiſci, nec Deum

A rite adorare, cum ipſi magis Epicu-
ri de grege porci quam rationalia a-
nimantia vanis quibuſdam ſuperſti-
tionibus imbuti, & [ut *Hieronymus*
meus inquit] per trabem oculi ſui
feſtucam alterius eruere nitentes,
nec quid, nec quo probo more
Deum colere debeant, ſatis nove-
rint belluas imitantes, quæ una per (73)
B devia, & confragoſa errantes viſa
incautæ ſequuntur: nec hi quidem
Theologos, & Chriſti tubicinibus,
prudentibuſque ſacrificulis audien-
tes; quos cum cervice ſua cornea
miſſos faciamus.

CAPUT IV.

De Arboribus.

C NOn incongruum erit ſylveſtres
arbores circa *Verbanum* ena-
ſcentes breviter digerere: ſed prius
à glandiferis exordiendum videtur,
quod primæ mortales aluere, ut
pleraque è curriculo vetuſtatis ad
nos certiſſima argumenta pervenere.
Ovidius quoque noſter id hoc teſta-
tur carmine:

D *Ante nec hirſuti torrebant farra
coloni,
Nec notum terris area nomen
erat.
Sed glandem quercus oracula prima
ferebant:
Hæc cibus, & teneri ceſpitis her-
ba thorus.*

Inter quas quercus haud dubie pal-
E mam obtinet, nam hinc civicæ coro-
næ, quæ antiquitus dabantur civem
ſervanti, hoſtem interimenti, & lo-
cum, ubi digladiabantur, retinenti.
Proximæ huic fagus, roburque notiſ-
ſimæ, æſculus Jovi grata, cerrus hor-
rida, ilex ad plurimas materias utilis;
quæ ſingulæ generatim ferunt aut
glandes ad ſues pingueſcendos, vel
gallam coriis perficiendis, tingendiſ-
F que aptiſſimam, aut agaricum antido-
tis efficaciſſimum: multæ quoque
peculiares ad materiam ligneam circa
Verbanum enaſcuntur cortice uſita-
tiſſimo ad tergora conficienda, ut
piceæ, abies, theda, & reliquis lon-
ge præſtantior larix, ex qua rates,

(74) quæ in ſcandulas poſtmodum reſecantur, *Mediolanum* uſque ad laquearia fabricanda devehuntur. Hinc hercle libet exclamare: O immenſam tignorum, trabium, fiſtucarum, longunorum, ſublicarum, aſſerum, perticarum copiam, ex quibus urbs noſtra munitur, & decoratur, tecta ipſa eriguntur, clattratæ ſpeculæ fiunt, pulpita, ſuggeſtus, cophini, capſæ, ſcrinia teſſellata, & emblemata à lignariis fabris dolantur, & poliuntur! quidquid denique ſpecioſi ex materia illa conſpicitur, inde quæritur: nec non in aquoſis montibus ſurgunt cornus, & carpinus obduræ, pinus altiſſimæ, lauri opaciſſimæ, tiliæ leves, fraxini proceræ, cujus naturam, quam *Plinius* indicat, non omittendam eſſe duxi, quod iſtius arboris odore ita ſerpentes terrentur, ut ſi quis eorum aditum cum igne tum fraxinea fronde circumſepiat, prius in ignem fugiant. Innumeræ præterea arbores, partim ſteriles, partim fructiferæ iſtic repe riuntur, ſed neque numero comprehendere refert. Dicenda etiam betula Gallica, quam Bielam nuncupant, miro corticis candore, & tenuitate ad quæcumque aptiſſima, & ad circulos vaſales, item corbium ſportas: fructiferas nullas, vel paucas eſt propius conſpicere præter caſtaneam nemoroſam, & redivivam, ex cujus fructu ibi panis conficitur, avellanaſque nuces craſſiſſimo nucleo, in quorum ſtipitibus glires pingueſcunt.

(75)
CAPUT V.

126
Hominum mores. [126]

NAtura ipſa hominum agreſtis, & quamquam parum politica, attamen referenda. Induſtrii, & agiles procul dubio homines, ut ſi quid in eis culpandum ſit, magis locorum ſylveſtri naturæ quam ſummo ipſorum, & acutiſſimo ingenio adſcribi debeat. Quidam ut acutiſſimo ingenio, ad varios labores literarum præſertim per orbem terrarum peregrinantur: alii rates conficiunt, alii
A coriaceis, alii piſcatoriis mercibus, victitant: alii architecti, aut cujuſcunque rei ad vitam humanam utenſilis peritiſſimi, fabri præſertim ligneorum vaſorum eſculentorum, & poculentorum: ſunt qui more Nomadum mapalia inhabitant lacte, caſeo, caſtaneis veſcentes: ſunt quibus panis uſus eſt incognitus, glan-
B des pro eo rodentes: hi ſunt, qui extremas montium partes magis peragrant, quam incolunt: cæteri agricultura felices probandi, teſte Mantuano vate, *Virg.* II. Georg. ℣. 438. ubi ait:

O fortunatos nimium ſua ſi bona norint,
Agricolas:

C quos *Horatius* in Epodis II. ℣. 1. beatos prædicat:

Beatus ille, qui procul negotiis
Ut priſca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnore.

Fœminæ ibi eadem fere, quæ viri, ut apud *Xamatas* Meoticos fit, offi-
D cia exercent: omnes in univerſum patientiſſimi ſitim, æſtumque tolerare, frigora, atque inediam cœlo, ſolove aſſueti: robuſtiſſimi terram repaſtinant, quæ doctis, liberiſque (76)
manibus revoluta uberiores fructus præ noſtra terra affert; ſi enim aliquando cauſas ſcrutarere, cur interdum frumenti, vinique caritate la-
E boremus, non alias cauſas in medium afferrem, niſi quod ipſi prædia noſtra colere dedignamur, quoſdamque agricolas ad rura mittimus debiles, vel mancos, & ſi non hiſce vitiis laborant, ſiderum, temporumque penitus ignaros, quæ duo priſci illi plurimum in ruſticis deligendis quæſivere. Numne triumphales illi peritiſſimorum *Romanorum* virorum
F agriculturæ intentiſſimi erant, & vir bonus cum laudabatur, ſatis erat dici bonus colonus? Verbanicolarum mores expenduntur etiam per *Merulam* de Gallor. Ciſalp. antiquit. lib. III. c. 6. & *Aegidium Theſcudum* in Rhætia Alpina cap. 35.

CA-

CAPUT VI.

De Ticino ex Verbano effluente.

NE interim nimia rusticitate evagemur, non prætereundum est, *Ticinum* ex *Verbano* decurrere arenis aureis, & argenteis copiosum, quem ex priore *Ticino* in lacum influente, ut diximus, assumpsisse nomen arbitramur, in quo *Strabonis* Geographi impressorum animadvertendus est error, qui singula verba peritissimi Scriptoris pervertere; Verum enim vero si quis tam vesanæ mentis tantum auctorem hujusce errati taxare vellet, ad agnatos, gentilesque deducendus esset, præsertim cum idem in quarti principio ad verbum hæc dicat. *Huic finitimus loco Larius lacus est, quem Addua fluvius auget, inde amnem Padum ingrediens.* Illi (77) vero imperiti scripsere superius, *Ticinum* ex *Lario*, *Adduam* ex *Verbano* fluere, quod etiam falsum esse, quisque de media plebe non ignorat, etsi *Strabonem* id ex *Polybii* auctoritate scripsisse, non ex sensu suo autumasse, ex ipsius contextus lectione clarum sit. Rationabilius quis falsum illud ejusdem taxaret auctoris circa amnem *Eridanum*, qui nullibi terrarum existit, cum vicinus *Pado* dicatur. Sed hæc tanquam frivola cum mensura *Verbani* ab eodem parum vera tradita missa faciamus; Satis nobis fuerit assidue studiis incumbentes monuisse, ut locum depravatum castigent: Nunc majora petamus. Flumen istud [insigne clade *Scipionis*] apud Sextium labi incipit naves onerarias *Papiam* deferens, cui etiam *Ticinum* ab ipso antiqui nomen imposuere. Sed antequam illuc usque perveniat, in diversa scinditur brachia, inter quæ *Gravallonum* facit, de quo idem *Blondus* nimium ridicule in *Lombardia* sua describit. Pudet refellere quæ de illo dicat, cum pateat omnibus, eum *Ticini* brevem ramulum mox in eundem reverti: tanta quibusdam in locis claritate labitur, ut nummi, & lapilli in profundum alveum injecti appareant. Nos hujusce rei periculum fecimus, mirabamurque, denarium in aqua visum solita quantitate majorem oculis nostris subinde efferri; memoria deinde repetentes, humores corpus diaphanum ob radios lucis ab oculis nostris emanantes variare, ita ut opposita minora majora apparere faciant, quemadmodum de loginquis accidit stellis, ab ea destitimus admiratione. Diversis in locis prope ripas *Ticini* memorantur *Castellettum*, *Abbiagrassum*, *Viglivinum*, *Mortaria*, *Laumellum Longobardorum* historiis (78) nobile, à quo circumflua insula *Laumellina* lini ferax nomen traxit, nec non ignobilia alia Oppida.

CAPUT VII.

De Navigio.

POst centum sexaginta stadiorum decursum *Ticini* ex *Verbano* Principes nostri ut ad Reip. munia vigilantissimi, in mediumque consulentes ex eo labentem aquam *Mediolanum* usque manuaria fossa intra quoque mœnia deduxere circa pomerium, cui navigium à re ipsa melius nos emissarium appellaremus. Proh Deus immortalis, quantam copiam rerum ad victum, exercitiumque humanum *Insubribus* nostris euripus iste toti populo saluberrimus, nec non suburbanis prædiis frugalissimus defert! Quid de quocunque genere piscium in ipso luxuriantium, ex quibus Civitas plurimum nutritur, loquar? Quid de vivariis copiosis, quæ stabulatores ad hospites reficiendos semper præsto habent? Quid de immensa aquæ utilitate ad prata irriganda, molaresque rotas vorticoso impetu vertendas, tum ad grana terenda, tum ad pannos opera fullonum molliendos? Rivi insuper ex eo descendentes cunctas sordes emundant: quin etiam piscinas ex ipsius aquæ emolumento in domibus nostris habemus, & ante lares, unde recentes pisces opportune decoctos variis condimus liquoribus. Hoc loquor de his, qui Portam à *Ticino* dictam [ex septem uberiorem, & amœ-

amœniorem] accolunt. Denique singulorum Mediolanensium pace hoc dicere ausim, fame laboraturos
(79) eos, ni istius aquæ commodo juvarentur. Respondebis forsitan: Dicax temerari usque mihi videris; Numne antequam prædictus euripus fieret, abundantissime Mediolanenses nostri degebant? profecto, sed non tantus civium, plebisque conventus, non is gentium concursus tunc præclarissima in urbe nostra erat; Videmus namque diversas nationes, majoresque in dies ad hanc totius *Italiæ* pulcherrimam metropolim confluere, quæ (ut eam parcissime laudem Plinianum illud assumendo) rectrix, parensque mundi altera, scatet viris, fœminis, Ducibus, militibus, artium præstantia, ingeniorum claritatibus, situ, atque salubritate cœli, accessu cunctorum populorum facili, uberrima denique operosis deliciis, quibus etiam *Tarentum*, *Corynthum*que ipsam supergressa est, ut vere illud *Ausonii* Burdigalensis propagari debeat:

Et Mediolani mira omnia, copia rerum.

Patet ergo, manuariam hanc fossam nullatenus à *Gallis* aut factam, aut ampliatam, cum hi ante nostrum Chorographum nunquam in *Insubribus* pedem fixissent. Quare vulgus (ut sæpissime assolet) summopere hallucinatur, dum eos tanti operis autumat authores. Primus euripus è *Ticino* per Mediolanenses excogitatus, tentatus, fluxurus per latissimum, ac patentissimum campum incultum, quem accolæ vocant *Brughera di Soma*, (ubi anno 1636. 24. Junii inter *Hispanos*, & *Gallos* dimicatum) improfuturus jacuit infectus post irritum conatum, oblongoque, ac profundo cavo (ob oleum & operam perdita) inditum allusivum, & jocosum nomen *Panperduto*. Ille autem, quo præcipue *Mediolanum* fruitur, inventores (ita opinor) habuit *Papienses*. Multo ante annum 1179. inceptus est, teste *Puricello* in Monimentis Basil. Ambros. num. 576. licet *Bossius* in Chronic. & *Galvaneus Flamma* in Manip. Flor. MS. pag. 108. tradant inchoatum solummodo anno 1188., & idemmet *Flamma* (parum sibi constans) in Chronic. cap. 913. operis initium referat ad eum annum 1179. Usque ad *Abbiagrassum* Oppidum fuit primum deductus agri Papiensis irrigandi gratia, & eo in agro desinebat nullatenus, vel levissime *Mediolano* proficuus. Spem Papiensium diu fefellisse fertur; nam primis sub annis alveus prope *Robecchum* ob soli porositatem aquas adeo epotabat, ut intra illorum limites vix aliquantula penetraret. Mox (ob repentinam concretionem, & constipationem) abundantiorem copiam sono campanarum dicuntur excepisse. Sed anno 1179. 5. Augusti Mediolanenses inediæ averruncandæ solliciti, nedum

A ipsummet ampliare, sed etiam ab eo Oppido ad urbem usque novam effossionem producere aggressi (80)
sunt, quam brevi perfecere, & *Ticinellum* nuncuparunt. Ita ex MS. Antiphonario S. Georgii in Palatio penes *Biblioth. Ambros.* & ex *Tristano Chalco* in Hist. patr. pag. 248. Anno tandem 1257. Turrianis imperantibus, Prætore *Benno Gazano* Bononiensi, universus alveus rursus, ac adeo instauratus à Mediolanensibus, ut etiam naves onerarias pateretur, testibus *Chalco* pag. 323. *Corio*, & *Aegidio Bossio* in Praxi Crimin. tit. de aquis num. 6. Ab hujusmodi ampliatione, ejusque authore, sive a vico Gazano, quem alluit,
B aliud nomen *Naviglio di Gazano* exortum, quod denique nomen à Mediolanensibus post alium euripum per *Franciscum Sphortiam* I. an. 1468. in urbem ex *Addua* derivatum, rursus immutatum est in *Naviglio grande*. Igitur cum anno 1279. (ait *Corius*) aquæ per agrum superfluerent, Mediolanenses conati sunt illas in Lambrum fl. ad Melenianum devolvere. *Paganus de Brozano*, *Grezius de Muzano*, *Antonius de Retonate*, *Maifredus de Lera* tabelliones Mediolanenses mentionem de hisce aquis reliquere in eorum publicis monimentis dierum 4. Martii 1223. 15. Maji 1280.
C 25. Octobris 1285. & 16. Augusti 1296. quæ per March. *Vercellinum Mariam Vicecomitem* conquisita hactenus per ipsius hæredes custodiuntur. Igitur commentum apage: ne *Gallis* honor circa hoc opus indebitus exhibeatur etiam ab eruditis viris. Quidquid *Verbanus* emittit *Mediolanum* navi devehendum, olim *Ticinus* portabat solummodo ad loca proxima *Lunato Puteo* alto (accolis *Lonato Pozzolo*) quo in pago statio, unde *Mediolanum* terrestri itinere trahebatur. Hæc hausi è Clarissimo antiquitatum Mediolanensium effossore, ac amico meo *Camillo Sitono* J. C. in Sylva tit. de urbis Mediolanensis ædificiis publicis &c. MS.

D

CAPUT VIII.

De Viglivinensi Agro.

VErerer, ne ingrati, ac segnis animi existimari possem, si descripto *Ticino* ipsius lacus emissario huic opulentissimæ urbi utilissimo planitiem pulcherrimam inter duo flumina jacentem [prædictum, & *Aquoniam* [127] ex agro Novariensi de- 127
E rivantem] silentio involverem:

Aliis *Aquonia*, Italis *Agogna*, priscis *Novaria*, ut ex *Cluverio*. Scaturit è latere Meridionali jugi *Mergotioli* in Riparia Sancti *Julii Verbano* proxima, describitur fusius à *Cotta* in Chorographia lib. I. pag. 28. e *Cluverio*, *Bertio*, *Nigro*, *Brietio*, *Tabulis Peutingerianis*, *Velsero*, *Hofmanno*, *Sacco*, *Merula*, *Blondo*, *Basilicapetri*, *Ferrario*, *Gualdo*, *Ploto*, *Menochio*, *Dondeo*, *Rhaudense*, *Tusco*, *Facio de Ubertis* in Dittamundo lib. III. c. 5. Flumen profecto quam maxime utile agris Novariensi, & Papiensi ad irrigationem derivatum. Ab eo
F *Novariam* dictam quis colliget ex *Cluverio* in Italia Antiq. to. 1. p. 409. *Joannes Cerutus* in suo Ticino:

Et vagus octipedes gignens Agonia cancros. (81)

& *Fr. Ludovicus de Ameno* de quo supra num. 70. in recitato Epithalamio hunc fluvium, ac *Sesitem*, *Ticinum*que ad epulas convocatos fingens. Eosdem una cum cæteris Insubricis fluminibus, ac lacubus tum hoc *Verbano*, tum illo Sancti *Julii*, aliisque colligit *Joseph Hieronymus Sementius* in sua Hydrographia Historica, & Mystica MS.

Scelus, inquam, nefaſque puta-
rem ſedem hanc numine Principum
electam illotis, ut ajunt, pedibus
præterire. Quippe qui cum ſupe-
rioribus annis viderim Pana, Sylva-
num, Faunum, Dianam ipſam cum
Dryadibus, Amadryadibus, Napæis
hos inhabitaſſe locos, nunc vero hiſ-
ce in arcto gurguſtiolo compulſis,
fauſtis optimi *Ludovici* Reip. noſtræ
typhis auſpiciis Cererem, Liberum,
Pomonam dominari. Ubi rubigo an-
te erat, nunc Flora: ubi dumoſa,
hirta, ſquallida, inculta, ſordida,
verita tellus, nunc bonus eventus,
& lympha. Denique Dii Conſentes
duodecim adſunt: ubi leporaria, &
ornitones quondam, nunc ager cul-
tus. Quo exemplo patuit, Princi-
pes noſtros illud amplexari Platoni-
cum, non præſtare quod ſibi ſolis eſ-
ſet utile, ſed veram, ac inſtabilem
Civium benevolentiam optimam cu-
ſtodiam in medium conſulendo po-
tius ducere, quæ munitiſſima caſtel-
la, fortiſſimas phalanges, machinas
quaſcunque vincit, enſemque *Dio-
nyſii* Siculi aſpernari cogit. Bono,
inquam, publico faventes, ſoliti
more avorum ſuorum aſſiduas hoc in
latiſſimo campo exercere venationes,
nec minora aucupia, quæ ſunt Prin-
cipum oblectamenta, valetudinem-
que robore ſalubri confirmant, vo-
luptates ſuas partiario cum populo
Viglivinenſi diviſere, ut ille majorem
partem agri coleret, ipſi poſt tantas
curarum moles, quibus Italicarum
Rerumpubl. conſilia, civiumque ſuo-
rum negotia maxima cognoſcunt, &
librant, amœnum aliquem ſeceſſum
tantiſper, dum implicitum remitte-
(82) rent animum laboribus, adirent.
Ipſe *Ludovicus* prudentiſſimus vates
tantam iſtius terreni futuram nobili-
tatem, & copiam jam inde ab initio
animo præſagiens, olimque *Viglivi-
num* ditiſſimam futurum Civitatem,
cum arva ipſa ſiccitate, & aquarum
inopia ſterileſcerent, nec fructus non
modo in annum, ſed nec quidem per
ternos menſes huic populo alendo
colligerentur, curavit ſumma impen-
ſa alveis effoſſis binos rivos deducen-

A dos tum ad annonam actuariis cym-
bis in urbem devehendam, tum ad
hæc undique irriganda: Unum ex
Ticino, alterum ex *Aquonia*, (ſed
dicas e Seſſite) effluentem, ex quibus
rivuli perennes ad prata adaquanda,
cœteraque neceſſaria derivantur, ad-
eo ut maxima hujus ſoli fœcunditas
ſperari debeat tum ex hoc emolumen-
B to, cum terra ipſa multorum anno-
rum frondibus, & herbis (peculia-
ribus ſuis fœtibus) ſaginata largio-
ribus pabulis facilius edendis, edu-
candiſque frugibus ſufficiet. Immen-
ſa mehercule ſubit admiratio tam
frugaliſſimarum rerum ab eodem
Principe hic inſtitutarum, ita ut ve-
rear, ne prius deficiam, quàm me-
C rita oratione hæc ipſa adamuſſim ex-
ornare valeam. Hic enim, optime
Lector, non ſemibarbaris, nudiſque
verbis agendum ut in Verbanico ſitu,
ſed congruæ materiæ inſignia ſcripta
accommodare neceſſum eſt. Præ-
terea ea non ſic ampla e me narrari
quibunt, quin ut majora ſuperſint.
Erit ergo, ut *Tibullus* inquit, *nobis
voluiſſe ſatis*.

D Annus MDCXCVI. celebrius reddidit *Vice-
vanum* ob pacem ibidem ineunte autumno per-
cuſſam inter *Cæſarem*, Reges *Hiſpanum*, *Gal-
lum*que, ac *Allobrogum* Ducem, per quam *Galli*
(ſolo æquatis arcibus Caſalis S. Evaſii, Pine-
rolii, ac Seguſii, quibus incubabant) ceſſere *Ita-
lia*, Cæſareæ vero copiæ, quæ pro *Allobrogibus*,
Pedemontanis, ac *Inſubribus* tutandis *Italos* immen-
ſo vexabant cenſu, *Germaniam* repetiere.

CAPUT IX.

E *De Viglivinenſi fertilitate.* (83)

INchoandum primo videtur à
Sfortiaca villa opportuna ſitus po-
ſitione, aëris ſalubritate, partium
urbanarum, ruſticarum fructuarium
plena, oraculo priſco exædificata,
ut neque fundus villam, neque vil-
la fundum quærat. Quæ ſi recte li-
brentur, apparet, harumce aucto-
F rem *Q. Cincinnatum*, *C. Fabritium*,
Curium Dentatum, *Attilium Regu-
lum* in hac divina rei ruſticæ doctri-
na imitatum, ut non minus ruſticam
iſtam ſcientiam naturæ cœli, terra-
rumque operoſiſſimam ſcrutatricem,
ac ſtratagemata ipſa calleat. Alter
denique *Saturnus* in his excolendis

agris merito nuncupari poteſt. Quibuſdam fortaſſe indignum, indecenſque videatur, me Virum totius *Italiæ* fræna moderantem in his commemorare: qui ſciant, apud antiquos noſtros fuiſſe gloriæ curam ruſticationis, ut antea diximus, nec minorem laudem adeptos in extollendis patriis finibus quam defendendis, regendiſque. Hæc itaque villa quatuor ſpheriſteriis ambita ſpeciem oppidi præbet: intus ſunt ruſticorum habitacula, & fænilia, palearia, horrea, oporothecæ, pinacothecæ, areæ, curtes, bubilia, cellæ condititiæ, & promptuariæ ornitones. Adjacent viridaria pomiferarum, nuciferarumque arborum copioſiſſima, quin etiam labyrinthum (pomario nomen eſt) multis fructuoſis plantariis, malis præſertim Punicis conſeruere. Id ex ſinuoſitate ſic dixere. Additus eſt Minotaurus ad ſpecimen Cretenſis: Auſim id affirmare, non minoris ad-
(84) mirationis, laudiſque hortos penſiles, quam hoc fuiſſe: his *Alcinous*, *Heſperides*que haud immeritò inviderent: cunctis enim, quos priſca antiquitas admirata eſt, antiſtant: Haud inferioris laudis ſunt monorum uberrimæ plantæ ab eodem frugaliſſimo Principe bombycum alendorum ergo hoc in ſolo innovatæ. Hæ arbores *Pyrami*, & *Thiſbes*

A amantium cruenta memoria ſapientiſſimæ cæterarum judicatæ, quod ſerotino germinatu florent, nec niſi exacto frigore eædem tardiſſimæ ſeneſcunt, colores ternos aſſumentes fructus edunt, album, rubrum, ſupremo atrum: ex frondibus tota æſtimatur utilitas, quibus bombyces ſerici procreatrices nutriuntur, qui
B primo papiliones fiunt, mox tunicis villoſis inhorreſcunt, ſericamque luxuriam noſtram gignunt. Occurrunt enim mores ſeculi noſtri taxandi, ex hac præſertim vana luxuria damnandi, quæ ſerico exquiſito, & invento, non minora nobis vitia invexit, ac *Romanis* imbelles Græcanici ritus, *Aſia* debellata, intulere: Sed de his queri deſinamus: Nam
C *Viglivinum* Principum noſtrorum dulce *Antium*, & præſtantiſſimis ingeniis præcipue *Candidi* Hiſtorici haud ignobilis inclytum, (128) nec 128 non lanificiis copioſiſſimum ad ſe muſam noſtram haud injuria vocitat.

Ad hæc capita VIII. & IX. legendus *Carolus Stephanus Brambilla* in Eccleſia Vicevanenſi par. 3. c. 16. Villa Sphortiaca à prædicto *Ludovico Maria* Mediolanenſium Duce VII. dono data eſt Sodali-
D bus Prædicatoribus Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolani anno 1498. 3. Decembris. *Petri Candidi*, & *Angeli Decembriorum*, nec non *Uberti* ipſorum patris geſta, ac monimenta literaria habentur in Muſeo Novarienſi. Plures *Vicevanenſes*, qui literis floruere ante annum 1529. collegit author ejuſdem Muſei, in quo etiam eximium, ac Excellentiſs. legulejum *Jo. Franciſcum Piſanum* enumeratum veneramur utpote Civem Novarienſem effectum.

(85)
VIGLIVINI ORATIO.

Cinge thytoreico populus tua tempora lauru,
Lux nova Phœbæis oritur radiantior aſtris,
Sydera jamque novo gaudent Hyperionis ortu,
Miraturque vices rerum natura beatas:
Aurea nunc fulgent Ludovico Principe ſecla,
Jam licet Auguſti redeuntia cernere ſecla,
Templaque belligeri Latio concludere Iani.
Ipſe pater Divum ſumma Franciſcus ab arce
Lactea, qua candet, zonæ ſuppoſta calenti
Lumina contorſit Ligurum miratus habenas.
Italiam longa ſecuram pace requirens
Unam, luſtravit concordia regna profatus,
Qua ſe laborant, Superum ſcandente rogatu,
Qua locus Erigones chælarum proxima ſigno,

Hic,

Hic, ait, hic aliquis noſtræ num ſtirpis alumnus
Pacata Latium docuit frænare quiete?
Arſacida anne aliquis venit de gente peritus?
An Scythica Alpinos qui mollia jura doceret?
Non ea barbaricæ non eſt prudentia menti,
Heros nempe Italum fuit (alto ab ſanguine) cauſa.
Hæc fatus ſceptris moderatas inſpicit urbes,
Quas decus ipſe hominum patrio complexus amore;
Et Mediolani felicia tecta probavit.
Poſt mea reſpexit miratus mœnia quondam
Sphortiaca concuſſa manu, & ſurgentia ſpectans,
Hæc ait. An Tyrio renovantur mœnia plectro?
An Getica crevere lyra? an qua Pergama Phœbi
Silviadum fuerant tales non (gloria) muri?
Hæc ea ſunt ſatis urbem cinctura ſuperbam,
(86) *Hæc arx imperio munimen grande paratur,*
Gallorumque minas, nec Cimbrica bella timebit.
Inſubrii gaudete patres, mea tu quoque proles,
Et tu, Viglivinum, contingas ſydera plantis:
Jam jam civis eris, ſunt hæc conſulta Deorum;
Orbe Tonans medio nuper concilia junxit.
Conſenſere omnes, quo civica ſerta darentur
Servati civis Caſtello dona merenti,
Irrita thura Jovi fuerant, & publica vota.
Bariacum juſſere Epidauria numina Regem,
Seceſſus peteret viridanti colle beatos
Laturos Pythiam tranquillo fine ſenectam.
Pone metum, curas, lethi obliviſcere, nate:
Stant tua fata diu, modo tu virtute perennes:
Sic tibi candenti ſedes ornatur Olympo.
Certe ego te puerum tanta ſpe, ac indole tanta
Complectens prædixi umbras, mea pignora quæque;
Teque virum ſolum, nec me mea cura fefellit.
Quin etiam Auſoniis inhians cum bellua terris
Bizanti circum ſæviret mœnia Turca,
Et ferus Euboicam ſperaret Chalcida victor,
Legimus in ſumma dignum te mole pericli
Unum, noſtra cui parerent ſigna Camillo.
Eja age, cœleſtes properans cape, nate, coronas,
Ab Jove quis jubet incingas tua tempora quernis,
Præſcia venturi ſunt hæc prænuncia ſecli.
Ergo, mei cives, rutilans aurora reſurgit:
Ite citi, properate gradum. O quæ feſta parantur,
O quæ ſacra novis pendent Diplomata ceris!
Jam.jam Pontificis celebrantur templa dicatu. (129) 129

Hiſce binis poſtremis carminibus author noſter indicat deſignationem, quam *Ludovicus Maria Sphortia* ſumſerat de erigendo *Vicevanum* in Civitatem, ipſumque decorando Sede Epiſcopali, cum tunc contineretur in ſacra Diœceſi Nova-
(87) rienſi, à qua exinde (anno ſcil. 1529.) per *Clementem* VIII. Summ. Pontif. fuit divulſum, imperante *Franciſco Sphortia II.* Qua de re videndi *Sacchettus* in Vicevano Illuſtrato, & *Brambilla* in Eccleſia Vicevanenſi.

Hæc ſunt, *Muratori* ſuaviſſime, quæ *Macaneo* addenda cenſui, prætermiſſis innumeris viris

A

Verbanicis & toga, & ſago illuſtribus, ne merus exſcriptor viderer, ac prætermiſſis notis ad Philoſophica, Philologica, Moralia &c. cum non ſutor ultra crepidam. Tu igitur nobiliora conſuas velim, & admirandam Sphyngem noſtram (Bellbium ſcis per hanc antonomaſiam indicari) verbis meis ſaluta hoc ænigmate, quod ipſe excogitavit.

Commiſſam bis tolle crucem, binuſque character, 130
Qui Deus eſt, ornet, non tetragramma, cruces.

Ordine converso veneranda hæc grammata figes,
Inter utramque notam colloca utramque crucem.
Omnibus his unum Christi caput, Oedipe, præstet,
Ut, tibi quod voveo, perficiatur opus.

Solutio ænigmatica.

Christe, caput donas: donas, Deus optime, plantam:
Duplicem uterque crucem, principiumque tui.

Ipsi aliam ipsius sphyngem dicas:

Inter ver, & anum posses si ponere Beta,
Najadum, & Hesperidum perfruerere choro.

Solutio.

Et Latii, & Graji donant elementa secunda,
Quæ inter ver, & anum te recreare solent.

Vale Musarum delicium, & hæc ramalia, hæc montana segmenta collecta, & confarcta inter vacationum deliria accipe hilariter ex *Ameno* in Riparia S. Julii Diœcesis Novariensis, e meo sylvoso tuguriolo Fontana d'Oro (anno MDCIC. Cal.. Maji) à

Tui Obsequentissimo
STAZIO TRUGO CATALAUNO.

INDEX ET APPENDIX.

Numerorum Characteres in Indice hoc adhibiti non paginas, sed numeros in paginarum extremitatibus, ob Appendicem insertam, adsignant.

O viniferi colli, i cui liquori.
Hanno in se d'ogni rara, e pellegrina
Vindemmia accolti in un tutti i sapori:
Di vostre ambre, e rubini il color schietto
Ne men potria tacciare il Fiorentino:
Il Fiorentino Astrologo sì astuto,
Che ritrovo coll'alto ingegno, e acuto
D'occhio aquilin la portentosa canna,
Che spiando del Ciel tutti i segreti
Ti fa vedere in Maestà tir anna
Girar co i bravi al fianco anche i pianeti,
E le macchie ti scuo pre sin nel Sole.
E s'auvien, che ad alcun guasto palato
(Come che generosi
Perchè noa son fumosi)
Non sembri il lor sapor cotanto grato,
Ciò accade, perchè suole
A chi gusto non hà più che perfetto,
Ciò, ch'è virtù, parer tal or difetto.
Ma à che più ciarle, ed à che più parole?
Perche una volta sazia
Io men faccia la voglia,
Coppier, tosto di grazia
Fà, che da qui si toglia
Quello di vetro omai vano apparecchio,
(Che la sete ei non queta, e non pacifica,
Mà più l'irrita, stuzzica, ed amplifica)
E in sua vece t'appiglia à quel vil secchio:
Quel secchio vile, che sin'ora fù
Misero astretto in dura servitù
A fare de bicchieri il lavandaio:
Or che con esso à fare mi preparo
Un gran brindesi, e insigne
Con il Lieo preclaro
Dell'Arcipoetessa delle vigne,
Prendil, Coppier, ponil d'avanti à me:
Ed al Sovran poichè
Per servigio talor lice men degno
Creare Cavaliere un'huom di legno,
Cavalier de' bicchieri io lo dichiaro.
Presto, di verdi pampani 'l corona,
E del manico fà, che la vitale
Fronda formi, e compona
Un'arco verdeggiante trionfale.
Or che sì ornato, e coronato egli e,
Dite, non sembra de' bicchieri il Re?
O secchio non più vil, mà Cavaliere,
Quanto l'aspetto tuo mi dà piacere!
De' Cavalier Maltesi
Tu mi fai rammentar la valentia,
Quando i Corsari à seguitare intesi
Fin sù le coste della Barberia,
E del lido African vanno à far acqua,
Intrepidi portando
Nell'una mano il secchio, e l'altra il brando.
Prendil, Coppier, lui sciacqua
Pria del buon vin di Lesmo,
Poi l'empi del medesmo.
Egli è il buon vin, da cui trasse il suo vario
Sapere, e la galante
Vena dolce, e piccante
Del gran Senato Insubre
In Elicona il noto Segretario,
Cui piacque in questo dono
Mandarci il contrasegno più giulivo
Del piacer, ch' ei sentì del nostro arrivo,
Arianne gentil, di questo vino
S'io ti posso una volta inebriare,
In tre linguaggi t'udirò parlare,

 Gre-

Mi-

FINIS.

FRANCISCI BELLAFINI
DE
ORIGINE ET TEMPORIBUS
URBIS BERGOMI
LIBER.

UT ET

MARCI ANTONII MICHAELIS,
Patritii Veneti,

AGRI ET URBIS
BERGOMATIS
DESCRIPTIO.

Quibus Conditores, Rectores, Fata & Gesta; nec non Situs & Facies tam Agri quam urbis Bergomatis exponuntur.

Editio Novissima, Nitidior Auctiorque.



LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, & Typographi Academiæ atque Civitatis.

NOVÆ HUJUS EDITIONIS PRÆFATIO.

HUMANISSIME LECTOR.

Quamquam tractatus hi, *Venetiis* MDXXXII. per *Jo. Antonium* & fratres de *Sabio* editi, Thesauro Italico jam publici juris facto, ad me sint missi: attamen eos supprimere nolui nec debui; quoniam operæ pretium duxi eos cum orbe literato o mmunicare: nam in primo a *Francisco Bellafino* conscripto, breviter & concinne fata *Urbis Bergomatis* comprehenduntur. Ex quibus Reges, Principes, Reipubl. aliique discere possunt, quam horrendas calamitates Barbaræ gentes, rerum discordia allectæ, *Italiæ* intulerint, quod plerumque ii, qui, externo & peregrino milite accito, in possessionibus se teneri & defendi sperabant, vel propriis sedibus ejecti, vel stragem potius, quam auxilium senserint. In altero, a *Marco Antonio Michaële*, Patricio *Veneto*, elucubrato, Situs *urbis Bergomatis* & agri facies verbis tanquam coloribus ita depinguntur, ut veram urbis effigiem hîc veluti oculis intueri liceat. Quare insigni elogio a Gerard. Joan. Vossio *Lib.* III. *cap.* 12. *De Histor. Latinis*, decorantur, quod nostræ præfationi subjecimus. Indici Chronico, quem auctor in capite præfixerat, paginas hujus novæ Editionis addidimus & in calcem retulimus. Rerum quoque Indicem, quo hi tractatus carebant, collegimus & Indici Chronico affiximus. Non dubito, quin hoc faciendo gratiam tuam, Benevole Lector, inituri simus. Cæterum Vale.

GERARD. JOAN. VOSSIUS Lib. III. Cap. 12. De Historicis Latinis.

Marcus Antonius Michaël, *patricius* Venetus, *& generis, & non contemnendæ eruditionis ergò, anno MDXVI. ac deinceps, in honore fuit. Patrem habuit* Victorem, *urbis* Bergomensis *præfectum. Anno MDXVI.* historiam agri, & urbis Bergomatis, *stylo suo depinxit. Eam descriptionem suo ejusdem argumenti libro subjunxit* Franciscus Bellafinus, *auctore pene invito, qui supprimere illam decrêrat; ut ipse* Bellafinus *in præfatione agnoscit. Prodiit utrumque opusculum* Venetiis *anno MDXXXII. annis circiter* 15, *ex quo suum jam* Michaël *papyro commiserat.*

MARCO MAUROCENO
PRÆTORI BERGOMENSI INTEGERRIMO
S. P. D.
FRANCISCUS BELLAFINUS.

Commentarioli rerum *Bergomatum*, quos in publicum jam mittere destinaram, nescio quo pacto hærere ac subsistere, meque authorem suum ita interpellare visi sunt: heus *Bellafine* quo tandem auspice in ora virorum ibimus? quære tibi, & nobis pariter virum aliquem doctrina, & authoritate insignem, cujus patrocinio freti audacter prodire valeamus, & qui nos vel à calumnia, vel morsu vindicet: justam plane agnovi causam, & te *Marce Maurocene* prætor justissime statim delegi: quo duce diis bene juvantibus læti & tuto prodirent: proinde (quæ tua est humanitas) rogo eos benigne suscipias & foveas, quod facile impetratum iri & spero & confido, quando nemo unquam abs te nisi voti compos discesserit; hujus tuæ comitatis atque mansuetudinis universus populus *Bergomas* testis est: tuæ enim omnibus patent fores, cunctis quocunque tempore, quacunque hora aditus facillimi: sed qua patientia forenses

 discepta-

disceptationes audis? qua justitia discernis? atque interim tamen plurimas grata litigantium concordia dirimis: nec gravatur quispiam adversus quem forte justitia steterit: propterea quod judicii celeritas, sed illa gravis & matura, omne dispendium tollit: nec minus se fere victorem victus, quam qui victoriam adeptus est putat: jam vero in plectendis maleficiis eo moderamine usus es: ut severitas & clementia veluti icto inter se fœdere, se invicem amplecti videantur: nil tamen sceleris, nil flagitii passus es, quod inultum, aut cuipiam condonatum volueris: in his porro quæ ad publicam rem attinent, omnia studia, omnem operam, industriam cogitationemque tuam semper collocandam conferendamque duxisti: publica bona recuperanda, Salientem, fontes, aquæductus purgandos, flumina retanda, vias publicas vehiculis, jumentis, atque ipsis etiam hominibus alioqui impervias instaurandas curasti: ipsi demum urbi temporis injuria diu labefactatæ, & proximi belli incommodis vexatæ ac prope perditæ, omnem suam formam & dignitatem restituisti: nimirum philosophia qua plurimum excellis, urbem optimis regere institutis, & sacrarum literarum doctrina (quam pie excolis) religionem colere te docuit: humaniora studia à te mira facundia felicissime parta, te nobis mitem, jucundum, placidum, reddidere, quæ omnia & si à diis & à natura tibi data sunt: cultu tamen & assidua exercitatione splendescunt: sed jam unde diverteram redeo, lucubrationem nostram hilari fronte suscipias obsecro, qua utcumque possum tuam erga me benevolentiam imitor, merita non assequor, cui veluti Corollarium Agri & urbis *Bergomatis* descriptionem à *Marco Antonio Michaële*, patritio *Veneto*, elucubratam, argumenti similitudine persuasus, adjunxi. Eam lucubratiunculam cum quintodecimo circiter abhinc anno *Michaël*, dum *Victori* patri suo *Bergomi* præfecturam agenti comes esset, sibi (ut ajebat) tantum (ne ocio marcesceret) conscripsisset, & (quæ ejus est verecundia) supprimere penitus cogitasset, ego (quo minus id ageret) quod opus mihi probaretur atque ad patriæ meæ ornamentum facere videretur non sum passus, exemplarque quod mihi legendum dederat, ipso prope invito, retinui, id nunc (utcunque id ferat author) edere atque ad te mittere decrevi, rem tibi gratissimam me facturum ratus, nam præterquam quod à viro tui ordinis tibique amicissimo proficiscitur, ita etiam affabre expressimque hunc situm verbis tanquam coloribus effinxit, ut urbis (quam adeo amas, cuique tanta cum tui laude præes) veram effigiem, hinc tibi oculis intueri, nedum animo concipere liceat. Vale, & tuum *Bellasinum* perinde, ac ille te colit & observat, ama.

AUCTORES, quos sumus secuti.

Cato de Originibus gentium & urbium Italicarum.
Alexander Cornelius.
Plinius.
Livius.
Trogus sive Justinus.
Cicero.
Strabo.
Lucius Florus.
Ptolomæus.
Eutropius.
Paulus Diaconus.
Eusebius de temporibus.
Hieronymus.
Prosper.
Matthæus Palmerius.
Blondus.
Platina.
Georgius Merula.
Bosius.
Annales Mediolanensium de Henrico Rivola referentes.
Annales Bergomensium.
Privilegia Francorum & Germanorum Cæsarum videlicet.
Caroli Magni.
Caroli tertii cognomento Grossi. Anno 883.
Caroli ejusdem 883.
Arnulphi 895.
Ludovici tertii 901.
Ludovici ejusdem.
Berengarii 903.
Berengarii ejusdem.
Berengarii 911.
Rodulphi 922.
Othonis patris, Othonis filii 968.
Othonis patris.
Othonis filii 968.
Henrici primi 1013.
Henrici ejusdem 1015.
Henrici ejusdem.
Conradi Suevi 1023.
Conradi ejusdem 1026.
Henrici secundi 1041.
Lotharii 1133.
Lotharii ejusdem.
Lotharii 1136.
Federici Ænobarbi 1156.
Federici ejusdem 1158.
Federici ejusdem 1183.
Decreta Federici junioris 1237.
Decreta Joannis Boëmiæ Regis 1331.
Decreta Accii vicecomitis 1333.
Decreta Joannis & Luchini vicecomitum 1340.
Decreta: Bernabovis, Marci, Ludovici, Rodulphi, Caroli, Viccecomitum, & Reginæ Scaligeræ 1356. 1366. 1368. 1370. 1377. 1379. *& ultra usque ad Galeatium Comitem Virtutis.*
Decreta Joannis Galeatii Comitis Virtutis 1391.

FRANCISCUS BELLAFINUS,

DE

URBIS BERGOMI ORIGINE ET TEMPORIBUS.

PORCIUS CATO, in his quæ de Originibus gentium, & urbium *Italicarum*, scripsit, *Orobiorum* stirpis *Bergomum*, *Comum*, *Licinisorum*, ait esse: *Orobii* unde originem duxerint ignorare se fatetur: *Cornelius Alexander* à Græcia docet, nominis etiamnum interpretatione, quod vitam in montibus degant, Plinius *Italiæ regione nona*, tradit, *Barram Orobiorum* oppidum interiisse, unde *Bergomates* eodem *Catone* authore, altius quam fortunatius siti sint orti. *Trogus Pompejus* scribit. *Thuscis* è sedibus pulsis, *Bergomum*, *Mediolanum*, *Comum*, *Brixiam*, *Veronam*, *Tridentum*, *Vicetiam*, *Gallos* condidisse, ii quo Duce in *Italiam* descenderint non memorat, *Brennum* & *Senones* magis innuit, quam explicat: *Livius Romanæ* historiæ author candidissimus, *Celtas Belloveso* Duce *Gallorum* primos, *Tarquinio Prisco Romæ* regnante, ad novas sedes quærendas Alpes transcendisse, & apud *Ticinum*, *Thuscis* acie fugatis, *Mediolanum* condidisse refert: cum autem celeberrimi duo authores asserant, *Thuscos* à *Gallis* ejectos, & nominatim alter *Mediolani* conditores exprimat, ad credendum facile adducor: vel eodem vel modico interjecto tempore (si fateatur quispiam, *Gallos* conditores) *Bergomum* conditum esse: volunt alii sed authore, quod meminerim, nullo, *Trogo* forte excepto, a *Brenno* conditum: qui annis post *Bellovesum* ducentis, apud *Allium* fluvium, *Romanorum* exercitu debellato, urbem cepit: nominibus ii etiam locorum quorundam, qui à *Brenno* derivationem ducere videntur, plurimum nituntur: tenet apud alios fama, *Brennum Mediolanum*, & *Bergomum*, urbes quas prius pene desolaverat, postmodum instaurasse: *Galeotus Narniensis* vir eruditissimus ait, *Gallorum* lingua *Bergomum* urbem montanam vocari: authorem quem sequatur tacuit: si à *Belloveso* computas, annis sexcentis & duo de triginta, si à *Brenno* duodetriginta & quadringentis ante salutem à Christo Jesu optimo maximo mortalibus elargitam, urbs *Bergomum* est condita. *Trojanis* alii originem adscribunt, qui post *Trojæ* ruinas *Antenore* duce, junctis sibi *Henetis* seditione è *Paphlagonia* pulsis, ad intimum maris *Adriatici* sinum appulerunt, *Euganeis*que ejectis, loca quæ mare Alpesque interjacent, tenuere, in posterumque *Veneti* sunt appellati, pro his *Plinii* authoritas fecit, qui ait *Venetos Trojana* stirpe ortos, nec minus *Ptolomeo* sub *Venetia Bergomum* pingenti, nituntur: ajuntque urbem *Phrygiæ*, non longe ab *Ilio Bergomum* esse: à qua & ab arcibus *Trojanis*, quæ *Pergama* vocant, *Venetos* dum urbem in edito conderent, *Pergamum* denominavisse: & si literarum affinitas obtinet, ut B. litera scribatur, quæ ex *Pyrrho*, *Fruge*, *Helena*, Byrrhum, Brugem, & Belenam aliquando

A *Fabio* teste facit: *Strabo* quoque tradit, Alpes ipsas Albium nominari: verum inter omnes convenit, *Ethruscos* ante urbem *Romam* conditam, cis Appenninum ad inferum mare, & trans *Padum* coloniis missis, omnia loca, excepto *Venetorum* angulo, qui ut Livianis utar verbis, sinum circumcolunt maris, usque ad Alpes tenuisse: *Justinus* ex *Trogo* ait: *Thuscorum* gentem, à *Græcis* ortam, qui universam ferme *Italiam* possederunt, & *Strabo* enarrat. *Atym Herculis* ex *Omphale filium*, *Lydum* genuisse, quem regni successorem fecit: *Tyrrhenum* alterum filium, ita jubentibus sortibus ad novas quærendas sedes emisisse, hunc ex *Lydia* colonis deductis, oram, quam nunc de illius nomine *Tyrrheniam* vocant ingressum esse, quæ res suadet, ut B *Cornelio Alexandro Græcam* originem referenti facile credatur: accedit quod nec *Catonem*, nec *Plinium*, qui non multo post *Celtas*, & *Senones* fuerunt, latuisset, *Gallos* conditores: summo enim uterque studio conatus est originem elicere, quod antiquitatis, & nobilitatis *Bergomensis*, honorificum & ad omne ævum perenne, argumentum est: quando tam præclara ingenia, & doctrinarum lumina, in re *Bergomensi* uti vetusta, & nobili, tam sedulo & accurate, sint versata: cumque satis constet, *Græcos* totam fere *Italiam* possedisse, & *Thuscos*, qui hæc tenuere loca à *Græcis* ortos, *Orobios*que *Græcos* esse, & ab eis *Barram* conditum oppidum, à quo *Bergomates* descenderint, non absurdum erit, C originem urbis à *Græcis* repetere: qui annis circiter ducentis viginti, ante *Trojanum* excidium, ante urbem conditam sexcentis quinquaginta, & ante Christianorum salutem inchoatam, mille quadringentis, *Tyrrheno* duce, *Italiam* sunt ingressi: argumento sunt etiam, Græca quæ apud nos uti hæreditaria restant nomina, quæ suo loco referentur, fidem rei etiamnum auget, miræ vetustatis oppidum, quod ad *Plinii* usque tempora interierat. Hodie sunt, qui *Barrianum* vocant: operis antiquissimi vestigia, marmorei lapides elogiis inscripti, pavimenta vermiculato emblemate tessellata, in ea hodie visuntur. Post *Græcam* & *Thuscam* gentem, *Gallis* paruere *Bergomates*, annis circiter trecentis D sexaginta, usque ad *Cornelium Lentulum*, & *Fulvium Flaccum* Consules, qui primi trans *Padum Romanum* exercitum anno ducentesimo sexagesimo circiter octavo ante natalem Dei optimi diem duxere, victisque *Insubribus*, & *Liguribus* justum triumphum meruerunt: hinc primo *Romanorum* leges *Bergomum* recepisse, imperataque fecisse satis constat. Aliquot post annos bis cum Gallis est pugnatum, primum cum *Britomaro* Consule *Æmilio*, cui hostium XL. millibus captis, millibus septem desideratis, Triumphus decretus est: tunc tota *Italia* bello socia fuit, & à *Romanis* stabat: deinde *Marco Claudio Marcello*, & *G. Cornelio Scipione* Consulibus devictis, *Marcellus Virodomaro* occiso,

copiis ingentibus devictis, *Mediolanum* expugnavit, grandi præda potitus, opima spolia triumphans humeris vexit, *Jovique Ferretrio*, tertia post *Romulum* arma suspendit, in jus ditionemque Pop. Rom. *Insubres* & finitimi pacatissimi venerunt: verum parvo interjecto tempore *Hannibal Pœnus Romanis Punicum* bellum secundum intulit: apud *Ticinum P. Cornelio Scipione* victo apud *Trebiam Sempronio Gracchо*, amisso exercitu, fugato, in *Hetruria Flaminio* occiso, apud *Cannas Æmilio Paulo*, & *P. Terentio Varrone* Consulibus devictis, viris consularibus & prætoriis XXX. interemptis: Senatoribus vel captis, vel occisis, LXXX. Nobilibus viris CCC: militum XLV. millibus trucidatis: & paulo post *Centenio Pœnula* centurione cum militum millibus octo occiso, *Gneoque Fulvio* prætore (amisso exercitu) fugato, ad quartum usque urbis lapidem exercitum victor movit, quo fit, ut facilis sit conjectura, ne dum *Bergomum* spe omni & auxilio destitutum, stragique *Ticinensi* & *Trebianæ* propinquum, sed totam ferme *Italiam Pœno* potentissimo, & superbissimo hosti, annis supra decennium circiter septem (quibus *Italiam* peragravit) paruisse: per id tempus fidei singulare specimen *Bergomates* dedere. quippe qui cum cæteræ circa gentes descivissent soli cum reliquis *Cenomanis*, in fide manserant, & *Romanorum* amicitiam *Pœno* prætulerunt, *Trebianæ*que pugnæ *Sempronio* auxilio interfuere. Ex *Hannibalis* discessu *Romani* rursus rerum potiuntur: *Insubribus* & *Cenomanis* non multis post annis *P. Scipione Africano. T. Sempronio Longo* Consulibus, apud *Mediolanum Gallorum* millibus decem cæsis *Romanorum* millibus quinque desideratis, potissimum imperant, & ab Urbe condita anno sexcentesimo vigesimo septimo, qui ante summum Jesum centesimus vigesimus tertius fuit, apud *Rodanum* Transalpinos *Gallos Cassius Longinus*, & *Sextus Domitius Calvinus* Consules superant: militibusque CL. trucidatis opimam prædam ex torquibus referunt: ex qua quidem re, tam feliciter gesta, tamque longe hostibus profligatis, aperte satis colligitur, Cisalpinam & Transpadanam omnem regionem, totamque ferme *Italiam Romanos* pacatam habuisse. comprobat vetustissimi *Marii* elogium, in quo tanta inest verborum majestas, simplicitas & candor, ut illud qui legerit, nisi penitus sit amusos non possit non fateri, se florentem temporis illius rem publicam oculis cernere, tale quippe hodie in divi *Alexandri* tutelaris numinis æde legitur.

P. MARIO
VOT.
LVPERCIANO
EQ. R. EQ. PVB. OMN.
HONOR. MVNICIPAL.
ADEPT. IVDICI. DE SELECT.
SACERD. CENINEN. COLL.
FABR. CENT. DEND. M. B. PATRON
CVIVS. EXIMIA. LIBERALITATIS.
POST.
MVLTAS. LARGITIONES. HVC.
VSQVE
ENITVIT. VT. LVCAR. IIIIIINAE.
REDEMPTVM. A. RE. P. SVA VNIVERSIS
CIVIBVS. SVIS. IN. PERPETVVM.
REMITTERET. HVIVS. TOT. ET.
TAM.

A INGENTIA. MERITA. ITA.
REMVNERANDA. CENSVERVNT.
VT. EFFIGIEM. IIIIV. PERPETVA
VENERATIONE. CELEBRARENT
L. D. D. D.

Decuriones cum primum legi, vim verbi adnotavi, & statim *Ciceronis* elegans epistolium *Leptæ* scriptum occurrit, quo magis sum ad credendum adductus, *Romanorum* municipium *Bergomum* fuisse, docet utique in municipiis, qui publicam rem age-
B rent, decuriones esse: & eodem dignitatis titulo, quo *Romæ* Senatores, *Ciceronis* hæc sunt verba: M. T. C. *Leptæ* salutem dicit: simul ut accepi à *Seleuco* literas, statim quæsivi à *Balbo* per codicillos, quid esset in lege. rescripsit eos qui facerent præconium, vetari esse in decurionibus, qui fecissent non vetari, quare bono animo sint & tui & mei familiares: neque enim ferendum erat, cum qui hodie aruspicinam facerent, in Senatu Ro: legerentur, eos qui aliquando præconium fecissent, in municipiis decuriones esse non licere. Consulibus Cæsares succedunt, eorum faustissima tempora, pervetus ad ædem divi *Petri* lapis *C. Cornelii*
C *Minutiani* titulos referens testatur, in quo scriptum legitur.

C. CORNELIO
C. F. VOT.
MINVTIANO
PRAEF. CHO. PRIM.
DAMASC. TRIB. MIL.
LEGIONIS. III. AVGVST.
PRAET. FABR. CVRATORI.
D REI. P. OTESINORVM.
IIIIVIRO. I. D. PONTIFICI
FLAMINI. DIVI. CLAVDII.
BERGOMI. PATRONO
FLAMINI. DIVI. TRAIANI
MEDIOLANI
PLEBS. VRBANA

Admonent nunc me *Otesini*, ut quibus aliquando minus noti fuerint, notos se facere velim, at ego rem ad *Plinium* delego, qui suæ *naturalis historiæ libro*
E *tertio* ita ait, Nec procul à mari *Umbrorum Butrium*, intus Coloniæ *Bononia Felsina* vocitata. cum princeps *Hetruriæ* esset *Brixillum: Mutina: Parma: Placentia:* oppida *Cæsena: Claterna: Forum Clodii: Livii: Populi Truentinorum. Cornelii: Licini: Faventini: Fidentini: Otesini: Padinates: Regienses* à *Lepido* & reliqua: antiquissimi operis complures & alios mitto lapides, priscam Regum, Consulum, Cæsarum & *Bergomatum*, memoriam recensentes: horum aliquando nobis præcipua erit cura. *Diocletiano* imperante, anno à sacratissimo partu ducentesimo octogesimo octavo, nuntiatur in *Gallia* novos exortos tumultus, ad hos repri-
F mendos evocat *Cæsar Maximianum Herculeum*, regnique consortem facit, & *Augustum* appellat. Is ad munus obeundum se parat, novum delectum habet, & *Thebanam* legionem (cujus antesignanus fuerat divus *Alexander*) conscribit: ex itinere cum apud *Insubres* deventum esset, imperat nostrorum templa solo æquari, Christianos quicumque occurrerent diro cruciatu affligi: *Alexander* qui jam oculos & mentem, ad Jesum optimum maximum, direxerat, idola adorare, & impie in christianos agere recusat, ad *Herculeum* perducitur, dire *Mediolani*

lani cæsus, & vario affectus supplicio, à Jesu nunquam defecit, in carcerem teterrimum conjicitur, à quo opera *Carpophori*, *Exanti*, & divi *Fidelis* liberatus, *Bergomum* contendit: *Herculei* apparitores subsequuntur, & in loco non longe ab urbe Prætoria vocato, deprehensum ad vicum *Crotatii*, in quo *Crotatio* divæ *Gratæ* avo erat erecta columna, perducunt, & obtruncant: inde ædes quæ postmodum *Alexandro* structa fuit, in columna est dicta: columnæ *Plutonis* statua, & si *Plotatii* mendose legatur insederat: penes quam Cæsares Idola colebant: tunc *Lupus* regia stirpe ortus, ducatum ut recentiorum verbo utar, in urbe agebat: filia *Grata* regio conjuge immatura apud *Germanos* morte amisso, reliquum quod vitæ supererat, in cælibatu agere studuit: insigni in Deum pietate mulier. *Hesteria* socia fidissima, servisque accitis, ad locum nefandi supplicii, & patrati sceleris, divini mœroris, & lacrymarum plena decurrit: ibi sacrum & maxime venerandum *Alexandri* caput, inter casta suspiria, & pios gemitus sustulit, interque ulnas pudicissimas collocat: cadaver sanguine, luto, & fœdo pulvere contaminatum, servi efferunt: præruptis rupibus, iter ad aulam regiam impedientibus, divi *Bartholomei* prato transmisso, ad trivium nunc extra temporaneam portam vici pineti, deveniunt: de via fessi cadaver deponunt, & resident: hinc ædes, quæ postea in testimonium laboris intermissi structa est, *Alexandri à Cruce* à trivio viarum crucem formante, denominata est, cum satis quievissent, inde movet *Grata*, & longo arduoque in itinere vicarium in laborem succollantibus servis, ad ædes regias, ubi nunc majus *Alexandri* templum est, sacrum corpus comportatur, & amœnissimis hortulis *Gratæ*, solenni pompa humatur: tunc *Bergomas* populus, summo repletus numine, pia *Lupi* & *Gratæ* opera, salutari aqua lustratur, Deique optimi fidem primo Idolis ejectis excoluit: *Lupus* Salvatoris ædem in monte ædificat: *Adleyda* conjugis pietatem æmulata, divæ *Mariæ* veteris, quæ nunc *Gratæ* est, & divi *Michaelis* ab arcu sacella construit. A *Bergomatibus* *Alexander* urbis patronus, & tutelare numen habetur. Post *Diocletianum* & *Herculeum*, reliqui Cæsares usque ad *Theodosium* seniorem, eo *Mediolani* mortuo, *Archadio* & *Honorio* filiis relictis, Imperii divortium fit, orientali regno *Archadio*, occidentali *Honorio* delato: à *Theodosio* usque ad *Augustulum*, cum quo *Romana* majestas periit, Imperii titulus, & honos est perductus: nam ab *Alarico* & *Athaulpho Visigotthorum* regibus, urbe capta, ab *Attila Hunno Aquileja* subversa, & *Mediolano* capto, diruto, direpto, & incenso, à *Genetlarico Africæ* & *Vandalorum* rege urbe rursus occupata, direptionibus, cædibus, ferro, & igne *Romanum* Imperium turbatum potiusquam sublatum apparuit: nedum priscorum, & juniorum etiam Cæsarum in dies insignia visuntur monumenta, annis ab hinc decem aurea numismata in oppido vetustissimo *Barriano*, de quo verba supra fecimus e cunculis *Valentiniani*, *Theodosii* senioris, & *Archadii* filii signata, sunt reperta: nec tacenda est victoria *Ricimeris*, tunc *Mediolani* præfecti, *Severo* imperante, in *Bergomatibus* montibus de *Biorgore Alanorum* rege *Italiam* invadere conante parta: sunt qui referant rem in *Tridentinis* saltibus gestam: ut credam apud *Bergomates*, faciunt in primis idonei, quos sequor authores: deinde nomen ab eventu monti inditum, hodie *Præsolanam* vocant, quod captivitatis *Alanæ* locus ille fuerit, adde quod & incolæ affirmant, adhuc calvarias conspici, & ossium acervos in monte jacere. unde vallis, in cujus ditione situs est calvariarum *Alanarum* mons, cognomen est sortita, & si ineruditum vulgus S literam C præponens *Scalve* dicat, cum *Calve* dici debeat. nam calva & calvaria tam hominum quam brutorum nudum, & sine carne os totius faciei est: & calvaria locus etiam est, ubi plurimæ jacent calvæ: hinc facile refelluntur, qui falsa & inepta quadam persuasione imbuti, *Bergomatum* idioma rude, crassum, & incultum dicunt, si *Græcam Romanam*que linguam callerent, proculdubio faterentur, *Cornelium Alexandrum Orobiorum* gentem, cujus stirpis sunt *Bergomates*, à *Græcia* ortam, recte dixisse, nec inficias irent, post *Græcam* gentem à *Romanis* deductam Coloniam, nec in iis, quæ apud eos magis rudia habentur, latentiorem eruditionem, & doctrinam secretiorem non subesse contenderent: nam adhuc *Orobii* nostri, gentilicium sermonem servantes, vas potorium ex sylvestri ligno, Napum dicunt, à materia derivata significatione. nape enim & napus, græce sylva est: & cum auritum cantharum dicere volunt, perotam græce etiamnum agentes appellant, diotam dixit *Flaccus Horatius*: & niges proferunt, pro ninge, quod apud *Græcos* nunc autem, vel nunc utique, significat: & niges etiam latina significatione utuntur, pro nimis, ajunt niges hic erat, hoc est nunc utique hic erat, niges magnus, hoc est, nimis magnus, & gentem suam *Brembus* Fluvius nomine ipso indicat. Torrens is hinc atque illinc rupibus pressus, quanto angustior, tanto magis pernix delabitur, seque subinde ad cautium opposita frangit, atque ob id non sine ingenti murmure devolvitur, inde per onomatopœiam nomen assumit, *Bremo* enim à quo *Brembus*, græce, latine resono verbum est: *Romana* enunciatione dicunt, Amulam, bucellam, micam, guttam, ramentum, sarmentum, surculos, isthora, illò, adde quod *M. Bruti* æmulatione domesticos brigas appellant, hujuscemodi & græca, & latina infinita prætereo: si autem recte ratiocinor à discessu *Hannibalis* usque ad *Augustulum*, anni supra septingentos circiter decem octo volvuntur, quibus *Bergomates Romanis* Consulibus, & Cæsaribus paruere: post *Augustulum*, vacavit occidentale Imperium annis trecentis triginta. *Odoacer* anno à salutifero partu quadringentesimo septuagesimo & altero, hostili *Herulorum* & *Tulingorum* manu, ab æmulis *Augustuli* accitus, *Italiam* invadit, *Ticino* urbe capta, & direpta, *Horestem*que patricium in ea captum, *Placentiam* perducit, & gladio inspectante exercitu interimit: *Italia*que universa per annos quatuordecim potitur: proinde *Bergomates* & ipsi Barbari tyranni imperata coacti fecere. *Isauricus Zeno* orientalis Imperator (ut *Italiam* fœda barbarorum servitute liberaret) *Theodoricum Ostrogotthorum* regem, adversus *Odoacrem* excivit: Is ut erat imperatum *Italiam* ingreditur, *Odoacrem*que ipsum *Ravennæ* obsessum capit, & captum cum filio trucidari jubet: post *Theodoricum Italum* regnum *Gotthi* tenuere, annos circiter centum quinquaginta: ea tristia, & vere luctuosa fuere tempora: vidit infelix *Italia* urbium eversiones, direptiones, cædes, exilia, rapinas, vidit agrorum miserandas populationes, & vastationes, crudelia omnia & nefanda est experta. *Justinianus Byzantinus* Imperator tantæ calamitatis miseratione motus, mente & consilio ad liberandam *Italiam* se excitat, consilio vires addens, *Bellisarium* strenuum & rei bellicæ ducem scientissimum, evocat: Is egregie Imperatoris mandata peragens, valido exercitu *Italiam* ingreditur, *Neapolim* capit: urbem *Romam* à *Gotthorum* servitio liberat: ejus fama ad Transpadanos & Cisalpinos celebris advolat: prosperi successus ubique referuntur: *Mediolanenses*, *Bergomates*, & populi aliquot finitimi, *Gotthicæ* servitutis longo & molestissimo tædio affecti, ad *Bellisarium Romæ* agentem, legatos mittunt, & per eos orant ut se intueatur, & recipiat, pollicen-

turque *Gotthos*, ne dum à suis sedibus, sed extra Cisalpinam totam *Galliam*, si ope & præsidio aliquo juventur, se facile ejecturos, imperataque perpetuo facturos, collaudatis legatis, *Bellisarius* subsidiarias copias, quæ satis necessariæ sunt visæ, expedit, illisque *Mundilam* ducem, & bellatorem egregium præfecit, qui *Genuam* copiis transportatis, inde levi apud *Ticinum* prælio commisso, hilariter ab omnibus susceptus, *Mediolanum* pervenit, *Bergomum*, *Gotthis* ejectis, præsidioque recepto, Justiniana insignia erexit: re ad *Victigem Ravennæ* agentem delata, *Urajam* ex fratre nepotem cum decem millibus *Burgundionum* auxiliariorum a *Theudeberto Francorum* Rege, ex fœdere accitis, ad revocandas in pristinum obsequium, quæ defecerant urbes, proficisci jubet: Is præsto fuit, castra apud *Mediolanum* fecit, urbem longa, & gravi obsidione cingit, victus tanta inopia laborabatur, ut matres in filios fame actæ, tunc desævierint. *Mondilas* ope destitutus, sibi & militi, salute ex pactione concessa, copias deduxit, *Gotthi* urbem ingressi, ferro & igne omnia vastant: non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt: urbem diripiunt, diruunt, & solo æquant: *Bergomates* & populi finitimi defectionis socii, horrenda strage perterrefacti, colla rursus barbaro jugo submittere coguntur: convenit inter authores, in ea strage supra triginta hominum millia fuisse desiderata: post paulo pari supplicio *Victigis* affligitur: *Ravennæ* à *Bellisario* obsessus fame compulsus deditionem fecit: *Bellisarius* victor *Byzantium* proficiscitur, secumque *Victigem* captum cum thesauris educens à *Justiniano* honorifice suscipitur: capto *Victige*, *Gotthi* Regem creant *Idovadum*, eo cæso, *Totilam*, qui tunc, ut aliqui volunt, *Venetiam* tenebat. Is undique collecto exercitu, bello rursus renovato, urbem *Romam* obsidet: *Justinianus* pietatis & virtutis pristinæ non immemor, *Narsetem* eunuchum ob singularem rei militaris scientiam, in *Italiam* cum valido exercitu mittit, pecuniasque ad novum delectum habendum suggerit: ingentibus auctus copiis *Narses*, cum *Gotthis* conflixit: quos *Totila* occiso superat, Regem creant *Tejam*, qui in *Campania* collatis signis, cum *Narsete* pugnans concidit, & hic finis regni *Gotthorum* fuit: post quem rursus *Mediolanenses*, *Bergomates*, & urbes finitimæ tota pacata *Italia*, ad pristinum *Justiniani* Imperium rediere: eo mortuo, *Sophia* uxor regnum obtinet, apud quam, *Narsetem*, qui rebus in *Italia* ab eo feliciter gestis invidebant, in suspicionem regni *Italici* affectati, adducere conantur, ab *Italia* jubet *Sophia* discedat, & ad pensa, & calathos per ignominiam redeat, admonet: respondit *Narses* talia se neturum fila, quæ inimicis inexplicabiles nexus aliquando afferrent, veritus invidorum aculeos, & assiduos in se stimulos, viresque Imperatorias, postquam annos supra decennium septem, *Italiæ* imperasset, *Alboinum Longobardorum* Regem, ex *Pannonia* accivit, qui justo exercitu *Saxonum* millibus viginti sibi adjunctis, *Italiam* per *Carnos* ingressus, *Verona* ex deditione capta, totam *Venetiam* occupat: deinde *Insubriam* ingressus *Mediolanum*, ubi persuasu *Honorati* episcopi, fuerat receptus, fidei datæ nullam rationem habens diruit: *Veronam* Imperii sedem facit: *Alboinus*, & qui eum sunt secuti, annos supra ducentos in *Italia* rerum sunt potiti: hinc Reges, Respublicæ, Principes, & alii discant quam horrendas calamitates, Barbaræ gentes rerum discordia allectæ, *Italiæ* intulerint, admoneanturque, eos, qui externo, & peregrino milite, accito, in regno se teneri, & defendi speraverunt, vel propriis sedibus sæpe ejectos, vel stragem potius, quam auxilium, sensisse: volubiles humanarum rerum vices, miserandas tragœdias, & varia in mundanam scenam mortalibus spectacula exhibuere. *Alaricus* & *Ataulphus Visigotthorum* Reges, ad urbis *Romæ* excidium, & *Italiæ* vastationem, perfidia & dissensione, rem tutelarem, *Archadii* & *Honorii*, curantium, sunt invitati, eodem crudelitatis exemplo, dirum, & horrendum spectaculum *Attila* præbuit: dum optat ulcisci *Eudoxa*, per *Genctloricum Vandalorum* Regem, violatam à *Maximo* pudicitiam, *Italiæ* universæ tædam, & facem ardentem intulit: dum quærunt alii per *Odoacrem Herulorum* & *Tulingorum* ducem, de regia sede *Augustulum* ejicere, occidentale Imperium, de pristina, & augustali majestate, ejecere: dum vult *Zeno Isauricus* per *Theodoricum Ostrogotthorum* regem, Barbarum excutere jugum, catenas & compedes imponit: dum *Narses* auxilium quærit, sibiipsi calamitatem, & aliis servitium attulit: infinita alia vetustiora & recentiora consulto prætereo exempla. *Longobardi* à promissa barba dicti sunt: *Alboino* eorum Rege occiso, *Cæphim* creant: post *Cæphim* ad tollendam regii nominis invidiam, duces constituere, qui urbibus inter se partitis, imperabant: hinc primo ducum appellationem fluxisse ait *Merula*: nos in *Lupo Bergomensi* duce, vetustiorem deprehendimus, *Aritperto* in *Longobardis* rege mortuo: *Ticini Gundiperto*, & *Perterico* altero filio *Mediolani* Imperio, ex testamento relicto: invicem de regno contendentibus fratribus, mutuasque insidias sibi parantibus, *Grimoaldus Beneventanus* dux, fraterna dissensione accitus, utrunque regno privat, & ut alii volunt *Gundipertum* interficit. Lacrymis exulum commotus *Clodoveus Francorum* rex, ad quem profugerant, de reducendis regulis cogitat, copiasque in *Italiam* transmittit: *Grimoaldus Bellandi* scientia admodum peritus, occurrit in *Cispadana*, utrinque acriter pugnatur, funduntur *Galli*, & *Italia* expelluntur: *Grimoaldus* regnum omne obtinet: hic alioquin insigni in Deum pietate, *Joannem* Pontificem *Bergomensem*, cui ob probitatis & religionis singulare specimen, assurgebant omnes, maximo in honore habuit, Basilicam *Pharræ* in insula *Fulcheria*, quæ nunc *Adduana* est glarea, divo *Alexandro* sacram, episcopio *Bergomensi*, pio *Joannis* merito, qui à prava *Arianorum* hæresi, ad Dei optimi cultum illam evocavit, cum omni agrorum reditu adscripsit. *Grimoaldo Papiæ* vita functo, *Pertericus Aritperti* filius, qui apud *Gallos* exulabat, in *Italiam* descendit, & regnum vi ereptum recipit: *Alachis Tridentinus* dux, elatus victoria per id tempus de *Bavaris* parta, in *Pertericum* movens facili negocio superatur, eoque in fugam conjecto, *Tridento* potitur *Pertericus*, qui postmodum mitissima natura Rex, precibus *Gundiperti* filii, injurias *Alachi* ad sanitatem redeunti condonat, ducemque *Brixianorum* creat. *Gundipertus* qui antea fuerat à Patre dum vitam viveret, regni consors factus, imperio succedit. *Alachis* beneficii immemor, & qui virus quod in *Gundipertum* diu conceperat, nondum decoxerat, consilium cum *Aldone* & *Gervasone Brixianis* patriciis, de summovendo à regno *Gundiperto* iniit, paratisque omnibus, quæ ad insidias, & vim inferendam necessaria sunt visa, dum forte à regno abesset *Gundipertus*, *Papiam* infestis signis ingreditur, regiam aulam occupat, totiusque regni ditionem ad obsequium perpulit, & quasi parum esset, perfidiam & sævitiam in regem de se benemeritum, exercuisse: impiam mentem, & execrandum consilium, in religionem vertit, *Pharrense* cœnobium à christiano dogmate, ad *Arianum* attrahit, & *Bergomensem* divi *Alexandri* ædem, jure omni, quod in *Pharrensi* re, *Beneventani* ducis clementia, habuerat, & omni agrorum reditu privat. Verum

A

rum Deus scelerum ultor optimus, Tyranni insolentiam diu non est passus. *Gundipertus* valido collecto exercitu, apud *Adduam* Flumen prælium committit, in quo cecidit Tyrannus, eo cæso copiæ partim trucidantur, partim fuga salutem sibi quærunt, *Gundipertus* victor integro regno, jure optimo potitur, *Antonio*que præsuli *Bergomensi*, summæ probitatis viro, *Pharreusem* Basilicam cum Jesu optimi fide, agris, antiquoque omni jure restituit. Munificentiamque hanc pientissimam amplissimis & honorificentissimis diplomatibus, quæ hodie apud nos extant, *Caroli magni* æmulatione, prosecuti sunt *Carolus tertius* cognomento *Grossus*, *Arnulphus*, *Ludovicus tertius*,

B

& Reges alii, qui suo ordine referentur. Post hæc *Rotaris* Dux, *Bergomum* obtinuit, qui cum *Asprando* ex pugna apud *Ticinum* commissa ab *Aritperto* victus, *Bergomum* se recepit, ubi se Regem salutari voluit, hunc *Aritpertus* secutus justo exercitu, castris ad mœnia motis, urbem ex obsidione cepit, in qua *Rotarim* deprehensum, & in opprobrium, quod apud gentem maximum habetur, detonsum obtruncari jussit: volunt alii isthæc in *Laude Pompeja* gesta fuisse. Inter *Longobardorum* Reges, justitia, & probitate, *Lutprandus* floruit, proprio pede, pedalem mensuram

C

circumscripsit, & correxit, hodie *Luitprandum* pedem forum vocat. Claruerunt & Mulieres, præstanti & summa in Deos pietate, *Theudelinda Anteris* primo, deinde *Agilulphi Taurinorum* ducis, uxor, *Maguntiæ* divi *Joannis Baptistæ* ædem ædificavit: jusque coronandi Cæsares in posterum reliquit: *Gundiperga* filia, *Rodoaldi* uxor, sub eodem titulo, *Papiæ* templum, & *Rodolinda* divæ virginis, & *Pertericus* maritus *Agathæ* ædem erexere: eadem pietatis exempla non est *Astulphus* secutus, quem commonefactum, ne in Apostolorum rem, quid durius ageret, ad sanitatem non redeuntem, *Gregorii tertii* Pontificis maximi,

D

precibus & lacrymis commotus *Pipinus Francorum* rex, superatis alpibus, ad pœnitentiam compulit. *Astulpho Desiderius* succedit, & hunc pari pravitate in *Adrianum* Pontificem summum, & Christi optimi domum, desævientem *Carolus* virtutis & pietatis paternæ æmulus, & hæres, *Papiæ* ex obsidione captum in Gallias relegat, finemque *Longobardis* regibus posuit, qui ducentos & amplius annos maxima parte *Italiæ* nedum *Bergomo* sunt potiti. Carolus postmodum anno octingentesimo & altero, à *Leone* Pontifice, ob insignem in Deos pietatem, & religionem, Augustus appellatus, & à *Romano* populo salutatus Imperator

E

est, & rebus ab eo magnifice gestis *Magni* cognomen meruit: primus post *Augustulum*, Imperium *Romanum* per annos trecentos triginta intermortuum, ad pristinam majestatem erexit: orbis universi divisionem fecit: ut *Hyrenæ Constantinopolitanæ* Imperatrici orientale, sibi occidentale Imperium obveniret, & addictum esset, ut *Veneti*, & Dux *Beneventanus* suis viverent legibus, & Imperatorum neutri parerent: urbem *Bergomum* amplis muneribus, diplomatibusque honorificentissimis, quorum in publicis monumentis jucunda, & eadem pergrata, in præsens usque extat memoria, illustravit. Caroli secuta soboles, in *Italia*

F

Imperium annos circiter centum faustissime tenuit, quod in *Arnulpho* defecit: *Longobardis* enim tentantibus è finibus à Pontifice, & Carolo præscriptis, erumpere, *Romanos*que bello lacessere, auxilia implorata, *Arnulpho* non suggerente, *Berengarium Forojuliensem Roma* oriundum alii Imperatorem: alii *Guidonem* Ducem *Spoletanum* creant, inter quos orta contentione, & postmodum pugna, *Berengarius* victor apparuit. Mortuo *Guidone*, *Lambertus* filius, regnum obtinuit, eo vita functo, *Lotharium* filium *Spoletani*, & *Ethrusci* Regem declarant: ii tres apud *Spoletanos* ipsos, & *Ethruscos* regnum tenuere, at *Berengarius Insubribus* & *Cenomanis* imperabat, totamque hanc *Italiæ* regionem, quæ hodie *Longobardia* appellatur, tenebat: rei fidem afferunt, publica apud nos documenta, quibus insignes immunitates, titulos, & honores elargitur: urbem quæ paucis ante id tempus annis, flamma, & ferro, crudelem in modum ab *Ungaris* fœdata fuit, instaurari, domos, turres, urbis portas, & muros dirutos, soloque æquatos, intra quos tuto *Bergomenses* degerent, & incolæ profugium haberent, excubiæ custodiæque ad incursus Barbarorum, ad id usque tempus *Cisalpinam* omnem diripientium constitui possent, refici, & excitari permisit: tradunt post paulo *Arnulphum Italiam* ingressum, *Bergomato* capto, & in eo *Ambrosio* comite laqueo enecto, *Romam* ad *Formosum* Pontificem maximum contendisse. *Berengarius secundus* regno succedit, qui *Ludovicum Busonis* regis *Burgundiæ* filium, per *Taurinos* primo, deinde per *Tridentinos*, *Italiam* invadere conantem, superat, captumque *Veronæ* oculis effossis dimittit, *Italiam* sibi pacatam, per fœdus cum *Hungaris ictum* tenere tentavit, at *Itali* Proceres regnum *Berengarii* pertæsi, *Rodulphum Burgundiæ* Regem vocant, qui pulso *Berengario* Imperium annos tres obtinuit: is quæ *Berengarius* primus *Bergomatibus* concesserat, publico monumento comprobat: *Berengarius* ad *Hungaros* confugit, qui in *Italiæ* perniciem proni, opimæ prædæ spe, sæpius allecti, *Italiam Salardo* duce ingrediuntur, *Bergomum* rursus, *Brixiam*, *Papiam*, ac proximas regiones, incendiis, & populationibus affligunt: denique his excurrentibus & vastantibus, *Rodulpho* ignave opem afferente, nec sedulum *præsidium* suggerente, *Hugo* Comes *Arelatensis* accersitur, hic eos primum relegat, quorum ope *Italiam* fuerat ingressus, pollicitationibus eorum, qui ejecti fuerant, compulsus *Arnoldus Bavarorum* Dux, in *Italiam* contra *Hugonem* descendit, à *Veronensibus* comiter receptus, *Italiæ* Rex salutatur. *Hugo* collatis signis cum *Arnaldo* pugnat & victor evadit, *Verona* recepta, *Racherius* Episcopus *Veronensibus* defectionis culpam in eum conferentibus *Papiæ* relegatur, mortuo apud *Hungaros Berengario*, ad quos profugerat, *Berengarius Tertius*, primi *Berengarii* ex filia nepos, in *Italiam* proficiscitur, reque, quam cupierat infecta, quod in se parum fida, & certa noverit studia, *Italia* discedit, neque ita multo post, rursus ingentibus auctus copiis, rediit. *Hugo Italorum* animos, non satis in se benevolos ratus, manum conserere dubitans de pace cum *Berengario* egit, quæ in hunc modum est secuta: ut *Lotharius Hugonis* filius, & *Berengarius Italiæ* Reges essent, æquisque conditionibus Imperio potirentur: *Papiæ Lothario* mortuo, *Alundam* ejus uxorem *Berengarius Mediolani*, vel, ut alii volunt, *Papiæ*, carcere custodiendam curavit, ne per dotalem urbem, virum sibi, & *Italiæ* Regem, aliquando quæreret: *Albertum* filium *Italiæ* Regem creavit: rei indignitate motus, Pontifex *Agapitus*, ad deprimendam *Berengarii* insolentiam, *Othonem* ex *Germania* evocat: is Pontifici parens, *Italiam* ingreditur, *Berengarium* & *Albertum* apud *Ticinum* superat, veniam petentibus, administrationem *Longobardarum* urbium, *Verona* excepta, & *Aquileja* ditioni suæ servata, concessit: *Alundam* à vinculis solvit, & vitæ sociam facit, *Italia*que discedit: post paulo *Berengario* & filio, iterum rebus novis studentibus, accersitur, eosque devicit, & relegat, anni post defectionem *Gallorum* Imperii, in *Arnulpho*, quinquagintaquinque, vel, ut volunt alii, quinque & triginta volvuntur, quibus *Bergomum*,

A 3 In-

A *Insubres*, & populi finitimi, *Berengariis*, *Rudolpho Burgundionum* Rege, & Comite *Arelatense* interfectis paruere, *Lotharius* enim *Papiæ*, titulo magis quam re, imperavit: per ea tempora, *Sarraceni* & *Ungari* regionibus diversis, à direptionibus, & *Italiæ* vastatione non cessabant: à *Berengariis* ad *Germanos* Cæsares, *Romanum* Imperium est translatum: primus Imperii diadema meruit *Otho*, cui successit *Otho* ex *Alunda* filius: ii amplis, & dignis muneribus, *Bergomates* decorarunt: Nundinas festo divi *Alexandri*, numinis tutelaris die, celebres quotannis agi voluere: earum omne vectigal, & proventum *Bergomatibus* addixere: B Basilicæ nuncupatæ Monasteriolo, divi *Michaëlis* ad locum *Ceretbe*, cujus vetusto jure *Oldericus* primarius noster sacerdos, curam agebat: fluminis *Olei* prope decurrentis portum, & navium stationem, omni *Venetorum*, *Comaclensium*, *Ferrariensium*, aliorumque navigiorum ultro citroque meantium, addito portorio, perpetua liberalitate dicarunt: in regno succedit *Otho* secundi *Othonis* filius. *Gregorius quintus* supremus Sacerdos, ne in posterum hereditarium esset Regnum, lege cavit, ne quis legitimus dici posset Imperator, nisi quem proceres *Germani* suffragiis declarassent: hac lege *Henricus* primus de nomine loci, *Gibellinus* dictus, Cæsar creatur: imperat post hunc *Conradus* C *Suevus*, post *Conradum* summa rerum filio *Henrico* hujus nominis *secundo* defertur: horum in publico tabulario hodie honorifica leguntur privilegia, amplis & dignis verbis conscripta: *Henricus tertius* secundi filius, *Henricus quartus* tertii filius subsequuntur: post hos *Lotharius Gibellinæ* domus hostis acerrimus, & *Conradus secundus*, *quarti Henrici* ex sorore nepos, imperium susceperunt: his succedit *Federicus* cognomento *Barbarusa*, qui diplomatibus duobus, & eisdem magnificentissimis, nobilem, vetustam, & in *Bergomates* benevolam *Caroli*, *Berengarii*, *Othonis*, *Henrici*, & D *Conradi* memoriam recensuit, eorumque liberalitatem imitatus, agrum latissime est largitus, finesque ab *Oleo* flumine ad *Adduam*, à valle *Tullina* ad *Butanum casale*, agri nunc *Cremonensis* ampliavit, cudendi signandique monetam potestatem fecit. *Federicum* subsequuntur *Henricus* & *Philippus* filii. Per id fere tempus cum *Brixianis* de finibus acriter est pugnatum. *Henricus* postmodum *Brixianis* ita terminos præscripsit, ut illæsi essent, quos aliis *Federicus* pater statuisset. Verum ea Cæsaris liberalitas, ultra præscriptum possidendi libidinem non explevit: renovato bello, fines nostros irrumpunt, nec ab injuria & maleficio abstinent: ultro ci- E troque data & accepta clade, pax in hunc modum sequitur: ut communi consilio *Vulpinum* oppidum agri *Bergomensis* demoliantur, & limites ab *Henrico* præfixos *Brixiani* non excederent. Per hæc fere tempora, *Mediolanenses* Carrocium in *Bergomates* movent, agrum universum dies quindecim perpetuos, excurrunt, & populantur, oppidula capiunt, & diripiunt: sequenti anno *Cremonenses*, & *Bergomates*, mutuis cladibus, direptionibus, incendiis, & cædibus, sese afficiunt, & anno post quarto, rursum *Mediolanensis* Carrocio agrum pervagatur, & vastat, oppidum *Collonium* evertit. *Henrico* succedit *Otho quartus*: *Othoni Federicus* F *Ænobarbi* ex *Henrico* nepos, *Siciliæ Ierusalem*que Rex: hujus edictum, in annalibus contra pravam *hæreticorum sectam* legitur, anno supra ducentesimum & millesimum trigesimo septimo: item decretum in illos, qui hostes contra se, re, & opera, juvissent: tunc inter *Gregorium* Pontificem maximum, & *Federicum* summa erat dissensio: *Brixiano* agro à *Federico* ad *Oleum* usque depopulato, parem calamitatem *Mediolanenses* reformidantes exercitum cogunt. *Petrum Theupolum Venetiarum* Ducis filium, tunc præturam *Mediolani* agentem, Imperatorem supremum creant. *Federico* obviam itur, apud *Curtenovam* agri *Bergomensis*, acris committitur pugna, ex militari stratagemate in fugam *Mediolanenses* conjiciuntur, *Theupolus* vulneratus capitur, in *Apulos* missus tetro carcere diem obiit, *Curtenova* solo æquatur: extant apud nos decreta, quibus proditionis nota, Oppidani *Palatioli*, & incolæ aliquot *Curtisnovæ*, *Muræ*, & *Paluschi*, *Bergomensium* pagorum damnantur: in decretis adjecta pœna sancitur, ne *Bergomas* quispiam, se *Curtenovam* conferat & qui eo migraverint, infra præscriptum diem in urbem redeant. *Mediolanensis* iram & odium, in *Bergomensem* vertit; agros, vicos, & oppida, ferro & incendiis vastat, parvoque interjecto tempore, rursus pari strage, & populatione affligit. Author tantæ calamitatis *Paganus Turrianus* fuerat, hostili manu, per saltus *Vallis Saxinæ* in *Bergomenses* transmissa: nec minor fuit, quæ cælo depluit calamitas, calamos, & frugem omnem, gravi ictu armento, & pecore exanimato comminuit: non possum non mirari *Georgium Merulam* hominem in literis veteranum, *Bergomensem* proditionis accusare, quod Barbaro, ut ait, auxilia dederit: velim dicat, ubi legerit, auxilia data Barbaro. Proditor fuisset *Bergomas*, si contra Cæsarem quid molitus esset, sub cujus, & proavorum *Germanorum* Cæsarum Imperio, immunitatibus, titulis, & amplis honoribus, auctus, annos ducentos octaginta quinque vixerit: satis tunc *Bergomensi*, qui nunquam rebus novis studuit, fuit, Pontifici injuriam non inferre, & neutrum contra alterum juvare, se suosque fines tueri. Moritur *Federicus* anno quinquagesimo supra millesimum ducentesimum, qui fuit à primo *Othone* ducentesimus nonagesimus octavus, nullo legitime imperante, *Bergomum* & urbes aliquot *Longobardæ*, *Innocentio* sacerdoti maximo paruere, per hæc tempora nobiles *Mediolanenses* à plebe ejectos, *Bergomates* ad quos profugerant, comiter suscipiunt, & fœdere cum eis icto, *Adduam* simul trajiciunt, *Locarnum* vicum expugnant: *Martinus Turrianus* ingenti manu fit obvius, exules in fugam conjicit, & in fines nostros subsequitur, agrosque ad mœnia usque populatur: impares viribus *Bergomenses* coacti de pace agunt, quæ hac adjecta conditione est secuta: ut extorres *Mediolanenses*, quorum causa detrimentum illatum fuerat, *Bergomo* summoverentur. pari comitate, & hilaritate, paucis post annis, *Galeatium* Vicecomitem *Matthæi* filium, cum *Beatrice* uxore à *Turrianis* pulsum, honorificentissime amplectuntur: *Beatrix* ope, & auxilio *Bergomensis* tuta, ad *Accium Estensem Ferrariæ* ducem fratrem proficiscitur, quid vetera recenseam? quando ætatis nostræ mira & insignia hospitalitatis exempla sese offerant. *Ludovico Gallorum* Rege in *Insubria*, rerum potito, Vicecomites, *Cribelli*, *Landriani*, & *Mediolanensium* alii optimates, *Gallorum* odium in se veriti, *Bergomum* defugiunt: urbis Præfecti, *Veneto* Senatu jubente, ne quid contra fœdus cum *Ludovico* nuper ictum agi videretur, extorres repetentibus *Gallis* dediderunt: rem indignam *Bergomates* rati, eos qui ad se, ceu ad *Asylum* decurrissent, hostibus dedi, in *Gallos* irruunt exules revinctos libertati restituunt, & clam consilio, reque omni juvant. Non miretur quispiam *Bergomates* tam beneficos, quando apud eos, hospitalitas ipsa semper est hospitata, præcipuaque & floruit, & viguit: hac allecti exules *Patavini*, ceu ad debitam, & hæreditariam liberalitatem tempestate nostra, ad nos confluxerunt: nec opinione sunt decepti, miro charitatis, & benevolentiæ, exemplo, publica & privata pecunia, veste, victu, & re omni necessaria suble-

va-

vati sunt. Patricia gens, quæ *Mediolano* exulabat, ad *Acciolinum* domo *Romanum*, qui pauloante, audita Patavina ad *Alexandrum* quartum Pontificem summum, defectione, & ob id Civium & optimatum *Patavinorum* duodecim millibus, quos secum habebat, *Veronæ* occisis, *Brixia*que mox subacta, omnibus formidolosus erat, confugit, oratque, ut calamitatis suæ misereatur ac domum reducat, is per rerum novarum occasionem, *Mediolano* potiri confidens, omissa *Urciolorum* obsidione, *Adduam* ponte apud *Cassianum* juncto, trajicit: *Henricus Rivola* vegeti ingenii vir, certior per exploratores factus, rem ut erat, per nuntium confestim, *Martino Turriano* aperit: itur statim ad arma, & ex oppido *Tricio* Tyranno redeunti, cujus arcem frustra expugnare tentaverat, occurrit *Martinus*, manus conseritur, *Acciolinus* duobus saucius vulneribus capitur, & *Soncinum* perductus moritur, *Martinus* qui antea *Mediolani* dominus fuerat appellatus, tunc victoria de Tyranno parta clarior, societatis *Longobardæ* Princeps declaratur, accidit utique opera *Henrici*, ut insidiæ frustra fuerint structæ & excidium quod urbi nobilissimæ, & opulentissimæ Tyrannus paraverat, in perniciem illius reciderit: qui forte non minorem in *Bergomates* postmodum sævitiam, exercuisset, quo fit, ut uterque Populus *Henrico* plurimum debeat. *Martino* mortuo, *Philippus* frater succedit, *Bergomum*que in potestatem redegit: post hunc *Napus Philippi* Patruelis *Bergomo* potitur: fugatis postmodum *Turrianis*, *Mediolani* dominium, & Sacerdotium *Otho* Vicecomes aggreditur, urbanamque curam *Matthæo* nepoti tradit, *Matthæus* ab *Arnulpho* in *Longobardis* Procurator, ut nunc ajunt, generalis creatur: tunc *Bergomo* non imperasse, vel ex hoc maxime apparet, quod quæ rebus Vicecomitum studebat, *Suarda* gens, divitiis & asseclis insignis ejecta per idem tempus, *Bergomo* exulabat: sunt qui referant, *Galeatium* filium *Bergomum* vi, in potestatem redegisse: Vicecomitibus à *Turrianis* debellatis, *Musca Turrianus* rerum potitur, post hunc *Guido*, nec hos *Bergomi* dominium clare habuisse constat: annis post paulo secutis, nobiles *Bergomenses* seditione *Bergomo* pulsi, *Martinengum* profugiunt, ii rurales eorum domos, quorum opera fuerant ejecti, diripiunt, diruunt & exurunt, agros omni populatione vastant: *Lanfrancus* amicus in æde divi *Stephani*, principem tenens locum, & *Valens Solarius* hereticæ pravitatis solers indagator, & ultor acerrimus: *Philippus*que *Vicomercatus*, sacrarii divi *Francisci* curator: & *Gulielmus Petringallus* in eadem religione sacrarum literarum professor, viri bonitate, & religione præstantes, concordiæ civilis fautores, & cultores præcipui, de reditu nobilium, & pace satagunt: quæ illis ultro citroque commeantibus, quinto calendas Martii, anno supra millesimum trecentesimoseptimo, ex senatus authoritate, *Muschino Turriano* prætore, animis omnium ad lætitiam excitatis, publicis supplicationibus, & omni sacrorum pompa, inter mutuas gratulationes, & dulces amplexus, promulgatur, & sancitur: & ut posteritati rei monumentum daretur: quotannis, sacratissimo die, quo immortalis Deus, mortalis est homo factus: universus populus vicatim, Antistite præeunte, divi tunc *Stephani*, nunc *Dominici* templum, pia veneratione salutat: in pacis conditionibus *Martinengum* in jus, potestatemque populi *Bergomensis*, oppidanis per legatum id approbantibus, obvenit: eo *Bergomas* magistratus, quem Capitaneum appellabant, ut genti jus dicat, & milites, qui oppiduli custodiam agant, ab ærario stipendia recipientes transmittuntur: eodem jure reliqua oppidula, quæ ab extranea, quam illi extrinsecam appellabant, factione fuerant occupata, in reipublicæ ditionem veniunt, & imperata faciunt: perpetua abolitione omne vel ex fuga, vel exilio detrimentum, rapinæ, injuriæ, insidiæ, cædes, incendia, & direptiones, captivis utrinque ad pristinam restitutis libertatem, invicem condonantur: ad hæc tempora *Bergomas* nullius addictus imperio, libertate gaudens, & suis vivens legibus, democratiæ formam obtinebat: is ut sanctum reconciliatæ gratiæ fœdus violare nemini liceret, quingentos primo, octingentos deinde, probitate, & viribus præstantes, qui pacem & publicam urbis libertatem armis protegant, creat: his ætatis illius titulo Capitaneos octo, vexilliferos quatuor præficit, additque Consules duos, & scribas totidem, quibus erat negocium legionem recensendi ut quando vel morte, vel re alia, diminuta esset, supplementum procurari posset: divorum *Alexandri*, *Stephani*, *Laurentii*, & *Andreæ*, portas Capitanei, partito inter se officio, ita custodiendas suscipiunt, ut bini cum vexillifero singulas tutarentur, ex quingentorum numero, tres ex singulis uniuscujusque portæ vico, quos credendarios, appellarunt, creantur: universi ii ordines, bona fide publicam rem, & dignitatem sine fraude curaturos jurejurando sese obstringunt: exacto spacio semestri, à munere vacant omnes, & nova rursus fit creatio: publico etiam cautum est decreto, ut Singuli penes se armamentarium privatum, gladio, lancea, thorace, galea, & scuto publica pictura insignito, munitum & instructum haberent, ut quando ad sonum publici æris ad arma conclamatum esset, armis protecti viriliter prodirent, & ad aulam prætoriam concurrerent, mandata à Prætore & à republica, quæ communi rei conducerent suscepturi, reliquus populus in armis & sub signis staret suos unusquisque protegens vicos, quos ultra progredi, ex lege non licebat: si quis alicui ordinis quingentorum, communem rem procuranti, vulnus intulisset, exilio mulctabatur, jus, & omne publicum munus adimebatur, capitale erat si occidisset, bona diripiebantur, publicabantur, hæredibusque occisi adjudicabantur. Per id tempus bellum cum *Brixianis* vigebat, communi consensu dierum duodecim induciæ fiunt: populus uterque legatos creat, quibus Palatiolum diem ad conveniendum (ut ibi de pace agatur) edicit. Anno post decimo septimo iidem *Brixiani*, cum justa nulla nocendi subesset causa, in temporum licentiam, odium diu in nos immerentes conceptum effundunt, jactantesque latrocinia, injurias, direptiones, laudem plurimam, infamiam nullam habere, infestis signis turrim *Muræ* oppiduli agri nostri, oppugnare, & diruere conantur: *Bergomas* animorum, & roboris plenus, occurrit, acriter apud *Paluschum* pugnatur, plurimis utrinque cæsis, & convulneratis, æquo Marte à pugna est discessum: rursus *Turriani* à Vicecomitibus expelluntur. *Henricus* septimus *Bergomatibus* ultro se dedentibus imperat, *Matthæum* Vicecomitem copiis, *Ludovicum Matthæi* patruelem, *Bergomo* præficit, ad annum decimum quintum supra millesimum & trecentesimum, Extorres *Bergomenses* in *Ludovicum* irruunt, pugnatur intra mœnia, funduntur Extorres, & plurimi cæduntur, *Matthæus* deinde, non tantum *Bergomo*, sed *Mediolano*, *Laudi*, *Placentiæ*, *Novariæ*, *Vercellis*, *Aquis*, *Alexandriæ*, *Derthonæ*, *Papiæ*, & *Cremonæ* dominatur: post *Matthæum Galeatius* filius imperat: hos *Joannes vigesimus secundus* Maximus Pontifex, execratur, quod *Aycardum* religionis prædicatoriæ præfectum supremum, quem *Mediolanensis* sacerdotii Antistitem designaverat, urbe, & sacerdotio prohibuissent, inque id *Joannem Matthæi* filium primo delegissent, & *Ludo-*

vico Bavaro Mediolani regium diadema usurpanti favissent. eodem quoque tempore *Bergomas* populus sacris interdicitur, quod Vicecomitibus, qui impiorum numero habebantur, paruisset, quodque Vicecomitum, & *Bavari* adulterini Imperatoris commodo, à sacerdotibus tributa exegisset, Nuntiosque *Petri Corbarii* pseudopontificis suscepisset: tradunt aliqui *Bavarum* de itinere *Bergomum* divertisse, in annalibus hodie legitur, veniam à *Benedicto duodecimo* impetratam, & divo *Benedicto* aram in æde pontificia erectam, ad quam in monumentum, expiatæ culpæ, quotannis solenni pompa, divina celebrantur, & pauperes eleemosyna juvantur: post *Galeatium Accio* filio *Bergomenses* paruere: post hunc, urbis dominium populus recipit, supremum magistratum, quem populi ætatis vocabulo protectorem appellabant, creat: *Joannes Boëmiæ* Rex à *Brixianis* accersitus subsequitur, hujus decreta in publicis monumentis hodie leguntur, huic *Mastinus Scaliger Veronæ* dominus succedit. *Accius* rursus vicecomes post *Scaligerum* imperat, cujus etiam apud nos decreta extant, hunc subsequuntur *Joannes* & *Luchinus Matthæi* filii, & horum publica documenta inter annales leguntur, ii muros editioris arcis, quam Capellam vocant ædificavere: docet elogium in muro emaculatum, quod & si inelegans, veritatis tamen index est: tale quippe legitur anno milleno triceno, terque quideno. Vir prudens Dominus *Niger* è *Pirovano* natus, *Pergami* Rector, Capitaneus atque Potestas, pro excelsis Dominis nostris *Joanne*, *Luchino* hos condi fecit muros, in tempore dicto: his *Bernabos Stephani* filius succedit: ubique per id tempus latrocinia, ubique rapinæ, ubique cædes, & gladiorum impunitas: *Simon Pistoriensis* ad latrones arcendos præfectus, scelerum omnium particeps, cum latronibus consentiebat, nova atque inaudita vectigalia indicebantur, sordidissima quæcumque tributa, nullo rerum vel hominum genere omisso, imperabantur ad alendos voluptuarios canes, privato cibario, annonæ caritate tanta quanta vix ulla unquam, cogebantur cives: cum *Bernabove* imperant *Marcus*, *Ludovicus*, *Carolus*, & *Rodulphus*, horum & Reginæ *Scaligeræ* matris, decreta hodie etiam apud nos leguntur, *Bernabos* postremo capitur, *Tricium* perducitur, & in captivitate moritur. Civitas anno octuagesimoquinto supra millesimum trecentesimum, quarto idus majas, die, quo divi *Pancratii* festum celebratur, *Joanni Galeatio* virtutis comiti, ex *Galeatio* fratre nepoti, qui primus *Mediolani* Dux declaratus est, obsequium præstat: universus populus ad lætitiam, animis omnium, choreis, tripudiis, mutuo epulo, exhilaratis, se excitat: nec propterea in agris, vallibus, & montibus, nefanda factionum studia quiescebant: erant in armis gentes invicem adversæ, infestis animis, ferro, & igne, in mutuam perniciem incumbebant, direptiones passim, villæ pecore, armentis, gregibus ablatis, solo æquatæ: Pax demum civilium discordiarum *Papiæ* celebrata subsequitur: quæ hodie in annalibus legitur: legitur item ordo consilii publici ad centum & quadraginta numerum: in bimestre spatium, rerum summa decurionibus duodecim tradita, biennio universi decurionatus officio funguntur: extatque trecentorum alter ordo quini, & bis deni creantur: ii dum ex attributa potestate duodecim singuli creant, trecentesimum numerum absolvunt: aliisque centum additis, præter sacrum jureconsultorum collegium, & scribarum ordinem, quadringenti fiunt, hos generalem credentiam appellant, coibant raro, & nisi cum de summis rebus agebatur, reliqua omnis potestas, & æris publici administratio, penes duodecim erat: Schyphorum & piperis non

A prius quam tunc decreta sunt munuscula: solis jureconsultis, & scribis impertiebantur, ut quando in senatu de re gravi, decernendum esset, sincere jureconsulti dicerent sententiam, & consilio publicam rem juvarent, Scribæque caste in acta, placita redigerent: nec quispiam munusculum miretur: res arcani mysterii plena est: hinc proavorum prudentia, justitia, & bonitas discerni potest: piperis duo sunt genera, alterum longum, alterum album: longum ex siliquis nondum dehiscentibus decerptis soleque tostis fit, quod facillime corrumpitur, & adulteratur: album paulatim siliquæ dehiscentes per maturitatem ostendunt, &
B deinde tostum solibus, colore, rugisque, ut *Plinius* testatur, mutatur, hoc incorruptum est, hoc minime adulteratur: hoc veteres Patres conscripti munusculum esse voluere: quod hodie etiam decurionibus erogatur. Deprehenderunt enim viri sapientissimi in pipere omnia inesse, quæ pariter in consulente, Senatore, & scribis desiderari debent: albedo fidem, quam albo velatam panno colebat antiquitas: maturitas prudentiam, rugæ gravitatem, incorruptio sinceritatem ostentat: admonet ergo vos Senatores optimi piper, in decernendo, rebus prudentiam adhibere, dum suffragantes manus ad loculos affertis, munditiam & since-
C ritatem cogitare, in obeundis quæ sancita sunt, fidem custodire, & senatoriam gravitatem suo loco, & gradu servare, Scyphorum celebritas apud Deos & Heroas, maxima semper extitit: *Apollo* & *Neptunus* à *Laomedonte* pacti pocula, *Troiam* condidere ab *Homero Nestoreum* poculum magnifice decantatur: fortium erant isthæc præmia: adde quod in poculo, nihil non venerabile est: religiosa & mystica subest ratio, quæ quasi cum aliquo numine se ostentat. & nobis piam calicis Jesu salutaris, memoriam duobus sacratissimis diebus, quo-
D rum altero homo natus est, altero ab inferis victor rediit, suggerit. Ad annum nonagesimum octavum supra millesimum trecentesimum, ex oppidulis *Galerano*, *Soncino*, *Antiniate*, *Fontanellis*, *Covo*, & *Rumano* virorum & mulierum ingens multitudo, sublata cruce excitata est, linteis albis capita velati, præeuntibus sacerdotibus, Deorum pacem piis vocibus, & supplicationibus, implorantes, ad suburbanum rusculum coloniolam devenere, epulo comiter ab *Joanne Suardo* equestris ordinis viro excepti, ad urbis deinde portas *Coloniolam* & *Oxianam* applicuerunt: *Bergomas* populus rei novitate ductus, accurrit, hilariter hos intuetur, & fovet: conciones sacræ fiunt:
E item diis divina omnifariam officia, ad pacem Deorum impetrandam redduntur: viri ac mulieres *Bergomates*, cum hac quam sanctam societatem appellabant, sese junxere, vestimentaque pariter lintea sumpsere, omnes una ad montem *Farrensem* arci subjacentem, convenere: inde non ita multo post moventes plana, valles, montana loca, totius agri perlustravere, præeuntibus Antistibus, sacerdotibusve divorum *Alexandri*, & *Vincentii*, vexilla gestantibus, ubique concionabantur, sacræ supplicationes fiebant, gentes universæ religione motæ, piisque exhortationibus facile parentes, simultates, odia, domesticum virus, intestina
F bella deposuere, mutuamque pacem amplectentes, injuriarum omnium, rapinarum, cædium secuta est oblivio: universo fere peragrato agro, & eodem diis bene juvantibus pacato, ad *Farrensem* collem, unde moverant, rediere. Dicuntur hominum, mulierumque numero recenso, supra sexdecim millia fuisse: hæc sacra societas edicto prætorio dissoluta est: formidabatur ne colluvie contagioneque hominum, pestis increbresceret: fuerat enim is annus pestilentia insignis: in nonnullis diariis scriptum legi, in urbe agrove hominum su-

supra viginti millia vi morbi fuisse absumpta: nono calendas Augusti anno primo ultra millesimum quadragentesimum, in templo divi *Andreæ* martyrum *Domneonis*, *Domnonis*, & *Eusebiæ*: (*Bergomenses* fuisse eulogium docet) divorum item *Narni*, & *Viatoris*, duobus duntaxat interjectis diebus, in æde divi *Alexandri*, cadavera reperta sunt, è divi *Narni* calva, nitida & perennis scaturit aqua, quæ religiose epota ægrotantibus admodum proficere creditur: eadem etiam numina agris siccitate laborantibus, si rite sacro peracto à sacerdotum collegio, & populo salutentur, fœcundam pluviam elargiuntur: perpetuos item & noxios imbres sedant: *Virtutis* Comes in oppido *Meleniano* calendis Septembris anno millesimo quadragentesimo & altero moritur: *Joannes Maria Anglus* filius succedit: ad hæc circiter tempora, Gens *Pandulphi Arimini* domini, qui tunc à *Facino Cane* obsidebatur in oppido *Berba*, *Tricium* oppidum occupabat, ad quod ceu latronum asylum malefici homines, passim confluebant, rapinis, incendiis, cædibus, captivitate, pecore, & armento abacto, *Transadduanos Cisadduanos*ve sine ullo discrimine infestabant: tanta rei indignitate motus, *Polus Coleonus*, ut se suosque, & omnem *Adduanam* oram, à maleficio & fœda vexatione liberaret, collecta ingenti suorum manu, admotis ad muros scalis, animorum plenus, viriliter oppidum expugnat, & potitur, captivos qui diris cruciatibus vincti torquebantur, liberat, prædones fugat, & se oppidi dominum declarat. Ex eo *Polo* natus est *Bartholomæus*, vir ille rei militaris scientia clarus & facile ætate sua Princeps: Is post tot & tam egregia facinora, undequaque edita summus *Venetorum* Imperator moriens statuam equestrem meruit, quæ hodie in area delubri divi *Joannis Poli Venetiis* cernitur: quam ob rem fausto quodam fato factum est, ut vivus *Polum* mortalem, mortuus immortalem *Polum* parentem alterum nactus sit. *Anglus* urbis Imperium *Mastino Bernabovis* filio, sub titulo censūs, quem hodie feudum vocant, tradit, hujus in annalibus extat memoria, post annum & menses circiter septem in ædibus, quas nunc urbis præfecti habitant, diem obiit. *Joannes* cognomento *Pezeninus*, ex *Carolo* fratre nepos, Imperium recipit, quod brevi deposuit. *Hestor Bernabovis* adulterinus filius, ab oppido *Soncino* movens, cum equitibus circiter quinquaginta, *Bergomum* eo consilio clam ingreditur, ut urbem nomine *Pandulphi Ariminensis*, qui *Brixiæ* tunc dominus erat, occuparet, patefactis insidiis à *Stangalino Paludensi* tribuno militum *Joannis Mariæ Angli*, ad aream divi *Leonardi* capitur, & *Mediolanum* mittitur, orta erat suspicio, *Pezeninum*, qui tunc ad oppidum *Soncinum* se continebat, cum *Pandulpho*, & *Hestore* consentire: propterea populus ad domos eorum, qui in urbe publicum munus, nomine *Joannis* agebant, accurrit, captivos ducit, domos diripit, equitibus qui cum *Hestore* capti fuerant arreptis equis donata libertas: *Stangalinus* (ut integram urbem *Anglo* vendicaret) munimenta, quam Civitatulam appellant, expugnare nititur: pugna committitur: loco præfectus, cum diuturnæ pugnæ sufficere nequiret, & jam subsidii nullam videret spem, deditionem facit, quod itidem editioris, & inferioris arcis præfecti fecere: quam ob rem omnia in jus potestatemque *Angli* rediere, nec propterea *Pezeninus*, qui menses circiter tres tantum imperavit, animo quiescebat, *Urganum* petit, *Verdellum* excurrit, *Suardorum* domos exurit, deinde *Spiranum* diripit, retro movens ex *Urgano* cibariis omnifariam arreptis, *Martinengum*, quod in *Pandulphi* potestate erat, contendit, ad quem motum, *Facinus Canis*, cui à *Joanne Maria Anglo Mediolani* Duce summa totius militiæ deman-

A data erat: *Addua* trajecto se *Spiranum* recipit, copiis dimissis per plana agri *Bergomensis*, omnia rapinis, & populationibus patebant: *Petrengum*, *Roxianum*, *Alzanum*, & alia aliquot loca direpta, quæ partibus *Pezenini* studere credebantur: Accolæ *Spiranum* captivi perducuntur: proinde ager universus ultro citroque data & accepta clade, fœde vastabatur: post hæc *Facinus* & *Franciscus* Vicecomes, ille cis, iste trans, *Adduam*, eodem tempore (*Anglo* jubente) *Tricium* vel vi, vel obsidione, adoriri tentant, exercitus movent, munitionibus circumductis, tormentis bellicis admotis, frequentibus ictibus utrinque oppidum quassant. *Joannes Coleonus* juris civilis, nec minus artis militaris scientia clarus, *Testinus* item ex *Guardino* geniti, necnon *Polus* & *Petrus*, ex *Guidotto* fratres, strenue se tutantur, quæ interdiu damna tormentariis machinis inferebantur, noctu aggestis aggeribus corrigebant, postremo cum rem se frustra tentasse cernerent spe omni potiundi oppidi abjecta de induciis agere cœperunt, quæ inter Ducem *Mediolani*, & gentem *Coleonorum* ad menses tres sunt secutæ. Transactis induciis, non minore animi ardore, Dux *Anglus* se in perniciem *Coleonorum* excitat: materiam omnem lignariam, ad pontes jungendos, ad vallum, ad munitiones circumagendas, ad aliasque bellicas machinas struendas, *Mediolani* parat, quæ omnia plaustris advectis *Tricium* convehuntur, summa rerum *Jacobo Vermenensi* data & *Galeatio Mantuano*, qui cum equitibus circiter mille, peditum tribus millibus, ponte effecto (ut ultro citroque commeari posset) *Tricianam* expeditionem adsumere adnituntur: verum cum cernerent vi, & armis, forti & acerrimo hoste propugnante, expugnationem ex animo non facile posse succedere, vallo & munimentis oppidum cingunt, credentes hostem ad deditionem compelli posse. Expugnatis nonnullis in *Cisadduana* insula oppidulis, quæ in *Coleonorum* potestate erant, & apud *Medolacum* ex ictu oculi jaculo *Balistæ* eruti, exanimato Duce *Mantuano*: *Vermenensis* Dux alter, valida custodia relicta, quæ munimenta tueretur, & compelleret hostem intra oppidum se continere, cum reliquo exercitu ad depopulandum agrum *Laudensem* discedit, qua recognita *Coleoni* erumpunt, facta impressione munitiones subvertunt, igne, & ferro vastant, custodes paucis admodum captivis trucidant, tormentis, bellicisque omnibus machinis, potiuntur, & se felici eventu ab obsidione solvunt. Dum hæc geruntur, *Joannes Pezeninus* res novas moliri non desistebat, clam inito consilio cum *Petro domo suere* jureconsulto, & à conscii consilii, divi *Laurentii* porta patefacta, urbem cum equitibus quadringentis, peditibus centum quinquaginta mane ingreditur, ex improviso adventu admodum titubatum est: *Suarda* gens, quæ urbis regimen (ni *Pezeninus* prævenisset) traditura proxime erat *Carolo Malatestæ Ariminensi*, quem dux *Anglus* urbis præfectum creaverat, fugam arripuit: *Petrus Gulielmi* cum filio & uxore, aliisque domesticis in ædes præfecti confugit, cibariis pro temporis angustia raptim collectis, & importatis, seque ad vim *Pezenini* propulsandam munit: *Joannes Suardus* ex *Verdello* movens, cum peditibus trecentis, clam se *Petro* jungit, cognito *Joannis* adventu *Pezeninus*, omnibus in area tunc nova suis collectis copiis, legatos ad *Suardum* mittit, hortatum & oratum, ut loco excederet, & se secum jungere velit, ut pariter tutelæ, honori, & commodo urbis consulant, legatis respondit, irent, abirent, & *Pezenino* nuntiarent, ad fidem suam pertinere, dignitati & honori *Angli* ducis domini sui consulere, pro quo non opes modo sed sanguinem effundere, paratus esset: legatis cum malo respon-

ſo dimiſſis, paulo poſt agmine facto erumpit, & obviam prodit *Pezenino*, pugna apud ædes *Gentilini Suardi* conſeritur, quæ diu anceps fuit, poſtremo omni ſpe *Pezeninus* & auxilio deſtitutus, conſilii inops *Bergomo* cedit. Poſt hunc *Pandulphus Ariminenſis Bergomum* occupat: *Pandulpho* ejecto, *Philippus Maria* vicecomes, imperat, is anno vigeſimo octavo, deinde trigeſimo tertio, poſtremo quadrageſimo & altero, ultra quadringenteſimum & mille fœderibus tertium ictis, ſolenni pactione *Venetis Bergomum*, & *Brixiam* tradit: ea fœdera atque eam pactionem *Franciſcus Sfortia* ac deinceps *Galeatius* filius perpetua ſanctione firmant, & celebrant. *Bergomum* tenuere *Veneti* annos octoginta unum: his temporibus tertius decurionum ordo erectus eſt, & in eo ſacrum & venerandum reſidet myſterium: ſeptuaginta duo ſenatores pia diſcipulorum ſervatoris noſtri æmulatione creantur: ex his duodecim apoſtolos referentibus, præſcriptum munus per bimeſtre ſpacium defertur. Urbs bonitate, æquitate, & ſingulari Reipub. *Venetæ* juſtitia accolis, opibus, ædificiis mirum in modum aucta eſt, pax & civium concordia, quæ tam diu temporum injuria deſiderabatur, tum primum civibus ſeſe oſtentare cœpit: domeſticum virus, & odia inteſtina hebetari: libera erant conjugia, ſoli mores, ſolæ animi dotes ſpectabantur: magna erat dos parentum virtus, belli nomen ignotum, militares moleſtiæ neſciebantur. Verum heu hic diuturnæ tranquillitati, triſtia & luctuoſa tempora ſucceſſere, quæ utinam dii faxint, ne poſteri ſentiant: *Ludovicus Gallorum* Rex, anno ultra quingenteſimum & mille nono, decimo quinto calendas Junii *Venetorum* exercitu apud *Pandinum*, *Glareæ Adduanæ* oppidulum, hominum ferme quindecim millibus occiſis, fuſo fugatoque victor ad *Mintii* uſque ripas progreditur: facili negocio *Piſcarienſium* munimentis in poteſtatem redactis ſubſtitit: nam amnem transgredi ex fœderibus non licebat: ita rebus diſpartitis, ut quæ *Venetorum* ultra *Mintium* fuiſſent, ea omnia *Maximiliano* Cæſari cederent. *Gallus* itaque *Crema*, *Bergomo*, *Brixia*, Cæſar *Verona*, *Vicetia*, & *Patavio* potitur. *Veneti* tunc ad margines æſtuariorum, cum reliquiis exercitus, ſe ſe continebant, novam occaſionem expectantes, quæ paucos poſt dies ſe obtulit: *Nicolaus Urſinus Pitiliani* comes Imperator clarus genere, factis, fideque, tum etiam ætate verendus, ac uſu belli gerendi ſcientiſſimus, & *Andreas Grittus* legatus vir impiger, & ad omnia præclara audenda promptus, ex populo *Veneto*, nec non ex agris, quibus dominabatur, accitis hominibus, qui magis ad arma expediti crederentur, cum reliquis copiolis, omnibus imperato ſilentio, ſeſe clam nocturno itineri mandant, ſub diluculum *Patavium* incautum aggrediuntur, per portam, quam caudam longam vocant, irrumpunt, *Alemanis* quibuſdam, qui urbis cuſtodiam agebant, partim occiſis, partim in arcem fugatis, aliquot captis civibus, qui Cæſarianis partibus ſtudere videbantur, urbem obtinent: hinc *Veneti* qui paulo ante, omni ſpe, & auxilio pene deſtituti fuerant, tunc primum animos erigere, & feliciores ſucceſſus ſperare cœperunt: qua ſpe in poſterum non ſunt fruſtrati. *Bergomatibus* Rex chriſtianus leges dat, urbis præfectum *Antonium Mariam Palavicinum* creat, prætorem *Auguſtinum Panigorolam* jureconſultum graviſſimum, virum doctrina & integritate egregium, bonitate & rerum uſu eximium, urbi ex ærario dono dat annua aureorum numorum millia quatuor, ordinem ſenatorium ſumma æqualitate, ceu concordiæ civilis fautor præcipuus, conſtituit: mirum in modum Regis munificentia, æquitas, & juſtitia extollenda: annos duos, menſes octo,

A dies decem novem imperavit. *Andreas Grittus* ex conſilio cum comite *Aloviſio* advocato inito, *Brixiam* admotis ad portam turris longe ſcalis, clam ingreditur, & *Venetorum* ditioni reſtituit, ad quod nuntium *Accolæ* agri *Bergomenſis* erecti ad arma ſeſe accinxere: miles *Gallicus*, qui *Bergomo* præſidebat, motum agreſtium veritus, & ne quid novi *Brixianorum* exemplo plebs moliretur, reformidans, urbe diſcedit, *Accolæ* urbem introeunt, Cives ſeſe colligunt, ſeptemviros creant, quibus urbis cura demandatur. *Federicus Contarenus*, cum equitibus levis armaturæ quingentis, urbi præſidio accedit. *Galli*, qui *Bononiam* occupabant, cum

B primum *Brixiam* à *Venetis* captam novere, *Gallico* furore acti, fremunt, & frendunt, unanimique conſenſu, & pari ardore, ad eam recuperandam, animum intendunt, Duce *Odetto Foys* juvene regia ſtirpe orto, & bellatore egregio, perpetuis itineribus *Brixiam* contendunt, eamque exercitu cingunt, equites circiter ducenti, cum peditum duobus millibus, dimiſſis equis, arcem quæ adhuc, in *Gallorum* poteſtate erat, ingrediuntur, qui poſtmodum omni armatura equeſtri tecti, ſpiculo & lancea muniti, pedibus, egregio ſane memorandi facinoris exemplo, ex arce in urbem deſcendere, ad portam quam *Garzettam* appellant,

C pugna committitur, milites quos ſtratiotas vocant, gens quippe imbellis, & pavida, tutiſque rapinis tantum apta, pavore perciti, reſerata divi *Nazarii* porta, erumpunt, hanc nacti occaſionem *Galli* impreſſione facta irrumpunt, oppidum *Gallico* ululatu invadunt, militibus ignave repugnantibus, totius urbis vicos excurrunt, oppidanis paſſim ſenibus, juvenibus, pueris, mulieribus, militibuſque in viis repertis, ferro ſine ullo diſcrimine abſumptis, urbem (militi præda conceſſa) diripiunt, in captivos nullo cruciatus genere omiſſo crudeliter deſæviunt, quos quamvis ad Deorum aras, viderent confugiſſe: tamen inde abreptos

D dirum in modum trucidant, delubra ſanguine & direptionibus fœdant, comes *Aloviſius* advocatus inſpectante exercitu obtruncatur: *Ventura Fenarolus* ex conjuratis unus, ſervituti mortem anteponens, gladio *Catonis Uticenſis* exemplo ſeſe transfodit: *Andreas Grittus* legatus, *Antonius Juſtinianus* prætor captivi in *Galliam* mittuntur. Poſt hæc publico præconio *Bergomates* rebelles declarantur, & militibus urbs diripienda conceditur: hæc ubi *Bergomates* audivere, primo terror pavorque, deinde mœſtitia, omnium animos inceſſit, & tremor undique urbem circumvaſit, nec inops modo conſilii, ſed vix mentis compos erat, populus fre-

E quens it in comitium, legatos creat *Oliverium Auguſtum* jureconſultum graviſſimum, & *Franciſcum Bellaſinum* à ſecretis virum qui confeſtim *Mediolanum* contendunt, adeuntque Cardinalem cognomento *Samalo*, penes quem magna in *Gallicis* rebus miniſtrandis, à rege poteſtas & authoritas erat, ad genua provoluti orant, obteſtantur & obſecrant ut urbis inſontis miſereatur, cum malo reſponſo dimiſſi, ad *Joannem Jacobum Triultium* confugiunt, ſuppliceſque imminenti ſtragi, & propinquo excidio, opem implorant, benigne preces *Triultius* admiſit, & ut erat homo non minus clementia, quam belli uſu clarus, tabellarium citiſ-

F ſimum, mutatis ad celeritatem jumentis, cum literis *Brixiam* ad *Odettum Foys* expedit, quibus hominem admonet, ut à *Bergomenſi* populatione abſtineat: jam ſatis, & forte ſuper quam ſatis, in *Brixianos* ſævitum eſſe, ageretque ſicut ejus virtus, nuper in bello experta fuerat, ita in victoria juſtitia, & benignitas, experiretur, memoriæque teneret, in omnibus ſe majora clementiæ, & pietatis, quam virtutis bellicæ monumenta reliquiſſe, ſi quid *Bergomates* in regiam majeſtatem deliquiſſent, locum & tempus ſu-

supereſſe, quo eorum errata merito ſupplicio plecti poſſent, monitis paruit *Foys*, direptioniſque pavor, *Triultii* beneficio depoſitus, verum modico interjecto tempore, *Antonius Maria Palavicinus* urbis præfectus, item Regii Senatores duo, genere *Galli*, *Bergomum* devenere, inquiſitionem acturi, adverſus eos, qui *Gallis* adverſati, *Venetorum* ſtudioſi fuiſſe crederentur. *Franciſcus Vaſcus Alexandrinus*, Prætor, nulla dignitatis prætoriæ ratione habita, præconis officio fungens, ex ſuggeſtu ſub porticu fori juris ad id ſtructo civitatem contumacem & rebellem pronunciat: diplomata mox, publicaque omnia documenta intercepta, ordo ſenatorius, poteſtaſque cogendi ſenatum ſublata, cives inter quos *Bellafinus*, alii in editiorem, alii in urbanam arcem, alii in præfecti cuſtodiam conjecti: Comes *Truſardus Calepius*, vir ordine equeſtri inſignis, quod *Venetis* partibus favere illum præcipue noverant, & *Galeatius Columbus* jureconſultus vir ut claris natalibus, ita magno animo, quem neque Barbarorum minæ, neque ulla rei familiaris incommoda à fide atque obſervantia in Rempub. *Venetam* avertere potuerunt, menſes aliquot in ſuburbana arce detenti, in penitiſſimam *Galliam*, (*Gallis* jam inclinantem cernentibus fortunam) perducuntur: *Veneti* namque accitis ære publico *Helvetiorum* triginta duobus millibus, Duce gentis *Matthæo Sedunenſi*, *Gallos Italia* penitus expulere. *Bergomum* tunc in poteſtatem, & *Venetorum* ditionem rediit. *Odettus Cauſentius* arcis præfectus, poſthæc menſes fere quatuor cum obſidionem pertuliſſet, *Gallorum* reditu in *Italiam* deſperato, commeatuque deficiente, de deditione cogitat, accitoque *Bellafino*, qui menſes circiter novem penes eum regio juſſu captivus fuerat, conſilii participem facit, oratque ut pactionum formulam componat, addaturque conditio, ut *Veneti* ſtipendium militibus ſuis ex eo tempore (quo cœpit obſidio) perſolvant: reſpondit *Bellafinus* caveret, ne iſtæc conditio notam aliquam apud Regem contaminatæ fidei ei inureret, Regis non adeo attenuatas, & attritas eſſe vires, ut nequeat pro ſe paſſo, & de ſe optime merito, nedum modico ſtipendio, ſed magnis muneribus, & amplis honoribus gratiam referre, probavit ſententiam *Odetius*: itaque (hac rejecta conditione) exivit *Bellafinus* cum reliquis pactionibus, quæ ad *Venetum* ſenatum miſſæ comprobatæ & ſubſignatæ fuere, deditioque deinde ſubſecuta: poſtremo ſedulo ſtudio, exactaque opera *Andreæ Gritti* & *Antonii Juſtiniani*, qui in *Gallia* captivi adhuc erant, fœdus inter Regem & *Venetos* ictum eſt. Regem recuperandi res in *Italia* amiſſas deſiderium ſollicitabat, proinde juſtum inſtruit exercitum, eundemque in *Italiam* mittit, qui apud *Novariam* ab *Helvetiis* fuſus fugatuſque regias ſpes irritas fecit: hoc inſperato eventu, *Raymundus Cardona* regia ſtirpe ortus (penes quem ſumma belli in *Italia* miniſtrandi à *Maximiliano* Cæſare authoritas reſidebat) ſe excitat, confeſtim legatum ad *Bergomates* mittit, qui Cæſareo & ſanctæ ut ajebant confœderationis nomine urbem petat: urbs quippe pavida & immunita, omnique auxilio & ſpe deſtituta conſilii inops Legato paruit, & in poteſtatem deditionemque Cæſaris anno ſupra milleſimum quingenteſimum decimo tertio, die maxime venerando, quo *Junius* natalium divi *Joannis* diem mortalibus affert, venit: juris forum ea nocte arſit. A *Raymundo Franciſcus* quidam cognomento *Spus* homo *Hiſpanus* miſſus, urbi & agro grande imperat tributum, quod jam pene integre exactum, *Venetus* levis armaturæ equitatus, qui præſidio *Cremam* tenebat, primo diluculo urbem clam ingreſſus aufert, & *Cremam* importat: *Hiſpanus* & *Antonius Ripaneyra* urbis præfectus fugam arri-

A piunt: populus tunc vacuus imperat. *Spus* & *Ripaneyra* ſeptimum poſt diem revertuntur à quibus *Bergomas* cogitur pecuniam ablatam reſarcire, & largiorem locupletioremque parare: mox idem equitatus incautam urbem invadit, dieſque circiter octo dominatur: *Spus* tunc & urbis præfectus, in arce capiuntur, & cum auro, argentove jam coacto *Cremam* perducuntur: *Silvius Savellus Romanus* patricius ab obſidione *Cremenſi* movens: cum equitibus ducentis, peditum tribus millibus *Hiſpanis*, ingentique turba Orobiorum, quos *Brianſenſes* appellant: *Bergomum* eo animo contendit, ut urbem inſontem diripiat: in ſuburbano divi *Antonii*

B caſtrametatur: verum hoſtile conſilium ex injuſto odio conceptum, irritum fuit: Populus ad arma fiduciæ plenus ſe excitat: portæ raptim clauſæ, armati in muris, ſtationeſque diſpoſitæ, vigiliæque vicatim exactæ: cum duram provinciam ſe fruſtra tentaſſe *Savellus* cerneret, ab erumpente populo, magna ex illa hominum colluvie, turba occiſa, *Bergomo* turpiter diſcedit: ad id temporis *Antonius Leva* peditatus Cæſarei Imperator: & *Aloiſius Scart*, *Brixiæ* præfectus, ad urceos novos ſe continentes, publicam rem *Bergomenſem* curantibus ſcribunt: quæ *Bergomo* geſta eſſent, noviſſe: verum ſe opinari, id magis quorundam improbo-

C rum, quam bonorum civium culpa accidiſſe: propterea mitterent ad ſe oratores, cum quibus, quid urbi conduceret, agere poſſent: ſcirentque ſe ſemper, (qui ſuus eſſet in *Bergomates* amor, & benevolentia) eorum honori, & commodo præſto futuros, his blandis pollicitationibus allectus populus, nulloque munitus præſidio, & ſpe omni auxilii amiſſa, oratores mittit, qui reverſi referunt, à *Leva* & *Scart* hujuſcemodi accepiſſe: *Raymundum* ſupremum Cæſareum Imperatorem, cum primum audiviſſet, quæ nuper *Bergomo* geſta & ſecuta fuiſſent, ægre admodum tuliſſe, &

D proinde deſtinaſſe, exercitum ad urbem diripiendam mittere, ſed eorum opera effectum eſſe: ut exercitus, qui jam itineri ſe accinxerat ſubſiſteret: quam ob rem irent abirent urbique denuntiarent, eademque hortarentur, ut illata damna emendaret: paucos poſt dies *Hiſpani* ambo *Bergomum* proficiſcuntur: & theſaurum à *Veneto* milite ablatum rurſus repetunt, & exigunt. In publicis annalibus ſcriptum relictum eſt: tributum quod prius aureorum numorum millium duodecim fuerat, ad triginta millia creviſſe. Ad hæc tempora arcem *Vigilianam*, in quam *Bartholomæus Muſtus* Patricius *Venetus* urbis præfectus ex urbe cum paucis aliquot

E peditibus confugerat, expugnare aggreditur, aggeribus & munitionibus in *Caſtaneto* colle circunductis, tormenta locis aptis collocant: verum cum his non ſatis proficere ſe cernerent, cuniculis rem experiri adnituntur. *Muſtus* veritus ſe cum paucis, *Hiſpanorum* impetum (ſi per cuniculos irrumperent) neque ſuſtinere, neque obſidionem, cibariis deficientibus, diuturnam perferre poſſe, deditionem facit: hac prius ab hoſte impetrata conditione, ut ſibi ſuiſque integris rebus abire liceret, in urbe tunc peſtilentia ſatis laboratum: verum vis morbi in capita tantum ignota graſſata eſt: cœleſtibus iris pacatis, finis peſti eſt datus: civitas

F cum annum & menſes fere duos Cæſaris imperata feciſſet: idibus octobris anno ab Chriſti Natali milleſimo quingenteſimo decimo quarto, militaris cuſtodia quæ *Cremæ* pro *Venetis* reſidebat, *Bergomum* properat, ad muros admotis ſcalis, urbem clam prima luce ingreditur & in *Venetæ* Reipub. poteſtatem reſtituit. Paulo poſt *Laurentius Anguillarius Cæretis Hetruſci* oppiduli Dominus, penes quem, ſumma imperii pedeſtris erat: cum peditum circiter quatuor millibus, equitibus levis armaturæ ducentis, ſubſequitur. *Raymundus Car-*

dona, quæ *Bergomi* gesta essent noscens, ex *Lendenaria* agri *Ferrariensis* cum equitibus quadringentis, levis armaturæ septingentis, peditumque quatuor millibus, iter *Bergomum* maturat. *Prosper Columna* disciplina militari paucis admodum cedens, *Cardonæ* se jungit, castrametantur in suburbanis Divi *Antonii*, & Divæ *Catharinæ*, ambo Principes egregii, in cœnobio divi *Petri* cognomento cælestini hospitantur, tormenta in urbem dirigunt, nec vero *Laurentius* quiescebat, urbem circumlustrat, loca debiliora, & minus tuta, ad hostiles impetus sustinendos munit, portas stationibus, murosque vigiliis, & præsidiis firmat, ære publico cum materia alia nulla adesset, liquefacto, adnixus est tormentarias machinas conflare, quæ res opificis inscitia temere fuso metallo, parum prospere cessit, interea *Cardona* martialibus muros quatere, & demoliri tormentis aggreditur, pro interdiu diruto, noctu novus obstruebatur, & objiciebatur agger: cum per ipsam stragem ruinarum impressionem hostes facere conarentur, ascensumque in muros, tentarent, adeo resistebat *Venetus* miles, ut facile appareret, plus in armis, & virtute, quam in mœnibus auxilii esse. Veruntamen *Cæretanus* clam urbeque inscia, de deditione, sed quo ductus consilio non satis compertum, cum *Raymundo* agere cœpit, quam ultro citroque commeantibus internuntiis his conditionibus fecit, ut se scilicet suosque *Bergomo* cedere integris armis, equis, sarcinis, impedimentisque tuto permitteret, urbsque incolumi duntaxat matronarum, & cæterarum mulierum pudicitia, in *Raymundi* arbitrio esset: his subsignatis pactionibus, noctu secessit, urbem pavoris & mœroris, plenam deserens, quæ demum animo collecto resipiscens, Oratores eo consilio ad *Raymundum* mittit, ut urbem demonstrent, ab omni scelere, & fraude alienam, & nihil publico privatove consilio in Cæsarem factum, postremoque orent, obsecrent, obtestenturque, ut milites à maleficio cohibeat, nec urbem ingredi sinat. Legatis superbe admodum, torvo minabundoque vultu respondit, se satis tenere, quæ in Cæsarem moliti essent, & quo animo qua mente sint *Bergomates*, irent abirent, & quæ urbi imperarentur exequi studerent: postridie *Brixiam* proficiscitur, Civibus triginta sex, ex opulentioribus jussis se sequi, à quibus tributi nomine, numorum aureorum duodecim millia exegit. Per id temporis parum æquus erat urbanus census, rebus scilicet civium variante temporis spatio fortuna, eademque instabili, aliis ut assolet auctis, aliis diminutis, novus itaque computabatur, qui dum inter censorum adhuc manus esset, extrema manu nondum imposita, censis substantiis, largiori quam par fuerat examine, ea tamen mente, ut ad tenuiorem æquioremque libram redigeretur, ab *Hispanis* fuit interceptus, quæ res *Bergomensi* maximo fuit exitio, nam nemini vel minimo ære censo, exceptis civibus duntaxat trigintasex, pepercerunt: *Brixiam* proinde jussi sunt omnes censi ire, aliisque in arcem conjectis, aliis in tormentis habitis, universam tributi summam, si quis diligenter publicas paginas excusserit, sciet, aureorum numorum octuaginta millibus constare. Menses post hæc jam fere septem fluxerant, cum *Franciscus Galliarum* Rex, in *Italiam* non sine valido exercitu descendit, ut res in *Insubria* amissas, armis vendicaret. Cumque *Mediolano* jam propinquum *Hispani* novissent, veriti si victor ex pugna discederet, se parum tutos fore, diem ad se *Placentiam* colligendum edicunt, quam ob rem *Alvarus Gusmanus* urbis præfectus, & *Franciscus Peronus* à *Raymundi* secretis, cum copiolis, quæ urbi præsidio erant, de improviso collectis sarcinis, discessui se parant, civitatis regimen, accitis prio-

A ribus aliquot civibus, eisdemque portarum clavibus assignatis, populo renuntiant. Populus festino illo discessu confusus, atque animo incertus, justicio indicto, custodias in portis, vigilias per singulos vicos, disponit, arma, tela, in muros congerit, quoscumque, qui arma gestare possent, recenset, & sub ducibus militari ordine conscribit, ut cum ad arma conclamatum esset, sub signis præsto essent: verebatur enim cum omnia circum loca bello arderent, ne quid sinistri publicæ rei accideret. Dum hæc geruntur, Rex *Gallus* pugnæ adversus *Helvetios* se excitat, quæ apud *Melenianum*, infestis armis, infestis animis, committi-
B tur, *Gallus* belli fax, de equo desiliens, inter peditatum *Alemanorum* lancea munitus se collocat, & alacer ingenti animi ardore, simul adversus hostes pugnat, biduum acriter pugnatum est, pugna anceps, ambiguaque spe, & diu neutro inclinata stetit, postremo victoria ad Regem inclinavit, nec equidem incruenta: nam hominum utrinque quatuordecim millia, ferro absumpta, perhibentur. *Bartholomæus Alvianus*, penes quem summa totius *Venetæ* militiæ erat, Vir impiger, & raræ inter homines virtutis specimen, in exitu fere pugnæ, cum copiis expeditis super advolans, animum & vires regiis militibus adjecit, hostibus ademit & e-
C gregio illo facinore victoriæ partem sibi vendicavit: *Gallus Mediolano* potitur. *Dominicus Contarenus* legatus supremus, qui pugnæ interfuit, & gloriæ particeps cum *Alviano* fuit, Vir genere, gestis, & prudentia verendus, ad nos *Georgium Valaressum* mittit, honorifice excipitur, eidemque urbis dominatio & regimen, quod per dies quindecim penes populum fuerat, restituitur. Mensibus post hæc circiter sex *Maximilianus Romanorum* Imperator in *Italiam* cum amplissimo ac florentissimo exercitu descendit, ad *Ludrianum* agri *Brixiani* cum divertisset, per literas *Bergomenses* admonet, ut sibi vero & legitimo Principi ac
D domino deditionem facere studeant; si monitis paruerint, Cæsarem benignitatem munificentiamque sensuros; si imperata spreverint, hostilia omnia passuros, interim exercitui commeatus suggerant. Populus frequens convenit, omnium exploratis sententiis, deditionem facit, ad quam omni ope, & auxilio destitutus se promoverat: pridie nanque Victor *Michaël* urbis præfectus eximia vir probitate accito Senatu detulit, ab *Andrea Gritto* legato se monitum esse, si urbem his copiolis, quæ præsidio erant, custodire posset, id ageret: verum si rem in discrimen
E trahi cerneret, *Bergomo* cederet, seque tuto aliquo loco, integris copiis reciperet, quamobrem cum videret Cæsareum exercitum numero, & viribus, præpollentem, ad *Olei* ripas jam subsistere, decrevisse Barbaro furori aliquantisper cedere, ac proinde Cives, amanter hortari urbis, parentum, filiorum, & uxorum saluti consulerent. Interea literis Cæsar urbem rursus admonet, ut ad se legatos duodecim mittat, fidelitatis juramentum, præstituros, & imperata subituros: mittuntur legati, qui apud *Ripaltam Glareæ Adduanæ* oppidum, de more salutato & adorato Cæsare, benigne excipiuntur: mox ad *Sedunensem* remittuntur.
F Oratoribus *Sedunensis* inopiam exercitus explicat, aitque numorum scutatorum quadraginta millibus in militare stipendium opus esse: irent ideo & urbi suaderent, ac Cæsaris nomine imperarent, ut quam celerrime, subsidiariam hanc pecuniam ad Cæsarem mitteret, dum hæc geruntur Cæsar *Adduam* trajicit, verum cum paucos aliquot dies, ad ripas amnis substitisset, sive deficientibus ad persolvenda militibus stipendia pecuniis, sive quod subverebatur, ne per insidias ab *Helvetiis* hosti traderetur, retro movit, *Adduaque* rursus transmisso-

so, ad *Pontolium Brixianum* oppidum pervenit: inde per pagum cognomento *Costam*, & *Luverum* ditionis *Bergomensis*, in *Germaniam* exercitu dimisso rediit: Marchio *Brandeburgensis* supremus Cæsareus Imperator, ex *Pontolio* literis *Bergomensem* populum admonet, ut omni studio, & pari celeritate adnitatur, numum vigintiquinque millia, quos Renenses appellant, ad persolvendum exercitui stipendium confestim parare: nisi id egerit, opis suæ haud fore, ipsum cohibere exercitum, quin ad urbem accedat: propterea caveret à gente egena & irata, rebusque consuleret suis: hæc ubi audita sunt, incredibilis pavor, tremorque omnes occupat, noscebat *Bergomas*, quippe qui duris & assiduis bellis attritus, peneque absumptus erat, ad imperatum tributum vires non sufficere: verebatur utique si in urbe moraretur, se captivitates, cædes, incendia, & omnia fœda, & visurum & passurum, propterea urbem deserere statuit, & loca montana, expedita suppellectile petere, vidisses itaque itinera, virorum, mulierum, senum, & infantium turba, referta. *Franciscus Albanus* equestris ordinis vir animi, & fiduciæ plenus, animo secum reputans, si urbem vacuam Barbarus miles ingrederetur ab incendiis, direptioneque minime temperatum iri, decrevit se in urbe continere, ut patriæ, affinibus, & sibi ipsi quoad vires suppeterent opem ferret: ad urbem applicuerunt, *Brandeburgensis*, *Marcus Antonius Columna*, Cardinalis *Sedunensis*, & *Galeatius* Vicecomes, cum peditum quadraginta millibus, & equitibus mille ducentis, confestim, *Albanum*, *Alovisium Rotam* jurisconsultum prudentem & oratorem disertum, *Benedictum Passum*, *Cyprium Suardum*, *Valerium Pontanum*, homines probos & industrios, *Marcum Biretam* acuti judicii, elegantis ingenii, exquisitissimæque doctrinæ virum, & cæteros paucos admodum cives qui in urbe manserant, quorum nomina in annalibus conscripta sunt, in templum divi *Vincentii* convocant, petunt, flagitant, & imperant, quam celerrime tributum integre persolvi, adduntque, si vel minima intercesserit mora, urbi grave exitium imminere: Verbis, ferri ignis, populationis, & captivitatis minas miscebant. Anxius erat *Albanus*, anxii Cives, & reliquus populus, consilii inopes, & vix mentis compotes æstuabant, publico ærario funditus exhausto, publicis bonis jam lancinatis, ad sacerdotes, Virgines sacras, mercatores, viduas, & pupillos confugiunt, à quibus pecunias longo jam tempore penes sequestres servatas eruunt, nec propterea hians vulnus sanabatur, res sacræ (ut auri sacra fames expleretur) in nefarium & detestandum usum trahuntur, aurea nanque & argentea vasa diis dicata, cum cæteris ornamentis & donariis conflantur. Perhibent qui negocio interfuere, materiam jam ad signandam pecuniam liquefactam, omne signum, omnemque imaginem respuisse, crediturque id frustra iratorum numinum nutu tentatum: summa itaque aureorum numorum duodecim millium coacta est, hanc Barbarus spernebat, grandiorem poscebat, verum dii, qui miseros, & oppressos semper intuentur, *Bergomensi* suppetias attulere: tantus nanque terror & pavor genti incussus repente est, ut de improviso (incomperta causa) *Bergomo* postquam dies undecim debacchata fuerat, urbe omni sorde fœdata abscesserit: vidisses ubique latrinas, ubique cloacas, in propatulo cibaria omnifariam coquebantur, mensæ lanioniæ, exenterato pecore, in compitis, & per omnes vicos, passim cernebantur, nullus erat angiportus, nullus in urbe angulus, qui non teterrimo odore esset infectus, ex quo & ingenti hominum, pecorumque mistorum colluvie, futuræ pestilentiæ exortus esset timor, ni ingens repente vis aquæ horis sex continenter nocte cœlo missa, universam urbem abluisset, & ab omni sorde purgasset. Populus urbis regimen recepit, quod post dies undecim *Gritto* restituit.



M. ANTONII MICHAELIS,

Patritii Veneti,

AGRI ET URBIS BERGOMATIS DESCRIPTIO.

ANNO MDXVI.

ST Agri *Bergomatis* forma fere quadrangula, ejus longitudo à meridie in septentrionem milliaria quinquaginta patet, latitudo vero ab ortu in occasum dimidio minus excurrit. Facies non una, utpote (qua ad meridiem vergit) plana & campestris, qua vero ad septentrionem (quæ major pars est) collibus primum inde montibus se attollens. ejus fines sunt ab ortu *Sebinus* lacus, deque ipso emanans *Ollius*, quibus à *Brixiensi* agro distinguitur, ab occasu Lacus *Larius* & *Abdua*, quibus à *Comensi Mediolanensique* agris disterminatur, à septentrione *Rhetorum* Alpes, à meridie fossa perpetua ab *Abdua* ad *Ollium* ducta, quæ quanquam non magis *Bergomatum* agrum, quam *Cremonensem* disterminet, *Bergomensis* tamen cognomine insignitur. Totum fere eum (quantuscunque est) duo fluvii *Brembius* & *Serrius*, ille ab occasu, hic ab ortu secant. qui in intimis Alpibus distantibus inter se Fontibus orti, parique inter se intervallo continuo decurrentes (donec montibus coercentur) recto cursu in meridiem tendunt, ubi vero campos sunt ingressi liberius per eos evagati, ad occasum converso itinere *Abduam* fluvium tandem influunt, cæterum distantibus inter se ostiis & cursu longe impari, etenim *Brembius* breviori decursu paulo infra *Treccium* oppidum ad *Veprium* vicum exit: *Serrius* longius evagatus *Cremonensemque* agrum attingens ultra *Cremam* ad *Picilionum* devolvitur, eorum uterque piscium fœcunditate accolis suis commodus est, cæteris rebus dispar gratia: *Brembius* pluviis nivibusque liquatis ita interdum augetur, ut inundans clades non modicas inferat, & (ut quam mitissime agat) spumescens & rupibus atque ingentibus saxis, quæ de eis abrumpit & devolvit impactus, nunc torquens flexum, nunc corrigens non modo navium impatiens est, sed & rotis farinariis inservire dedignatur: *Serrius* leni & placido flumine decurrens, cum variis usibus (dum montibus coercetur) deservit, tum campos (ubi ab eis est exceptus) in Rivos deductus ita clementer rigat, ut feraciores reddat, quin auream arenam secum devolvens (cujus vectigal in *Cremensi* agro locatur) facit, ut *Tagum* & *Pactolum* fabulosos amnes poëtis non invideamus. Horum fluviorum decursu campestris ager in tris regiones dividitur, quarum, quæ ad ortum *Brixiensemque* agrum inter *Serrium* & *Ollium* extenditur transerriana, facile reliquis duabus clarior futura fuerat cum frequentia oppidorum & vicorum, in quibus celebriora *Martinengum*, *Romanum*, & calcinate, tum soli feracitate irrigante *Serrio*, nisi *Chierius* torrens de laude ejus multum demeret, qui ex *Spinone* lacu in *Callepina* valle emanans totamque fere mediam findens, ita interdum agros irrumpit

A vi aquarum & copia ut vastitatem non modicam inferat, alioquin reliquis diebus ita aquarum indigus, ut nullibi non sicco pede tranetur. Quæ vero ad occasum *Comensem Mediolanensemque* agros spectat, quod inter *Abduam* & *Brembium* fluvios & montes triangulari forma jaceat, Insulæ cognomine censetur: Tractus vitium feracitate & vini generositate celebris, oppidis ad hæc, ponte, *Medolaco*, *Brembatis*, *Bonatis*, *Mapello*, nonnullisque aliis non ignobilis. Reliqua à situ media dicta inter *Brembium* & *Serrium Cremonensemque* agrum extenta frequentia oppida habet, inter quæ nobiliora *Colonium*, *Coloniolam*, *Zangam*, *Spiranum*, *Oxium*, *Verdellum*, & imprimis ipsam Metropolin *Bergomum*. Hæc est agri campestris di-

B stinctio. Montani vero tractus vallibus distinguuntur, quæ à meridie in septentrionem protensæ in *Sassinam* & *Tellinam* demum valles illis sese ex transverso objicientes omnes fere desinunt. Earum primæ ad ortum *Caballina* illique adnexa *Calepina* sunt, quarum utranque *Sebini* lacus prospectu exhilaratur, cæterum *Caballina* ad septentrionem vergens lacu (qua patentior est) alluitur, in cujus margine *Luerium* oppidum sedet confectura pannorum celebre, *Calepina* vero ad meridiem versa & ad emissorium lacus posita *Ollii* etiam Fluvii amœnitate perfruitur, in cujus dextera ripa *Calepium* (unde sibi cognomen) habet. His proxima est *Serriana* à *Serrio* intersecante di-

C cta, quæ propter amplitudinem sui in superiorem, mediam, & inferiorem dividitur. Superiori, *Clusonium*, *Gromum*, *Gandelinum*, *Suerum*, *Castilio*, *Præmolum*, *Gorite*, *Onctum*, & *Cerete*: Mediæ *Gandinum*, (unde & *Gandinia* quadam sui parte appellatur) *Vertua*, *Gazaniga*, *Cazanum*, *Lavium*, *Cazanigum*: Inferiori *Alzanum*, *Nembre*, *Albinum*, *Comendunum*, *Dezenzanum*, *Anesa*, *Aranica*, ascribuntur. Hæ valles citra *Bergomum* sunt ad ortum, totidem ultra *Bergomum* ad occasum spectant: ex his urbi propinquior est *Brembiana* à *Brembio* fluvio interstrepente dicta, & ipsa in inferiorem, superiorem & transjuganeam divisa: Inferioris celebriores vici sunt, *Zonium*, *Scude-*

D *na*, *Poselcantium*, *D. Pelegrinus*, *D. Joannes*, *D. Gallus*, *D. Petrus*, & *Spinum*. Superioris vero *Serrina*, *Braccha*, *Dosena*, *Costa*, *Ultracollium*, *Rigosa*, *Sambusida*, & *Cornellum*. At transjuganeæ (sic dictæ quod transjugum Alpium sit posita) vici sunt, *Platea*, *Lomna*, *Vallis nigra*, *Fopolium*, *Vallis leva*, & *Vallis fondria*. Proxima *Brembianæ* est *Imania*, *Almenio* & *Pallazago* vicis contenta. Postrema omnium occasum *Lariumque* lacum spectans à celebri *Æde Martiniana* dicitur, vicis *Caprino*, *Marentio*, *Beretia*, *Calolzio*, *Vercurago*, *Cisana*, *Collana*, & *Supercornula* habitata. Hæc est agri facies, hic situs, nunc ipsam Metropolim describemus. Urbs monti incubat.

cubat. Mons ipſe Campis quidem undique circumcingitur, cæterum ita brevi intervallo à montibus (qui valles conficiunt) ſejungitur, itaque longe lateque campeſtrem agrum à fronte & à lateribus deſpectat, ut veluti arbiter ſedere inter utrumque tractum videatur. Media ſui parte latior erectiorque eſt, utrinque declivia hinc in *Brumalem* ortum, inde in æſtivum occaſum demittit. Summo jugo arx paulo ante inſidebat quæ ſenatus juſſu ſolo æquata, ne (ſi in hoſtium manus deveniſſet) urbem imperata facere cogeret, ita eam partem dehoneſtat, ut, veluti regio capiti corona dempta cenſeri poſſit. Arx ea eſt, quam barbara voce (quod in Vetuſti Sacelli veſtigiis eſſet extructa) Capellam appellabant. Quicquid montis ultra hoc jugum ad æſtivum occaſum porrigitur, aliquandiu ſolidum modiceque declive incedit, mox in duo veluti crura ſciſſum, eisque ad diverſas cœli plagas prolatis ſenſimque faſtigiatis uſque ad campos demittitur, amœniſſimum illam convallem intra ſe veluti ſinu complexum, quam Aſtinam dicunt à celebri cœnobio, quod vallis umbroſæ monachi ex *Aſta* oppido primum illuc profecti inhabitarunt, eorum crurum utrunque eſt conſitum, ſed quod mitiorem plagam ſpectat Vitibus, quod iniquiorem caſtaneis, illis vini generoſiſſimi feraciſſimis, his ad umbram etiam denſiſſimis: neque una & perpetua facie conſtant, verum nunc ſinibus ſecedentia, nunc quaſi cubitis prominentia interdum etiam longo intervallo curſum dirigentia, ita & opacos ſeceſſus feſſis, & lætas ſedes apricantibus, & opportuna ſpatia deambulantibus præbent, ut ad civium delicias & oblectationem facta plaga à natura videatur. Nec nihil gratiæ addunt loco ſparſim collucentes villæ, modicæ illæ quidem & frugi pro ſoli anguſtia, cæterum adeo expetitæ cum loci propinquitate tum gratia, ut ſatis beatus non habeatur, cui villulam illic habere non contigerit. Accedit ad hanc amœnitatem perennis fons, qui ſub jugo à ſeptentrione ſcatens & continuo ſub umbra caſtanearum per manufactum aquæductum delicatus incola defluens (donec urbi immittatur) fluere non deſinat, ubi per ſingulos vicos diffuſus & caſtellis exceptus æreisque ſiphunculis emanans urbanis uſibus large ſervit. Reliquum montis quod citra jugum ad ortum brumalem ſpectat urbs & ſuburbia fere ſibi occuparunt, itaque (ubi per trecentos circiter paſſus de jugo deſcenderis) ſuburbium cognomento canale tibi occurret ſuo muro cinctum & tribus portis pervium, quarum læva in caſtanetum, media quæ columbina dicitur ad celebrem *D. Gottardi* ædem & ad ipſum jugum, dextera ad vallem *Aſtinam* fert. *Urbecula* inde præfecti & præſidii ſedes, in quam ex ſuburbio quod diximus duabus portis datur ingreſſus, & ex ea in urbem totidem eſt egreſſus. Hanc urbs excipit, quæ totum montis dorſum ab ea parte ſibi vendicans paulatim cum eo donec ſuburbiis reliquis occurrat deſcendit, eam pinnatus murus munit undique, præterquam ubi urbeculæ quæ illi pro muro eſt adnectitur. Murus humiliori & præcipiti montis ambitu extructus privatarum ædium cænaculis proſpectus non adimit itaque longe lateque dominantur, neque tantum totus campeſtris ager inde oculis ſubjicitur: ſed & *Ciſpadani* omnes tractus liquido deſpiciuntur, quin Appennini Juga & ipſas *Padi* nebulas, quales nulli non amnes exſpirant, ſerena præſertim die æſtimare licet. Urbis ſolum magna ſui parte inæquale eſt utpote montuoſum: nulli Angiportus, nullæ viæ, non aut acclives aut declives ſunt, quo fit ut (cum ſilicibus etiam ſtratæ ſint) hominibus & jumentis incommodas, curribus impervias penitus ſe præbeant. Earum viarum veluti regina eſt ea, quæ ab urbecula ad *D. Antonii* ſuburbium per medium montis dorſum ducta urbem mediam ſecat, ad quam cæteræ viæ & angiporti ſparſim repant. Huic forum poſt centum circiter paſſus à dextra adjungitur: contra quod à læva publica porticus eminet, cujus interiori parieti ſcribarum & calculatorum cella adhæret, ſupra eam comitium ſtat, unde egreſſus eſt in Mœnianum, de quo magiſtratuum & damnatorum nomina ad populum proclamentur. Forum quadratum eſt, laxitas ei non tam pro populi frequentia quam pro urbis ſitu ſatis ingens, ad ejus dexteram ædes prætoriæ, ad lævam leguminariæ tabernæ ſunt, à fronte paulo ante forum juris attollebatur, Moles, ſive ornamentorum apparatum, ſive ſtructuræ ſoliditatem ſpectaſſes, nulli *Galliarum* ædificio poſt ferenda. Ea proximo hoc bello (tunc cum *Hiſpani* urbem irruebant) ſive conſulto injecto igne quo populus ab hoſte averteretur (quod nonnulli ſuſpicati ſunt) ſive caſu & temere (id enim incompertum) correptis laquearibus tota conflagravit atque ita concidit, ut nulla reparationis ſpes ſuperfuerit, præſertim perpetuis & immodicis impenſis ex eo tempore ſemper laborante Civitate. Poſt forum Viæ, quam dixi regiæ, continuæ & omnifariam tabernæ imminent, ab ea aliquanto interius in media fere urbis longitudine (eſt enim protractior quam latior) atque in extrema latitudine à ſeptentrione in erecta rupe Arx attollitur, per quam ingreſſus in urbem montanis incolis & ſubſidiis inde advenientibus, greſſuſque de urbe in montes datur. Dividi ſe deinde bifariam via hæc regia & à dextera in areolam, quæ forum calceorum dicitur primum diffuſa, mox coarctata, uſque ad portam *D. Jacobi* deſcendit, urbemque egreſſa, ubi *D. Dominici* ædem præteriit, arctior & magis præceps facta ſuburbio *D. Leonardi* occurrit. A læva vero portam cognomento pictam prætergreſſa iterum in duos vicos dividitur, quorum lævus *D. Auguſtini* ædem, dexter vicum *Pineti* petit, ii duo vici poſt aliquantulum ſpatii in unum confluunt, & ſuburbiis *D. Caterinæ* ac *D. Antonii* junguntur. Hæc de urbe. Urbi ſuburbia quatuor præter canale (de quo diximus, veluti manui expanſæ digiti adnectuntur, quorum quod ad ſeptentrionem patet *D. Laurentii*, quod ad æſtivum ortum *D. Caterinæ*, quod ad hyemalem *D. Antonii*, quod ad meridiem *D. Leonardi* à ſacris ædibus appellantur. Horum *Laurentianum* urbi non dum dimiſſe ſed in ipſo dorſo montis citra arcem ad portam ab eo *Laurentianam* dictam ad nexum continuo per declivia uſque ad campos fertur. Cætera urbem fere in plano poſitam excipiunt, adhæc cætera ſingula ſingulis portis pervia ſingulisque vicis contenta longius quam latius patent. Quod vero *D. Leonardi* cognomine appellatur principio uno vico contentum, mox in quatuor ad diverſas cœli plagas ſpectantes divaricatum ita longe lateque patet, ut alterius urbis ſpeciem præ ſe ferat, ubi incipit dividi forum ſuburbii appellant, vici in quos dividitur ſinguli in ſingulas portas deſinunt, quarum quæ ad occaſum brumalem ſpectat incerta origine nominis *Bruſidæ* appellatur, reliquæ à vicinis oppidis ad quæ ferunt cognominantur, itaque *Bruſidæ* proxima, *Oxii* appellatur, tertia *Coloniolæ*, quarta *Colonii*. Suburbium *Laurentianum* à cæteris longe ſejunctum ſuo muro eſt cinctum, reliqua tria quanquam longo inter ſe ſpatio diſtantia utpote ad diverſas cœli plagas extenſa uno tamen muro mutuo junguntur, ut inter ea ampla area inædificata jaceat, quæ partim arvis, partim arbuſtis & vineis occupetur, partim etiam prato conſtet (videlicet: inter *D. Antonii* & *D. Leonardi* ſuburbia) ubi Nundinæ quotannis VII. Kalendas Septembris celebrari ſolent, id pratum

Rivus

Rivus de *Serrio* fluvio deductus urbique ad Fullonicæ & Farinariarum rotarum uſum immiſſus peramœne interſecat. Suburbia à mercatoribus & opificibus ob vecturæ & commercii commoda incoluntur, contra urbs à nobilioribus fere civibus inhabitatur, quanquam & in urbe præſertim ad forum frequentes opifices & in ſuburbiis nobiles cives non deſint. Hæc de ſuburbiis dicta velim. Ædificia ipſa utrobique præſertim publica ex quadrato lapide vivo conſtant ob inopiam laterum, eoque partim vulgari & cæruleo, partim nobili & maculoſo quod ad albinum vicum in *Serriana* valle cæditur. Solum ubicunque foderis firmum, intra urbem vero etiam ſaxeum, ut quantum ibi de impenſa devehendi lapidis detraxeris, tantundem cædendi labor addat. Ædes ſacras tribules, quas parochias dicunt, quæ viginti ſunt, Cœnobia quæ cum magnifica tum multa extant (nec enim eſt aliqua illuſtris ſecta quæ domum hic non habeat) cæteraque publica cum profana tum ſacra ædificia eorumque apparatum deſcribere non eſt præſentis otii, etenim unum Xenodochium ejuſque magnorum proventuum adminiſtratio necnon piæ erogationes ſi pro materia dicerentur juſtum opus abſolverent. Satis igitur fuerit unum aut alterum ex inſignioribus ædificiis deſcribere. Igitur foro juris, quod combuſtum diximus, exigua area à meridie adhæret, huic à dextra epiſcopi domus, à fronte ædes *D. Mariæ*, à læva ædes *D. Vincentii* impendent. Hæc ipſa quanquam vetuſta dicatione ſacerdotiique dignitate utpote epiſcopalis celebris, marmorum ad hæc mole & lineamentorum dignitate laxitateque comendata, tamen quod ducenteſimo circiter ab hinc anno inſtaurari cœpta (cum vetuſtate vel incendio collapſa eſſet) negligentia & avaritia eorum, quorum eſt ea cura, abſoluta adhuc non ſit, infrequens incultaque habetur. contra vero *D. Mariæ* ædes neque tam vetuſtæ dicationis, utpote ducenteſimo circiter ab hinc anno ædificari inchoata, neque ſacerdotii dignitate par, ob operantium tamen ſanctitatem & frequentiam ita à populo viſitur, ut nulla ſit in urbe ædes celebrior. Ejus longitudo ſecus areolam quam dixi ab ortu ad occaſum patet, forma extra quadrata eſt, intus chriſtiano ritu Crucis figuram præſefert. Aræ maximæ (quæ ad ortum ſpectat) fornicatum tribunal circumagitur, cui duo alia minora tribunalia unum à dextra, alterum à læva adhærent, pro his tribunalibus tranſverſa ambulatio patet, per cujus utrunque cornu in ædem eſt ingreſſus: reliquum ædis quod ad occaſum extenditur duabus cellis, una hinc, altera illinc, mediaque ambulatione conſtat, è cellis illa (quæ eſt à meridie) à tergo parietem in hemicycli formam ductum habet, à fronte (qua tranſverſam ambulationem ſpectat) tota patet: altera vero quæ eſt à ſeptentrione in ſacellum eſt verſa in quod temere non datur ingreſſus, utpote ara & *Bartholomæi Colleonis* monumento religioſum. Is id vivens dicavit, ut quotidie ibi ſacerdos operaretur ad placandos Deos ſuis manibus teſtamento inſtituit, ubi & ſepulchrum ei eſt erectum marmore lunenſi & ſcul-ptura *Jo. Antonii Amadei Papienſis* opere ſpectatiſſimum, cui nuper equeſtris ſtatua eſt impoſita ex materie illa quidem auro illita, ærea aut marmorea alioquin futura, niſi ſubjecta moles ponderi impar eſſet judicata. Proxima dignitate habetur ædes *D. Alexandro* in ſuburbio *Canali* dicata, utpote & ipſa epiſcopalis, id quod vix alteri urbi datum reperias, ut duabus ædibus epiſcopalibus ornetur. Inter profana ædificia præſtant, ſi non

A apparatu, ſaltem laxitate, ædes *Pandulfi Malateſtæ* in *Urbecula*, quas ille (cum poſt obitum *Galeacii Inſubris* principis *Bergomum* occupaſſet) exſtruxit: eas nunc urbis præfectus inhabitat. Hæc ſint dicta de ædificiis, nunc pauca de gentis moribus & ingeniis dicam. Urbem populus frequens colit, probum genus hominum & frugi, moribus mite, hoſpitalius erga advenas, quam quis ex ſtudio rei parandæ agrique ſterilitate & anguſtia conjiciat, erga omnes longe plus comem quam in urbe montana experiatur. Ordinum diſtinctio non lege ſed natura conſtituta, penes optimates fere adminiſtratio Reip. quam in ſatis æquam formam ex *Venetorum* X virum præſcripto nuper redegerunt, ex his plerique ex propriis fundis victum & opes B ſibi parant, ex quibus etiam non pauci pro urbis magnitudine equeſtre decus magnifice ſuſtinent. Non deſunt qui litterarum ſtudio non ſine ingenti profectu & laude incumbant. Ex his plerique juri civili dant operam ut quandoque quinquaginta in urbe juriſconſulti ſint numerati. Cæteri qui honeſto loco ſunt nati (ut ſunt induſtrii) ex mercatura & conductione vectigalium ſe & familiam alunt, nec mediocres inde opes ſibi comparant, alii Tabelliones ſunt. Plebs aut inſtitoriam aut opificinam exercet. At ex agri incolis qui campeſtrem regionem colunt (exceptis oppidanis) quorum non pauci honeſtate generis & rei familiaris ubertate *Bergomatibus* civibus, non cedunt, cæteri ſparſim poſiti aratores ſunt, reique ruſti-C cæ dant operam. Qui vero valles incolunt vicatim fere omnes habitant, tanta frequentia (Montano Cœlo ad fœcunditatem conferente) ut niſi innata ſolertia & mira induſtria ſibi providiſſent, inopia & fame laboraturi fuerint: ſolo anguſto & ſterili neque victum ſubminiſtrare apto. Itaque qui domi reſident aut pecuariam exercent aut pannos conficiunt. Cæteri domo migrant in alienis regionibus aut officinas aut inſtitoriam exercituri, qui tot ſunt, atque ita totum orbem terrarum permeant, ut in proverbium abierit, *neque paſſerem avem, neque Bergomatem hominem ulli provinciæ deeſſe.* Eſt operæ pretium diſcere, quemadmodum varias regiones (veluti provincias, inter ſe ſint partiti, etenim *Martiniani* ex vicino *Mediolanenſi Inſubrum*que tractu victum ſibi D parant. Proximi his *Imaniani* alveos cæteraque hujuſmodi vaſa in *Liguria*, provincia *Narbonenſi*, *Hiſpania* citeriori, *Latio*, *Campania* & *Sicilia*, ex materie conductis in id ſilvis fabrefaciunt. *Brembiani* omnes, præter transjuganeos (qui *Mediolani* pannos ſericeos conficiunt) *Venetam* regionem urbemque *Venetias* frequentant. *Serriani Caballini*que in proximam *Germaniam* pannos ſuos devehunt. Soli *Calepini*, ſive minus iniquum ſolum ſortiti, ſive innata inertia, domo fere non migrant. Cultus Vallenſibus omnibus inter ruſticanum & urbanum medius, ſermo Barbarus præſer-E tim quanto magis ad Alpes acceſſeris, cujus imitatione ſcurris captandi riſus frequens occaſio, ſtudia fere rem quæſiſſe, laborum & negociorum laxamentum utrique ſexui choreæ, quibus juventus enixe indulget. Corpora cœli beneficio ſalubria & vegeta, laboriſque patientia, immenſis tantum tumoribus in gutture deformia, eam fœditatem, ſunt qui in cœlum, ſunt qui in aquas referant. Illud in univerſum de *Bergomatibus* dixerim, acre genus eſſe hominum & induſtrium, & quod, ubi intenderit ingenium præſtet, ſed præcipue rei parandæ ſtudio prævalens, & quod nullum non *Galliæ Ciſalpinæ* populum, in omni genere laudis adæquet.

F I N I S.

I N-

INDEX TEMPORUM,

Per quæ varie Bergomatibus imperatum est.

INDEX NOTABILIORUM.

Ber-

FINIS.



VINCENTII CORONELLI, M. C.

Patris, Magistri, & Serenissimæ Venetorum Reipublicæ Cosmographi,


RERUM AC TEMPORUM BERGOMENSIS ECCLESIÆ SYNOPSIS,

Ab ejus Exordio usque ad Annum MDCXCVI.

Antiquitatem, Conditores & Dominatus Urbis Bergomi; ut & Ecclesiæ Bergomensis Episcoporum Seriem exhibens.

Editio Novissima, recognita & duplici Indice aucta.





LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, Civitatis atque Academiæ Typographi.

LECTORI ÆQUISSIMO
TYPOGRAPHUS SALUTEM.

Icet materia hujus libelli, a VINCENTIO CORONELLI conſcripti, & *Coloniæ* M DC XCVI. ſuperiorum permiſſu publici juris facti, forma octava, magis *Italis* & præprimis *Bergomenſibus* arridere poſſit, quam aliis nationibus, ut quorum parum intereſt, quinam Epiſcopi hoc vel illo anno *Bergomenſi* Eccleſiæ præfuerint, & quas illi dignitates & prærogativas poſſederint; multa tamen veteris ævi monumenta ſimul in lucem in eo proferuntur, quæ & res civiles illuſtrant, & temporis iſtius acti faciem exhibent, ut, qui ultra plebem ſapere ſtudent, hunc alioſque hujus farinæ libros ſibi comparare debeant. Nam auctor non ſolum antiquiſſimæ *Bergomenſis* Civitatis Eccleſiæ Epiſcoporum ſeriem producit; ſed & ipſam antiquitatem *Bergomi* profert, narrat ipſius conditores, nec ſilentio præterit, quibus urbs paruerit, docet quoque eam ſub *Romanis* ad municipii dignitatem eſſe evectam, & ſuis legibus vixiſſe. Inſuper eam non modo a direptionibus *Attilæ*, *Hunnorum*que non liberam fuiſſe, verum etiam *Vandalorum* & *Alanorum* rapinis agitatam oſtendit. Tandem ex imperatorum *Germanorum* ditione in pontificiam, & ultimo in *Venetæ* reipublicæ dominium veniſſe præmonſtrat. In recudendo librum huncce a variis vitiis orthographicis, quæ oculis noſtris ſe non ſubduxerunt, purgavimus, paginas etiam ſupra dictæ editionis in extremitatibus noſtræ adjecimus; præterea Indicem duplicem, Chronicum videlicet Epiſcoporum, & Nominum atque Rerum excerpſimus, & in calce affiximus. Fruere his & noſtrum laborem æqui bonique conſule. Vale.


DEDICATIO.

ILLUSTRIBUS DOMINIS
Urbis Bergomensis Deputatis, & Antianis.

EA ipsa felicitate, qua quis obsequii Tributo animi pignora illustravit, sub vestris fortunatissimis Auspiciis (Illustrissimi Domini) in apertum refero hunc Libellum pusillum, atque vestrum adeo celebre Nomen fronti inscriptum præ se ferre gestare, censeo, ne omni prorsus videatur viduari fulcimine, dum in eo Antiquissimæ vestræ Bergomensis *Civitatis Ecclesiæ Episcoporum Series diffusissimè præmonstratur. Siquidem notissima hujus vestræ Patriæ gloria, decus, & splendor, ipsam, (qua tument) superbiam, laudabilem reddunt, hæc omnia etiam suum fortunantur exordium talis existimationis ab Insulis. Quomodocumque sit tamen; esto primam ejus fundationem nescire multi Auctores testentur, ac suam omnimode latere originem fateantur, nihilominus sedem virtutum affirmant semper constitutam fuisse. Neque dubitandum hoc est, & si non sit, qui valeat in tam longo cursu temporis fontem, à quo Unda* Bergomen. *Civitatis effluxerit inspicere, quis inquam ipsius Cursum per tot Principum Dominia, per tot Regum, Imperatorumve jure absque exanimatione prosequi possit? Attamen si Corpus sub lumine sine umbra non ambulat, sic hæreditario Episcoporum suorum absque lumine tali ipsa elucere non posset. Et sane vestris non ne oculis obversantur in dies gloriosa Illustrissimi Episcopi vestri* Danielis Justiniani *gesta, ac celsitudo meritorum suorum, quorum de Causa* Venetias *Consilio permuniit, totam* Bergomensem *Diœcesem sapientia insignivit, singularique Virtutum genere condecoravit? Quid enim sublimius ad gloriam sperare jam poterat? elucens ad pietatem, undique suæ bonitatis suffundens effectus viventium errores evellens exemplo. Cultus in Ecclesiam, Zelus in omnes, cuicumque per hunc clare patet: Igitur ab oculis benignitatis vestræ hoc ne dispellatis munusculum, sed hilari vultu ipsum vestra beneficentia conspergite.*

Humillimus, ac Obsequentiss. Servus.

F. Vincentius Coronelli.



VIN-



1 # VINCENTII CORONELLI RERUM ET TEMPORUM ECCLESIÆ BERGOMENSIS SYNOPSIS.

Antiquit. Bergom.



Ergomum Insubriæ, sive
Galliæ Transpadanæ Ur-
bem antiquissimam esse,
& nostri, & *Romani* æ-
vi Auctores testantur;
nam, & *Porcius Cato* de
originibus, & *Plinius*
ejus initia ad *Orobios* re-
ferentes, primam funda-
tionem ignorare fatentur.
Certe antiquissimus ortus est, quia dubius, &
vera antiquitatis nobilitas, quæ originem nescit.
Non desunt, qui à *Troianis*, & *Henetis*, & *Per-*
2 *gamensibus Græcis* erecta Urbis Pergama velint: Alii,
Trogum Pompejum, & *Justinum* secuti, *Brennum*
Senonum Gallorum Ducem Urbis conditorem
faciunt, quem melius amplificatorem dixissent.
Frequentior Scriptorum sensus *Bergomensem* ori-
ginem à *Græcis* repetit, qui ducentis annis ante
Trojanum excidium, *Tyrreno* Duce *Italiam* in-
gressi, universam pene, ut *Livius*, & *Strabo*
enarrant, Coloniis implevere. Ab his *Tusci*, sive
Hetrusci, & præsertim *Orobii*, qui hæc tenuere
loca, & à quibus *Barra* oppidum conditum tra-
ditur, & cujus nunc vetustissima vestigia *Bar-*
rianus vicus servat, à quo *Bergomates* emanarunt,
orti sunt. Paruit post *Græcam*, & *Tuscam* gen-
tem *Gallis*, intra fines *Cisalpinæ Galliæ*, habita
usque ad *Cornelium Lentulum*, & *Fulvium Flac-*
cum Consules, ante Christi Domini ortum 274,
quibus primus de *Insubribus* triumphus fuit; in-
de sub *Romanis* ad municipii dignitatem evecta
3 permissa est suis legibus vivere, & propriis De-
curionibus regi. Ruente *Romana* libertate in *Cæ-*
sarum ditionem venit, & *Probi* Imperatoris re-
scripto æræ Christianæ anno 280, Crotacio *Ber-*
gomensi Viro illustri, sub Ducali dignitate con-
cessa *Venetæ* provinciæ, & usque ad *Pannonios*
fines Metropolis fuit. Successit *Crotacio* in Urbis
regimine *Lupus* ob Christianam religionem Di-
vus habitus, eique Sanctissima filia *Grata*, & post
eam socia *Hesteria*, sive *Asteria* virgo, & martyr.
Vices *Romani* Imperii passa usque ad Seniorem
Theodosium in regnorum divortio *Honorio* cessit,
& in occidentalium Cæsarum regimine usque ad
Augustulum fuit. Inde *Athilæ*, & *Hunnorum* di-
reptionibus, *Vandalorum*, & *Alanorum* rapinis
agitata *Theodoricum* Ostrogothorum Regem ha-
buit, donec expirante *Gothorum* regno *Justinia-*
ni legislatoris armis, *Narsetis* dolo turbata pace,
4 *Alboini*, & *Longobardorum* in jus venit. Proprios
aliquot Duces *Longobardæ* gentis habuit, quous-
que, extincto per *Carolum* Magnum *Desiderio*

A Rege, iterum in Occidentali *Galloromano* impe-
rio fuit, & subinde *Berengariis*, *Ottonibus*, *Hen-*
ricis, reliquisque *Teutonicis* Cæsaribus paruit, ad-
ministrantibus plerumque Vicario Imperii nomi-
ne titulo comitatus, & jure cudendæ monetæ
Bergomensibus Episcopis, urbis regimen. Seculo
decimo tertio reparatæ salutis sub Pontificatu *In-*
nocentii Quarti in ditione Pontificia numerabatur,
donec jure feudali *Turrianis Mediolanensibus* con-
cessa, inde *Vicecomitibus*, tandem uti portum tran-
quillitatis suæ anno 1428, Serenissimæ *Venetæ*
Reipublicæ pacatissimum subiit, perpetuumque
desiderat dominatum.
B Religionis initia Civitatis *Bergomensis* Apostolis
coæva sunt, utpote, quæ ad annum Christi quin-
quagesimum quintum spectant. Quo tempore,
Claudii imperantis nono, *Romam* ingressus Apo- 5
stolus *Barnabas*, juxta supputationem *Baronii* in A. C. 55. S. Barnabas.
notis ad Martyrologium *Italiam* peragravit, &
post *Mediolanensem* sedem erectam, una cum *Ca-*
jo Romano, & *Anatalone* Græco *Bergomi* sparsit
Evangelii semina, quæ statim in *Narno* Cive, & Narnus primus Episcopus.
Protoepiscopo *Bergomensi* fructum attulere cente-
simum. Erexit *Narnus* Apostolorum Principi pri-
mam Ecclesiam, quæ usque ad initia sæculi de-
cimi sexti stetit in cæmeterio infra dicendæ Ca-
C thedralis Sancti *Alexandri* in Suburbio Canali.
Narno successit *Viator* Brixiensis ab Episcopatu II. Viator.
Brixiensi ad hanc Sedem translatus, post quem *Ro-* III.
mulus Fæsulanus curam suscepit brevi deponendam, Romulus.
dum rediens ad *Fæsulanam* antiquam sedem mar-
tyrio coronatus interiit. Furentibus Ethnicorum
persecutionibus *Domitiani*, *Trajani*, *Antonini*,
Severi, *Maximini*, *Decii*, *Valeriani*, & *Aureliani*,
per ferme duo sæcula percussis pastoribus disper-
sus vagabatur Christianus Grex, cum Vices E- 6
piscopi gessit *Alexander Thebanus* Tribunus, & Vexil- Post annos
lifer *Thebeæ* legionis, qui à *Sedunensi* cæde dila- 200.
D psus post carcerem *Mediolanensem*, superato sicco Alexander Thebanus.
vestigio *Abduæ* fluminis vado, antiquam Chri-
stianam pietatem, & religionem excitavit, & re-
vocatis ab Idolorum cultu Civitatis primoribus
Firmo, *Rustico*, *Domneone*, *Domnone*, & *Euse-*
bia, confirmatisque antiquis Christicolis, & præ-
cipue *Projectitio*, *Grata*, & *Hesteria*, nobili
martyrio, Decreto *Maximiani Herculei*, ante sta-
tuam *Crotacii* in Divos gentilium superstitione
relati, sublatis sacris Venerandi Corporis memo-
riis Civitatem decoravit; & post eum inique tor-
ti *Firmus*, & *Rusticus* Veronæ, *Domno*, *Domneo*,
E & *Eusebia*, una cum *Projectitio*, & *Hesteria Ber-*
gomi, non eodem tempore, sed sub eadem *Ma-*
ximiani persecutione, quæ usque ad *Constantinum*

7 virus effudit, consumpti sunt. Hinc amor, &
veneratio nomini *Alexandri*, cui reparatæ fidei
decus universa Civitas detulit, promovente *Gra-
ta* Ducis *Lupi* filia, quæ Patrem, Matremque
genuit Christo, & ad martyris *Alexandri* sepul-
crum insigne excitavit ejus nomini Ecclesiam in
suprema Collis parte, quo Civitas eminet, ubi
vocant *Borgo Canale*. In hac uti Ecclesia Cathe-
drali præside *Projectitio* primo Archidiacono, &
martyre fundatum initio quarti sæculi Capitulum
quadraginta Canonicorum, quod postea per Di-
Circ. A. 310. vum *Joannem* Episcopum, & martyrem ad nu-
merum quadraginta quatuor numerato Archidiaco-
no, Præposito, & Archipresbytero dignitatibus,
crevit, & perpetua successione ad hæc usque
tempora perduravit, antiquissima fundatione ante
ipsa capitula Patriarchalia *Romana*, census uberta-
te, insigni numero, & *Romanæ* Sedis, Cæsa-
rumque privilegiis spectabile. Ecclesia ipsa Ma-
8 trix Divi *Alexandri* sola Pontificalis fuit Episco-
pi, & Capituli sedes, eo venerabilior, quo san-
guine Archidiaconi Divi *Jacobi*, & totius Capi-
tuli *Canonicorum* quadraginta, circa salutis annum
380. *Arianorum* irruptione truncatorum illustra-
batur, cum anno 908. Beatus *Adalbertus* S.R.E.
Cardinalis, ipsiusque Sedis Antistes, considerans
Ecclesiam ipsam situ infrequenti assurgentem, &
in extrema Suburbii potius, quam Urbis parte,
Clero, populoque suo commodum duxit, Æ-
dem Divæ *Agnetis* in Civitatis Umbilico sacram,
Divo Levitæ, & martyri *Vincentio* inaugurare,
& in novam Cathedralem, & Commatricem
construere, quod & dicto anno complevit, &
præstitit translata ad ipsam novam Divi *Vincentii*
Concathedralem magna capituli parte, nempe
Archidiacono, Archipresbytero, & 24 Canoni-
cis ex prædicto Capitulo, & assignato Canoni-
cæ claustro, prædiisque ad alimenta. Labentibus
9 sæculis Concathedrales ipsæ, & privilegiis, &
bonis adolevere; & præcipue usque ad initia un-
decimi sæculi post Christum natum, quo, solu-
ta regulari convivendi consuetudine, Canonici
utriusque Concathedralis morem Ecclesiarum
Germaniæ secuti, de quo mentio apud Trithemium
in Chronico Hirsaugiæ anno 775. extra claustra ha-
bitare ceperunt, & suadente diabolo invicem sæ-
pius rixati de præeminentiis utriusque Ecclesiæ,
subsellia judicum Legatorum Apostolicorum,
ipsorumque Pontificum sæpissime adiverunt,
quorum rescriptis, mandatis, sententiis Archivia
capitularia redundant. Anno 1561. insigni muni-
tione cincta novis propugnaculis civitas jussu Se-
renissimæ Reipublicæ deflevit dirutionem ipsius
antiquæ Matricis S. *Alexandri*, quare pia cura
Federici Cornelii, tunc *Bergomensis* Antistitis, po-
stea vero S. R. E. Cardinalis Episcopi *Patavini*,
10 inita fuit concordia inter utriusque Cathedralis
Canonicos, cujus summa erat, ut census utrius-
que Capituli regeretur a suis Canonicis imper-
mixte, ut Canonicis S. *Alexandri* juxta Breve *Pii
IV.* sexto Idus Decembris 1561. eisdem concessi
fas esset residere unito Choro cum Canonicis S.
Vincentii, ibique translata corpora S. *Alexandri*,
aliorumque Sanctorum retinere, donec aliam Ec-
clesiam Sancto Protectori *Alexandro* extruerent
honoribus, & privilegiis antiquæ Basilicæ inte-
grè auctoritate Apostolica substitutam. Nunquam
tamen cessatum esset à litibus inter utrumque Ca-
nonicorum Collegium, etiam sub eodem tecto
Sancti *Vincentii* commorantium, nisi, quod irri-
to conatu tentaverant anno 1190. *Clemens* Papa
III. & Sanctus *Carolus* Archiep. Med. S. R. E.
Cardinalis cum potestate Legati de Latere Eccle-
siam ipsam, & Urbem visitans anno 1575, tot-
que à tempore *Clementis* III. *Bergomenses* Præ-

A sules, usque ad præsens, feliciter Deo dante ob- 11
tinuisset Illustrissimus, & Reverendissimus Do-
minus *Daniel Justinianus* modernus Episcopus,
qui compositis Capitularium animis, suppressa di-
visione, ex titulo Concathedralitatis Sancti *Vin-
centii*, Capitulum ex utroque Collegio in uni-
cum, sub sola antiqua nuncupatione S. *Alexandri*
restituit, pro ut erat ante Beatum *Adalbertum
Carimalum*, & Ecclesiam S. *Vincentii* sub solo
originario titulo S. *Alexandri* consecravit, ejus-
que novam, & insignem fabricam, posito 23 Ju-
nii 1689. primo lapide, ope, consilio, pecunia
promovit, obtenta super hac omnium discordia-
B rum extinctione, unione, & intitulatione, Apo-
stolica confirmatione *Innocentii XI.* æternæ me-
moriæ Pontificis, sub data *Romæ* 2. Junii 1688.
Capitulum itaque tres habet dignitates, Primam
Archidiaconi, secundam Præpositi, tertiam Ar-
chipresbyteri, præterea officium Primicerii, &
Cantoris, & Cimiliarchæ, quo vocabulo antiqua 12
Capituli instrumenta sæpius utuntur ad signifi-
candos Canonicos Archivio præfectos. Intersunt
Choro Canonici cum usu Cappæ violaceæ, &
Capitulo inserviunt duo Sacristæ, sex Custodes,
duodecim Residentes Capellani, & Chorum
C ipsum Seminarium nonaginta, & amplius Cleri-
corum illustrat. Servat Cathedralis ipsa sacra Li-
psana corporis, & capitis S. *Alexandri* titularis,
& primi Urbis Patroni, sacra corpora Sanctorum
Firmi, & *Rustici* martyrum, de quorum identi-
tate, & existentia judicatum fuit à sacra Congre-
gatione Rituum, referente Eminentissimo *Roberto
Bellarmino* Cardinali die 17 Septembris 1611, qui-
buscum colitur etiam corpus Sancti *Proculi* Vero-
nensis Episcopi, & Confessoris, insuper corpora,
Sancti *Narni*, Sancti *Viatoris* Episcoporum, Sancti
Joannis Episcopi, & martyris, Sanctæ *Hesteriæ*
virginis, & martyris, quorum memorias *Mar-
D tyrologium Romanum* suis locis refert. Ibidem 13
conduntur corpora *Sancti Projectitii* primi Ar-
chidiaconi, & martyris, & Sancti *Jacobi* alterius
Archidiaconi cum 40. Canonicis, de quibus su-
pra, ab *Arianis* in Ecclesia Sancti *Alexandri* no-
bili martyrio consumpti; quorum nomina, licet
Martyrologium Romanum taceat, historiam, & res
gestas anniversario officio, & sacra Liturgia Ec-
clesiæ, & universo Clero *Bergomen.* coli concessit
Sixtus Papa *V.* 14. Kalend. Julii 1587. & lectio-
nes proprias, ab eodem Cardinali *Bellarmino* re-
cognitas, tradidit Sacra Rituum Congregatio die
E 23 Augusti 1614, una cum officio simili Sancti *Lupi*
Ducis *Bergomen.* & Sanctæ *Adeleidæ* ejus uxoris,
& S. *Domnonis* nepotis, de quibus idem pro Ec-
clesia *Bergomensi* Sanctæ Sedis Apostolicæ privi-
legium, & judicium. Sunt præterea in Paro-
chiali Sancti *Andreæ* Civitatis *Bergomi* sacri cine-
res Sanctorum martyrum Sancti *Domneonis* avi,
& Sanctæ *Eusebiæ* nepotis virginis, & in Eccle- 14
sia Monialium Sanctæ *Gratæ* viduæ simul, &
virginis *Bergomi* Ducissæ à viro intactæ corpus,
de quibus Martyrologium *Romanum*.

Ædes sacræ Tribules, quas Parochias vocant, Parochiæ 13 in Urbe 276 in Diœcesi
tredecim sunt in Urbe, & Suburbiis, in Diœ-
F cesi vero 276. quas inter multæ olim Collegiis
Canonicorum insignes, nempe in Monte *Misma*,
in Oppido *Cluxioni*, *Nimbri*, *Leminis*, *Terni*,
Telgati, *Caleppii*, *Ghisalbæ*, quæ temporum in-
juria amissis Canonicatibus ad statum simplicium
beneficiorum ex abusu, vel redituum tenuitate
redactis, vix in Parochis, & Rectoribus retinent
nomina Archipresbyteri, vel Præpositi, priscæ
dignitatis umbram, vel sonum. Sunt in Urbe
Hospitale Sancti *Marci*, & Consortium Miseri-
cordiæ cum regimine Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ
Majoris*, pauperum alimoniis, aliisque pietatis
ope-

operibus pingui censu institutorum, ipsaque
15 Ecclesia S. *Mariæ Majoris* picturis, structura, & sacræ supellectilis amplitudine conspicua, Cœnobia Monachorum *Cassinensium* in Diœcesi duo, *Vall'umbrosanorum* prope Civitatem unum, *Lateranensium* pariter unum, *Franciscanorum* Conventualium in Civitate unum, *Observantium* duo in Suburbiis, in Diœcesi octo, *Carmelitarum* in Civitate unum, in Diœcesi tria, *Servitarum* in Suburbiis unum, in Diœcesi duo, *Prædicatorum* in Suburbiis unum, in Diœcesi unum, *Theatinorum* unum in Civitate, *Minimorum* unum in Suburbiis, *Capucinorum* in Suburbiis unum, in Diœcesi sex, *Augustinianorum* in Civitate unum, in Diœcesi tria, *Somaschorum* unum in Suburbiis, & *Franciscanorum* tertii Ordinis prope Civitatem unum. Collegia Fœminarum voluntaria Collegialitate viventium in Civitate, & Suburbiis sex, Asceteria Monialium in Civitate, &
16 Suburbiis decem, in Diœcesi vero sex, ex quibus tria subduntur Regularibus, reliqua omnia Episcopalis juris sunt. Sunt præterea Montes Frumentarius, & Pietatis, sive Pignorum, aliusque locus, Pietas appellatus, à strenuo exercituum Duce *Bartholomæo Colleono* institutus ad puellas inopes dotandas, nec non Domus Mendicantium, & puellarum periclitantium, & pro Orphanis duæ pro maribus, & pro fœminis, pro stultis alia, & pro mulieribus pœnitentibus propria, quam dicunt Convertitarum. Diœcesis tota dividitur in triginta tres Vicarias, quibus subduntur omnes Parochiæ; & numerus incolarum Civitatis, & Suburbiorum ascendit ad viginti quinque millia, & sexcentos, Diœcesis vero solius ad centum quinquaginta mille; Si vero consideretur Civitas, & Diœcesis, una cum tota latitudine agri *Bergomensis*, etiam qua parte spectat ad Diœcesim *Mediolanensem*, *Brixiensem*, & *Cremonensem* conflat numerum incolarum centum octua-
17 ginta octo millium; Agri enim *Bergomensis* insignem partem occupat *Mediolanensis* Diœcesis, & *Brixiensis*, & aliquam *Cremonensis*. Contra vero jus habet *Bergomensis* Antistes in loco *Faræ Abduæ* Mediolanensis ditionis, & in Vicaria *Paderni* cum quatuor adjacentibus Parochiis in agro *Cremonensi*, & in Oppido Paratici Brixiensis territorii. Forma *Bergomensis* Diœcesis fere est quadrangula, si demas appendices prædictas *Cremonensem*, & *Mediolanensem*. Longitudo à meridie in Borеam milliaria quinquaginta patet, latitudo vero ab Ortu in Occasum dimidio minus excurrit. Tres ejus partes occupant colles primum; deinde montes, postremo *Alpes Rhetis* finitimæ, quartam partem australem strata ante urbem planities complectitur. Episcopatus soli Archiepiscopali *Mediolanensi* fuit, & est Suffraganeus, semperque à sui Ortu *Romanæ* Sedi conjunctissimus, nunquam admisit hæreses sibi in cohærente *Rhe-*
18 *tia* bacchantes, nec usquam legas Ecclesiam *Bergomensem* unquam adhæsisse Schismaticis Pontificibus, etiam cum *Mediolanensis* Metropolis in *Angilberto* Archiepiscopo suo anno 827. obedientiam Apostolicæ Cathedræ ejuravit, producta ad ducentos subinde annos contumacia, de qua Puteanus *in Historia Insubrica lib.* IV. *Baronius* anno 1059. *Sigonius lib.* V. anno 844. *Tristanus*, *Petrus Damianus*, & alii cum Thesauro in Regno *Italiæ* in vita Henrici Claudi, *Ughelius* tom. 4. in Archiepiscopis Mediolanensibus, ubi de *Anguilberto Pusterla*, & alii, & tamen dum Archipræsules Schismatici occupabant Mediolanensem, *Bergomensem* regebant diligentissimi Præsules *Aginus*, *Tachipaldus*, *Garibaldus*, *Ambrosius primus*, *Recho*, *Beatus Adalbertus Carimalus* S. R. E. Cardinalis, *Odoricus*, & *Azo*, quorum memoria

Incolæ Civitatis 25600 Diœcesis 156000

Sed in toto Agro Bergomensi 188900

Figura Bergomensis Diœcesis. Longitudo, & latitudo.

Suffraganeus Archiepisc. Mediol.

A est in benedictione. Episcopalem *Bergomensem* Sedem, Capitulum, & Ecclesiam Cathedralem Pontifices, & Imperatores plurimis gratiis, & 19
privilegiis ornarunt, quæ tum ex Capitulari Archivio, tum etiam ex Episcopalis mensæ libro *Barotio* suis temporibus in sequenti Præsulum serie proferemus. Episcopatus taxatur in libris Apostolicæ Cameræ in summa septingentorum florenorum, cum vere ascendat cura, & impendio Illustriss. & Reverendiss. *Justiniani* ad tria millia scuta auri reditus annui, & potior pars bonorum, tam Mensæ Episcopalis, quam Capitularis ex donariis, & liberalitate Regum *Longobardorum*, & deinde Cæsarum *Germanicorum* profecta cernitur in infra citandis privilegiis, & diplomatibus. Literariæ Reipublicæ magnum dedere incrementum *Bergomensis* patriæ filii *Ambrosius Calepinus*, *Petrus Maffejus*, *Petrus Bongus Canonicus*, *Joannes Philippus Forestus*, *Torquatus Tassus*, *Albericus Roxiatus*, aliique frequentes. Cardinalium Collegium obtinuere, præ- 20
ter antiquum *B. Adalbertum*, à Sancto *Cœlestino Quinto*, *Gulielmus Longus Bergomensis* magni nominis vir anno 1294; à Beato *Pio Quinto* Jo. Hieronymus Albanus 1570; & à tertio Pontificatus anno *Gregorii Decimi* 1273. usque ad finem Pontificatus *Joannis XXI*; nempe ad annum 1277. sub quatuor Pontificibus fuit Viceccancellarius S. R. E. Magister *Lanfrancus de Trescurio* Oppido *Bergomensi* Cathedralis Patriæ, & *Ticinensis* Archidiaconus, de quo *Ciaconius* Tomo secundo, ejusque pietatis memorias servat antiquus Codex anniversariorum in Tabulario Capituli *Bergomensis*, sub die 4 Julii: Alios plurimos Episcopos tum *Bergomensis*, tum aliarum Ecclesiarum, & prisca, & nostra ætas habuit natu *Bergomenses*, & plurimos S. R. E. Cardinales, qui licet *Bergomi* non sint orti, tamen ex familiis *Bergomensis* Agri originariis emanarunt.

Episcopatus *Bergomensis* ab ipsa sui fundatione 21
à quocunque jure patronatus liber fuit, & Præsules *Bergomenses* à Capitulo Cathedralis electi leguntur juxta antiquos Canones usque ad annum 1296, Quo auctoritate *Bonifacii* Papæ *Octavi* institutus fuit *Joannes* hujus nominis *quartus* ex Canonico Cathedralis, & familia Scancia *Bergomensi*, à quo tempore cessavit potestas Capituli ob Pontificias reservationes, de quibus in cap. *Si eo Bonifacii Octavi* de electione in sexto, & in extravaganti ad regimen 1335. *Benedicti Duodecimi*, de quibus, & earum justis causis late *Barbosa* de potestate Episcopi par. I. tit. I. cap. 3. n. 27. Et *Ughelius* de Ecclesia *Bergomensi* in Italia sacra tom. 4. fol. 679. Insignia, sive stemma, & sigillum *Bergomensis* Capituli est imago equestris divi Titularis *Alexandri* cum vexillo liliato. Curia Episcopalis proprium non habet stemma, sed utitur Gentilitiis Episcoporum. Titulus Comitatus Episcopo *Bergomensi* in usu est à pluribus sæculis, tum ex antiquo Cæsarum feudo, tum ex concesso urbis dominio, rescripto *Arnulphi* Regis 22
890; & *Rodulphi* Burgundiæ Regis dato *Ticini* 3 Decembris 922. & *Ottonis primi* Imperatoris 967. & *Ottonis secundi* 973. & *Federici Ænobarbi* 1156. cum jure cudendæ monetæ. Quæ omnia tum tabularium Capituli, tum liber censualis Barotius Mensæ Episcopalis autentice servant. Accessit peculiaris hæreditas ex asse *Attonis*, & *Ferlindæ* Comitum Oppidi *Leminis*, qui ex *Leuca* familia ortus, una cum uxore *Ferlinda* jura sua feudalia Episcopatui *Bergomensi*, & Cathedrali Sancti *Alexandri* anno salutis 975. legavit, confirmante *Henrico primo* Imperatore anno 1015. & Rege *Conrado* anno 1206. Hæc dominia expirarunt emptione Comitatus *Morenghi*, & *Carpineti* ex se-

Taxa flor. 700.

Capitulum eligebat Episc. usque ad annum 1296

Stemma Capituli. Episc. gaudet Tit. Comitis cum potestate gladii, & jure cudendæ monetæ.

V. Coronellus. A 2 misse

misse cum Procuratoribus Divi *Marci*, confir- A
mante Sanctissimo *Pio* Papa *Secundo* anno 1457;
23 collata ad id pecunia ab incolis Oppidi *Leminis*,
ex quo factum est consentiente Serenissima *Vene-*
ta Republica, ut ad hunc usque diem Comitatus
titulo, & pleno regiminis jure Episcopus *Bergo-*
mensis, una cum familia *Jovanella* Patricia *Vene-*
ta, quæ Procuratoribus Divi *Marci* successit,
Prætorem eligat pro Oppido *Morengho*, & *Car-*
pineto ad jus dicendum tam in causis sanguinis,
quam civilibus. His per compendium de statu,
& dignitate *Ecclesiæ Bergomen.* libatis, Episco-
porum series quotquot ex antiquitatis sinu erui
potuere succedat. B

Series Episcop. Bergom.

S. Narnus I. Ep. Berg.

Primus Sanctus Narnus, origine *Bergomensis*,
ab Apostolo *Barnaba* ordinatus, qui post indefes-
sam prædicationem, & primæ Ecclesiæ erectio-
nem sub titulo Principis Apostolorum, & pere-
grinationem *Compostellanam* vigesimo suæ sedis
anno, & salutis septuagesimo quinto die 27. Au-
24 gusti quievit in Domino. Ex ejus calva nitida,
& perennis scaturiebat aqua, quæ religiose epota
ægrotantibus proficiebat usque ad tempus, quo
desiit scribere *Franciscus Bellafinus* Historicus
Bergomensis anno 1515. de aqua prædicta mira-
bili recentior memoria habetur in instrumento C
translationis reliquiarum ad Ecclesiam Sancti
Vincentii ob dirutionem antiquæ Sancti *Alexan-*
dri 1561; Quod legitur penes *Ughelium* sub *Fe-*
derico Cornelio Episcopo *Bergomen.* in Italia sacra
tom. 4. fol. 709. ubi de Sarcophago Divi *Narni*
aperto refert his verbis. *In eo erant aquæ limpidæ*
onciarum trium, & ossa humani corporis disjuncta
quidem inter se, & perforata calvaria, cæterum
quasi per articulorum ordinem adjacentia, aqua cir-
cumfossa. Celebratur ejus officium sub ritu dupli-
ci die 27. Augusti.

S. Viator II. Ep. Bergom.

II. *Sanctus Viator* Brixiensis Sancti *Narni* di-
scipulus post *Brixiensis* Urbis Episcopale regimen D
translatus ad *Bergomensem* Sedem post tredecim à
25 translatione annos Sanctissimi obiit 19. Kal. Ja-
nuarii, quo die solemni duplicis ritus officio, co-
litur.

S. Romulus III. Ep Berg.

III. *Sanctus Romulus* Episcopus Fæsulanus Pa-
tricius Romanus, & Sancti *Petri* Apostoli disci-
pulus, qui *Bergomi* per annum, & dimidium E-
piscopale regimen administravit, duos mortuos
suscitavit, languores curavit, multosque ab Ido-
lorum cultu abegit, sed anno salutis 91. Angeli
monitu ad antiquam *Fæsulanam* Sedem revocatus,
ibi martyr occubuit.

Durantibus Cæsarum repetitis in Christianos E
cædibus mansit *Bergomensis* Vinea sine Rectore,
aut si habuit, nomina, & res gestas nostra vel
Patrum ætas ignorat, cum hoc unum constet,
quod anno 290. primus legionis *Thebanæ* signifer
Alexander sacris imbutus à *Zabda* Episcopo *Hie-*
rosolymitano, & confirmatus *Romæ* à Marcellino
Pontifice, in *Sedunis* cum Duce *Mauritio* pro
Religione Christiana, *Maximiani Herculei* jussis
26 contemptis, intrepide stetit, & à sociorum de-
creta cæde dilapsus *Mediolani* captus in carcere
Zebedeo detentus, à *Materno* Mediolanensi Præ-
sule visitatus, indeque post flagra, & tormenta à F
conversis lictoribus ereptus, superato sicco pede
ad *Faram* Oppidum Abduæ flumine, *Bergomum*
venit, ubi post Evangelii prædicationem duode-
viginti diebus productam, nobili martyrio Chri-
stianam religionem erexit, & in discipulorum am-
pla segete mire propagavit. An Divus *Alexander*,
Urbis primus Patronus Episcopis *Bergomensibus*
adnumerandus sit certant auctores, certiorem ve-
ro sensum sequuntur, qui narrant, eum è car-
cere *Mediolanensi* ad *Bergomensem* Ecclesiam à
Materno Archipræsule directum, tunc quoque

Episcopum electum fuisse, non tamen ritu sole-
mni inauguratum, cui adstipulatur officium ejus-
dem Sancti *Alexandri* Sanctæ sedis oraculo com-
probatum, ubi expresse notatur, Divum *Ale-*
xandrum vices Episcopi strenue executum, & 27
antiqua Divum pingendi ratio in habitu equestri,
non Pontificali. De electione prædicta in Epi-
scopum *Bergomensem* plura sunt testimonia, pon-
derosius vero *B. Pinamontis* discipuli Sancti *Do-*
minici, antiquam, & suo tempore vigentem re-
ferentis de tali electione sententiam. Post coro-
nam triumphatori *Alexandro* donatam curam *Ber-*
gomensis Ecclesiæ suscepere Protoarchidiaconus
Projectitius promovente Christianam rem *Grata*,
Lupo, *Adleida*, & *Helleria*, totoque Canonico-
rum Capitulo in æde Principe, *Alexandri* nomi-
ne sacra, per *Projectitium* instituto. Sublato per-
secutoris ense, & martyrum albo conscripto ipso-
met *Projectitio*, nullus legitur Ecclesiæ admini-
strator usque ad annum Domini 360; quo emer-
sit *Jacobus* Archidiaconus è *Saulo* factus *Paulus*,
& ex Ethnico factus Ecclesiastes, sive, ut alii
scripsere ex *Ariano* factus Catholicus, Episcopa-
les vices gessit, quo tempore, & ipsa *Mediola-* 28
nensis Metropolis *Auxentium Arianum* Archiepi-
scopum tolerabat cogente *Constantino* hæretico
Cæsare. Hujus ætate contigit memoranda cædes
quadraginta Canonicorum sacræ Psalmodiæ in
Cathedrali Divi *Alexandri* vacantium, quos in-
trepidos *Ariani* milites edictis *Constantii*, & *Ju-*
stinæ Cæsarum in Catholicos grassantium, nemi-
ne fugiente, aut quærente latebras, martyrio
candidarunt; quo mortis genere, & ipse Archi-
diaconus *Jacobus* post restauratum novo Clerico-
rum delectu Capitulum è suggesto præceps da-
tus absumptus est anno 380. Pacato, electione
Divi *Ambrosii* Mediolanensis Archipræsulis Ec-
clesiæ statu in *Insubribus*, Urbem invisit Beata
Maxentia, & tres ejus filii *Romani* Cives, *Vi-*
gilius, *Claudianus*, & *Maorianus*, quorum opera
religio propagata, & propulsata legitur *Ariana*
lues, memoriasque hucusque servat collis proxi-
mus urbi Divi *Vigilii* nomine, & æde celebris. 29

IV. A Divo *Ambrosio* ordinatus Episcopus
Bergomensis legitur nomine *Dominator*, qui de- Dominator IV.
fiit circa annum Domini 400. Ejus antiquam Ep. Berg.
imaginem servabat Chorus Matricis Ecclesiæ
Sancti *Alexandri* solo æquatæ anno 1561.

V. *Stephanus*, cujus similis stabat imago in Steph. V.
dicta Ecclesia. Ep. Berg.

VI. *Præstantius* (non *Projectitius* ut scripsit Præstantius VI.
Ughelius *in Italia sacra*) interfuit Provinciali Ep. Berg.
Synodo Sancti *Leonis* Papæ decreto, coactæ ab
Eusebio Mediolanensi, & in calce Epistolæ Sy-
nodicæ in loco post Archiepiscopum, & Suffra-
ganeos ordinationis suæ subscripsit. *Ego Præstan-*
tius Episcopus Ecclesiæ Bergomatis, in omnia su-
prascripta consensi, & subscripsi anathema dicens
his, qui de Incarnationis Dominicæ Sacramento im-
pia senserunt. Vixit temporibus *Chalcedonensis Con-*
cilii contra *Eutychem* sub *Martiano*, & *Pulche-* 30
ria Augustis, anno Christi 452, eamque Syno-
dicam Epistolam cum subscriptione *Præstantii*
legere est penes Labbeum in *collectione maxima*
Conciliorum tom. 3. *fol.* 1336.

VII. *Claudianus*, cujus nomen, & imaginem Cho-
rus antiquæ Ecclesiæ Sancti *Alexandri* servabat.

VIII. *Laurentius* interfuit sextæ Synodo habitæ
Romæ à *Simmaco* Papa Kal. Octobris anno Domini
504. sub *Theodorico* Rege, ubi de custodia elee-
mosynarum, & bonorum Ecclesiæ, aliisque Cle-
ri reformationibus decretum est. Signavit his ver-
bis sexagesimo quarto loco post Pontificem. *Lau-*
rentius Bergomas, & secundum aliorum lectio-
nem *Laurus Bergomas*. Acta cum dictis subscri-
ptio-

ptionibus refert in collectione Conciliorum *Labbeus* tom. 4. fol. 1378.

IX. *Joannes* primus obiit anno 556; quem ex antiquo epitaphio martyrio coronatum vult patrius
31 historicus *Cœlestinus*, sed ex ejusdem lapidis recta interpretatione negat *Ughelius*. Rexit Ecclesiam longo tempore, cum vixerit argumento dicti epitaphii ætate supra sæculum.

X. *Simplicianus*) Quorum nuda nomina silen-
XI. *Babianus*) tibus historiis servavit cum
XII. *Quintianus*) eorum iconibus antiqua Ecclesia Cathedralis Sancti *Alexandri* diruta anno. 1561.

XIII. Divus *Joannes* secundus Martyr, civis, & Canonicus *Bergomensis*, consecratus à *Joanne Bono* Archiepiscopo *Mediolanensi*, aut secundum ‡quos ab Asterio Archipræsule *Mediolani*. Sedit annis 29. occisus pro Catholica fide in ipso Templo Divi *Alexandri* ab *Alachide* Duce *Longobardo* Tridentinorum Ariano, ob exquisitum in eum odium, eo quod invictus pugil cum Archiepiscopo Mediolanensi utroque gladio contra Arianos sem-
32 per pugnavit. Martyrium ejus incidisse in annum 683, alii supputant in annum 692. ex variis patriæ memoriis. Viri sanctitas, & doctrina penes Patrios, & exteros auctores insignis est, de qua ultra Martyrologium *Romanum*, & *Ughelium*, & auctores *Bergomenses* multa sunt elogia, & monumenta *Baronii*, *Galesini*, *Genebrardi*, *Platinæ*, *Sigonii*, & *Sabellici*, & ipsius coætanei *Longobardorum* Historiographi Pauli Diaconi *lib.* VI. *cap.* 3. Interfuit *Romano* Concilio anno Domini 680. sub *Agathone* Pontifice *Romano*, ubi primus post *Mansuetum* Archipræsulem *Mediolanensem* subscripsit Decretis fidei contra Monothelitas, his verbis, ut in actis Concilii *Constantinopolitani* tertii sub *Constantino Pogonato* Imperatore, actione quarta in collectione maxima Conciliorum Labbei tom. 6. fol. 700. *Joannes indignus Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Bergomatis in hanc suggestionem, quam pro Apostolica nostra fide unanimiter construximus similiter subscripsi.* Numerum
33 Canonicorum auxit, & Ecclesiæ proventus, ipsumque *Grimoaldum* Longobardorum Regem ex *Ariano* Catholicum fecit, juxta *Sigonium*, & *Baronium* à quo plura reportavit privilegiorum diplomata, & præcipue concessionem Oppidi *Faræ* in agro *Mediolanensi*, & juxta veriorem annorum calculum sedit in Episcopali Cura annis 47. Floruit miraculis, & vivus & post obitum.

XIV. *Beatus Antonius*, Civis *Bergomensis*, sub Divo præceptore, & præcessore educatus Sacerdos, & Canonicus delectus post triumphalem martyrium ejusdem Sancti Præcessoris anno 691 à Capitulo electus, Episcopale onus humiliter suscepit, & difficillimis temporibus administravit, quo tempore *Rotarius* Longobardorum Dux *Bergomensis*, captus ab Ariperto, *Bergomensem* Urbem in ultimas conjecit angustias. Interfuit Beatus Episcopus cum aliis *Insubriæ* Prælatis celebri transla-
34 tioni Sancti *Augustini* Ecclesiæ Doctoris facta *Ticini* jussu *Luitprandi* Regis anno 718, vel juxta alios 734. Pugnavit contra Iconoclastas tunc insurgentes. Ejus motus sanctitate *Cunipertus* Longobardorum Rex *Farense* occupatum Oppidum Divo *Alexandro* restituit. Ædificavit, vel amplificavit ædem in Monte Divo *Vigilio*, Episcopo, & Martyri *Tridentino* sacram, & in optima senectute septuagesimo quinto suæ Sedis anno, & juxta alios sexagesimo septimo anno salutis 758. quievit ætate sæculari in pace, sepultus in Cathedrali Sancti *Alexandri* sub Desiderio novissimo *Longobardorum* Rege, de quo præter patrios Historicos, & *Ughelium* multa affert *Sigonius*, & memorant privilegia, quæ in Tabulario Capituli asservantur *Caroli* Tertii, *Arnulphi*, & *Ludovici* Tertii.

XV. *Aginus Bergomensis* à Capitulo datus Successor Beato *Antonino*, rexit Cathedram annis 58. defunctus 810. Excepit in benedictionibus *Carolum* 35
Magnum sacra Divi *Alexandri* Lipsana visitantem, à quo munera, & privilegia reportavit insignia, quorum syllabum continet diploma *Federici Ænobarbi*, de quo supra. Eo promovente plures Ecclesias tam in Urbe quam in Diœcesi *Caroli* pietas extruxit. Inventas post annos 500. à cæde reliquias Sanctæ *Hesteriæ* Virginis, & Martyris, solemni Cleri, & populi concursu mirabiliter transtulit, & digno posuit Sarcophago in dicta Cathedrali.

XVI. *Tachipaldus Castilioneus* Mediolanensis juxta Ughelium, & alios (*Bergomensem* ex Oppido *Castione* Vallis *Serianæ* vult *Cœlestinus*) à Capitulo electus, sedit annis 45. mortuus 855. quo Pontifice corpora Sanctorum *Firmi*, & *Rustici* Martyrum *Bergomensium*, & *Proculi* Episcopi Veronensis *Bergomum* delata, apud Rivum *Gardelli*, prope Urbem abscondita permanserunt usque ad annum 1156. Quæ de quodam *Grasmun-* 36
do asserto Successore aliquis ex patriis Historicis attexuit, & ex illo exscripsit *Ughelius*, nullo fulciuntur fundamento, & allatum à patrio Historico documentum probat tantum *Ærasmundum* Episcopum titularem obtinuisse beneficium Sancti *Andreæ* Parochialis *Bergomensis*.

XVII. *Agauno*, sive *Haganonus* ab anno 855. usque ad 875. Sedem tenuit. Favit juxta *Anastasii* Bibliothecarii sententiam Regi *Lothario* jura nuptialia violanti contra *Teutpergam* Reginam conjugem pro *Valdrada* pellice, restititque hac de re anathematibus *Nicolai* Papæ *primi*; Verum pœnitentia ductus, & in gratiam sanctæ Sedis receptus contumaciam adeo serio compensavit, ut Reginam ipsam *Teutpergam* regno profugam in Diœcesi receperit, quæ sub disciplina Beati *Alberti* fundatoris Abbatiæ Sancti *Jacobi* de *Pontita* in agro Diœcesis *Bergomensis* tunc viventis, adeo profecit ut neglecta regii nitoris cura pluri- 37
bus ædificiis regia munificentia extructis, & amplissime ditatis, in Monasterio Sancti *Ægidii* de *Funtanella* ejusdem Diœcesis prope *Pontitam* pluribus annis vixerit, & plena meritorum decesserit, ibidem sepulta in arca marmorea Ecclesiæ ipsi Sancti *Ægidii* adhærente, quæ adhuc visitur. Adhæsionem hanc initio schismatis Episcopi *Hagannonis* contra *Teutpergam*, & jussa *Nicolai* Papæ nullus alius auctor retulit, nisi *Cœlestinus* ex *Anastasio*, quam gesta ab ipso *Hagannone*, favore *Teutpergæ* destruunt, & acta integra Conciliabuli *Aquisgranensis*, & *Metensis*, & alia favore *Uldradæ*, quæ leguntur sub anno Domini 860. & 862 in tomo octavo collectionis *Labbeæ* Conciliorum, ubi referuntur nominatim Episcopi congregati, & nulla legitur mentio *Hagannonis* nostri, quem imo sanctissime Episcopatum gessisse
probat *Peregrinus* antiquior auctor *Bergomen.* par- 38
te 1. cap. 15. & consonat Epitaphium ab ipso *Cœlestino* relatum parte ult. lib. XV. cap. 4. in quo juxta verum temporum calculum, ubi notat sedisse annis 30. demenda est decas, & scribi sedisse annis 20.

XVIII. *Garibaldus* ex illustri *Caleppia* familia *Bergomensi* à Capitulo electus circa annum 876. sedit annis septem, circa quod tempus sessionis emendandi sunt auctores patrii, & *Ughelius*, quibus omnibus ignotum fuit, interfuisse *Garibaldum* celebri Synodo *Ravennatensi* coacta à *Joanne Octavo* Pontifice mense Augusti, & secundum aliquos mense Novembris anni 877, cui præsente, & subscribente ipso Summo Pontifice decretis circa

Ecclesiasticam immunitatem restituendam, & de-
fendenda jura usurpata à tyrannis *Augustodu-*
nensis Ecclesiæ, loco quadragesimo septimo sub
signatura Pontificis prædicti, assensit his verbis
Garibaldus Bergomensis Episcopus subscripsi, ut le-
39 gitur in actis ejusdem Concilii penes *Labbeum*
tom. 9 fol. 303. Excepit die 30. Julii 883. *Ca-*
rolum Tertium Imperatorem ex voto Ecclesiam
Sancti *Alexandri* visitantem, qui etiam tribus di-
plomatibus ad ipsius Episcopi, Capituli, & Ec-
clesiæ decus multa largitus est, & de salute mi-
rabiliter recepta ex visitatione dictæ Ecclesiæ te-
status. Concessit Monasterium Sancti *Michaelis*
de Cerete ad flumen *Olii*, quod etiam in centum
libris Olei Capitulo annis singulis fecit perpetuo
vectigale. Extant diplomata ipsa in autographo
sub data ultimæ diei Julii 883. in Archivio Ca-
pitulari, & leguntur impressa penes *Cœlestinum*,
& *Ughelium*.

XIX. *Ambrosius*, primus hujus nominis à Ca-
pitulo electus, sedit anno uno, ejus memoriam
servat liber annualium Capituli Cathedralis.

XX. *Recho* primus anno fere sedit, nec ullo
nomine magis Episcopatus ejus illustris habetur,
quam ex promotione ejus tempore facta ad Ar-
40 chidiaconatum *Bergomensem* Beati, vel Sancti *Adal-*
berti Carimali ex Præposito ejusdem Ecclesiæ,
qui in Episcopatu successit anno 885. juxta ve-
riorum temporum supputationem, ex actis Con-
ciliorum, & diplomatum *Caroli Tertii* Cæsaris,
& *Arnulphi* Regis, de quo infra confirmatam.

XXI. *Beatus*, sive (juxta *Cœlestinum*, & *Ughe-*
lium, & alios) *Sanctus Adalbertus*, sive *Adelber-*
tus, ex nobili, modo extincta, *Carimalorum* fa-
milia *Bergomensi*, ex Canonico, & inde Præpo-
sito, & novissime Archidiacono *Bergomensis* Ca-
thedralis Episcopus a Capitulo electus anno 885.
sedit annis 50. & obiit die 13. Novembris 935.
Ædificavit Ecclesiam Sancti *Vincentii* in solo al-
terius Divæ *Agneti* sacræ anno 886. quam etiam
auctoritate *Stephani Quinti* Pontificis voluit esse
antiquæ Cathedralis Sancti *Alexandri* sociam, &
Concathedralem, & tanquam sitæ in Urbis Um-
41 bilico facillime civibus pervio, & vicino, Archi-
diaconum, Archipresbyterum, & Canonicos vi-
ginti sex ejusdem curæ cultui, & officiis Divi-
nis in ea peragendis addixit. Eidem insigne privi-
legium ab *Arnulpho* Italiæ Rege, sub die prima
Februarii 894. obtinuit, quod cum sigillo ipsius
Regis imaginem referente; ejusque subscriptione
adhuc integre servat Capituli Tabularium. Bona,
& censum ejusdem mirifice auxit, & tandem anno
908. die prima Maji Capitulo consentiente, clau-
strum Canonicæ aggregavit, ut ibidem Archi-
diaconus, Archipresbyter, & Canonici viginti-
quatuor convivent, & residerent, qui retroactis
annis cogebantur post Divina peracta ad Canoni-
cam antiquam Sancti *Alexandri* dietim redire. Hinc
emersit error patriorum Historicorum, ex qui-
bus plures scripserunt, Ecclesiam Sancti *Vincen-*
tii in gratiam *Berengarii* Regis anno 908. ere-
42 ctam fuisse, cum diploma *Arnulphi* prædictum,
aliaque documenta plene evincant, Ecclesiæ fun-
dationem multis retro annis, & ante *Berengarii*
regnum fuisse; & pro auctorum concordia asse-
rendum est, fundatam quidem Ecclesiam anno
886. sed imperfectam adhuc, & sine usu, & do-
minio Canonicæ permansisse, usque ad *Berenga-*
rii tempora, cujus liberalitate, & ipsius *Adalberti*
Præsulis pietate Canonicam mansionem habuit an-
no 908. & quodammodo erectionis suæ perfectio-
nem, ut ex ipso originalis instrumenti donationis
Archetypo in Archivio Capituli existente sub da-
ta prædicta, & ex donatione mercatus, & nun-
dinarum solemnium Sancti *Alexandri* eodem anno

A facta à Rege *Berengario* clare liquet. Summas ca-
lamitates magna pastorali fortitudine perpessus,
Urbem pluries vastatam ab *Ungaris*, ab exercitu
Arnulphi, *Berengarii*, & *Ludovici* Imperatoris Sa-
cro Ecclesiarum Thesauro, proprioque patrimo-
nio restauravit. Antiquam Cathedralem Sancti 43
Alexandri miserè combustam auguste restituit,
confessionem cineribus ipsius Tutelaris Sancti *Ale-*
xandri, nec non Sancti *Narni*, & *Viatoris* con-
dendis sub ipsa reædificata Ecclesia consecravit.
Dominium, & Comitatum Urbis, & Diœcesis Primus Episc. Comes
sibi, & successoribus à Regibus *Italiæ*, & Cæ-
saribus impetravit, & piissime gessit. Plurimas
B Ecclesias dotavit, & ditavit partim a se excitatas,
partim restitutas, quorum omnium recolendas
servat memorias prædictum Archivium in diplo-
mate *Ludovici* Cæsaris 23. Maji 901. & *Beren-*
garii 28. Junii 903. dato *Modoetiæ*, & 16. Apri-
lis 908. & primæ Septembris 915. & *Rodulphi*
Germaniæ Regis dato *Ticini* 3. Decembris 922.
& ex testamento piissimo ejusdem Præsulis anni
929. Evectus legitur ad Cardinalitiam dignitatem
circa annum 900 à Pontifice *Joanne* nono apud 44
plures ex patriis Historicis, & apud *Joannem Phi-*
lippum Novariensem, aliosque, & in antiquissimo
C Calendario Cathedralis *Bergomensis* sub die undeci-
ma Novembris, ipsumque Sanctum vocari pro-
bant, ultra auctores patrios *Galesinus* in Martyro-
logio, *Ughelius*, & tabulæ *Mediolanensis* Ecclesiæ.

XXII. *Recho* Secundus Civis *Bergomensis* à
Capitulo electus anno 935. sedit annis septem, &
decessit anno 942. cujus nulla præter nomen ex-
tat memoria.

XXIII. *Oldericus*, sive *Oderius*, aut *Odericus*
apud patrios auctores: cum tamen dicendus sit
Odelricus, ut constat ex actis Concilii *Ravenna-*
tensis omnino hucusque ipsis auctoribus nostris
ignoti Civis *Bergomensis* à Capitulo electus anno
D 942. sedit annis 26, obiitque gloria pastoralis sol-
licitudinis illustris anno Domini 968. Tanquam
præcipuus inter *Italicos* Antistites adhibitus à
Joanne Papa *Decimo* tertio anno 967. in Concilio
Ravennatensi habito in Ecclesiæ *Ravennæ* Subur- 45
bana Sancti *Severi* Episcopi, præsente ipso Sum-
mo Pontifice, & *Ottone primo* Cæsare præfuit
examini, & processibus causæ *Heroldi* Archiepisco-
pi *Salisburgensis*, ejusque depositioni ex capite læ-
sæ Majestatis, perfidiæ, & hæreseos subscripsit,
& substitutioni *Friderici* in dicto Archiepiscopatu
die septima Calendas Maji. Actis omnibus dicti
Concilii pro reparatione Ecclesiasticæ disciplinæ
E celebrati, & nova erectione *Magdeburgensis* Archie-
piscopatus vigesimo nono loco subscripsit his ver-
bis: *Odelricus Bergomensis Episcopus interfui*, &
subscripsi; ut patet ex Labbeo *Conciliorum tom.*
9. fol. 675. & 678. Præsentiæ Imperatoriæ na-
ctus opportunitatem obtinuit Ecclesiæ suæ quid-
quid *Berengarius* Secundus, ejusque impiissima
Uxor *Uvilla* usurpaverant in præjudicium *Bergo-*
mensis Ecclesiæ, promovente *Adeleida* Augusta,
ut magno ipsius *Odelrici* Elogio testatur diploma
datum *Ravennæ* pridie nonas Aprilis 968. aliud- 46
que ejusdem anni, & dici, quo concessum fuit
F mercatum Sancti *Sisinii* prope Villam de *Pretia-*
to ad utilitatem Ecclesiæ *Sancti Alexandri* celebra-
re, & portum construere super flumen *Olii* ad
Monasterium Sancti *Michaelis*, quæ adhuc inte-
gra servat Tabularium Capituli.

XXIV. *Ghiselbertus* ignotus auctoribus patriis
hoc loco ponitur successor *Odelrici ab Ughelio*,
ejus memoriam eruente ex manuscriptis *Bibliothe-*
cæ Barberinæ, & sententia definitiva quadam *Ot-*
tonis Imperatoris anni 981. ad favorem *Monaste-*
rii Sancti *Vincentii de Vulturno*. Hujus regiminis
tempora demenda sunt successori *Azzoni*, quem
pa-

patrii auctores scribunt sedisse annis triginta, mortuumque anno 997.

XXV. *Azzo Mediolanensis* ex *Vico Vailate* juxta *Ughelium*, & alios, *Bergomensis* vero juxta *Cœ-*
47 *lestinum* ab interitu *Ghiselberti*, de cujus tempore non constat, usque ad annum 995. Episcopatum gessit, & bona amplificavit Ecclesiæ Sancti *Vincentii*. Hujus tempore concessit *Otto Secundus* Imperator prædium in Civitate *Ticinensi* pro accessu ad eam, tunc Regiam urbem, Episcoporum *Bergomensium* diplomate 12. Februarii 980. supplicante *Theophania* Augusta, aliudque quo jura omnia Vallis *Serianæ*, usque ad Cammuniam, *Bergomensi* Episcopo cessit; quæ tam in Tabulario Capituli, quam in Censuali Episcopi *Barotii* Archivii Episcopalis asservantur.

XXVI. *Reginfredus*, cujus patria ignoratur, electus anno *Domini* 995. vixit usque ad annum 1015. donavit Ecclesiæ Sancti *Vincentii* decimas Vinearum circa civitatem, & donationis monumentum manu sua, & Capitularium tunc viventium adhuc extat. Verum, quam initio regiminis pietatem ostentavit ultimis annis fœde obnebulatam reliquit, cum enim attentaret Canonicos
48 Sancti *Vincentii* bonis spoliare, *Theuderulphus* Archidiaconus iter arripuit ad *Henricum* Romanorum Regem, postea coronatum Imperatorem, & Sanctis adscriptum, à quo privilegium impetravit, & bonorum tuitionem, & attentatorum per *Reginfredum* remedium. Extat venerabile Sancti Regis manu firmatum diploma in Capituli Tabulario sub data in Civitate *Magdeburgensi* anni 1013. aliudque ejusdem temporis, scilicet anni 1015. ex Villa *Fasiana* Comitatus *Pisani*, quo piissimus *Henricus* jam Imperator Comitatum *Leminis*, & hæreditatem *Attonis* Comitis, & *Ferlindæ* uxoris, Ecclesiæ *Bergomensi* firmavit. Sed quod damnum edictis Imperatoriis Canonici in temporalibus avertere, passi sunt in spiritualibus majori jactura, Episcopo enim *Reginfredo* tacente, & se non gregem pascente, Canonici vita regulari relicta, & Canonicis mansionibus egressi, domesticas curas suscepere, & Cathedralium divisis....

49 XXVII. *Ambrosius* Secundus *Bergomensis* ex nobili Martinenga *Bergomensi* familia, sive ex Oppido *Martinengo*, agri *Bergomensis*, ut innuit *Cælestinus*, ejusdem Oppidi originarius, à Capitulo electus circa annum Domini 1015. sedem tenuit usque ad annum 1057. sanctimonia vitæ, cura disciplinæ Ecclesiasticæ, & sacrarum literarum scientia illustris. Edidit volumen egregium super Psalmos Davidicos. Celebravit anno 1027. plenam miraculi translationem corporis, tunc adhuc integri, Divæ *Gratæ* ab Hospitali inter vineas ad Ecclesiam Monialium in Columellis die prima Maji, cujus memoria huc usque Episcopi, & Capituli ad eandem Ecclesiam anniversarius accessus ejusdem diei solemnem facit. Obtinuit à Divo *Henrico* Cæsare pro Ecclesiarum *Bergomensium* immunitate diploma anni 1020. aliud à *Conrado* Cæsare successore anni 1026, confirmatorium Comi-
50 tatus *Leminis* pro Episcopatu, aliud ejusdem anni pro oppido Calcinate *Bergomensi* facto juris Canonicorum Sancti *Vincentii*, aliud generale ab eodem *Conrado* sub Calendis Maji 1026. pro juribus universis Ecclesiarum *Bergomensium*, aliud nonis Aprilis *Mogontiæ* 1041. à filio *Henrico Secundo Cæsare*, quo Civitas, & territorium *Bergomense*, Comitatus titulo, certis designatis, & expressis finibus sibi, & successoribus Episcopis concessa legitur. Quæ omnia in originalibus monumentis Cathedralis Archivium servat. Restaurata Concathedrali Ecclesia Sancti *Vincentii* aram maximam ejusdem Sanctæ *Agneti*, Sanctoque Levitæ *Vincentio* solemniter dedicavit. Vigente illis temporibus Simoniaca labe in omnibus fere *Italiæ* Ecclesiis, acriter contra illam pugnavit sub Divo *Leone Nono* Pontifice, à quo vocatus interfuit anno 1049. Concilio *Romano*, iterumque eodem anno Concilio *Ticinensi*, & iterum Concilio *Roma-* 51
no anno 1051. in causa *Gregorii* Episcopi *Vercellensis* à Sede depositi, & anno 1052. Concilio *Mantuano*, quo factiosorum tumultu ipse Pontifex Sanctus maximum subiit vitæ discrimen. Obtinuit in primo *Romano* Concilio sub *Leone* ab eodem Pontifice privilegium exemptionis, & immunitatis Abbatissæ, & Monasterio Sanctæ *Gratæ*, quo & ejusdem *Ambrosii* enunciatur præsentia, & aliorum *Italicorum* Antistitum sub data sexto Idus Junii in Patriarchio *Lateranensi* 1049.

XXVIII. *Alcherius* à Capitulo electus anno 1057. abiit e vivis 1061. Interfuit Concilio *Sutriano* sub *Nicolao Secundo* Papa 1059, in quo *Benedictus* Antipapa cognomento *Mincius* veniam petiit, & depositus ab Episcopali, & Sacerdotali officio schisma ejuravit.

XXIX. *Atto* Civis *Bergomensis* ex familia *Vicomercata* [quidquid alii velint] à Capitulo electus anno 1061. obiit anno 1078. die 22. Maji, 52
scripta prius liberalissima donatione amplissimarum fortunarum suarum ad favorem Cathedralium *Bergomi* in remedium animæ suæ, aliarumque, quæ charta adhuc extat insigne pietatis testimonium.

XXX. *Arnulphus*, sive ab aliis vocatus *Archinzolus*, electus anno 1078. & forsan nunquam confirmatus, nec consecratus, ut ex Epistola subjecta Divi *Gregorii Septimi* arguitur. Ecclesiam rexit *Bergomensem* miseris temporibus schismatis sub *Henrico* Tertio Schismatico Imperatore Ecclesiæ hoste. Primis à sua electione annis sustulit dissidium inter Canonicos utriusque Cathedralis circa bonorum divisionem, celebrata inter Canonicos ipsos concordia Kal. Novembris 1081. Quæ in Tabulario ipsius Ecclesiæ asservatur ab ipso Episcopo, & Capitularibus subscripta. Verum circa hæc tempora Simoniæ labe correptus scribitur, & de hoc accusatus apud Divum *Gregorium Septimum*, tunc se- 53
dentem, a quo processus delegatus legitur *Rainaldo* Episcopo Cumano epist. 36. ejusdem Pontificis lib. VI. quæ apud *Labbeum* habetur *tom.* 10. *fol.* 224. & capita accusationis erant, quod usurpasset violenter, & fraudulenter *Roccam* de *Glizione Gorzoni* signifero militum, & ejus fratribus, contra Sacramentum fœderis, & securitatis ei præstitum: Quod Clericum ejusdem *Gorzonis* bonis omnibus spoliasset: Quod pestiferas Simoniæ hæresis nundinas exerceret, & inter cætera Archidiaconatum *Bergomensem* quinquaginta librarum pretio vendidisset: Quod servos Dei infestaret, & molestare conaretur. Quo judicio Apostolicus delegatus causam consummaverit ignoratur, cum Patriæ monumenta notent, reclamante Capitulo, & toto *Bergomensi* Clero, schismatico adhæsisse Imperatori; Ideoque innodatus sententia depositionis in Concilio *Romano* tertio sub eodem, 54
eo tempore, quo & alius *Arnulphus* Cremonensis Episcopus depositus fuit, de quibus Labbeus *tom.* 10. *fol.* 370. Duravit contumacia usque ad annum 1098, quo convenientibus Provincialibus *Mediolanensis* Provinciæ Prælatis in ipsa *Mediolanensi* Metropoli, accusantibus Canonicis, impius *Arnulphus* depositus legitur octavo Aprilis, delata *Bergomensis* Ecclesiæ administratione ad *Albertum Surlascum* Civem *Bergomensem*, & Cathedralis Sancti *Vincentii* Achipresbyterum, optimum, indulgente Sancta Sede, Ecclesiæ Custodem, usque ad creationem novi Episcopi, quæ circa annum Domini 1110. contigit, mortuo interim sine pœnitentiæ memoria in usurpatione proventuum Cathedralis *Arnulpho* deposito, & diris devoto

voto. Hoc summæ agitationis tempore Pater to-
tius consolationis bonorum spem erexit adventu
Bertarii Brixiensis ex discipulis Sancti *Joannis*
55 *Gualberti*, Simoniacorum profligatoris, & funda-
toris Congregationis Monachorum Vallis Umbro-
sæ, qui in suburbanis *Bergomi* Monasterii funda-
menta jecit Ordinis sui magno animorum, & Ec-
clesiæ *Bergomensis* proventu, ex quo plurimi Mo-
nachi ad Episcopale regimen vocati fuere; nomen
Monasterii ab Ecclesiæ ejusdem dedicatione dictum
Sancti Sepulchri; situs vero Vallis Astini ex pri-
mis Monachis, qui sub *Bertario* primo Abbate ex
Astensi Urbe profecti sunt.

XXXI. *Ambrosius* tertius ex illustri *Mutia* fa-
milia *Bergomensi* ortus Canonicus Sancti Vincen-
tii, deinde religiosæ vitæ desiderio sub *Bertario*
Abbate prædicto Sancti Sepulchri vitam Mona-
sticam professus, à Capitulo electus regimen ce-
pit circa annum 1011. dilata ad tempus consecra-
tione sua, ut constat ex scriptura permutationis
inter canonicos utriusque Cathedralis in Tabulario
56 Capituli anni 1112, cui subscripsit hac formula
Ambrosius Pergamensis electus subscripsi. Hujus tem-
pore insignia privilegia impetrarunt Canonici à
Sancta Sede, nempe à *Paschali Secundo*, & *Ho-
norio Secundo*, II Kal. Martii 1124, quæ in eo-
dem Archivio asservantur; & sententia *Joannis*,
& *Petri* Cardinalium Legatorum Sanctæ Sedis,
tertio Idus Octobris 1129, quæ ibidem legitur,
lites multæ circa jura Capituli, & Episcopi defi-
nitæ fuerunt. Dedicavit Ecclesiam Sancti Sepul-
chri à *Bertario* Abbate Vall'Umbrosano conditam,
adstante *Alderico* Episcopo *Laudensi*, & die 22.
Octobris 1129. excessit è vivis.

XXXII. *Aginus Secundus* circa annum 1130.
electus à Capitulo quatuor tantum annis Episco-
palem Cathedram tenuit. Obtinuit à *Lothario* Se-
cundo Imperatore restitutionem bonorum Eccle-
siis Cathedralibus occupatorum à pravis homini-
57 bus, à quo etiam Imperatore 4. Kalend. Octo-
bris 1133. Canonici Sancti *Vincentii* per *Gherar-
dum*, & *Ottonem* ablegatos ad Cæsarem gratias va-
rias, & privilegia majoritatis impetrarunt, extan-
te in Tabulario. Hujus etiam tempore *Innocen-
tius* Papa Secundus *Placentiæ* anno 1133. privi-
legia confirmavit, & amplificavit Ecclesiæ, &
Capituli Sancti *Alexandri* die ultima Maji subden-
do eidem Capitulo Ecclesiam Sanctissimæ Trini-
tatis, Sancti Salvatoris, Sancti Michaelis in Vir-
gis, & Sancti Eusebii. Scribit *Ughelius* ex quo-
dam manuscripto, *Aginum* hunc secundum *Ber-
gomensem* in Concilio *Pisano* ab *Innocentio Secun-
do* Simoniacæ labis convictum una cum nonnullis
aliis Episcopis Sede depositum fuisse, subrogato
ab eodem Pontifice in ejus locum *Gregorio* suc-
cessore, quæ narratio omni caret radice veritatis,
cum *Gregorius* successor electus fuerit à Capitulo
ex Monasterio, tunc nuper fundato Sancti Sepul-
58 chri de Astino, & legantur apud *Labbeum* gesta
Concilii *Pisani* anni 1134. tom. 10. fol. 989;
ubi nulla de hac depositione mentio, sed tantum
de depositione *Petri* Antipapæ, & *Alexandri Leo-
diensis* Episcopi de Simonia accusati, & post tri-
nam vocationem contumacis. Repugnant etiam Pa-
trii auctores, notantes, *Gregorium* Episcopum *Agino*
mortuo successorem datum initio anni 1134. inter-
fuisse mense Novembri Concilio *Pisano* prædicto.

XXXIII. *Gregorius*, sive *Rogerius* ex antiqua
inscriptione Templi Divæ Mariæ Majoris, *Ber-
gomensis* Civis ex Monasterio Astinensi à Capitu-
lo vocatus ad Cathedram Episcopalem, non au-
tem, ut supra diximus contra *Ughelium*, electus
in *Pisano* Concilio. Cæpit Episcopatum anno
1134; eumque perduxit usque ad annum 1146.
Junii 19. Interfuit prædicto Concilio *Pisano* ad
A convulsionem Schismatis a Papa *Innocentio* habito,
ibique adeo familiariter egit cum Divo *Bernardo* 59
Clarevallensi, ut ab eo impetrarit familiam Ci-
sterciensem pro novo Monasterio in Montibus
Bergomensis Diœcesis erigendo, quod & præsti-
tit, & amplissime in Valle, dicta Vall' Alta fun-
davit, & ex bonis Mensæ Episcopalis liberalissi-
me dotavit, consecrando Ecclesiam mense Maji
1142. adstantibus duobus aliis Episcopis, nempe
Manfredo Brixiensi, & *Joanne* Laudensi. Mul-
tum negotii habuit propter controversias gliscen-
tes inter Canonicos utriusque, Cathedralis, &
B jura Archidiaconi, & Præpositi, de quibus ex-
tant sententiæ Legatorum Apostolicorum quam
plures, nec non sententia ipsius *Innocentii Secun-
di* data *Pisis* 13. Kalend. Julii 1135. & 14. Kal.
Julii ejusdem, & 9. Kalend. Augusti. Item Ju-
dicium *Robaldi* Archiepiscopi *Mediolanensis* pridie
nonas Augusti 1141. Item concordia per eundem
Gregorium Episcopum inita mense Februarii 1141, 60
quæ pariter confirmatæ fuerunt judiciis *Cælestini
Secundi* prima Decembris 1143; *Lucii Secundi*
ultima Aprilis 1144, *Eugenii tertii* sententia 1146.
Obtinuit ab *Innocentio Secundo* confirmationem
bonorum, & subjectionis Canonicorum sibi, &
C successoribus, non obstante quocunque privilegio
per Bullam *Innocentii* Secundi datam *Romæ* Idi-
bus Decembris 1141. Quæ omnia documenta Ar-
chivium Cathedralis adhuc ostendit, una cum am-
plissimo privilegio 29. Maji 1140. Quo idem Pa-
pa *Innocentius* bona, & jura Cathedralis Sancti
Vincentii sub Apostolica protectione recepit. So-
lemniter dedicavit anno 1137. Ecclesiam Divæ
Mariæ Majoris. Canonicis Sancti Vincentii dona-
vit decimam de Calcinate, & de Mornico, alia-
que bona, & impetravit à *Lucio Secundo* die ul-
tima Aprilis 1144. privilegium Canonicis Sancti
Alexandri, quo iisdem subjiciuntur Ecclesiæ Sancti 61
D *Martini* & Sanctæ *Mariæ Magdalenæ Bergomi*, &
Sancti *Laurentii* de *Zonio*. Edidit volumen de veri-
tate Corporis Domini, quod nuncupavit, *Hum-
berto* Archiepiscopo *Mediolani*. Sunt qui scribunt,
Gregorium Synodos aliquot celebrasse, & obiisse
truncatum violenta morte à Sicario, cujus iram
Dei causam agens excitarat, penes quos fides esto.

XXXIV. *Gherardus* à Capitulo electus ex Ar-
chidiacono Ecclesiæ Sancti *Vincentii* anno 1146.
Bona Cathedralium amplificare summopere stu-
duit. Legitur in Archivio earundem donatio Ec-
clesiæ Sancti *Vincentii* omnium oblationum Pon-
tificalium 1147; & alia similis Ecclesiæ Sancti
E *Alexandri* 1150. Controversiam insignem agitavit
cum Episcopo Cremonensi de jure Oppidi *Ruma-
ni*, in finibus utriusque Diœcesis siti, quam à
Delegato *Eugenii* tertii sibi decisam vidit, adjudi-
cato Oppido Diœcesi *Bergomensi* die 4 Octobris
1148, relicta Ecclesia Sancti *Georgii*, & Sancti 62
Eusebii prope Oppidum Episcopo Cremonensi.
Sepulchrum inventum Divorum Martyrum *Fir-
mi*, & *Rustici Bergomensium* una cum *Proculo* Epi-
scopo Veronensi nobilitavit, erecto ibidem *Cœno-
bio* pro Monialibus Sancti *Benedicti*, & Ecclesia
à fundamentis, ubi adhuc visitur arca marmorea,
F in qua annis singulis à primis Vesperis festi Divo-
rum *Firmi*, & *Rustici* aqua mirabilis ebullit, etiam
postquam ab anno 1575, Corpora ipsa Sancto-
rum à Divo *Carolo Boromeo*, tunc, uti Legato de
Latere Provinciam visitante, in Cathedralem trans-
lata sunt. Pro pace inter Canonicos stabilienda
plurima egit, quæ iterum per sententiam *Ugonis*
Ostiensis Cardinalis anni 1150. restituta legitur
in Archivio prædicto unà cum decisione dicta-
rum controversiarum ab *Anastasio* Quarto per Bul-
lam datam Laterani 11. Kal. Maji anni 1154.
Et privilegio *Adriani* Quarti 8. Junii 1156. Ca- 63
pitulo

pitulo Sancti *Vincentii*, quo juris ejusdem fecit
beneficia, & Ecclesias Sanctæ *Mariæ*, & *Martini* de *Calcinate*, Sancti *Michaelis* de *Carpeneto*,
Sanctæ *Christinæ* de *Albenio*, eique confirmat antiqua jura, & *Parochialem* Ecclesiam Sancti Cassiani *Bergomi*. Imperatori *Federico*, *Ænobarbo* adeo
Gherardus intimus fuit, ut ab eodem impetrarit
insigne privilegium datum *Viceburgi* 17. Junii 156.
quo Civitatem, & Territorium Comitatus titulo,
certis finibus designatis, & jure cudendi monetam
ei concessit cum amplissima confirmatione omnium
donorum, & privilegiorum, & jurium retro actis
Sæculis à Regibus, & Imperatoribus concessorum. Legitur diploma in Archivio Capituli, &
in libro censuali Barotio Mensæ Episcopalis, uti
etiam in Archivio Capituli habentur alia ejusdem
Ænobarbi privilegia *Canonicis* Sancti *Vincentii* 23.
64 Novembris 1158, & Canonicis Sancti *Alexandri* Septembris 1159. Interfuit *Gherardus*, referente *Sigonio*, Dietæ, sive Comitiis *Italiæ* Generalibus coram Imperatore, habitis in loco dicto Roncalie inter *Cremonam*, & *Placentiam* die
festo Sancti *Martini*, adeoque adhæsit Cæsari, ut
à Pontifice discesserit; electo enim *Alexandro* Tertio, ipse, repugnante Capitulo, & Clero *Bergomensi*, subscripsit Conciliabulo Papiensi anno
1160. apud *Labbeum* in collectione Conciliorum
tom. 10. fol. 1393, adorato in gratiam Imperatoris *Octaviano* Schismatico, sub nomine *Victoris*
Tertii, à quo etiam reportavit privilegium Canonicis Sancti *Vincentii* datum *Ticini* 29. Decembris 1160. quod tamen Canonici repudiavere,
ejurato una cum universo Clero *Bergomensi*, tum
Schismatico Pontifice, tum Episcopo, quo usque
anno 1170. *Gherardus* coram Sancto *Galdino* Archiepiscopo *Mediolanensi* S. R. E. *Cardinali*, &
65 Apostolico *Alexandri Tertii* Legato accusatus à
Capitulo, & Canonicis, convictusque de Schismate, & corde impœnitenti *Bergomi* in ipsa
Cathedrali Ecclesia solemniter depositus à Pontificali dignitate in exilium pulsus est, dato successore *Guala* nec scitur quo mortis, vel pœnitentiæ, aut desperationis genere vitam finierit ingloriam; cum anno antecedenti 1669.
Idibus Novembris Canonici Sancti *Vincentii*
in evidens signum filialis Obedientiæ vero Pontifici *Alexandro Tertio* retulissent illustrem ab
eodem Bullam, quæ adhuc legitur sub ipso
Originali plumbo in Tabulario Capituli, qua
jura eorum recensentur, & confirmantur in
omnibus bonis, Ecclesiis, & beneficiis possessis,
& præcipue in Ecclesiis de Calcinate, de Carpeneto, & Sancti *Georgii* de *Spalanico*, Sancti
Cassiani de Urbe, & Sanctæ *Christinæ* de *Albenio*.

66 XXXV. *Guala* Civis *Bergomensis* ex Canonico
Sancti *Alexandri* Monachus Vall' Umbrosanus,
cum vitam Monasticam elegisset perpetuo servare, ad curas pastorales vocatus, ejecto Schismatico *Gherardo*, à Capitulo electus coram Legato Apostolico Sancto *Galdino* in Ecclesia Cathedrali *Bergomensi* Sancti *Vincentii* ab ipso Legato,
& duobus Episcopis eodem anno 1170. consecratus. Rexit *Bergomensem* Ecclesiam usque ad annum 1186. Insignis humilitate, æquitate, & pastorali sollicitudine. Concessit domum, & Hospitale Sancti *Leonardi* Cruciferis. Auxit prædiis
multis Ecclesias Cathedrales, & Ecclesiam Parochialem Sanctæ *Gratæ*, nec non Ædes Abbatiales Vallis Altæ, & Fontanellæ, ut constat ex ipsis
Authographis donationum 1174. & 1176.; quas
Tabularium Cathedralis servat una cum amplissima privilegiorum Ecclesiæ, & Episcopatus Confirmatione à *Federico Ænobarbo* reportata apud
67 *Constantiam* 7. Kalend. Julias 1183; qua die pax
A celeberrima dicta *Constantiæ* stabilita fuit, & pro
Capitulo Sancti *Vincentii* per Bullam *Urbani Tertii* datam *Veronæ* idibus Augusti 1686. qua concessiones antiquorum Pontificum confirmantur,
& beneficia, & Ecclesiæ, in præmisso *Alexandri*
Tertii privilegio enumeratæ, Canonicis, & Capitulo
prædictis perpetuo subduntur. Afflictis rebus *Alexandri Tertii*, prout etiam secundis, pro eo stetit
Guala, ejusque jussu cum Archiepiscopo *Mediolanensi* anno 1177. *Ferrariam* adivit; ubi conciliariter conclusum est de Synodo habenda *Venetiis*,
tanquam in loco Pontifici, & Pontificiis tutissimo; quo circa mense Maji interfuit *Veneto* Con-
B cilio, & ejurationi Schismatis factæ per *Ænobarbum* Imperatorem, ut ex actis ejusdem Concilii
penes *Labbeum* tom. 10. fol. 1483. Delectus etiam
ex natione *Longobarda*, una cum sex sociis pro
stabilienda tregua cum Civitatibus *Lombardiæ*, 68
egregiam navavit paci, & Pontifici operam. Interfuit Concilio Oecumenico Lateranensi Tertio
sub eodem *Alexandro Tertio* die 5. Martii 1179,
Ubi cum aliis trecentis Patribus Hæreses Catharorum, & Patarenorum damnatæ sunt. Vacavit
post ejus obitum *Bergomensis* Sedes pluribus mensibus, orto dissidio inter Canonicos Electores, &
C devoluta ad Sanctam Sedem appellatione, donec
tandem volvente anno 1186. universali plausu,
in successore *Lanfranco* convenere.

XXXVI. *Lanfrancus* Civis *Bergomensis*, Monachus Monasterii Sancti *Jacobi* de *Puntita* Ordinis Cluniacensis electus à Capitulo finiente anno 1186. rexit Episcopatum usque ad mensem
Octobris 1210. Insignis fuit pietate, & in Ecclesias Cathedrales liberalitate, quarum censum
liberaliter auxit decimis, & prædiis. Urbanos
Parochos adegit ad Baptismata celebranda in Cathedralibus Ecclesiis more majorum, & an- 69
D no 1198. Ecclesiam Monasterii Sancti *Pauli*
de *Argono* Ordinis Cluniacensis dedicavit. Monasterii Vallis Altæ bona amplificavit; Opus
vero maximum, & cunctis recolendum temporibus *Lanfrancus* perfecit uniendo animos litibus perpetuis contumaces Canonicorum duarum
Cathedralium, stabilita inter eos pace, & unione sub die 10. Decembris 1189. vi cujus statuebatur, Canonicos utriusque Cathedralis fore semper unius Capituli, unius patrimonii, unius Chori, & Ecclesiæ Collegas, & individuos consocios; quam concordiam solemniter stipulatam,
& confirmatam à *Milone* Archiepiscopo Mediolanensi sexta die Februarii 1190. amplissima Bulla
E approbavit, & perpetuam voluit *Clemens* Papa
Tertius die 21. Junii 1190, quæ leguntur in
Authographis Cathedralis. Vigor tantæ, & diu
desideratæ concordiæ elanguit tamen, extante du- 70
plici Ecclesia Cathedrali, duplicem pariter efficiente Canonicorum Chorum, & duarum Ecclesiarum patrimonium, unde factum est, ut sensim
recederetur decursu Sæculorum, & iterum pullularent antiqua semina discordiarum, quarum extinctio, & integra eradicatio cum restitutione Capituli ad primævam, & ingenitam unitatem reservaverat Deus *Danieli Justiniano* laudatissimo nostri
F Ævi Pastori.

XXXVII. *Joannes* Tertius ex familia *Torniella*
Novariensi Monachus Sancti Sepulchri de *Astino*
Ordinis Vall' Umbrosani à Capitulo electus anno
1210. Ecclesiam rexit *Bergomensem* annis viginti, obiens anno 1230. die 7 Martii. Eluxit singulari munificentia erga Ecclesias Cathedrales,
quibus decimas, pascua, & perpetuas præstationes liberaliter auxit, & moriens Capitulum Sancti *Vincentii* scripsit Legatarium in libris 800.
Imperialibus, onere anniversarii, de quo mentio 71
in libro Annualium Archivii Capitularis. Eccle-

V. Coronellus. B siam

siam, & Monasterium Monialium Sanctæ *Gratæ* de consensu Capituli exemit à jurisdictione sua, juxta antiquum rescriptum Sancti *Leonis* Papæ, de quo supra, reservatis sibi consecratione, & confirmatione Abbatissarum, & salvis servitiis, & obsequiis Capitulo, & Canonicis debitis in processionibus, & accessibus consuetis ad illam Ecclesiam. Extat privilegium in Tabulario Capituli, datum in Ecclesia Sancti *Alexandri 6.* Novembris 1210. Excepit lætissimus Ordinum Mendicantium Patriarchas Divum Dominicum, & Divum *Franciscum*, eisque Cellas concessit in Monte Sancti *Vigilii*, & (quidquid remotus à locis scripserit *Ughelius*) primum Cœnobium Dominicano instituto datum à *Bergomensibus* extructum fuit sub titulo Sancti *Stephani* Protomartyris, quod anno 1561 excisum fuit, unà cum Cathedrali Sancti
72 *Alexandri*; Conventus vero *Franciscanis* designatus fuit Ecclesia Sancti *Joannis* Baptistæ cum latissima area, ubi, & nunc extat amplum Conventualium Asceterium. Monachis quoque Humiliatis quatuor Domos, sive Monasteria concessit, dote auxit, Ecclesiamque earum dedicavit, quarum quartam sub titulo Sancti *Bartolomæi* de *Rasulo* post extinctionem Ordinis Humiliatorum obtinent Dominicani, ex concessione Beati *Pii Quinti*, dirutionem Sancti *Stephani* restaurantis. Synodum celebravit in Cathedrali Sancti *Alexandri* maxima Cleri utilitate, & dedicavit Altare Majus ejusdem Cathedralis anno 1218. sub titulo S. Protomartyris *Stephani*, vocatus ab *Innocentio* Tertio Pontifice celebri illa Encyclica ad Concilium Oecumenicum Lateranense quartum, dictum magnum, in quo ex Oriente, & Occidente interfuerunt 1285. Prælati, quæ incipit *Vineam Domini Sabaoth. &c.* & habetur directa Provinciali-
73 bus Episcopis Provinciæ *Mediolanensis* apud *Labbeum* Parte prima Tomi 11. Conciliorum fol. 123. *Romam* perrexit, & post completa Magni Concilii acta, anno 1215. eisdem subscripsit, & usque ad obitum in sua Diœcesi à Clero & populo sancte observanda curavit.

XXXVIII. *Atto Bergomensis* Civis hujus nominis secundus ex Monacho Vall' Umbrosano supradicti Monasterii *Astinensis* à Capitulo electus anno 1230. decem annis Episcopatum tenuit fama pietatis, quo Auctore cepit *Bergomi* institutum disciplinatorum sub vexillo Sanctæ *Mariæ Magdalenæ* pœnitentis. Legavit quædam bona Ecclesiæ, & Canonicis Sancti *Vincentii* statuto animæ suæ anniversario, & vivere desiit die 13 Julii 1240.

XXXIX. *Henricus Sessa* Civis *Bergomensis* à Capitulo post longam Sedis vacationem, distractis electorum votis per novem menses, ex Archidiacono ejusdem Cathedralis Pontifex electus anno 1241.
74 sexdecim mensibus regimen explevit, volvente anno 1242. cujus tempore Beatus *Ævalla* de *Romnonibus* Civis *Bergomensis*, & Episcopus Brixiensis multum operis contulit utilitati *Bergomensis* Ecclesiæ.

XL. *Albertus* è Tertia Familia *Bergomensi*, sive de Tertio Oppido *Bergomensi*, ut alii volunt à Capitulo Episcopus electus anno 1242. Obiit juxta patrios Auctores anno 1251. cum (juxta *Ughelium*, ex registris Vaticanis) nondum consecratus dimisisset anno 1250. post octavum ab electione annum Sedem suam in manibus *Innocentii Quarti*. *Albertum* Canonicum fuisse Sancti *Vincentii*, & in Subdiaconali Ordine constitutum patet ex instrumento 1210. diei 6. Novembris privilegii supra narrati signati à *Joanne* Tertio Episcopo in favorem Monasterii Sanctæ *Gratæ*.

XLI. Frater *Algisius* de *Roxiate* Civis *Bergo-*
75 *mensis* (non vero *Aloisius*, ut fallitur *Ughelius*) Ordinis Prædicatorum electus ab *Innocentio Quarto* Summo Pontifice, primus fuit immediata auctoritate Papæ destinatus Episcopus Cathedrali *Bergomensis*, primo fuerat Canonicus *Bergomensis*, ut constat ex donatione facta à Capitulo Fratribus Minoribus Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Charitate anno 1230. die 12 Septembris, quæ legitur in Archivio, postmodum Sæculi pertæsus, ingressus Ordinem Prædicatorium tunc recenter institutum adeo virtutibus coruscavit, ut Ariminensis Ecclesiæ Episcopus factus fuerit, quam tamen post annum resignavit, translatus ab *Innocentio Quarto*, tertio Idus Februarii 1250. ad Ecclesiam *Bergomensem*. Extant literæ ejus provisionis in Tabulario directæ *Bergomensi* Capitulo summæ erga eundem commendationis, qua Pontifex attestatur, ex longa cum eo familiaritate agnovisse vita præclarum, & scientia. Subscripsit actis 76
ejusdem Concilii Oecumenici Lugdunensis primi, & mandante ipso *Innocentio Quarto* literis in forma Brevis 23. Augusti 1254. vetuit habitari, & ædificari Oppidum de *Curte Nova* in finibus Agri *Bergomensis* ob hæresim Catarorum, & Patarenorum excisi. Parochialem Sancti *Martini* de Aqua longa Plebis Paterni in agro Cremonensi, sed Diœcesis *Bergomensis* univit Monasterio Sancti *Petri* de Pado Cremonen. Conditione hospitio excipiendi uno die, ac nocte singulis annis Episcopum *Bergomensem*, cum equitibus quatuordecim, ut constat instrumento 29. Octobris 1256 Plurimas decimas, & terras Monasterio Vallis altæ largitus est, auxitque ædificiis Monasterium Sancti *Pauli* de *Argon* Cluniacensium, & Sancti Sepulchri Vall' Umbrosanorum, ad quod etiam recessit vale dicens Cathedræ anno 1259. & post octo annos die 26. Januarii 1267. egregiæ vitæ laude ibidem decessit.

XLII. Frater *Erbordus*, sive *Riboldus* ex *Pannonia* Ordinis Prædicatorum alumnus Sancti Dominici, & ex primis fratribus Conventus Sancti Stephani *Bergomensis*, ex resignatione *Algisii* antecessoris, factus Episcopus anno 1261, floruit sanctitate, & doctrina singulari. Consortium misericordiæ majoris *Bergomi*, ad sublevandam pauperum inopiam, opera, & consensu Capituli *Bergomensis*, erigendum curavit, præscripta regula Beati *Pinamontis Peregrini* de Brembate primi Inquisitoris *Bergomensis*, & discipuli Divi *Dominici*. Univit Ecclesiam Parochialem Sancti *Jacobi* de Portâ Ecclesiæ Sancti *Stephani* Ordinis sui, emit prædia Episcopalis Mensæ dicta de *Gavarno*. Litem habuit non parvi negotii cum Capitulo prætendente teneri Episcopum ad vinum pro Sacrificio, ad ceram pro Missis solemnibus, ad fabricam Ecclesiæ, ad frequentes commestiones dandas Canonicis, & ad largiendam singulis annis 78
Cappam novam Primicerio; quæ post tribunalium strepitum, tandem die ultima Octobris 1267. ut in Tabulario Capituli, solemni arbitramento *Guidotti* Præpositi de Galgario composita fuit. Post annum undecimum regiminis plenus senio, & meritis obiit *Erbordus*, sepultus in Cathedrali Sancti *Alexandri*.

XLIII. *Guiscardus* ex nobili Suarda Familia *Bergomensi* Archidiaconus ejusdem Cathedralis anno 1272. electus à Capitulo, confirmavit Consortium Sancti *Michaelis* de Puteo albo anno 1273. dedicavit Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* Matris Domini, condito ibidem Conventu Sororum sub Regula Sancti *Dominici* anno 1277. Celebravit Martyrium Beati *Pagani* ex Familia Leuca *Bergomensi* Ordinis Prædicatorum martyrio coronati in Valle Tellina, ubi Inquisitoris Comensis officio strenue fungebatur, adstantibus *Bergomi* Delegatis Apostolicis *Clementis* Quarti in causa dicti marty- 79
rii. Et anno 1280. plenus dierum, post octavum Sedis suæ annum, & amplificatum pia largitione

gitione Monasterii Vallis *Altæ* patrimonium, abiit è vivis.

XLIV. *Guido Carraria* Civis *Bergomensis* Monachus Vall'umbrosanus à Capitulo electus anno 1280. obiit post annum, nec constat de ejus Confirmatione à Sancta Sede obtenta.

XLV. Post duos annos vacationis Sedis, ob discordiam Capitularium electorum, electus fuit *Joannes de Advocatis* Civis, & Canonicus *Bergomensis* hujus nominis quartus, qui juxta Patrios Auctores Episcopale regimen habuit annis pluribus, cum tamen ex registro Vaticano constet, nullum Episcopum *Bergomensem* post *Guiscardum Suardum* confirmatum fuisse à sancta Sede, usque ad *Robertum Bongum*, forsan ob appellationes interpositas à Capitularibus electionem impugnantibus. Defunctus scribitur mense Januarii 1289.

80 XLVI. *Robertus Longus* Civis *Bergomensis*, ut perperam vult *Ughelius*, *Bongus* vero Nobilis *Bergomensis*, ut docent Historiæ Patriæ, à Capitulo electus ex ejusdem Archidiacono, confirmatus à *Nicolao Quarto* in locum *Guiscardi* anno 1289. 4. Nonas Octobris. Consecravit Ædem antiquam Sancti *Joannis Baptistæ* Sancto *Francisco* die 27. Augusti anno 1292. Hujus tempore mirabiliter inventa, & nobili apparitione detecta fuerunt sacra Corpora Sanctorum Martyrum *Projectitii*, *Jacobi*, & *Joannis* Episcopi, & *Hesteriæ* Virginis in Æde Cathedrali Sancti *Alexandri*, quæ celebri translatione fidelium venerationi exposuit idem *Robertus*, ut ex antiquo lectionario Cathedralis Ecclesiæ constat, ubi series facti narratur. Obiit anno 1292.

XLVII. Post obitum *Roberti* novæ turbæ Capitulum *Bergomense* in partes diviserunt, ideoque post triennalem Sedis Episcopalis vacationem
81 pars Canonicorum elegit *Romæ Castellum de Mutio* Canonicum Sancti Alexandri, alii Fratrem *Henricum* Ordinis Minorum, qui cessit electioni, alii *Opizonem* Præpositum Ecclesiæ de Vicomercato Mediolanensem, quibus omnibus non canonicè electis, nec legitime postulatis, *Bonifacius* Papa Octavus antetulit *Joannem* Civem *Bergomensem* ex Familia Scantia, quem hujus nominis Quintum Episcopum *Bergomensibus* præfecit ex Canonico Cathedralis ejusdem pridie Kal. Augusti anno 1296. Fuit hic religiosissimæ vitæ, & virtutis incomparabilis, viriliterque civilia bella, & factiones in Civitate bachantes repressit. Clerum *Bergomensem* celebrata Synodo in Cathedrali Sancti *Alexandri* Ecclesiasticis legibus reformavit; In disciplinæ rigore servando, & promovendo literarum cultu egregius. Obiit anno Domini 1309.
82 Sepultus in Ecclesia Sancti *Alexandri*, in quo fallitur *Ughelius*, & alii ex Patriis Auctoribus, notans mortem *Joannis* anno antecedenti 1308, cum constet ex secunda parte statuti Capituli Cathedralis *Bergomensis*, sub titulo *Collationes antiquæ*, statuta ejusdem tituli confirmata fuisse decreto, & auctoritate ejusdem *Joannis* Episcopi die 21. Februarii 1309.

XLVIII. *Ciprianus Bergomensis* ex illustri Familia de Longis, quæ nunc dicitur *de Alexandris*, & etiam tempore *Cipriani* ipsius hoc agnomine promiscue appellabatur, ut constat ex actis Curiæ Episcopalis tempore Præsulatus ipsius *Cipriani* extantibus in Archivio Cathedralis, ubi in instantiis pro parte Capituli factis Episcopo *Bernardo* Successori *Cipriani* per *Dionysium* de *Abiate* Canonicum, Cathedralis Syndicum, die prima Augusti 1348. enunciatur Episcopus *Ciprianus de Alexandris*. Hic auctoritate *Clementis* Papæ
83 *Quinti*, & impellentibus meritis *Gulielmi* de *Longis* Cardinalis ejusdem Patrui, exeunte anno

A 1309. Episcopalem Sedem tenuit, eamque administravit usque ad annum 1342. Interfuit coronationi ferrei diadematis *Henrici Septimi* Imperatoris *Modoetiæ*. Dedicavit Ecclesiam Sancti Spiritus in *Suburbio*, & Sanctæ *Mariæ* de *Scancio*, & Sanctæ *Luciæ* Veteris extra mœnia *Bergomi*, ibique fundavit Cœnobium Ordinis Prædicatorii. Erexit Monasterium Monachorum *Cælestinorum* dote attributa à Patruo Cardinale, dedicavitque Ecclesiam sub titulo Sancti *Nicolai*, cum, & Patruus ejusdem tituli in Carcere Tulliano esset Diaconus Cardinalis, qui etiam ab eodem Nepote Episcopo, anno 1319, elatus in Ecclesia Sancti Francisci *Bergomi* in Ca-
B pella Sancti *Nicolai* tumulatus est. Ejus tempore, eoque procurante anno 1342. completum fuit ex peregrino marmore insigne Baptisterium in Ec- 84
clesia Sanctæ *Mariæ* Majoris; quod postea anno 1560. dirutum, ob exclusum à Præsidibus ejusdem Ecclesiæ omnem Episcopalis, & Capitularis antiquæ jurisdictionis usum in dicta Ecclesia, Baptisterio, anno 1661, in Cathedrali restitutum visitur. Auxit numerum Capellanorum in utraque Cathedrali, & post sollicitam Gregis curam annorum triginta trium, plenus meritis decessit.

XLIX. *Nicolaus Canalius Venetus* Plebanus
C Sancti *Bartholomæi Venetiarum* à *Benedicto Undecimo*, dicto Duodecimo creatus 15. Kal. Augusti 1342. minimum præfuit *Bergomensi* Ecclesiæ, translatus à *Clemente Sexto* ad Ravennatensem 7. Kalen. Octobris ejusdem anni.

L. *Bernardus Trigardi* Gallus Agathensis Diœcesis, Monachus Cisterciensis (non vero *Bergomensis* ex Familia de Bernardis, ut somniavit *Peregrinus* patrius historicus in Vinca *Bergomensi* Parte 1. cap. 45.) Fuit egregius in sacra pagina, 85
Doctor electus à *Clemente Sexto* 1342. & post septennem administrationem, anno 1349. translatus ad Episcopatum *Brixiensem*, ubi obiit anno
D 1358. In reparatione Ecclesiasticæ disciplinæ fuit acerrimus, calcatis blandæ quietis lenociniis; extantque hac de re ejus decreta intimata *Canonicis* in Archivio Capitulari, cum processu litis inceptæ, prætendentibus tunc Dignitatibus, & Canonicis subjectionem immediatam Sanctæ Sedi ad vitandam pastoralem correctionem. Insimulatur in prædictis actis malæ administrationis, collationis beneficiorum Parochialium Personis conjunctis, & non constitutis in sacris Ordinibus, nec non etiam Simoniæ, verum cum hæc omnia procedant ex ore Canonicorum correctionem, & visitationem fugientium, & recusantium, fidem
E non merentur, accedente maxime translatione ad Episcopatum *Brixiensem*, decreto religiosissimi 86
Pontificis *Clementis Sexti*, qua moribus *Bernardi* nulla aptior apologia.

LI. *Frater Lanfrancus de Salvettis* Civis *Bergomensis* Ordinis Minorum, antea Episcopus Anconitanus, ad *Bergomensem* Ecclesiam translatus est ab eodem *Clemente Sexto* 10 Kalen. Novembris 1349. præfuitque usque ad obitum suum, qui contigit die 4. Aprilis 1381. postquam sedisset annis 32. Serio prosecutus est Clericorum reformationem, tanquam primam ex pastoralibus curis, eamque summis difficultatibus exorsus est
F à Cononicis, vestigiis Antecessoris inhærens, ut probant eadem acta Tabularii Capituli formata tunc à *Venturino*, & *Francisco Zanaliis* Episcopalibus Cancellariis, in quibus notatu digna sunt quædam præcepta certis Canonicis specialiter indicta, cum hac Epigraphe *Lanfrancus Episcopus vobis Canonicis Sancti Alexandri salutem, si capaces estis salutis.* Nec cessavit ab opere, donec im- 87
pleta veri Pastoris mensura Canonicos ipsos reformaverit, eorumque statuta à *Bertoldo Canali*, tunc Archidiacono collecta, & à *Guidone della*

Crotta Archipresbytero ad id electo præsentata
decreto suo firmaverit, ut constat ex parte prima
ipsius statuti Capitularis, & decreto ejusdem diei
penultimæ Octobris 1357. Promovit sacra ædifi-
cia, & præcipue Ecclesiam, & Hospitale Sanctæ
Mariæ Magdalenæ. Fundavit Consortium Sancti
Alexandri à Cruce. Reliquias antiquorum Mona-
steriorum Monialium ex locis *Urgnani*, *Martinen-
ghi*, & *Faræ* coadunavit, & univit conventui
Dominicani Instituti Matris Domini nuncupato.
Corpus Beati *Alberti* civis *Bergomensis* ex Abba-
tia Sancti *Jacobi* de *Puntita* ab eodem fundata
ad Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* Majoris *Bergomi* trans-
tulit. Dedicavit Ecclesiam Sanctæ *Martæ* Mo-
88 nialium Ordinis Prædicatorii, & Sanctæ *Mariæ*
de *Basella* Fratrum ejusdem Instituti, & anno
1374. Ecclesiam Sancti *Gottardi* Fratrum Servi-
tarum, tunc dictam de Columbina. Fuit hujus
nominis *Lanfranci* inter Episcopos *Bergomenses*
Secundus, & ultimus Episcopus ex Civibus *Ber-
gomensibus*, qui proprie legitime præfuerit, ex
duobus enim proximis Successoribus, primus non
certo habetur pro Episcopo, secundi vero patria
controvertitur. Obiit die dicta anno 1381, ejus-
que cadaver *Mediolanum* translatum est.

LII. *Ciprianus* Secundus de *Longis*, sive *Ale-
xandris* de *Adraria* Civis *Bergomensis* Episcopatum
tenuit ab anno 1381. usque ad 1383. juxta *Pere-
grinum*, qui notat post dictum triennium recessis-
se, indeque eruit *Ughelius*, cum sectatorem fuis-
se *Clementis Septimi* Antipapæ, sedentis contra *Ur-
89 banum Sextum*, motus potissimum hac ratione,
quod anno 1381. Episcopus esset *Bergomensis
Branchinus Besutius* ab *Urbano Sexto* electus; Cæ-
terum ad concordiam facile redigitur Controver-
sia, si dixerimus cum *Calvo* historico Patrio in
Ephemeride die 23. Octobris, *Ciprianum* Secun-
dum sedisse vix duobus mensibus, & pietate, &
religione commendabilem *Bergomi* diem extremum
clausisse, unde fieri potuit, quod anno eodem
1381. Episcopus esset *Branchinus*, neque inde in-
ferri potest *Ciprianum* fuisse schismaticum, & à
malo auctore habentem Causam.

LIII. *Branchinus Besutius* Mediolanensis juxta
Auctores Mediolanenses, *Bergomensis* vero juxta
Communiorem *Bergomensium* ex collectore Apo-
stolico spoliorum in *Germania* 8. Idus Aprilis
1381. ab Urbano Sexto Episcopus *Bergomensis*
declaratus, solemniter adiit possessionem Episco-
palem, unde ex more antiquorum, & privilegio
90 immemorabilis consuetudinis equus phaleratus,
quo vehebatur, una cum omnibus ornamentis cessit
Familiæ de Advocatis, cappa ex panno violaceo
Familiæ de Archidiaconis, calcaria, & Ocreæ fa-
miliæ de Ossa, pileus, & Chirothecæ Familiæ
de Fara, ut *Castellus* refert in Diario testis ocula-
tus. Confirmavit privilegia Ecclesiæ Sanctæ *Ma-
riæ Magdalenæ*, & Societatis disciplinarum San-
ctorum *Barnabæ*, & *Laurentii*. Dedicavit Eccle-
siam Parochialem Sanctæ *Gratæ* inter vites, cum-
que versaretur *Mediolani* die 22. Junii (non Ju-
lii, ut ait *Ughelius*) obiit anno 1399.

LIV. *Ludovicus Bonettus* natione Siculus, pa-
tria Agrigentinus, Archiepiscopus Panormitanus,
inde Antibarensis, postea Tessalonicensis, à *Bo-
nifacio Nono* ad hanc Sedem evectus anno 1399.
Nonis Septembris. De hoc *Ludovico* nulla men-
91 tio apud Patrios Auctores, quidquid scribat *Ughe-
lius*, cum imo *Peregrinus* notat Sedem vacasse per
Biennium, quo tempore inventa fuerunt *Bergo-
mi* plura corpora Sanctorum, unde dicendum est,
Ludovicum possessionem Episcopalem non adivis-
se, nec resedisse. Anno 1401. factus legitur Ar-
chiepiscopus Pisanus, inde Tarentinus, & à *Gre-
gorio Duodecimo* S. R. E. Cardinalis. Obiit *Ari-
mini* idibus Septembris anno 1413.

LV. *Frater Franciscus* ex Nobili Familia *de
Lante* Pisanus Ordinis Minorum Episcopus Lu-
nensis, inde Brixiensis, postea Cremonensis, ad
Bergomensem Sedem translatus anno 1401. die 4.
Mensis Augusti à *Bonifacio Nono*, post duos an-
nos circiter regiminis 18. Januarii 1403. Sedi Cre-
monensi, eodem Pontifice jubente, restituitur.
Nihil memorant Patrii historici de hoc Pontifice
præter ingressum solemnem ad possessionem ca-
piendam Episcopatus sub die 17. Novembris 1401. 92
& divisionem equi, chlamidis, pilei, calcarium,
& ocrearum inter Familias supra narratas. Adi-
vit Ecclesiam Sancti *Alexandri*, & deinde Sancti
Vincentii, ubi adstitit Missæ solemni, & concio-
ni habitæ ab Abbate Monasterii Vallis Altæ.

LVI. Frater *Franciscus* Secundus *de Aregatiis*
Civis Cremonensis Ordinis Minorum insignis
Theologus, & Jurisconsultus, Custos Provinciæ
Bononiensis, atque Parmensis die 18 Januarii
1403. à *Bonifacio Nono* electus Episcopus *Bergo-
mensis* ætate viginti octo annorum, quam pru-
dentia litteris, & pietate superaverat, Die 11.
Martii 1404. possessionem cæpit solito ritu. Asti-
tit Missæ in Cathedrali Sancti *Alexandri*, audito
sermone Magistri *Jacobi Urii* Ordinis Prædicato-
rum. Univit Conventui Sancti *Francisci* sui Or-
dinis Parochialem Sanctæ *Eufemiæ* anno 1417. 93
Occasione miraculi, & Apparitionis B. *Mariæ*
Virginis in Monte Aureo rosis circundatæ dedi-
cavit Ædem ibidem dictam de Rosate, ubi etiam
Sacrarum Virginum anno 1425. erexit Monaste-
rium sub regula Sanctæ *Claræ*. Postulante, &
præsente divo *Bernardino* Senensi Ecclesiam Mi-
norum de Observantia dedicavit titulo Sanctæ *Ma-
riæ* Gratiarum anno 1427. Concilio Constantien-
si summa cum doctrinæ æstimatione interfuit, &
rectis initiis Concilii Basileensis, quod postea in
Acephalum degeneravit post ejus obitum. Præ-
fuit turbulentissimis temporibus, hancque meruit
virtutibus suis temporalem retributionem, ut an-
no 1428. videret Civitatem suam sub placido Se-
renissimæ *Venetæ* Reipublicæ Dominio quietissi-
me sitam. Obiit laudatus ab omnibus Auctoribus,
& patriis, & exteris post trigesimum quartum an-
num piissimi regiminis die 6. Augusti 1437. Se- 94
pultus ante Aram maximam Ecclesiæ Sancti *Fran-
cisci* sui Ordinis; legata bibliotheca, & argen-
tea supellectile Cathedrali Sancti Vincentii.

LVII. *Polidorus Foscarus*, sive *Foscuus* Patritius
Venetus ab *Eugenio* IV Sanctissimo Pontifice ele-
ctus 21. Octobris 1437. Distulit ingressum us-
que ad 29. Octobris 1441. qua die solemniter
receptus in Ecclesia Cathedrali Sancti *Alexandri*;
invitis Canonicis abstulit petram insignem albi
marmoris, qua usus est pro concha Fontis in Æ-
dibus suis, & reclamantes Canonicos, die 28.
Martii 1446, suspendit à Divinis, *Joanne Osio*,
& *Arigutio*, de Mutiis excommunicatis. Eccle-
siam Sancti *Alexandri* in Columna dedicavit,
aliamque ampliorem Ecclesiam fundavit Monia-
lium de Rosate. Sacerdotes à cohabitatione Mu-
lierum severis legibus coercuit. Plenus ære alie-
no, & Civium odio, universorum iram ti-
mens, die 20. Maji 1448. noctu cum tota 95
Familia aufugit reversus *Venetias*; vocatus ad
Archiepiscopatum Iadrensem. *Bergomates* par-
tim creditis pluribus excitati, partim cognita li-
brorum, & ornamentorum Capellæ Episcopalis
exportatione libellos porrexere Serenissimo Prin-
cipi, à quo pro damnorum restauratione multa
leguntur ordinata in Registro B. *Ducalium* Can-
cellariæ Prætoriæ. Obiit *Polidorus* 23. Julii 1450.
Hujus etiam tempore fuit maxima agitatio in Ec-
clesia, ob schisma Conciliabuli Basileensis, & ele-
ctio-

ctionem ab eodem Conciliabulo attentatam *Felicis*
Quinti Antipapæ; Legitur etiam in Vitis Jurif-
confultorum *Guidi Panciroli*, *Nicolaum Tudefcum*
Abbatem Panormitanum nuncupatum, Canoni-
ftarum principem fchifmati Bafileenfi adhæren-
tem, quendam *Ifidorum* à *Rofata* hominem indo-
ctum, ignobilem, ac vitiis præditum ob rece-
ptam pecuniam ad *Bergomenfem* Epifcopatum
96 promoviffe. De hoc tamen *Ifidoro* nulla legitur
mentio in hiftoriis Patriis, eo quod fedem obti-
nente *Polidoro* à legitimo Pontifice electo, nun-
quam Schifmatici Conciliabuli decreta vim habue-
rint, accedente maxime Religione *Venetæ* Rei-
publicæ, quæ femper legitimi Pontificis partes
fecuta eft.

LVIII. *Joannes* hujus nominis Sextus *ex Ba-
rotia* Veneta Patritia Familia *Eugenii Quarti*
Subdiaconus, doctrina, pietate, liberalitate in
pauperes, zelo reformationis præftantiffimus, ob-
que egregias animi dotes chariffimus *Nicolao*
Quinto Pontifici optimo, & literarum amantiffi-
mo, à quo die 28. Decembris 1449. ad reparan-
dam pravam *Polidori* Anteceſſoris adminiftratio-
nem ad *Bergomenfem* Ecclefiam promotus fuit die
25. Julii 1450. Primum lapidem pofuit Ecclefiæ
Sanctæ *Mariæ* Fratrum Carmelitarum, & anno
97 fequenti eandem dedicavit. Eadem die 1451. Sy-
nodum celebravit primam in Cathedrali Sancti
Alexandri cum trecentis fexaginta octo ex Clero
Bergomenfi adunatis, fecundam die 4. Maji 1453.
in Concathedrali Sancti *Vincentii*, tertiam vero
anno fequenti iterum in Ecclefia Sancti *Alexan-
dri*. Plura Hofpitalia numero decem, quæ fpar-
fim habebantur minimo Pauperum commodo
variis in locis Civitatis, & Suburbiorum, infi-
gni opere in unum collegit corpus, & confen-
tiente Capitulo, & Confilio Civitatis in unum
congeffit, erecto Hofpitali magno, quod dicitur
Sancti *Marci*, & ftatuta regimini regula, quæ
magno Pauperum compendio, expofitorum, &
difperforum fuffragio huc ufque fervata fuit.
Comitatum *Morenghi*, & *Carpeneti* olim juris E-
pifcopalis, fed poftmodum *Barnabovi* Vicecomi-
tis tyrannide occupatum redemit, pro medietate
Menfæ Epifcopali, & pro alia Abbatiæ Sancti
98 *Jacobi* de *Puntita*, cujus erat cum ampliffimis
reditibus tunc annexis Commendatarius. Eccle-
fiam Concathedralem Sancti *Vincentii* antiquitate,
& incendio partim collapfam, partim collaben-
tem auguftiori forma impendio fuo reftituere ce-
pit, dieque 24. Augufti 1455. fub utroque titu-
lo Sanctorum *Vincentii*, & *Alexandri* primum
lapidem pofuit, fabricatis maxima impenfa, lapi-
dibus fectis, fex Capellis, quæ adhuc extant,
Campanam majorem ejufdem Cathedralis ejus æ-
re fufam, & fufpenfam nomine fuo infignivit.
Ædem Parochialem Sancti *Bartholomæi* de *Le-
mine* eodem anno dedicavit. Epifcopalis Menfæ
jura auxit, & ad futurorum memoriam grandi
volumine cenfuali Barotii nuncupato compilavit,
additis exemplaribus privilegiorum ab antiquis
Cæfaribus conceſſorum. Demum poft adminiftra-
99 tam per fexdecim circiter annos *Bergomenfem* Ec-
clefiam Viduarum, & Pupillorum parens, Ec-
clefiarum defenfor, Prælatorum decus communi
vocabulo appellatus, lachrymantibus omnibus
omnium ordinum hominibus, cumque comitan-
tibus per plura milliaria, ad Patriarchalem Ec-
clefiam Venetam à *Paulo Secundo* Veneto Ponti-
fice translatus Sedem digniffime implevit, quam
nuper vacantem fecerat *Georgius Corarius Tertius*
à Sancto Protopatriarcha *Laurentio Juftiniano*,
ibique eodem anno plenus meritis deceffit.

LIX. *Ludovicus* Secundus *Donatus* Patritius
Venetus à *Paulo Secundo* electus anno 1465. ca-
A pta die ultima Februarii ejufdem anni poffeffio-
ne per Procuratorem, fequenti anno ipfe acceffit,
& per annos viginti jufte, & pie rexit Ecclefiam
Bergomenfem, veftigiis optimi Prædeceſſoris in-
hærens. Literarum ftudio maxime claruit, & in-
ter Philofophos; & Theologos infignes enumera-
tur ab Abbate *Tritemio* in Catalogo Ecclefiafti- 100
corum Scriptorum, ubi etiam Elenchus legitur
operum ab eo editorum. Maximum nomen fibi
fecit volumine in quartum fententiarum, quod
Paulo Secundo Pontifici nuncupavit. Maximam
portam areæ Epifcopalis Palatii *Urbani*, & in eo-
dem Palatio Ecclefiam Sancti *Blafii* Epifcopi, &
B Martyris ex parva Ædicula antiqua, & Sedes
Canonicales Chori Sancti *Vincentii* conftruxit,
& *Donatæ* Familiæ ftemma inferuit. Tranftulit
folemniter die ultima Maji 1467. Sacra Corpora
nuper inventa in Pago Seriate Cantii, Cantiani,
& Cantianillæ Martyrum. Novam, & infignem
Ecclefiam Sancti *Alexandri* in Columna anno
1474. dedicavit, & aram maximam Ecclefiæ
Sanctæ *Mariæ* Majoris per fubftitutum *Carolum*
de *Bofellis* Canonicum *Bergomenfem* Epifcopum
Arienfem anno 1479. die 8. Martii. In Catholica
fide defendenda acerrimus, titulum perpetui Per- 101
C fecutoris hæreticorum à Scriptoribus Patriis re-
tulit. Obiit anno 1484. die 20. Julii, fepultus
in Cathedrali Sancti *Vincentii*.

LX. *Laurentius* Secundus *Gabrieliæ* Venetæ
Patritiæ Familiæ ab *Innocentio Octavo* die 15. O-
ctobris 1484. electus, die 8. Maji 1485. poffef-
fionem adiit Epifcopatus per *Antonium Bergan-
tium* Cremenfem Archidiaconum procuratorem
electum, & die 13. Julii ejufdem anni more Ma-
jorum ingreffus obvias habuit in porta divi *An-
tonii* binas Cruces Canonicorum Sancti *Alexan-
dri*, & Sancti *Vincentii* de priore loco adhuc li-
tigantes, quas tamen provide compofuit, decla-
D rando Crucem Sancti *Alexandri* effe Crucem to-
tius Capituli *Bergomenfis*. Exquifita diligentia vi-
fitavit onera Capellarum, & legata antiqua Mif-
farum Ecclefiæ Concathedralis Sancti *Vincentii*,
& adhuc in Tabulario Capituli extat volumen 102
dictum Capellaniarum ejufdem cura, & diligen-
tia ordinatum, quo inftitutiones, & onera Ca-
pellarum, & Beneficiatorum authentico monu-
mento ad fecandas lites, & avertendos abufus
plene leguntur. Fabricam à *Joanne Barotio* cœ-
ptam Ecclefiæ Sancti *Vincentii* laudabiliter pro-
movit, Impetrata à *Julio Secundo* Pontifice in-
E dulgentia, quam impreffam per totam Diœcefim
vulgavit pro porrigentibus eidem fabricæ manus
adjutrices, ut ex Bulla in Archivio fub data 4.
Nonas Maji 1504. In qua Bulla *Laurentius* nun-
cupatur Pontificius Secretarius, & Ecclefia San-
cti *Vincentii* dicitur Cathedralis infignis. Extre-
mis Sedis fuæ temporibus luxit *Laurentius* Vineæ
defolationem, ob bellum Cameracenfe contra Se-
reniffimam *Venetam* Rempublicam, ideoque in-
vadentibus Urbem *Gallis* anno 1509. coactus fuit
abfcedere, & 17. Julii 1510. per edictum ad 103
Valvas Cathedralis Sancti *Vincentii* citavit coram
Sanctiffimo *Simonem* Brixianum Præpofitum
F Sancti *Alexandri* affertum Vicarium Epifcopa-
lem, nec non *Francifcum Offa* Archidiaconum,
& *Nicolaum Afpertum* Canonicum, & Notarios
Epifcopalis Curiæ, eo quod aufi effent tum ju-
rifdictionem, tum bona Epifcopalis Menfæ ipfo
Exule adminiftrare. Abiit è vivis *Patavii* poft
trigefimum annum Epifcopatus anno 1512. Die
6. Julii, fepultus *Venetiis* in Ecclefia Sanctorum
Joannis, & *Pauli*.

LXI. *Nicolaus* Secundus ex Patritia Veneta
Familia *Lipomana* Die 17. Menfis Julii 1512. à
Julio Secundo Pontifice electus, impedientibus

Gallorum, & *Hispanorum* Exercitibus, quibus *In-
subria*, & ditio *Veneta* vastabatur, accedere non
potuit ad residentiam, eodem tamen anno electio-
104 nis suæ interfuit Concilio Oecumenico Latera-
nensi Quinto, eique in sessione tertia subscripsit,
vigesimum nonum locum tenens inter Episcopos,
ut in actis ejusdem Concilii penes *Labbeum* tom.
14. fol. 78. & sessioni 4. fol. 94. & sessioni 5. fol.
112. & sub *Leone Decimo* Pontifice successore
sessioni 6. fol. 134. & sessioni 7. fol. 154. & ses-
sioni 8. fol. 175. & sessioni 9. fol. 205. Anno 1516.
reddita *Bergomensi* Civitate Veneto dominatui,
pacatisque bellorum turbis, *Nicolaus* provectæ
ætatis, & infirmæ valetudinis Episcopatui cessit.
Eo permittente 16. Julii 1514. Ecclesia Servita-
rum Sanctæ *Mariæ* Monticuli Vallis Callepiæ à
Christophoro Maniamino Episcopo Polinianensi so-
lemniter dedicata fuit, & alia Ecclesia Monia-
lium Ordinis Sancti *Benedicti* sub titulo Sanctæ
Mariæ in Valle Marina anno 1516. Contigit eo
Pontifice die 15. Novembris anno 1514. mirabi-
105 lis Apparitio Divi Protectoris Sancti *Alexandri*
Martyris, qua *Raymundum Cardonam* Exercitus
Hispani ductore ab Urbis direptione deterruit,
cujus memoria officio anniversario colitur ex in-
dulto Sacræ Congregationis Rituum.

LXII. *Petrus Lipomanus* Antecessoris Nepos
Patritius *Venetus*, ex Patrui cessione, ex Patavi-
næ Ecclesiæ Archipresbytero, simulque *Bergo-
mensi* Canonico Sedem Episcopalem adeptus est,
concedente *Leone Decimo* Pontifice die prima Ju-
lii 1516. Possessionem iniit solemniter die 6. Ja-
nuarii 1520. osculo adorata extra portam Sancti
Antonii Cruce Magna Sancti *Alexandri*, & visi-
tata Ecclesia ipsiusmet Sancti, & deinde alia
Concathedrali Sancti *Vincentii*, cum antea anno
1518. 21. Aprilis cepisset privatam possessionem
per *Zachariam* Fratrem. Eadem die 6. Januarii
1520. distribuit Familiis privilegatis solita mune-
106 ra scilicet *Añogadræ* equum, *Arzaneghæ*, sive *Ar-
zaghæ*, olim de *Archidiaconis* pallium, calcaria,
& ocreas *Ossæ*. Habuit pluribus annis Suffraga-
neum *Gabrielem Castellum* Bononiensem Archie-
piscopum Dariensem, eo quod ætatis defectu à
charactere Episcopali rite suscipiendo prohibere-
tur. Completa ætate viginti septem annorum die
29. Junii 1530. in Ecclesia Sanctæ *Mariæ* Majo-
ris consecratus fuit à *Gabriele* prædicto Suffraga-
neo, *Mathia Ugone* Brixiensi Episcopo Famagu-
stano, & defendente *Vavassorio Bergomensi* Epi-
scopo Justinopolitano. Opera, & Eleemosinis,
pioque Pastoris exemplo promovit labores Vene-
randi viri *Hieronymi Emiliani* Patritii Veneti ad
optimam frugem conversi, qui anno 1532. plures
Mulieres prostitutas in Collegium Conversarum
collegit, & vagantium Puerorum, & Orfano-
rum Cœtum in Hospitali Sanctæ *Magdalenæ*
107 primum, deinde Sancti *Martini* Christianis mo-
ribus instituendos coadunavit, & Congregatio-
nem Patrum *Somaschæ* in finibus Agri *Bergomen-
sis* in Oppido, dicto *Somasca*, religiose fundavit
abundantem fructuum Messem Ecclesiæ, *Paulo
Tertio* Pontifice Maximo confirmante anno 1540.
allaturam. Die 2. Maji 1535. suscepit *Petrus* Fra-
tres Capucinos apud Ecclesiam Sancti *Alexandri*
trans Murgulam, concesso pro fabrica Conventus
loco, aliumque eisdem concessit fundum in Ab-
batia Sancti *Gervasii*, & *Protasii* Brixien., cujus
erat Commendatarius. Meruit insigni gratia coad-
jutorem cum futura successione *Aloysium Lipoma-
num* Episcopum Metonensem die 28. Septembris
1538. Cum quo etiam pari gratia post 24. annos
regiminis à *Paulo* Papa *Tertio* die 18. Februarii
1544. translatus fuit ad Episcopatum Veronen-
sem, & deinde Legatus ad *Scotorum* Regem die
A 9. Augusti 1548. annorum vero 52. obiit in *Sco-* 108
tia summo Religionis, & pietatis elogio.

LXIII. *Petrus* Secundus *Bembus* Patritius Ve-
netus S. R. E. tituli Sancti *Clementis* Presbyter
Cardinalis doctissimi Patris *Bernardi* doctissimus
filius, Poetis, Oratoribus, & Juris peritis æque
notus anno 1539. ex Equite Ordinis Hierosoly-
mitani factus Canonicus Patavinus, postea à *Pau-
lo Tertio* Cardinalis delato Episcopatu *Eugubino*,
indeque die 18. Februarii 1544. ad Sedem *Ber-
gomensem* translatus. Possessionem adiit die 13.
Maji per *Flaminium Tomarotium* Papæ Cubicula-
rium, electo Vicario Generali *Nicolao Assonica*
B Præposito Sancti *Alexandri*. Die 8. Julii obtinuit
in Suffraganeum, & cum futura successione co-
adjutorem *Victorem Superantium* sanguine pro pin-
quum Episcopum Titularem *Nicenum* à *Paulo
Tertio* prædicto, qui pro absente Cardinali Ec- 109
clesiam visitavit, relicto actorum visitationis in
Archivio Episcopali amplo volumine. Edidit *Pe-
trus* prosa, & versu insignes amplissimi ingenii
fætus literatis notissimos, & die 16. Januarii 1547.
ætatis 76. ex percussione femoris, quam equi-
tando in porta domus obviam habuit *Romæ* de-
functus, sepultus est in Ecclesia Sanctæ *Mariæ*
C super *Minervam*, cum ob gravem ætatem, ma-
gnaque Ecclesiæ negotia impeditus nunquam in
Ecclesia *Bergomensi* resedisset.

LXIV. *Victor Superantius* Aloysii filius Patri-
tius Venetus ex Episcopo *Niceno* morte *Petri*
Cardinalis *Bembi*, cui datus erat à *Paulo Tertio*
cum futura successione coadjutor, factus Episco-
pus *Bergomensis* die 19. Januarii 1547. Possessio-
nem uti talis solemniter cepit die 9. Augusti.
Fuerat olim *Clementis Septimi* intimus Cubicula-
rius. Factus sui pleni juris Episcopus ex animi 110
levitate, & curiositate cepit libros hæreticorum
per *Italiam* tunc temporis libere vagantes avide
D legere, unde in suspicionem Fidei apud pleros-
que incidens, die 12. Aprilis 1548. variis libellis
in locis publicis affixis de hæresi insimulatus fuit.
Crevit rumor, & suspiciones adeo aggravatæ
sunt, ut à Sanctissimo *Julio* Papa *Tertio* manda-
tum fuerit fratri *Michaeli Ghislerio* Ordinis Præ-
dicatorii, postea Pontifici *Pio Quinto*, & Beatis
adscripto, speciali commissione de *Victore*, aliis-
que personis *Bergomi* tunc suspectis inquisitio-
nem struere. Romanam Jussionem strenue *Ber-
gomi* executus fidei quæsitor in tantas angustias
devenit, ut nisi ope *Joannis Hieronymi Albani*
Comitis, & Serenissimæ Reipublicæ Collateralis
E Generalis, successivè S. R. E. Cardinalis adjutus
fuisset, capite periclitaretur. Facta per Commis-
sarium prædictum *Romæ* relatione, jussu ipsius
Summi Pontificis *Victor* die 22. Julii 1552. ab 111
omni regimine, & administratione Ecclesiæ *Ber-
gomensis* suspensus fuit, ut ex Bulla ipsius suspen-
sionis cum deputatione *Nicolai Duranti* Cameri-
nensis Clerici in Apostolicum Vicarium, assignata
eidem pensione ducentorum aureorum ex rediti-
bus Episcopalis Mensæ, cui die 14. Junii 1554.
subrogatus fuit ab eadem Sancta Sede *Julius* de
Augustis Canonicus Camerinensis Civis tamen
Bergomensis eodem jure, & proventu. Duobus
F fere annis *Victor* exilium passus à sua Sede man-
sit in *Adriana Mole Romæ*, a qua tunc eductus
fuit, & Ecclesiæ suæ restitutus, cum ei prædi-
ctus *Julius Augustus* in Apostolicum Vicarium
datus est. Extant Pontificia diplomata purgatio-
nis testimonia data eidem *Victori*, & *Julio Au-
gusto* sub eadem die 24 Maji 1554. *Bergomensi*
restitutus Ecclesiæ una cum Vicario sibi assignato,
iterum Diœcesim visitavit, & *Hieronymum Vi-* 112
dam Episcopum Albensem Archipresbyterum Ec-
clesiæ de Paterno agri Cremonensis, sed *Bergo-
mensis*

mensis Diœcesis, ad omnia spiritualia, & temporalia in locis agri Cremonensis delegavit 14. Maji 1555. Sub *Paulo* Papa *Quarto* novum Vicarium Apostolicum recepit *Joannem Baptistam Brugnatellum*, Clericum Bobbiensem loco *Julii Augusti*, & paulo post relapsus *Victor* in novas hæresis suspiciones, citatus, *Romæ* ab eodem Pontifice in publico Consistorio die 20. Aprilis 1558. non obstante *Julii Tertii* absolutione exauthoratus, & ab omni Episcopalis dignitatis, & Ordinis exercitio depositus fuit, unde rediens *Venetias* animi tædio die 15. Maji 1558. vigesimo quinto die a depositione sua obiit, & in Majorum sepulchro conditus fuit.

LXV. *Aloysius Lipomanus* summis votis a *Bergomensis* Capitulo, & Civitate per expressos ad
113 Pontificem Nuncios expetitus, ab eodem Pontifice *Paulo Quarto* laudata *Bergomensis* Ecclesiæ pietate pro reparandis jacturis in *Victore Superantio* toleratis concessus fuit, translatus ab Ecclesia Veronensi ad *Bergomensem* die 20 Julii 1558. Is olim fuerat, ut diximus, Coadjutor cum futura successione datus *Petro Lipomano*, & cum eodem, simili coadjutoriæ gratia, translatus ad Veronensem Ecclesiam sub titulo Episcopi Metonensis. Tanquam Coadjutor Veronensis, & Metonensis titularis interfuit Concilio Oecumenico Tridentino, & sessioni quintæ sub *Paulo Tertio* subscripsit anno 1546. ut in actis apud *Labbeum* tom. 14. fol. 750. Cui etiam tunc subscripsit pro *Bergomensi* Ecclesia *Isidorus Clarius* Monachus Abbas Puntitæ, ut ibidem fol. 751. sic etiam subscripsit sessioni Sextæ fol. 771. & septimæ 774. & Octavæ 786. *Bergomum* summa omnium exhilaratio-
114 ne, solemnique pompa ingressus plenam inscriptionibus, & elogiis suo nomini amatissimo invenit Urbem exprimentibus egregia ab eo facta, & scripta, Legationem pro Pontifice *Julio* ad *Joannem Lusitaniæ* Regem, aliam pro Catholica Fide ad *Sarmatas*. Audivit Encomiastem *Nicolaum Colonium* Canonicum totius Civitatis nomine erudito panegyrico gratulantem; sed post mensem cepti regiminis vocatus Romam a *Paulo* Pontifice, *Augustino* Nepoti, qui in Veronensi Cathedra successerat, commendatam Ecclesiam reliquit; sed *Romæ* Negotiis oppressus, senili ætati imparibus 15. Augusti anno 1559. obiit sepultus in Ecclesia Sanctæ *Catharinæ* Funariorum ad lateralem portam ætatis anno 63. multa quærentibus de insigni hoc Præsule satis sit legere Opera ejus egregia, & præcipue *Catenam in Psal-*
115 *mos*, & Octo Volumina *Vitarum Sanctorum*, quorum septem ipse edidit vivus, octavum vero posthumum *Hieronymus Lipomanus* Nepos *Pio Quarto* inscripsit. Bibliothecam suam tunc temporis magni pretii, Sanctorum Patrum, ut plurimum opera fere omnia complectentem *Bergomensi* Episcopo ad usum futurorum Præsulum nobili legato reliquit.

LXVI. *Aloysius Secundus* ex Patritia Veneta Familia *Cornelia*, tituli Sancti Marci S. R. E. Presbyter Cardinalis à *Pio Quarto* die 13. Martii 1560. electus, brevissime administravit Ecclesiam, nam die 11. Junii 1561. ipsam resignavit, reservato sibi collationis Beneficiorum indulto, in *Federicum Cornelium* Episcopum Traguriensem, & relicto Capitulo, & Canonicis Beneficentiæ suæ Monumento, donatis ex opere serico, quod Damascum vocat, pro Missa solemni Sacris indumentis albis, & imagine Cruci-
116 fixi ex argento fuso adhuc extante admirandi artificii, ponderisque, ac pretii eximii. Natus *Aloysius* anno 1496. *Georgii Cornelii* Senatoris, ac Regni *Cypri* Commendatoris filius, postea Episcopus Traguriensis a *Julio Tertio* Cardinalis creatus, & subinde S. R. E. Camerarius decessit *Romæ* ætatis suæ 89. Sexto Idus Maji 1584. sepultus in Ecclesia Cruciferorum.

LXVII. *Federicus* ex Patritia Veneta Familia *Cornelius* filius *Joannis* Senatoris, & *Aloysii* Cardinalis Nepos ex Episcopo Traguriensi *Bergomensis* electus, cedente dicto *Aloysio* Cardinali die 11. Junii 1561. possessionem adiit die prima Julii ejusdem anni, & die tertia solemniter exceptus coram Rectoribus Civitatis, & universo populo eleganti Oratione à *Joanne Andrea Viscardo* Jurisconsulto, cepit manum admovere pastorali regimini, sed statim initio insequentis Augusti deflere debuit una cum universis Canonicorum, & Civium lacrymis dirutionem suæ 117
Cathedralis antiquæ Sancti *Alexandri*, quæ decreto Serenissimæ Reipublicæ, ob novam Urbis munitionem solo æquata fuit, ideoque, ne cum lapidibus, & cæmentis primarii, Venerandique Templi memoria periret, cantata ibi ultima Pontificali Missa, & instituta pro translatione Corporis Sancti *Alexandri*, & aliorum Sanctorum ad Concathedralem Sancti *Vincentii* solemni supplicatione instrumentum edidit; quo Posteris plena, & distincta status rerum, translationis Sanctarum Reliquiarum, & diruendi Templi series, & imago provide servaretur. Editum est hoc solemne documentum Kalend. Septembris anni 1561. in actis *Hieronymi*, & *Christophori* de *Vavassoribus*, & opportune legitur impressum in *Italia Sacra* Ughelii, ubi de *Federico Cornelio* sermonem habet tom. 4. fol. 708. cum jam ex regi- 118
stris Episcopalibus, & Tabulario Capituli evanuerit, & licet culpa. Impressoris mendis scateat apud *Ughelium*, plurimaque adsint verba fœde corrupta, aliaque deficiant, tamen cordati lectoris, maxime rerum *Bergomensium* periti, ope integritati suæ restitui potest. Templo diruto jurgia, & lites inter Canonicos utriusque Cathedralis sub unico tecto Sancti *Vincentii* cohabitaturos paterne *Federicus* composuit alio insigni instrumento impresso 17. Decembris 1561. in actis *Alexandri* de *Allegris* Notarii, dum interim Canonici Sancti *Alexandri* 6. Idus ejusdem a *Pio* Papa *Quarto* Bullam, quæ incipit *Superna dispositione* impetrarunt, qua conceditur iis facultas fabricandi opportuno in loco Cathedralem honoribus, & privilegiis dirutæ substitutam. Egit pro viribus, irrito tamen conatu, ipse, & Successores omnes Episcopi, usque ad *Danielem Justinianum*, pro 119
integra unione Capituli, sed servabatur ex alto hæc gloria, & contumacium animorum victoria *Justiniano*. Adfuit *Federicus* Tridentino Concilio œcumenico, omnibusque sessionibus, & actis ejusdem sub *Pio* Papa *Quarto* celebratis, eisdemque subscripsit, ut apud *Labbeum* in collectione Conciliorum tom. 14 fol. 930, & cum eo *Joannes Tertius Bergomensis* Theologus Ord. Minorum Lector Sacræ Theologiæ in Archigymnasio Papiensi descriptus in actis Concilii apud eundem *Labbeum* fol. 937. Publicato Tridentino Concilio reformationi *Bergomensis* suæ Ecclesiæ toto pectore insudavit *Federicus*; ritus & Cæremonias Ecclesiæ Cathedralis cum consilio Capituli, statuti ipsius capita declarando, & augendo die 18. Februarii 1564. reformavit. Primam Synodum habuit die 4. Septembris ejusdem anni, secundam die 10. Maji 1568. tertiam die 15. Septembris 1574. In quibus omni- 120
bus, pluribus salutaribus decretis, mores Ecclesiasticos, ministeria Sacramentorum, & Ecclesiasticæ rei curam ad normam Tridentini Concilii egregie composuit. Chorum Sancti *Vincentii* numero integro Canonicorum utriusque Congregationis imparem evertit, ampliori constructo,

cto, pecunia sua partim, partim vero ex legata, & assignata usibus Sacristiæ anno 1569. ut ex decreto applicationis in magno registro A. fol. 240. Archivii Capitularis. Canonicos omnes ad tres Classes Sacrorum Ordinum reduxit juxta sancita Tridentini sessione 24. cap. 12. cum antea decem tantum essent Sacerdotales, & ex reliquis, plures Acoliti, sine ullo Sacri Ordinis onere, vel charactere, ediditque innumeris superatis difficultatibus solemne decretum cum Capituli consensu die prima Augusti 1573. in actis D. Ottolini Rotæ Capituli Cancellarii. Seminarium ædibus ad
121 id comparatis, & unita antiqua Canonica Sancti *Mathæi* fundavit. Novam Domum pro Mulieribus à cæno libidinis resurgentibus in Suburbio Sancti *Antonii* designavit, Conventum Sancti monialium Sanctæ *Luciæ* veteris Conventui Sanctæ *Agathæ* in Suburbio Divi *Leonardi* univit, translatis eodem ad securius asilum Monialibus: Similiter Conventum ex Villa Trascurii ad Monasterium Sanctæ Gratæ *Bergomi*, extinctis aliis Conventibus male tutis in Diæcesi, uno Credarii, altero Leminis. Maximo Divini cultus augmento Scholas Doctrinæ Christianæ in Civitate, & Diæcesi certis propositis legibus fundavit, ædificiis Palatium Episcopale amplificavit, ære proprio Domum Parochialem in Oppido Paratico Diœcesis *Bergomensis*, agri tamen Brixiensis, liberaliter amplam construxit, simulque Conven-
122 tum Monticuli in Valle Caleppia Fratrum Servitarum, qui antea angustissime habitabatur. Novum Conventum Fratribus Capucinis in Oppido *Vertuæ* concessit, & piam Societatem Mulierum Ursulinarum erexit magno domesticæ modestiæ, & piæ domesticarum Virginum educationis emolumento. Interfuit, & subscripsit Conciliis Provincialibus a Divo *Carolo* celebratis primo, secundo, tertio, & quarto, & ejus ultima subscriptio legitur post quartum prædictum Provinciale quinto loco in actis Ecclesiæ Mediolanensis primæ impressionis fol. 88. & in collectione Labbea *tom.* 15. *fol.* 555. Civitatem, & Diæcesim pluries visitavit, & visitationem à Legato Apostolico anno 1575. Divo *Carolo Borromeo* suscepit, maxima suæ vigilantiæ commendatione, ut in actis ejusdem Sancti Visitatoris legere est, adeo ut *Sixtus* Papa *Quintus* ad reformationem Patavinæ Ecclesiæ illum evocaverit, non attentis *Bergomensium* lacrymis post 16. annos regiminis die
123 19. Julii 1577. ubi Apostolicæ Cameræ Clericus factus, & novissime Cardinalis Sanctæ R. E. obiit *Romæ* ætatis 59. sepultus ad tempus in Ecclesia Sancti *Silvestri* Montis Quirinalis, & deinde translatus ad Cathedralem Patavinam in Sacello Sancti *Danielis*, ubi nobili Sepulcro conditus est.

LXVIII. *Hieronymus Ragazonus* Civis Venetus, & ex origine *Bergomensibus* ortum trahens, *Benedicti*, & *Elisabeth Ritiæ* filius peractis studiis in Patavino Archigymnasio Romanam Curiam secutus Cubicularius *Pauli Quarti*, ac *Pii Quarti* ætate 25. annorum Episcopus Nazianzenus titularis, datus fuit Coadjutor *Francisco* Episcopo Famagustano cum futura successione. Interfuit Tridentino Oecumenico Concilio, ibique ultimam habuit celebrem Orationem in Synodi dimissione, quæ incipit *Audite hæc omnes gentes:* duobus continuis diebus continuatam ex repetitione inserta
124 omnium in Concilio decretorum tertia, & quarta Decembris 1563. Quæ legitur in Collectione Labbei *tom.* 14. *fol.* 1659. & in qua recensuit summatim arte mirabili quæcunque ad pie credendum, & ad bene vivendum, in toto illo Concilio, omnium Oecumenicorum copiosissimo, definita sunt. Subscripsit tanquam Coadjutor Famagustanus, & Titularis Nazianzenus actis ejusdem Concilii sub *Pio Quarto*: ut apud *Labbeum* fol. 631. Post Concilium defuncto *Francisco* petiit *Famagustam*, eamque cito à *Turcarum* exercitu cinctam doluit, & cum in extremis nullus esset qui *Venetias* celeri cursu ad suppetias petendas accederet, ille ingenti animo per mediam *Turcarum* Classem Regno *Cyprio* egressus, omnium admiratione, & commendatione auxiliorum expeditionem obtinuit, quorum etiam palmis plausisset, nisi interim integrum Regnum *Cyprium*, ante au- 125
xiliorum adventum, immensa *Turcarum* inundatione oppressum, jugum accipere coactum fuisset. Post Sedis suæ excidium *Venetiis* commoratus aliquantulum, postea *Romæ* ad Chimasensem Ecclesiam Insulæ Cretensis electus, & a *Gregorio* XIII. factus Apostolicus Visitator Archipræsulatus Ravennatensis, Urbinatensis, & Mediolanensis, adeo partes suas egregie implevit, ut meruerit ab ipso divo *Carolo* Archiepiscopo Mediolanensi elogia & ejusdem intercessione collationem Novariensis Episcopatus, quam quia recusantibus *Hispanis*, non ipsis origine subditum, admittere, obtinere non potuit, a *Gregorio* XIII. translatus ad *Bergomensem* Ecclesiam, ex translatione *Federici Cornelii* vacantem, die prima Octobris 1577. ejusdem possessionem cepit privatam per *Placidum Germanum* Fratrem. Paucis post diebus ipse *Hie-* 126
ronymus accedens in Ecclesia Cathedrali Sancti *Vincentii* exceptus latino panegyrico ab Historico *Joanne Antonio Guarnerio* Canonico eruditissimo, & Hetrusca oratione à *Marcello Viscardo* jurisconsulto, omnium animos lætitia, & summa rerum gerendarum expectatione implevit. Nec spem fefellit accuratissimis, & non perfunctoriis visitationibus, realibus, localibus, & personalibus, celebratione quinque Synodorum, in quibus tamen nullum decretum edidit, contentus observantia inculcata decretorum Tridentini, & Prædecessoris, & Provincialium Conciliorum, repetens illud Platonicum *In Corruptissima Republica plurimæ leges.* Charitate in Pauperes profusissimus ipsa privata Domus ornamenta multoties distribuit. Pro Infectis Xenodochium, quod Lazarettum vocant sua præcipue cura ædificatum fuit, & in Cathedrali Templo 17. Aprilis 1591. Ta- 127
bernaculum insigne, & pretioso lapide, æreque inaurato, manu celebris Artificis *Cæsaris Tarconi Veneti*, *Florentiæ* habitantis, quod numerata de suo ingenti pecunia, collectisque quibusdam proventibus ad Sacristiam Cathedralis pertinentibus perfecit, ut ex decreto dictæ diei in Capituli Tabulario. Ecclesiam ipsam Cathedralem Sancti *Vincentii* tam in Vestibulo, quam in omnibus Capellis gradibus marmoreis honestavit. Sacrarium ejusdem vestibus auro contextis pro Pontificali solemni sacrofaciendo, omnibusque Pontifici inservientibus ditavit. Organorum orchestras ædificavit, & portam majorem ex albo marmore. Pastorali sua cura grassantem luem compescuit, additis fervidis precibus & intercessione divi *Rocchi*, cujus cultum promovit, constructa impensis Civitatis ejus hortatu Capella sub Divi titulo in æde divæ *Mariæ* Majoris. Interfuit, & subscri- 128
psit quintæ Synodo Provinciali habitæ à Divo *Carolo Mediolani* anno 1579. in actis Ecclesiæ Mediolanensis fol. 130. & sextæ anno 1582. fol. 83. & in collectione Labbea *tom.* 15. *fol.* 705. & 749. Congregationes Casuum Parochis utilissimas in frequentem usum induxit, edito typis libro materias fere omnes morales quæstionibus disputabilibus ad praxim complectente; Litem insignem inter Monachos Sancti Sepulchri Astinenses, & Populum *Bergomensem* composuit. Nobile Domicilium rurale in Oppido *Gorle* Episcopalis

palis Mensæ construxit, adjecto lemmate *Ad honestum pastoralis oneris levamen.* Canonicos dissidentes, & præcipue Dignitates super divisione functionum in Ecclesia agendarum à multis annis litigantes arbiter juris Divo *Carolo* Cardinali suffectus, sapientissima sententia sub die 10. Februarii 1588. quæ impressa legitur, composuit,
129 Seminarium collatis, & unitis pluribus Ecclesiasticis beneficiis amplificavit. Clericos Regulares Theatinos, concessâ Parochiali Æde Sanctæ *Agathæ*, & domo contigua *Bergomum* recepit. Erectum nuper Episcopatum Cremensem à Placentina Sede separatum, mandato *Gregorii* XIII. studiosissime visitavit, & saluberrimis decretis, quæ usque in præsentem diem sub vocabulo Apostolicæ Visitationis integre servantur, instruxit; ibique Ecclesiam Fratrum Capucinorum dedicavit. Apostolicus Nuncius pro *Gregorio* XIII. in *Galliam* perrexit, Magno *Henrici Tertii* favore, à quo duo Lilia Stemmati Gentilitio inserenda reportavit, & Pontificis Summi gratiam promeruit. Privilegia, & dignitates *Jacobo* ejus germano Fratri ex meritis *Hieronymi* ab *Anglico Philippo*, & *Maria Stuarda*, & *Henrico* prædicto *Galliæ* Regibus
130 collata sunt. Insignes labores in *Lotharingia*, tamquam Apostolicus Visitator, & in tota *Gallia* pro pace regni, & extinctione Turbarum, & Procerum hæreticorum eversione subivit. Ædes Sacras Capucinorum, aliorumque Ordinum *Parisiis* sacravit. Sub *Sixto Quinto* revocatus ad Curiam Romanam, & Pontificii Sacelli factus assistens rediit *Bergomum* Pastoralibus curis nunquam vacuus, laboribus nunquam fessus, nec sibi unquam vivens. Iterum ab *Innocentio Nono* revocatus, visitationi, & reformationi Monasteriorum deputatus, & à *Clemente Octavo* in eodem munere confirmatus magna tulit, donec proximus Purpuratorum Collegio omnium judicio, & expectatione, ætatis 55. Annorum, & Mensium octo febri correptus, obiit anno 1592. Sepultus *Romæ*, mandante Cardinali *Augustino Valerio*, in Ecclesia ejusdem titulari Sancti *Marci*.

131 LXIX. *Joannes Baptista Milanus* Civis Venetus post ætatem usque ad annum quadragesimum septimum in habitu, curisque Sæcularibus, & Curialibus actam Mundo nuncium remittens, inter Clericos Regulares, Theatinos appellatos, religiosam vitam ingressus, omnibus virtutibus clarere cœpit. Decimoquarto post anno cunctis admirantibus ejus in pietate, & prudentia progressus omnium Religiosorum votis, & *Sixti Quinti* approbatione primus Propositus Generalis creatus per quadriennium Religioni ita præsedit, ut dum privatæ vitæ quietem regiminis termino præoptabat, Serenissimæ Reipublicæ *Venetæ* petitione *Hieronymo Ragazono* exstincto invitus, & omnibus modis reluctans tractus fuerit expresso *Clementis Octavi* jussu ad Infulas *Bergomenses* die 8. Mensis Aprilis 1592. a Pontifice electus Aprilis 28, Episcopalis servitutis onus cepit capta per *Gulielmum*
132 *Beroam Bergomensem* Canonicum possessione, & die 25. Julii circa primam noctis horam ipse adfuit, sine ulla pompa, & apparatu. Nihil habuit antiquius, quam ordinata ab eximio Antecessore sarta tecta servare, divinum cultum amplificare, Diœcesim sæpissime visitare, Doctrinæ Christianæ exercitium mirabili diligentia promovere, erecta ad id Confraternitate in Capella Sanctissimæ Trinitatis Ecclesiæ Cathedralis, & impetratis indulgentiis ab Archiconfraternitate de Urbe, cui singulæ quarumlibet Ecclesiarum *Bergomi*, & Diœcesis certo præscripto ritu adscriberentur. Mores Ecclesiarum vigilantissima cura ad normam piissimi animi sui ordinavit. Accuratam Synodum Diœcesanam plenam salutaribus decretis habuit die 4. Septembris 1603. Argenteam supellectilem Cathedralis Ecclesiæ tam vivens, quam moriens liberalissime amplificavit, extantibus adhuc cum ejus 133
stemmate argenteis pateris, & vasis magni pretii. Concilio Provinciali Septimo sub *Federico* Cardinali *Boromeo* Archiepiscopo interfuit, eique quarto loco subscripsit, ut in ejusdem actis fol. 130. anno 1609. ibique totus fuit in procuranda tunc Beati *Caroli Boromei* apotheosi, & nomine Provinciæ Mediolanensis a Sanctissimo *Paulo* Papa *Quinto* impetranda. Pauperum sublevandæ inopiæ adeo fuit intentus, ut omnes fortunas Episcopi *Milani*, vel Templorum nitori, vel Sacris largitionibus cessisse constans fama sit, & idipsum testentur marmora ejus nomini inscripta tam in Hospitali majori anno 1616, quam in Cathedrali *Bergomi* jussu Capituli, & jussu Civitatis universæ anno 1615. Pro concionibus habendis, pro perpetuis Sacrificiis celebrandis, pro multis Pauperibus Puellis dote Scutorum 25. honesto Matrimo- 134
nio annuatim tradendis ingentem vim auri Hospitali majori, & Consortio Misericordiæ vivens numeravit, & nihil de Sæculo nequam, nihil de hæredibus sollicitus, pro Ecclesiæ Cathedralis futura fabrica Montem instituit, & fere ex asse quatuor millibus scutorum dotavit, quorum fructibus accedente trium Canonicorum liberalitate nova Cathedralis Divo *Alexandro* Martyri erigeretur, si & quando Capitularium animos sanctissimæ unionis vinculum ab eodem Antistite *Milano* toties expetitum, & procuratum coadunaret in unum. Anno 1611. post decimum nonum annum regiminis Episcopatum dimisit, & die Octava Aprilis, qua ipse invitus electus fuerat, impetravit Successorem *Joannem Emum*, & conducta privata domo, sex integris annis supervixit, orationi, eleemosinarum distributioni, & annorum æterno- 135
rum meditationi intentus, usque ad 13. Junii 1617. qua ætatis suæ nonagesimo, meritis plenior, quam diebus, placidissime efflavit animam, universali Sanctitatis opinione relicta. Die sequenti in Cathedrali omnium lacrymis, & Pauperum vocibus patrem suum deposcentibus elatus, celebrata Missa per Successorem *Joannem Emum*, & laudatus ab erudito *Laurentio Biffo* Clerico Regulari Theatino, in arca plumbea clausus, ante aram maximam in Episcopali sepulchro ad præscriptum Conciliorum Provincialium Mediolanensium ædificato, tumulatus fuit.

LXX. *Joannes* hujus nominis *Septimus* ex Familia *Ema* Patritia Veneta ob cessionem *Joannis Baptistæ Milani* Antecessoris à *Paulo* Papa *Quinto* electus die 8. Aprilis 1611, & declaratus Pontificius Assistens, die 4. Octobris ejusdem anni possessionem cepit post privatum ingressum ex- 136
ceptus nomine Civitatis ab Equitibus, & Jurisconsultis *Ludovico Augusto*, & *Scipione Bosello*. Visitationi Diœcesis incumbens, plures Ecclesias dedicavit, & maxime die 14. Julii Ecclesiam Parochialem Nonæ in Valle Decia, cum antea die 13. ejusdem & 12. dedicasset Parochiales *Teveni*, & *Barzesti* ibidem. Studuit unioni, & concordiæ Capitulo Cathedralis necessariæ pro litium extinctione, & fabrica novæ Cathedralis, eoque res devenit, ut die 26. Martii 1614. in actis Domini *Georgii* de *Vavassoribus* Episcopali approbatione, & decreto conventum fuerit in pleno Capitulo in Aula Episcopali adunato, de supprimendis Congregationibus Sanctorum *Vincentii*, & *Alexandri*, & restituendo antiquæ unitati Capitulo; verum quia differebatur certis conditionibus, & expectativis executio, nec deerant ex Canonicis acerrimi contradictores, prætexentes relinquen- 137
dum non esse titulum Sancti *Vincentii*, tractatus, & labores Episcopales cesserunt in irritum. Bona

Episcopalis Mensæ œconomica cura, & ædificiorum augmento amplificavit. Ecclesiam Cathedralem argenteis pluribus candelabris stemmate suo insignitis, & adhuc extantibus ornavit. Synodum Diœcesanam utilibus decretis anno 1613. celebravit. Academiam ex Gentilitio titulo *Emam* in Seminario instituit, & liberaliter perpetuo censu dotavit. Monasterii Monialium Ordinis Sancti *Benedicti* cura sua fundati in Oppido *Gandini* Ecclesiam Divo *Carolo Boromeo* dedicavit, & post undecimum annum regiminis, dum *Venetiis* moraretur, obiit die 16. Octobris 1622.

LXXI. *Federicus* hujus nominis *Secundus* ex Patritia Veneta Familia *Cornelia* Apostolicæ Ca-
138 meræ Clericus, Magnus *Cypri* Commendator, & *Joannis Venetiarum* Ducis Filius, die 20. Mensis Martii 1623. à *Gregorio Decimo Quinto* electus, die 21. Decembris solemnem adiit *Bergomensis* Ecclesiæ possessionem, comitantibus nobilibus Equitibus quingentis, & pluribus Curribus Urbium *Brixiæ*, & *Bergomi*. Ab ingressu totus fuit in reparanda Ecclesiastica disciplina. Die 29. Januarii 1626. ab *Urbano Octavo* in Sacrum Cardinalium Collegium cooptatus, Civitatem *Bergomensem* implevit lætitia, à Consilio Urbis mille aureis, vulgo Zecchinis donatus. Visitationem Diœcesis, quam ceperat, strenue prosecutus est, in qua præcipua memoranda venit visitatio localis, & personalis Cathedralis Ecclesiæ summa diligentia peracta, ut ex actis ejusdem patet. Sacrarium Cathedralis multa supellectili sacra ad usum Missarum privatarum, & solemnium, &
139 Altarium antependiis auxit; die 8. Februarii 1627. post vix quadriennalem Episcopatum ad Sedem Vicentinam ab *Urbano Octavo* translatus vacantem per obitum *Dionysii Delfini*, indeque reluctans creatus Venetus Patriarcha, quod postremum munus aliena voluntate susceperat, sua deposuit, & electo tumulo ante Aram Divæ *Teresiæ* in Ecclesia Sanctæ *Mariæ* de *Victoria* Carmelitarum Excalceatorum, obiit *Romæ* anno 1653. ætatis septuagesimo quarto.

LXXII. *Augustinus Priulus* Patritius Venetus, *Antonii* Reipublicæ Ducis filius, *Matthæi* Cardinalis Frater, Abbas *Vangaditiæ* die 8. Februarii 1627. ab *Urbano Octavo* electus, & Sacelli Pontificii Assistens declaratus, die 24. Februarii possessionem *Bergomensis* Ecclesiæ cepit per Procuratorem *Marcum Antonium Capram* Vicarium
140 suum designatum, & 28. Octobris ejusdem anni præsens adfuit curæ Pastorali subeundæ die 4. Maji 1628, & duobus in sequentibus diebus Synodum habuit omnium *Bergomensium* amplissimam, sive decretorum multitudinem ex Provincialibus Conciliis, aliisque Prædecessorum sancitis spectes, sive styli candorem, & aptissimum titulorum, & capitum ordinem, quæ pluribus Episcopis, & Diœcesibus recte formandæ Synodi norma fuit, & esse poterit. Ingenio ad omnia aptissimo præditus *Augustinus* magna meditabatur, cum ingruente contagiosa lue anno 1630. petiit Abbatiam suam in agro Patavino *Vangaditiam*, ubi die 4. Octobris 1632, Epidemia correptus, obiit, & ibidem sepultus jacet.

LXXIII. *Aloysius* hujus nominis *Tertius* ex Patritia Veneta Familia *Grimana* die 10. Januarii 1633. ab *Urbano Octavo* electus, privata posses-
141 sione per Procuratorem capta, regimen deinde ipse adiit circa Mensem Augusti ejusdem anni. Palatium Episcopale ornavit, Pulpitum ligneum in Cathedrali construxit, duas Synodos habuit, primam 4. Junii 1636, secundam 17. ejusdem anni 1648, in quibus plurima utilia decreta leguntur, quæ tamen in ea parte, quæ Regulares respiciunt multum negotii, & litium ipsi statuenti excitarunt. Podagra impeditus multum vacavit ab Episcopalibus functionibus, & anno 1656, cum à pluribus annis *Venetiis* moraretur, die 4. Decembris post vigesimum tertium impletum regiminis annum excessit, relicta plurima serica supellectili ad usum Sacrarii Cathedralis Ecclesiæ, & Monasterii Sanctæ Gratæ, ætatis suæ supra septuagesimum.

LXXIV. *Gregorius Secundus* ex Patritia Veneta Familia *Barbadica*, natus Patre *Joanne Fran-*
cisco Senatore sapientissimo anno 1625. Adole- 142
scens profectus in *Germaniam* cum *Aloysio Contareno* ad tractatum Osnabrugensem, & Monasteriensem pro Pace nomine Serenissimæ Reipublicæ *Venetæ* Legato, ut sub versatissimo Patritio tyrocinium faceret. Iniit cum *Fabio Chysio*, Nuncium Apostolicum ibidem agente, familiaritatem, à quo intento magni animi robore defensioni Jurium Ecclesiasticorum, & Fidei, & Religionis negotii, cognitus est juvenis paris fortitudinis, & cordis ad magna pro Religione subeunda nati. Dimissis Ordinum Comitiis Monasterii anno 1648. *Belgium*, & *Gallias* peragravit. Publicis Muneribus in Patria aliquantisve detentus, eodem fere tempore in Archigymnasio Patavino suscepta jurisprudentiæ laurea, & obtento ejusdem Cathedralis Canonicatu, Sacræ Militiæ nomen dedit. Sub initia Pontificatus prædicti *Fabii Chy-*
sii, quem sub nomine *Alexandri Septimi* adora- 143
vit Orbis, *Romam* venit, ubi creatus utriusque Signaturæ Referendarius, & Prælatus domesticus, mox die 9. Julii 1657. ab eodem Pontifice electus *Bergomensis* Episcopus, die 2. Septembris ejusdem privatam possessionem cepit per procuratorem *Rodulphum Roncallum Bergomensem* Archidiaconum, & post prodromam Gregi, & Ecclesiæ suis elegantem simul, & efficacem Epistolam, adfuit ipse die 27. Martii 1558. declaratus Pontificii Sacelli Assistens. Cepit statim Clerum, & Populum ad studia pietatis excitare, ideoque prima Decembris 1658. in confessione sub Choro Cathedralis erexit Oratorium, pro ferventi orationis, & voluntariæ flagellationis exercitio, quo
singulis diebus Dominicis post Vesperas adstante
Episcopo, Canonicis, & præcipuis Civibus, & 144
præmissa feria de rebus æternis concione, animi ad Sacramentorum frequentiam, & opera pœnitentiæ inflammarentur. Incepta Urbana Visitatione enucleata, eaque per plures menses promota, die 5. Aprilis 1660. *Gregorius* S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli Sancti *Thomæ* in Parione ab eodem Pontifice renunciatus. Nuncium promotionis suæ die 10. ejusdem Mensis recepit, & die 12. solemnes gratulationes cum signis Universorum lætitiæ ignibus publicis, & festivis in Civitate, pluribusque locis Diœcesis excitatis. Die 16. ejusdem gratulatorium munus Scutorum mille à Civitate, & ducentorum à Capitulo recepit. Ab Eminentissima dignitate nihil elatus, Pastoris partes ardentius impleturus verbo, & exemplo collapsa restaurare, elisa consolidare, infirma curare, longa, & operosa visitatione Montanæ Diœcesis sategit, adeo ut in Archivio E-
piscopali numerentur sex volumina magnæ mo- 145
lis actorum in eadem Visitatione. Die prima Septembris 1660 celebravit Synodum Diœcesanam, cui non solum adesse voluit Titulatos de jure obligatos, verum etiam Sacerdotes omnes unico dempto pro qualibet Parochia ad Infirmorum ministeria, quo conventu egregiis monitis, & concionibus disciplinæ Ecclesiasticæ curam mire excitavit, decreta tamen non edidit, eo quod Capitulum prætendisset nulla ob non præhabitum ejusdem consilium. Loco decretorum edidit collecta in unum volumen omnia Synodalia Sancita

Præ-

Prædeceſſorum Antiſtitum anno 1661, quibus
oſtendit nihil novi indigere Eccleſiæ *Bergomenſis*
integrum regimen, ſi rectè ſerventur Majorum
placita. Cæterum breviſſimo ſex annorum Ponti-
ficatus intervallo multa complexus Eccleſiæ An-
teceſſoris ægritudine, longaque abſentia deforma-
146 tæ novam faciem induit. Clericos non niſi li-
teris, & morum integritate diu probatos ſacris
admovit. Seminarium plurium Titulorum Bene-
ficialium acceſſione ditavit, excitata in eodem, una
cum ſtudiis, ad Divi *Caroli* normam diſciplina.
Optimi Paſtoris partes erga Canonicos implevit,
quos initio reluctantes ad ſuas leges, earum, quas
Divus *Carolus* ſæculo ante in Viſitatione *Bergo-
menſis* Cathedralis dederat inſtauratrices, placide
compoſuit. Totius Cleri mores menſtruis Con-
gregationibus tum Urbanis, tum Diœceſanis, ſpi-
ritualibus Divi *Ignatii* exercitationibus, ac præ-
cipue exemplo ſuo, ſuorumque Aulicorum, quos
delectos habere ſemper ſtuduit, ad pietatem in-
ſtruxit. Populum demum univerſum eximia libe-
ralitate in Pauperes, humanitate in omnes, faci-
li cunctorum ad eum acceſſu, & litium, & rixa-
rum componendarum ſtudio, in conciliandis Ci-
147 vium animis dexteritate, Paſtoralium concionum
frequentia, conformavit. Anno 1654. initio Apri-
lis ab eodem *Alexandro Septimo* ad Patavinam Se-
dem tranſlatus, Cathedrali *Bergomenſi* reliquit ſe-
rica omnium colorum indumenta pro Throno Epi-
ſcopali, & Thenſis in Choro erigendis. In Pata-
vino Solio ſic vixit, vivitque, ut inde magno
Purpuratorum ſuffragantium numero, & univer-
ſa Chriſtiana Republica plaudente, pluries nomi-
natus, & quæſitus ad Orbis Clavum regendum
in Quirinali, nullum expertus ſit magis exaltatio-
ni ſuæ adverſantem, quam ſe ipſum.

Daniel Epiſc. vivens Anno 1692.

LXXV. *Daniel Juſtinianus* Patritius Venetus
natus anno 1615. ex *Petro* inter primos Reipu-
blicæ Patres, & Familia Atavis Cæſaribus *Juſti-
nianis* edita poſt adoleſcentiam in Archigymnaſio
Patavino omni eruditione cultam in Patria per o-
148 mnes honorum gradus ad Senatoriam dignitatem
evectus, in ea vixit ad ætatis annum 48. ſumma
morum innocentia, Reipublicæ ornamento, &
Illuſtriſſimæ Domus ſuæ gloria opibus, & digni-
tatibus undique cumulatæ. Poſt obitum *Hierony-
mi* Fratris Oratoris ad Apoſtolicam Sedem magno
mærore tam Romanæ, quam Venetæ Aulæ im-
matura morte ſublati, & propriis, & fraternis,
Majorumque egregiis factis vocabatur ad maxi-
mam in Republica honorum meſſem, cum omnia
Religioſæ humilitati poſthabuit, & regale Sacer-
dotium cunctis Sæculi incrementis antetulit. Ele-
ctus Ducalis Eccleſiæ Sancti *Marci* Primicerius,
vix ſemeſtre ſpatium impleverat in eo munere,
cum vacante per tranſlationem ad Patavinam Se-
dem *Gregorii* Cardinalis *Barbadici Bergomenſi* Ec-
cleſia, ſtatim à ſapientiſſimo, & literatorum aman-
tiſſimo Pontifice *Alexandro Septimo* in ejus Spon-
149 ſum, & Rectorem deſtinatus fuit. Recepit à Ca-
pitulo *Bergomenſi* gratulatorias literas die 23. A-
prilis 1664. quibus humaniſſime, ſuaviterque re-
ſcripſit, reſcriptumque Capituli Tabularium in-
ter Cimelia ſervat. Bullis electionis expeditis ſub
data 23. Junii, quibus vitæ munditia, ac morum
honeſtate præcipue commendatur, die 24. ſubſe-
quenti in Eccleſia Sancti *Marci Romæ* à Cardina-
li *Ottobono*, poſtea Summo Pontifice *Alexandro
Octavo*, conſecratus die 22. Auguſti ejuſdem an-
ni poſſeſſionem cepit privatam per *Joannem Bapti-
ſtam Lavazarium Bergomenſem* Canonicum, ipſe-
que adfuit die 27. Januarii 1665. Epiſcopalem na-
ctus adminiſtrationem, & menſam ferendis impo-
ſitis plurium penſionum oneribus imparem, adeo
cura ſua, & privato patrimonio erexit, ut nihil
A deſiderandum reliquerit Gregibus Pauperum, &
Urbis, & Diœceſis, quos effuſa liberalitate ſem- 150
per aluit nulli parcior, quam ſibi. Bona Epiſco-
palis Menſæ magna ex parte inculta providiſſime
ad culturam, & fructum reduxit, ut creſcente
cenſu, pinguior, pro ut præſtitit, ſemper ege-
nis augeretur annona. Puellas impudicitiæ Baratro
proximas honeſtis viris jungere, vel integra nu-
merata dote, vel maxime aucta ſemper ſtuduit.
Diœceſim montibus aſperam luſtrare ſingulo fere
biennio, nullo ætatis in ſenium urgentis reſpe-
ctu antiquiſſimum habuit. Examinibus vacantium
B Parochiarum, & aſſumendorum ad Sacros Ordi-
nes Clericorum adeſſe, non delegata moleſtiſſima
cura, ſemper conſuevit, & perpetuam in Diœce-
ſi ſua reſidentiam, adeo rigide coluit, ut in 27
annorum hucuſque actorum regimine, nunquam
abſentiam trimeſtrem, à Sacro Concilio Triden-
tino Pontificibus permiſſam, ſibi toleraverit. Pri-
mis Epiſcopatus ſui annis, accitis è Societate Je- 151
ſu ferventiſſimis Miſſionariis Urbem, & Diœce-
ſim Viſitationibus cum fructu ſuſcipiendis diſpo-
ſuit, & Clericorum, & Sacerdotum mores fre-
quentiſſimo uſu ſpiritualium exercitiorum, annis
ſingulis, ſæpe ſæpius excolere, ſolemne habuit.
C Seminarii augmentum adeo cordi habuit, ut to-
tus in ejus cura viſus ſit, delectis ſemper optimis
Rhetoricæ Profeſſoribus, & Gramaticæ Magi-
ſtris, & auditis bis in Anno indefeſſa patientia ſin-
gulis cujuſque Claſſis, etiam infimæ Diſcipulis.
Ejuſdem Seminarii fabricam amplificavit, cenſum
aggregatis duobus beneficii ita auxit, ut quotan-
nis, gratis admiſſis pluribus egenis adoleſcenti-
bus, emerſerint varia ingenia, quorum obſtabat
virtutibus res anguſta Domi. Numerus Alumno-
norum ſolitus quinquaginta Clericis limitari, adeo
Præſide *Daniele* crevit, ut modo ad centum, & 152
ſupra Clerici Seminarienſes habeantur. Latinæ
D eloquentiæ Studiis Scholam Græcam adjunxit,
quoſque in ſpem excellentis literaturæ adoleſcere
agnovit, collatis liberaliter muneribus, & ſœpe
Eccleſiaſticis etiam titulis, & reditibus anima-
vit. Evecto ad primam Sereniſſimæ Reipublicæ
Ducalem, ſimulque Regiam Dignitatem *Marco
Antonio* Fratre, olim Equite, & apud *Galliæ* Re-
gem Oratore, Arma Veneta in *Peloponeſo*, & *Al-
bania* crebris palmarum manipulis benedixit Do-
minus; ideoque communi Fidei, & Patriæ cauſæ in-
tentus *Daniel*, quam victu parciſſimo, nihil interim
minuta perpetua in Pauperes miſericordia, cumula-
rat pecuniam hilariter Ærario Publico effudit, pro-
E ut etiam noviſſime plurimam in promovenda Divi
Laurentii Juſtinianis Gentilis ſui deſiderata Apo-
theuſi. Synodos tres frequentiſſimas celebravit, pri- 153
mam 15. Maji 1668. Secundam 5. Junii 1679. Ter-
tiam 28. Aprilis 1687. Quarum conſtitutiones mo-
deſtiæ Eccleſiaſticæ reparatrices legere eſt, in quibus
etiam auditus eſt avidiſſime paſtorali ſimul, & maje-
ſtate, & efficacia perorare. Vocatus à Sanctiſſimo
Innocentio XI. ad opulentiorem Vicentinæ Eccle-
ſiæ Sedem anno 1683. omnem movit lapidem, ne
a dilectiſſima ſponſa ſua divelleretur, & pro
conſtanti, humilique recuſatione ære perennius
F elogium reportavit à Sanctiſſimo *Innocentio*, lau-
datus ejus juſſu literis Cardinalis Alderani Cybo.
Monaſteria duo Sanctimonialium fundavit, unum
Sancti *Petri* de *Tertio* 1676. aliud Sanctæ Tri-
nitatis de Serina 1677. Sacras Ædes plurimas
Sæculares, & Regulares dedicavit. Eccleſiam æ-
re proprio ſub Sanctiſſimæ Triadis titulo excita-
vit, & ſacra dotavit ſupellectile in Caſtro de
Gavarno, nullaque inſignis in Diœceſi Parochia- 154
lis ſuo tempore ædificiis renovata cernitur, cui
plurimam de ſuo pecuniam non contulerit. Mul-
tas erexit de novo Parochiales; Immortalem litem

in Valle Decia inter Oppida Vici Majoris, & Minoris à Sæculis gliscentem, unione Parochialis Sanctæ *Mariæ* Plebanæ Ecclesiæ divi *Petri* in situ commodiori construendæ, extinxit, cui sedandæ irrito conatu studuerant plurimi Antecessorum, & præcipue Cardinales *Cornelius*, & *Barbadicus*. Doctrinæ Christianæ exercitio addictissimus, & Visitationibus, & præmiorum largitionibus, & perpetua assistentia supremæ Urbanæ Congregationi, singulis mensibus haberi solitæ, in tam necessario Christianæ saluti studio cæteris omnibus præluxit. Præconiorum summam complectar, si tollens manum de tabula notavero ejus tandem opera indulsisse misericordiarum Patrem
155 Unionem Capituli Cathedralis Ecclesiæ omnium Capitularium consensu, suppressis antiquis binis Canonicorum Congregationibus in unum corpus, Patrimonium, Chorum, & Collegium Sancti *Alexandri*, prout erat ante Beatum *Adalbertum Carimalum*, quæ solemni instrumento die 4. Novembris 1689. in Aula Episcopali, & cum Episcopali decreto, juxta concessionem à Sanctissimo *Innocentio* XI. factam Brevi 2. Junii 1688. ab eodem *Daniele Apostolico Commissario* executo,
A die 18. Augusti ejusdem, stipulata fuit, dedicata ab eodem solemniter antiqua Sancti *Vincentii* Ecclesia sub solo titulo Sancti *Alexandri* ipsa die 4. Novembris 1689. & numerata ab eodem ingenti pecunia pro novæ Cathedralis Augusta fabrica, cujus primum posuerat lapidem die 23. Junii ejusdem anni. Hinc ablata rixarum, & discordiarum scaturigine, omnium supra spem aurea pax floret, nec, ut unionis desperatione prædixerat hac 156
de re in *Italia Sacra* Ughelius, *Canonici Bergomenses laborabunt semper in vanitatibus suis*. Quæ omnia cum superent præteritorum sæculorum expectationem, & futurorum admirationem, &
B omnium Antecessorum Antistitum, & etiam Sanctorum conatus, Lectori sufficiant de *Daniele Justiniano* ætatem 76. annorum viribus vegetis strenue agente, cujus pietati, religioni, misericordiæ, & mansuetudini turba Pauperum, in altissimis audiri solita plenitudinem dierum, & serum interitum enixe precatur; Nec alia plura addere potuit, qui Epitomen texere instituit, non Volumen Historiæ *Martinus Antonius Guerrini* S. T. & I. V. D. Canonicus Cathedralis *Bergomensis*.

F I N I S.

INDEX CHRONICUS
EPISCOPORUM BERGOMENSIUM.

INDEX
NOMINUM ET RERUM.

 Ca-

C.

D.


E.

F.

G.

Otto

FINIS.



BARTHOLOMÆI FARINÆ,

Nobilis Civis, & Cancellarii,

DE

BERGOMI ORIGINE, ET FATIS COMMENTARIUS,

Succincte ex gravibus Auctoribus, Historiis, ejusdemque Urbis Actis Publicis collectus.

Dedicatus

ILLUSTRISSIMÆ URBIS REIPUBLICÆ

Ab Auctoris Hæredibus.

Ex Italico Latine vertit ABRAHAMUS PREIGERUS, suasque notulas & Indicem Auctorum Rerumque adjecit.



LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, Civitatis atque Academiæ Typographi.

INTERPRES
L. S.

BERGOMUM, *Urbs clara ac nobilis absque controversia, quam non immerito inter* Galliæ Cisalpinæ *reliquas caput efferat, satis manifestum esse arbitror.*

Post varios itaque & illustres rerum suarum Scriptores, BARTHOLOMÆUM *quoque* FARINAM, *inculpatæ erga se fidei Civem, nacta, paucis licet paginis, tanta tum originis vetustate, tum fatorum varietate resplendet, ut parem Ei haud temere aliam reperias; præsertim cum hoc lumen suum, non propriis tantum mœnibus, nec soli subjecto sibi Agro, sed & circumjacentibus late locis haud parce affundat.*

Digna sane suo hoc Præcone, a quo, si non omnimode exculta ac perpolita oratione, at nuda ac perspicua ita celebratur, ut reportatos ab innumeris pœne casibus iniquis, & vix credibilibus vastationibus, triumphos suos veluti ordine ostentet.

Quid a nobis circa novam hanc Editionem versione nostra Latina præstitum sit, Humanissime Lector, ipse videbis, modo & hunc qualemcumque laborem nostrum sereno vultu respicias. Vale.

INDEX AUCTORUM.

NOI REFORMATORI.

Dello Studio di Padoa.

Havendo veduto per la Fede di revisione, & approbatione del P. Frà Raimondo Asperti Inquisitore nel libro intitolato, Bergamo, sua origine &c. di Bartolomeo Farina Nobile Cittadino, & Cancelliere della stessa Città, non v'esser cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per attestato del Segretario Nostro, niente contro Prencipi, & buoni costumi, concedemo licenza à gl'heredi Rossi Stampatori in Bergamo, che possi esser stampato, osservando gl' ordini in materia di Stampe, & presentando le solite copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 2. Settembre 1702.

GIO. LANDO K^r. PROC^r. REF^r.
SALVO FOSCARINI K^r. P^r. R^r.

Agostino Gadaldini Seg.



BAR-



BARTHOLOMÆUS FARINA,

DE

BERGOMI

ORIGINE ET FATIS.

Ante Chr. nat. 1804.

Ergomum, urbs nobilis, & antiqua, in *Lombardia*, non longe ab *Alpibus Germaniæ*, exordium habuit a *Cydno*, labente anno, a Mundi Creatione, CIƆ CIƆ IƆ VIII. a Diluvio, IƆI, ante excidium *Trojæ*, IƆCXXIV, ante *Romam* conditam, CIƆLIV, & ante Redemptoris nostri ἐνσάρκωσιν, CIƆIƆCCCIV.

1 Fabius Pictor, de Antiquit. scripsit Ligustum dedisse nomen Provinc. Liguriæ.

[1] *Cydnus* genitus est a *Ligure*, filio *Futi*, qui Græcis, & Latinis *Phaëton* dictus, quem ob incendia, quæ ejus ætate in *Italia* exarsere, a *Jove* fulmine percussum, & in *Pado* flumine submersum fabulantur. [2] Fuit hic filius *Chami*, secundi ex *Noæ* filiis. [3] *Berosus Chaldæus Babylonicus*, de Orig. Gent.

2 Quidam volunt Janum fuisse Noë Bifrontem, quia vidit mundum veterem & mundum novum.

Hoc innuit Inscriptio, in antiquo ejusdem Urbis Atrio, ad Forum vetus, destructo ob fabricam Palatii novi, quod ex candidis ibi marmoribus cum maxime excitatur, ea hæc est:

3 Berosus. Erhardus Radolt dicit Janum fil. Noë primum Regem Italiæ.

BERGOMI VRBS VETVSTISSIMA ANNO ANTE SERVATOREM M. D. CCCIIII. A CYDNO LIGVRIS HETRVSCORVM REGIS FILIO EXSTRVCTA, ALIQVANDO IN LIBERTATE, ALIQVANDO SVB ROMANORVM CAESARVM IMPERIO EVENTV VARIO JACTATA.

6 Idem allegatum conspicitur sub una Tabularum insignis picturæ, quæ in Aula Palatii Ducalis, ubi Princeps, sive Rector urbis, *il Podesta* dictus, habitat, reperiuntur, in qua urbs modica repræsentatur, infraque eam hæc scriptura:

CYDNVS LIGVRIS QVINTVS A NOE BERGOMVM CONDIDIT ANNO A MVNDI EXORDIO M.M.D.VIII., A DILVVIO DI., ANTE SERVATORIS NOSTRI ADVENTVM M.D.CCCIIII.

A *Cydno*, urbis hujus Incolæ, aliique vicini appellati sunt *Cenomani*, ut affirmant *Plinius*, *Strabo*, & *Ptolemæus*. Id nomen a voce *Cydnobanim* derivat, quæ significat *Cydni Filios*, vel etiam a *Cydnomanoth*, qua denotatur pars ad *Cydnum* spectans, sive *Cydnum manens*, quod sive ex Patris assignatione, sive sorte in Terrarum divisione, ei hæc Regio obtigerit. Ita voces Hebræas modo dictas exponunt *Joh. Chrysostomus Zancus*, & Doctor *Joh. Baptista Personenius*, publicus olim Lector *Patavinus*, ambo graves Linguæ Hebrææ Interpretes ac Professores.

4 A Tyrrheno vocant Thuscos Tyrrhenos, ejus Pater Atys.

M. Portius Cato,[4] & *Cornelius Alexander* fundatam hanc urbem putant a Græcis, qui innumera-

A bili in *Italiam* colonia, ad quærendas novas sedes, cum Duce suo *Tyrrheno*, appulerint, ita ut ab hisce amplificata fuerit, dictique Populi, voce Græca, *Orobii*, id est, *habitatores Montium*, quod anno ante salutem nostram CIƆCCCC, contigisse debet. 1400

Ante Chr. nat.

Plinius, & *Ptolomæus* fabricatam tradunt a *Trojanis*, post Patriæ urbis excidium, deductis ab *Antenore*, junctisque cum Populis *Henetis*, excitis e *Paphlagonia*, dictis post *Venetis*; horum enim 7 pars ibi consedit, anno ante natum Christum CIƆCLXXX. 1180

B *Trogus Pompejus* fundatam dicit a *Gallis*, quippe *Bellovesum*, *Gallorum*[5] *Celtarum* Ducem, eo conduxisse Coloniam, anno ante Partum Virginis IƆCXXVIII; qui profugi, postquam quingentis 628 quinquaginta duobus *Trojani* urbem tenuissent, in eaque commorati essent, annis uti dicunt *Tirabo-scus* ac *Bellafinus*, primi extranei fuere, qui jugum Civitati imposuerint. Quod legitur etiam in alia Tabula, in Aula Palatii, his verbis:

5 Celtæ Populi habit. prope montes Pyrenæos.

ANTE ORTVM HVMANAE SALVTIS D.CXXVIII. EXTERNO GALLORVM IMPERIO PRIMVM PARVIT.

C Quoniam autem annis ducentis post destructa est a *Brenno*, ter mille *Gallorum*, qui[6] *Senones* dicti, Duce, ac deinde ab eodem reædificata, & 418 extensa super septem Collibus, qui ab Oriente versus Occidentem tractu continuo tendunt, multis credita est, ab eodem *Brenno* primam originem suam trahere; ab illo autem cum in modum amplificata est, ut secundum vestigia, nomina, a locis quibusdam retenta, & traditiones antiquas, urbs extenderetur usque ad Regionem *Brennum* D dictam, sitam a Meridie, ad ultimi versus Occidentem Collis radices, ambitu plusquam quindecim milliarium. Hæc urbis amplitudo asseritur a *Mose Mutio*, scriptore fide digno, ejusdemque Cive, qui *Justiniano* II, Imperatori, a secretis fuit, Anno IƆCCVII. Ex *Trogo*, *Achille Mutio*, 8 & *Bellafino*. A *Plutarcho Brennus* Rex *Celtarum* dicitur.

6 Senones Populi Galliæ finitimi Belgis debellati a Furio Camillo.

E Idem *Brennus*, in restauratione Urbis, tres Arces ædificavit, unam loco edito, cui a *S. Salvatore* nomen est, ob Ecclesiam ita dictam, a fidelibus ibi fabricatam; alteram in Colle, *S. Euphemiæ* postea dicto, ubi adhuc dum *la Rocca*, seu urbis Castellum conspicitur, & hæ duæ in primo Colle, Orientem versus sito, occurrunt, in quem hodie urbs reducta est, tertiam in ultimo Colle occasum versus in cacumine, cui inædificata est

Ante Chr. nat. Ecclesia, dicta *la Madonna di Brenno*, affirmante eodem *Mose Mutio*.

Ex duobus solis Suburbiis, Civitas, ingruentibus Bellorum necessitatibus, mille Equites contrahebat, eorumque alterum appellabatur *Suburbium Fabricianum*, alterum *Suburbium Pompilianum*, ut idem *Moses* affirmat, & quod ad situm ac Posituram eorundem, ab ipso descriptam, attinet, primum erat Septentrionem versus, loco, cui hodie nomen est *Vicinia S. Laurentii exterior*, ubi tamen nullum vestigium antiquum apparet; nisi quod locus quidam editus extra Urbem cui inædificatum Palatium est, sumptibus Dominorum *Medolachiorum*, nomen adhuc *Castelletti* servat; alterum, ad Occasum hybernum, loco, qui *Contrata di Broseta* dicitur, cujus tres adhuc exstant Portæ, ex lapidibus vivis, cum Arcubus magnificis, una prope Ecclesiam, dictam *Madonna di Loreto*, ad istius Ecclesiæ Sanctæ, *Lauretanæ* videlicet, similitudinem factam, reliquæ duæ versus regionem dictam *Longuelo*, ad convenientem distantiam, ubi una ex regionibus, isto satis spatioso situ (qui propter domos aliquot posterioribus ibi temporibus ædificatas, in Hortos omnis divisus est, atque colitur) comprehensis, veteri adhuc nomine *il Borgo*, sive *Suburbium* dicitur, sed corrupte *Pompia-*
9 *num*; & extendit sese hæc regio a prima Porta *Lauretana*, usque ad Portam *Columbinæ*, quæ hodie *del Borgo Canale*, sive Suburbii Canalis dicitur.

Rhenanus ædificatum *Bergomum* asserit a *Germanis*, annis ante Salutem nostram IↃLXXXVIII., regnante *Tarquinio Prisco*, *Italiam* ingressis, Duce *Erichthonio*, [1] qui superatis *Alpibus* statim *Veronam*, *Brixiam*, & *Bergomum* condiderint, *Bergomum* autem, seu *Bergamo*, in Lingua Germanica significare *Montem*. Erronea hæc opinio est, quum ex tam gravibus Auctoribus pateat, altiora & antiquiora multo exordia Urbem habuisse, unde *Cato* dicit *Bergomi* incertam esse originem ob antiquitatem, sicuti & *Comi* & *Lecci*.

1. Fuit Erichthonius Athen. Princeps, Quadrigarum inventor, ut placet Virgilio.

Neque silentio hic prætereundum, quod compertum est in jaciendis Palatii Publici fundamentis, nempe in Terræ effossione, prodiisse tres vias lapidibus vivis stratas, quarum quæ profundissima erat, quatuor sub terra *Cavezzis* jacet; argumento manifesto non solum antiquitatis Urbis, sed etiam ruinarum, quas variis temporibus subierit.

Profecto *Brenno* cum *Gallis Senonibus*, ut majoribus per *Italiam* progressibus sese diffunderent,
425. post tres annos pristinam suam libertatem Civitas recuperavit, eamque conservavit per centum sexaginta annos, sui prorsus juris, nullo aut fœdere, aut societate cum quoquam inita, uti dicunt *Achilles Mutius*, & *Bellafinus* in Historia sua.

263. Anno deinde CCLXIII., ante natum nostrum Dominum, societatem adiit cum Republica *Romana*, ejusque ex Legibus formam propriarum constitutionum, atque regiminis accepit, ut legimus in Historia *Cœlestini*, & in subscriptione alte-
10 rius Tabulæ, in Aula Palatii ducalis, in qua picti sunt homines, diverso vestitu, qui manus jungunt, in signum facti fœderis, hisce verbis:

CORNELIO LENTVLO, ET FVLVIO FLACCO CONSVLIBVS ROMANAE REIPVBLICAE LEGES ACCEPIT ANTE CHRISTVM NATVM CCLXIII.

In Civitatem recepta, & Municipium *Romanorum* facta est Urbs *Bergomum*, ita ut, servata ac salva propria libertate, [2] *Decuriones* eligeret, qui erant Senatores, atque ita dicebantur in Urbibus, quæ municipia istius Reipublicæ erant, quemadmodum legimus in Epitaphiis nonnullis, in Marmoribus antiquis. Particeps omnium ejusdem honorum ac dignitatum erat, uti ostendunt *Ulpianus*, & *Cicero* ad *Leptam*. Semper extra partes fuit, in

2. Cic. pro Sex. Recita, quæso, Sexti, quid decreverint Capuæ Decuriones.

A omnibus ejus Bellis, quibus auxiliares modo copias suas, ut libera Respublica, ac socia, subministrabat, quod & patet ex Epigrammate *P. Clodii*, apud *Cœlestinum* & *Franciscum Bellafinum*, in Historia sua, quod infra recensebitur. Ante Chr. nat.

Fuit cum *Æmilio Consule* in clade, quam *Britomaro Gallorum* Duci dedit, quando septem eorum millia in loco cæsa, quadraginta millia capta sunt. Ex *Tito Livio* id constat, & refertur apud *Bellafinum*, in Historiis suis.

Pugnavit, ut socia exercitus *Romani*, una cum aliis fœderatis populis, adversus eosdem *Gallos*, quos
B pariter cæsos fusosque idem *Bellafinus* dicit.

Quare cum reliquis *Galliæ Cisalpinæ* fœderatis Civitatibus meruit, ut a *Tullio* sibi acclamaretur 11
sequentibus encomiis: *Nec de virtute, constantia, gravitate Provinciæ Galliæ taceri potest; est enim flos Italiæ, illud firmamentum Imperii Populi Romani, Ornamentum dignitatis.*

Cum *Hannibal Carthaginiensis* in *Italiam* descenderet per montes *Pyrenæos*, sibique viam per *Alpes* aceto atque igne aperiret, ut *Plutarchus* dicit, & cuncti *Galliæ Cisalpinæ* fœderati viribus ejus cederent, imo ipsi sese sociarent, uti testantur, idem
C *Plutarchus*, & *Bellafinus*, sola urbs *Bergomum* singulari fide *Sempronio Gracchö*, Consuli *Romano*, adhæsit in prœlio, quod cum supra memorato *Hannibale* commisit, cumque clades acciperetur, usque ad finem, cum suorum & exercitus *Romani* strage, perseveravit, ut factum constat ad flumina *Trebiam* & *Ticinum*, haud procul a *Placentia*, expertaque per annos septendecim est, cum suo excidio, avaritiam, & barbaram crudelitatem superbientium victoriis suis *Afrorum*. Id videre est apud *Livium*, & *Bellafinum*.

Pulso *Italia Hannibale*, rediit urbs *Bergomi*, cum cæteris Populis *Cenomanis*, in fœdus atque amici-
D tiam *Romanorum* & continuata libertate, restaurata est, ejusque Cives, ut Civitatis *Romanæ* privilegio gaudentes, in Tribum *Votinam* adscripti sunt, ut patet ex multis marmoribus antiquis, allatis in Historia *Cœlestini*, legiturque apud *Bellafinum*, & *Joh. Chrysostomum Zancum*.

Bergomum Privilegiis Municipalibus, & libertate tanquam Rempublicam, gavisam ad Impera- 12
torum *Romanorum* usque tempora, & ad *Trajani* minimum Imperium, hoc est, ad annum Salutis nostræ CXXIV., clare apparet ex Epigrammate *P. Clodii*, a *Goltzio* explicatum sequenti tenore:

E

P. CLODIO P. F.
FAB. SVRAE.
Q. FLAMINI. DIVI.
TRAIANI. PONTIF.
II. VIR. QVINQVE TRIB. LEG.
II. ADIVT. RIC. PIAE FID.
CVRAT. REIP. BERGOM. DAT.
AB. IMP. TRAIANO. CVRAT.
REIP. COMENS. DAT. AB. IMP.
ADRIANO
COLLEGIA.
FABROR. ET CEN.

F

Postquam *Julius Cæsar* Patriam per Tyrannidem occupasset, & Rempublicam subjugasset, per varia Bella Civilia devolutum Imperium *Romanum* est in *Octavianum Cæsarem*, ejusque anno XLII. natus est Redemptor noster.

Annus Salutis nostræ LV. *Barnabam* S. Apostolum tulit & *Bergomi* a multis Civibus accepta Religio Christiana, a multis, in Gentilismo perstantibus, neglecta est. Anno Domini 55.

In-

A nat. Domin.

Inter hos obstinatos fuit *Crotacius*, generis nobilitate inter Civium suorum primos, animosus ac strenuus Bellator, qui post egregia pro Imperato-
13 ribus præstita facinora Dux *Bergomi* a *Probo* Imperatore creari meruit.

Ab hoc *Crotacio* prognatus est *Lupus*, qui Patri in dominatu successit, sub quo semper Catholica Fides magis ac magis floruit, quemadmodum legebatur in Inscriptione quadam, quæ prostabat in Atrio Urbis veteri destructo, prout descripta est sequenti tenore a *Peregrino*, in Vinea.

QVIA OB PRAECLARA TVM PRVDENTIAE, TVM FORTITVDINIS GESTA, CROTACIVS A PROBO IMP. PRIMVS BERGOMI DVX DECLARARI MERVIT, QVI LVPVM GENVIT, SVB CVIVS IMPERIO CATHOLICAE FIDEI PRIVS A DIVO BARNABA IACTA SEMINA IN VNIVERSO POPVLO FLORVERVNT, CIVITAS PERPETVAE ILLI VENERANDAE MEMORIAE MONVMENTA DICAVIT.

280. Post *Crotacium*, Dux *Bergomi* fuit *Lupus* ipsius Filius, qui *Sanctis* annumeratur, cui deinceps successere *Adleida*, *Grata*, & *Hesteria*, item Sanctæ cum titulo *Ducissarum*, quod alia Tabula in Aula Palatii Ducalis, hac Inscriptione ostendit:

ANNO VIRGINEI PARTVS CCLXXX. PROPRIIS DVCIBVS REGI COEPIT, CROTACIO PRIMVM, QVO IMPERANTE TOTIVS PROVINCIAE CAPVT FVIT, DIVIS DEINDE LVPO, ADLEIDA, GRATA, HESTERIA.

14 Infinita infortunia, innumerabilia excidia, & crudelissimas strages pertulit *Bergomum*, unum ex primis *Italiæ* versus *Alpes* Propugnaculis, ut fa-
452. ctum est, quando Anno Christi ccccLII, *Attila*, Rex *Hunnorum*, qui *Flagellum Dei* dictus est, ob crudelitates barbaras, ferro & igne Urbem vastavit, ut penitus desolata cum aliis *Italiæ* urbibus manserit. Cujus rei testes sunt *Bartholomæus Ossa*, *Bernardinus Corius*, *Tirabofcus*, *Doglionius*, & *Erhardus Radholtus*, *Augustanus*.

Non minori crudelitate contra eandem Urbem grassatus est *Gensericus*, Rex *Vandalorum*, Anno
460. ccccLX., ex descriptione *Bartholomæi Peregrini*, in Vinea sua, & *Erhardo Radholto*.

Non multo tempore post, iterum eversa est ab *Alemannis*, ductis ab *Igore* Rege suo. Anno au-
463. tem ccccLXIII., cum *Berigus*, Rex *Alanorum*, cum potentissimo exercitu venisset ad occupandam *Italiam*, depopulatusque agrum *Bergomatem*, ac deprædatus esset Urbem, ut referunt *Bosius*, *Capreolus*, *Blondus*, & *Peregrinus*, *Bergomates* junctis cum *Severi* Imperatoris exercitu, qui ducebatur a *Ricimere*, viribus suis, insectati *Berigum*, detrectantem frustra prœlium adorti fudere, ad radices Montis *Vallis Deciæ*, hodie *di Scalve* dictæ, agri *Bergomatis*, editaque ingenti in illo exercitu strage, ipsum Regem *Berigum*, cum *Alanorum* reliquiis cepere; quare, assumpto ab hoc facto nomine, Mons loco prœlii vicinus, dictus etiam est *Presolana*, h. e. *presa Alana*. Reperta quoque ibi sunt capita & ossa hominum mortuorum, ingenti copia. Rem omnem narrat Historia *Bellafini*.

Idem *Bellafinus*, cum *Cassiodoro*, *Marcellino*, a-
15 liisque Auctoribus discordias ac rebelliones com-
472. memorant, quæ ortæ sunt in *Italia*, Anno ccccLXXII., & sequentibus, ob quas vocatus *Odoacer* Rex *Herulorum*, & *Thuringiorum*, cum numeroso exercitu, in *Italiam* venit, eamque perfidei potestati suæ subjecit; sub tyrannico autem ejus imperio infinitas urbs *Bergomum* passa est calamitates.

A Referunt etiam *Bellafinus*, *Bisciola*, & *Cassiodorus*, Anno ccccLXXXIX. *Zenonem Isauricum* Imperatorem, ut Barbaros *Italia* pelleret, invitasse 489.
Theodoricum, *Ostrogothorum* Regem, contra *Odoacrem*, qui cum numeroso exercitu adfuit, eumque prœlio vicit; fugit itaque *Odoacer*, cum reliquo exercitu, eumque *Theodoricus* Anno sequenti, haud procul a *Bergomo* denuo fudit, & persectatus ad *Ravennam* usque, Anno ccccxci. ultima ejus exercitum strage delevit; *Odoacer* nihilominus salvus evasit, &, duobus Annis post, fœdus cum *Theodorico* iniit. Ex *Erhardo Radholto*, *Au-*
B *gustano*.

Occupavit *Theodoricus Italiam*, perque annos 494.
triginta ibi tanta moderatione dominatus est, ut universæ Urbes tantum non integra fruerentur libertate. *Bergomum* quoque sui juris erat, & propriis Legibus Municipalibus administrabatur, & Magistratus suos creabat, uti consueverat, quando libera esset Respublica. Ex *Radholto*.

Cum morte *Theodorici* finem quoque habuit quies *Italiæ*, ac speciatim hujus Urbis, quæ sub dominatu *Athalarici*, & *Theodati*, ejus successorum, Cives suos rapinis, exiliis, horrendisque stragibus subjectos vidit, ac penitus fere deleta est. Hoc
C lachrymantibus oculis *Bellafinus* narrat.

Peregrinus, in Vinea sua, scribit Anno DXLVII. 547.
oppugnatam, captam, direptamque a *Totila*, Rege *Gothorum*, urbem *Bergomum*, a quibus paullo ante liberata fuerat, & forsan hoc idem illud exci- 16
dium, ob exiguam temporis diversitatem, quod refertur a *Corio*, *Doglionio*, & *Bellafino*, ut sequitur.

Memorabilis edita strages est in Urbe, Anno DLI. 551.
quando a *Gothis* tyrannice habita, facta cum *Mediolano* societate, in auxilium vocavit *Belisarium*, *Justiniani* Imperatoris ducem, ut ab intolerabili
D Barbarorum oppressione liberaretur; adventante enim illo auxilio, sumptis armis, cives *Gothos* Urbe expulere, & a *Belisario* præsidium recepere. At *Modila*, eorundem *Gothorum* dux, mox valida manu, a *Vitige* Rege, qui *Ravennæ* consederat, instructus, vi Urbem recepit, eamque horrendum in modum cum civium ingenti strage diripuit. *Corius*, *Doglionius*, & *Bellafinus*.

Cardinalis *Baronius*, & *Procopius*, a *Cœlestino* adducti, volunt, cædem a *Gothis* in Urbe *Mediolano* factam trecenties mille hominum, omnesque mulieres captivas factas, in prædam datas fuisse *Burgundionibus*, qui in exercitu *Gothorum* essent;
E *Bergomum* autem urbem, territam isto spectaculo, se jugo illorum Barbarorum submisisse. Sed a veritate haud longe recedit, utramque Civitatem sicuti a *Gothis* pro contumacibus habita fuerit, ejusdem aut parum dissimilis saltem excidii ac stragis consortem fuisse.

Narses Eunuchus, *Justiniani* Imperatoris Dux, cum ingenti missus exercitu, ad liberandam *Italiam*, adducto magno *Longobardorum* numero, Anno DLIII, occidit *Totilam*, & *Gothos* expulit; in- 553.
gressi autem *Longobardi* urbem *Bergomum*, multa ibi ferro & igne vastarunt, adeo ut *Narses* eos exauctorare, & extra *Italiam* dimittere cogeretur. Car-
F dinalis *Baronius* a *Cœlestino* citatus. *Radholtus* di- 17
cit, Imperatorem *Justinum II.* fuisse.

Ejectis deinde, post varias a *Narsete* acceptas clades, & *Gothis*, ita tamen, ut ex pacto *Italia* decederent, quietem Urbs consecuta est, sub dominio *Justiniani* Imperatoris. Ex *Jacobo Philippo Foresto*, in Chronicorum suorum supplemento.

Exorta posthæc in Urbe est, Anno DLXV, gra- 565.
vissima pestis, dicta *l'Anguinaglia*, quæ per omnem *Italiam* ingenti strage grassata est; ita ut Urbes, teste *Paulo Diacono*, partim morbo, partim fuga tam crudelis pestilentiæ, quæ intra paucas horas homi-

A nat. Domini. nes enecabat, penitus exhaurirentur, ac desolarentur.

569. Anno IƆLXIX, *Alboinus*, Rex *Longobardorum*, per *Carniam* ingressus cum ingenti exercitu *Italiam*, primo *Lombardiam* depopulatus est, post, occupato *Bergomo*, ut *Carolus Sigonius*, & *Peregrinus*, in Vinea sua, narrant, tanta crudelitate, ac tot cædibus grassatus est, ut Populus in Montes se receperit, ut saluti suæ consuleret, & habitatoribus vacuam Urbem reliquerit.

Mortuo *Alboino*, illata ei ab uxore nece, tribus annis post, mortuo etiam *Clephone* intra duos annos, ex quo *Longobardus* Rex salutatus esset, divisum Dominium, distributumque est inter triginta viros, exercitus Principes, qui *Duces* appellantur, & hinc a Ducibus rursus *Bergomi* imperitatum est, quorum primus fuit *Wallarus*, deinde *Gandulfus*, & *Rotarius*, quemadmodum subscriptum cernimus alteri cuidam Tabulæ, in Aula Ducali, qua repræsentatur urbis cujusdam expugnatio, cum verbis infra scriptis:

18 OSTROGOTORVM, AC ALIORVM ARMIS VARIO EVENTV OCCVPATA, LONGOBARDORVM REGIBVS ALBOINO REGI DEMVM PARVIT ANNO D. LXXII. QVIBVS IMPERANTIBVS PRO-
572. PRIOS DVCES HABVIT WALLARVM, GANDVLFVM, ROTARIVM.

Immanes *Bergomum* sub horum Ducum Dominio perpessa est crudelitates, publicatis locupletiorum Civium, aut ejectorum etiam, bonis, impositove, in gratiam atque emolumentum Ducis *Longobardi*, omnium redituum partis tertiæ tributo. *Paulus Diaconus*, & *Carolus Sigonius*.

Neque hic finem habuere *Bergomi* calamitates, sed, teste *Bernardino Corio*, a *Perideo*, Duce *Mediolanensi*, per vim armorum urbs occupata est, cum civium cæde, eidemque tributaria facta.

A divisione *Regni Longobardici* decem solummodo sub Ducibus elapsi erant anni, cum tuendæ & conservandæ huic divisioni impares sese cernentes, convocato concilio, novum Regem *Autharim*,
585. *Clephonis* filium, crearunt, Anno DLXXXV, qui Duces illos tributarios sibi fecit, & unicuique habere permisit, quas possideret Civitates, jure feudali, exacto vectigalium dimidio. *Paulus Diaconus*, *Carolus Sigonius*, & *Doglionius*.

586. Anno deinde DLXXXVI, tantam exstitisse siccitatem *Capreolus*, in Historia *Brixiana* scribit, ut a Mense *Januario*, ad *Septembrem* usque, nulla de Cœlo pluvia deciderit, indeque exortam famem tam crudelem, ut multa hominum millia perierint.

Postquam hæc Regis *Longobardi* facta esset electio, in *Italiam* venit *Childebertus*, Rex *Gallorum*,
19 ad vindicandas, quas a *Longobardis* accepisset, clades; a quo sibi metuens *Autharis* Feudatariis suis edixit, ne in campum apertum prodirent, quisque vero sese muniret, ac propriam defenderet civitatem. Galli igitur, nullo impedimento factis per agros excursionibus, sub *Bergomum* tandem considentes, acriter eam urbem oppugnarunt adeo, ut *Gandulfus*, *Wallari* successor, post sustentatam longam obsidionem, sese cum urbe *Childeberto* dedere coactus fuerit. *Carolus Sigonius*, *Bonifacius*, in Historia *Tarvisina*.

Anno DXL, afflicta est Civitas, cum *Italiæ*
590. multis aliis, peste crudelissima, qua infiniti periere homines. Sternutando, aut oscitando animam derepente exhalabant; unde haud dubie originem quoque traxit augurium salutis in sternutando, & Crucis signi ad os applicatio in oscitatione, uti *Baronius*, *Bisciola*, & *Sigonius* referunt.

Mortuo *Authari*, Rege *Longobardorum*, *Paviæ*, & veneno quidem, quod volunt *Paulus Diaconus*, &

A *Bisciola*, Principum decreto Regnum penes uxorem ejus *Theodelindam* mansit, quæ *Agilulfo*, Duci *Taurinensi* nupta, ab *Arriana* eum ad *Catholicam* revocavit Religionem; contra quem rebellans *Gandulfus*, Dux *Bergomi*, Insulam *Comacinam*, in Lacu *Comensi*, occupavit, ac munivit. At *Agilulfus* Rex armata manu eum oppugnavit, fugientemque insectatus est *Bergomum* usque, quo se receperat, ibique obsessum ad deditionem compulit. Historia *Corii*.

Scribunt *Baronius* Cardinalis, & *S. Gregorius*, 593.
Bergomum cum urbe *Mediolanensi*, & universa fere *Gallia Cisalpina* dirutas Anno IƆXCIII, ab innu-
B merabili *Gallorum* multitudine, qui ingenti cum præda, abducentes secum complures ex habitato- 20
ribus captivos, recesserint. Allegantur hi Auctores in Historia *Cœlestini*.

Mortuus est *Agilulfus*, anno IƆCIX, eique in 609.
Regno successit *Adalualdus*, ejus ex *Theodelinda* Filius, qui ob ætatem teneram sub matris tutela manebat. Ea hoc tempore fabricari jussit Pontem illum superbum in flumine *Brembo*, prope oppidum *Almennum*, qui ejusdem fluminis rabie destructus est, anno CIƆCCCCXCIII, relictis, uti hodie adhuc exstant, tribus solum arcubus in
C medio, ut volunt *Bellafinus*, & *Peregrinus*. Sed *Achilles Mutius* hujus Pontis fabricam *Theutpergæ*, Reginæ *Francorum* tribuit, quando a *Lothario* Rege, marito suo, *Waldradæ* amoribus implicito repudiata esset, & *Roma*, ubi ad summum Pontificem se receperat, in *Pontitam*, agrum *Bergomatem* cum *S. Alberto* venisset, ubi, intellecto mariti obitu, sancte ætatem suam peregit.

Anno IƆCLXXVIII, per tres menses visus est Co- 678.
metes terribilis, quem tantus excepit ardor, ut *Beda*, a *Cœlestino* adductus, per tres annos non pluisse asserat.

D Regnum adeptus, post varios Reges mortuos, Rex *Longobardorum Cunipertus*, *Alachim*, *Tridenti*, & *Brixiæ* Ducem, qui res novas molitus fuerat, puniit, & dominatu pariter cum vita exuit. Hic *Alachis*, pessimus *Arrianus*, *Johannem*, Episcopum *Bergomatem*, interemerat, oppidumque, & Ecclesiam *Farensem* occupaverat; sed *Cunipertus* cuncta *Antonio*, *Johannis* in Episcopatu successori, restituit. *Marius Mutius*, & *Peregrinus* in Vinea.

Mortuo *Cuniperto*, anno IƆCCIII, relictoque 703.
in Regno *Luitperto* ejus filio impuberi, sub tutela *Asprandi*, viri prudentis, *Ragombertus*, Dux *Tau-* 21
E *rinensis*, rebellavit; contra quem sumptis ab *Asprando*, in defensionem Regis pupilli, armis, vocatoque in auxilium *Rotario*, *Bergomi* Duce, commissum prœlium est, quo *Asprandus* ac *Bergomates*, qui cum *Rotario* erant, fusi sunt. Sequenti anno mortuus est *Ragombertus* rebellis, eique in Tyrannide successit *Aripertus* filius, qui bellum contra *Asprandum*, legitimi Regis *Luitperti* Tutorem, in cujus auxilium *Rotarius* Dux *Bergomas* cum suis venerat, renovavit; ubi ad arma ventum est, prope *Paviam*, Rex *Luitpertus* capitur, *Asprandus* fuga in Insulam *Comacinam* saluti suæ consuluit & *Rotarius*, cum copiis suis *Bergoma-*
F *tibus*, in urbem *Bergomum* sese recepit, quam cum obsedisset *Aripertus* Tyrannus, post longam oppugnationem victor intravit, eaque direpta, Cives crudelissimis stragibus excepit. *Baronius*, & *Surius*.

Eo tempore *Moses Mutius*, Nobilis *Bergomas*, honorifico munere, Imperatori *Justiniano II*, a secretis fuit, ut ipse in scriptis suis ostendit, anno 707.
nimirum IƆCCVII.

Devoluto exinde *Longobardorum* Regno per *Grimoaldum*, *Luitprandum*, *Rachin*, *Astulfum*, in *Desiderium* tandem, anno IƆCCLVI, contra hunc *Desi-*

A nat. *Desiderium* in *Italiam* venit *Carolus Magnus*, Rex
Domini. *Franciæ*, vocatus a Pontifice *Adriano* ad expellen-
756. dos *Longobardos*, commissoque prœlio, *Desiderius* superatus, & in captivitatem *Lugdunum* abdu-
773. ctus est, anno IↃCCLXXIII.

Adeptus hanc victoriam *Carolus Magnus Bergomum* obsedit, eumque in modum clausit, ut post aliquot defensionis experimenta *Lupus*, qui ibi Dux erat, sese dederet, & ex *Arriano* Catholicus
22 fieret. Ingressus deinde urbem Rex corpus gloriosi Martyris *S. Alexandri*, Civitatis Patroni, in Cathedrali Ecclesia veneratus est, eique Coronam Regalem, quam capite gestabat, donavit. In urbe per aliquod tempus commoratus est, cui amplissima Privilegia concessit, uti referunt *Guarnerius*, *Marius Mutius*, & *Peregrinus*, & habetur in alia quadam Tabella Aulæ Ducalis, ad hunc modum:

CAROLVS MAGNVS DEBELLATIS LONGOBARDIS BERGOMVM IN SVAM POTESTATEM REDEGIT, AC MVNERIBVS AMPLISSIMIS, AC DIPLOMATIBVS HONORIFICENTISSIMIS ILLVSTRAVIT,
801. ANNO D.CCCI.

Postquam urbs *Bergomum*, sub diversis deinceps Imperatoribus fuisset, Anno IↃCCCLXXXVIII, mortuo Imperatore *Carolo Crasso*, facta Imperii divisio est. *Berengarius*, Dux *Forojuliensis* Rex creatus est, *Guido* autem Dux *Spoletanus* Imperatoris nomen usurpavit, quos inter cum sanguinolentum editum esset proelium, superatus est *Berengarius*. Hic, imparem sese viribus cognoscens, in auxilium vocavit *Arnulfum*, *Germaniæ* Regem, qui cum numeroso exercitu adfuit, & *Berengario* sese junxit, verum dum per *Veronam* iter faciunt, dolo eum ibi deseruit, refectis enim viribus suis,
894. anno IↃCCCXCIV. recta *Bergomum* petit, ut occupandæ ibi *Italiæ* rudimenta ederet. Circumdata igitur copiis suis urbe, quæ, dicente *Giambullario*, probe munita erat, tanquam urbs ne vel maximis quidem bellis impar per præconem edixit, ut statim sese tanto exercitui dederet. Sed *Ambrosius* Comes, & Gubernator urbis, vice *Guidonis*, cum animosis civibus, fretus munimentis urbis, & virtute propria, fortiter ei restitit. Quamob-
23 rem *Arnulfus*, probe gnarus, quantum ad exequenda quæ cœpisset, primus aliquis expeditionum suarum successus faceret, omne genus instrumentis bellicis vires suas intendit & armorum urbem expugnavit. Comitem *Ambrosium*, ab arbore suspendi jussit, urbem, ingenti per cives edita strage, diripuit, eique ferro & igne ultimum intentabat excidium, nisi Episcopus *Adalbertus*, vir sanctus, humilibus precibus eum pacasset. Ex *Bernardino Corio*, & ex *Peregrino*, in Vinea sua, & e *Francisco Bellafino*.

Arnulfum benevolentia ac reverentia erga Episcopum *Adalbertum*, usque eo motum dicit *Guarnerius*, ut ipsi cum Successoribus Episcopis *Bergomi*, totiusque agri *Bergomatis* dominium concesserit.

902. Anno IↃCCCXCV, uti dicit Historia *Bellafini*, IↃCCCCII. autem, juxta *Peregrinum*, *Sigonium*, aliosque Auctores, *Hungari*, cum exercitu innumerabili, *Pannonia* exciti, & *Italiam* ingressi, gravissimis damnis urbes *Lombardiæ* affecere, *Bergomum* ab iis funditus deleta, eversis muris, & solo æquatis turribus, ac munimentis; atque ita quidem *Italia* decessere cum ingenti præda. Idem dicit *Erhardus Radholtus*, *Augustanus*.

A *Gothorum*, *Ostrogothorum*, *Wandalorum*, *Longobardorum*, variarumque aliarum Nationum Ultramontanarum, in *Italiam* adventu, sicuti corrupta locutio est, sic urbs *Pergomum* vel *Pergamum*

A dicta, & per aliquot sæcula a Scriptoribus appellata est, idque factum ab Ultramontanorum pronunciatione, qui litteram P efferunt loco B, qua Veteres Auctores usi sunt, ut *Cato*, aliique ante corruptam linguam, qui scripsere *Bergomum*, non au- 24
tem *Pergomum*.

Berengarius Imperator restaurandam urbem, a tot acceptis damnis, curavit, ejusque Dominium Episcopo confirmavit, & civibus reædificandi muros, ac munimenta, potestatem fecit. Id ipsius *Berengarii* Privilegium factum ostendit XXIII. *Junii*, Anno IↃCCCCIII, sed *Bellafinus* Anno IↃCCCCX. 903.
contigisse auctor est.

B Anno IↃCCCCIV, cum *Berengarius* per vim obtinuisset, ut a *Johanne IX*, Pontifice Imperator 904.
coronaretur, vocatus idcirco ab eodem Pontifice est *Lambertus*, *Guidonis* filius, eoque Imperatore coronato, abrogata *Berengarii* est electio. Hic *Lambertus*, instructis copiis suis, complures dominationis *Berengarianæ* urbes vi cepit, adeoque & urbem *Bergomum*, destructam fere, expugnavit, occupavitque, & sibi subjugavit. Quam rem indignatus *Berengarius*, Anno IↃCCCCVII, 907.
urbem obsidione cinxit, & expugnavit, & in illa direptione flagravit Ecclesia *S. Alexandri*, Cathedralis, ut referunt *Peregrinus*, in Vinea, *Guar-*
C *nerius*, & *Sigonius*.

Denuo direpta atque cremata est hæc urbs, anno IↃCCCCXXIII, ut *Bellafinus* dicit, vel IↃCCCCIV. 923.
ut volunt *Produardus*, in Historia *Paviensi*, & *Peregrinus*, in Vinea, ab *Hungaris*, Ductore *Salardo*, in *Italiam* per *Berengarium* vocato, contra *Rodulfum*, *Burgundiæ* Regem, a quo Imperio pulsus erat, verum hoc *Berengario* non cessit ex voto, a suis enim interemptus est.

Otho Germaniæ Rex, in *Italiam* a Pontifice, aliisque Principibus vocatus contra alterum quendam *Berengarium*, Marchionem *Eporegiæ*, qui cum potentissimo exercitu, capta *Adelaide*, *Lo-* 25
tharii Regis defuncti conjuge, *Italiam* occupave-
D rat, *Berengarium* illum prœlio fudit, & *Italia* cum filio suo expulit. Liberatam Reginam viduam matrimonio sibi junxit, & liberum Imperii dominium obtinuit, anno IↃCCCCLI. *Bergomum* itaque in *Othonis*, ejusque successorum Imperatorum potestatem pervenit, a quibus singularibus aucta hæc urbs privilegiis est, uti alii cuidam Tabulæ in Aula subscriptum legimus. *Radholtus* Reginam viduam quæ *Othoni* nupsit, *Daluidæ* nomine appellat. Tabulæ subscriptio hæc est:

POST GALLORVM IMPERATORVM REGNVM PLVRIBVS AFFLICTA PRINCIPIBVS, TANDEM AD OTTONEM, ALIOSQVE GERMANOS CAESARES, QVI EAM PRIVILEGIIS AVXERVNT, PER-
E VENIT, DCCCCLII. 952.

Defuncto *Othone*, Imperatore, duobusque ejusdem nominis aliis, imperante [1] *Arrigo* Duce *Bavariæ*, anno CIↃXXIV, *Bergomi*, & in aliis vi- 1024.
cinis urbibus, pestis tam crudelis grassata est, ut *F. Jacobus Forestus*, in Chronicorum suorum supplemento, dicat, mortuorum numerum, numero superstitum multo majorem fuisse.

Arrigo successit *Conradus*, ex Ducibus *Wormatiæ* oriundus, qui Imperator coronatus, dum per *Bergomum* iter facit, anno CIↃXXVI, sua huic
F urbi Privilegia, factasque Ecclesiæ *S. Alexandri* Cathedrali a Prædecessoribus donationes confirmavit. Ex Privilegio, in Capituli Chartophylacio, quod *Archivium* vocant.

Conradus mortuus successorem habuit *Arrigum*

1 *Arrigo*] Sic Autori nostro dicitur, qui scriptoribus *Henricus II.*

A nat. Domini.

gum[1] filium, ejus nominis II, qui Episcopo *Bergomati* urbis & agri possessionem confirmavit,
26 constitutis terminis, nimirum *Valtellina* versus Septentrionem, ab occasu ripa fluminis [2] *Abduæ*, Orientem versus flumine [3] *Ollio*, & a Meridie oppido, dicto *Casal Butano*, septem a *Cremona* mil-
1041. liaribus, ut in Diplomate videre est, v. Aprilis CIↃXLI, in Actis publicis.

1133. Refert *Forestus*, in supplemento, anno CIↃCXXXIII, *Bergomi*, & in *Lombardia* calores tam intensos fuisse, ut fruges exsiccarent, indeque annonæ caritas inaudita prorsus profecta, eamque pestis immanis insecuta fuerit, ob quas calamitates, ad intercessionem B. V. Civitas confugiens, in honorem ejus fabricandum curavit sumptuosissimum illud Templum *S. Mariæ Majoris*, urbis Cathedrale.

Genebrardus & *Sigonius* dicunt anno CIↃCXLVIII.
1148. ex *India* in *Græciam* introductam serici fabricam ab duobus Monachis, qui artis hujus seminarium ex *Græcia* in *Siciliam*, & hinc per omnem *Italiam* transtulere.

Evectus ad Imperii fastigium *Federicus*, dictus *Barbarossa*, Episcopo *Bergomati* Comitatum confirmavit, scilicet urbis & agri Dominium jam [4] ab *Herrigo Primo*, & *Conrado* ipsi concessum, stabilitis iisdem confiniis & terminis, nempe a flumine *Ollio*, ad flumen *Abduam*, & à *Valtellina* ad *Casal Butanum*, quod *Soncinum*, & *Cremonam* interjacet. Uti patet ex Privilegio XV. Julii, CIↃCLVI. in Actis publicis.

Sed paulo post *Federicus Guidoni*, *Cremensi*, Antipapæ electo, dictoque *Paschali III*, contra *Alexandrum III*, verum Papam, favit & permisit, ut ab ejus ministris *Lombardiæ* Civitates, Pontifici *Alexandro* adhærentes, male mulctarentur, ea-
27 propter nonnullæ earum, intellecto, *Federicum* in *Italiam* cum magna militum manu contra *Alexandrum III.* venisse, nimirum *Mediolanenses*, *Ber-*
1166. *gomates*, *Brixiani*, & *Cremonenses*, anno CIↃCLXVI, Aprilis VII, in Monasterium *Pontitæ*, agri *Bergomatis*, secreto Legatos suos in concilium cogunt. Ibi, ne hosti Ecclesiæ obediendum sibi esset, nec non, ut sese ab ejus crudelitatibus vindicarent, fœdus inter sese ineunt, defensuros *Alexandrum* Pontificem, ac Fœderatorum libertatem, facto decreto, honorifice potius prœlio sibi moriundum, quam barbari *Federici* jugum subeundum. Ex *Corio*, & *Sigonio*.

Regressis post initum fœdus in Patrias suas Legatis, extemplo fœderatæ Civitates Præfectos Imperatorios expulere, & expeditione facta, XXVI. *Aprilis* recollectos *Mediolanenses*, qui Ministrorum Imperialium barbarie expulsi fuerant, domum deducunt, urbemque ipsorum adversus omnem impetum hostilem muniunt. *Carolus Sigonius.*

Mediolanenses, ac *Bergomates* obsederunt [5] *Laudem Pompejam*, quæ Imperatoris partibus addicta manserat; ea post aliquot impressiones ab hoste sustentatas, XIII. *Maji*, sese dedidit, & in Fœderatarum societatem transiit. *Ludovicus Cavitellius*, & *Sigonius*.

Mediolanenses quoque, & *Bergomates*, gnari, in [6] Castello *Tritio* asservari Thesaurum *Federici*, eo sese contulere, id obsidione cinctum, quam possent summis viribus oppugnant, & cum omni Thesauro in potestatem suam redigunt, dedentibus præsidiariis, sub vitæ pacto. Ex *Hieronymo Bardo*, *Sigonio*, & *Cavitellio*.

1 *Arrigum*] Hic *Henricus III.* aliis est.
2 *Abduæ*] Aliis *Addua*, vel *Adua*, Ital. *Adda* dicitur.
3 *Ollio*] Ital. *Oglio*.
4 *Ab Herrigo*] Sic Auctor, qui & hoc nomine *Henricum* aliquem innuit. Sed ob discrepantiam horum nominum, Italicæ nomenclaturæ in his vestigia pressius secuti sumus.
5 *Laudem Pompejam*] Ital. *Lodi*.
6 *Castello Tritio*] Ital. *Castello di Trezzo*.

A *Barbarossa*, ira inflammatus, exercitum in *Mediolanenses* duxit, qui accepto statim a *Bergomatibus*, & mox a *Brixianis* auxilio, cuncta ejus 28 conata irrita fecere. *Sigonius.*

In primis autem contra *Bergomates* furens, quippe cui innotuisset, in eorum ditione in sua damna Fœdus initum, exercitu suo eos adortus est, verum, cum cives ad ultimam defensionem promptos offenderet, decessit, & efflata ira in loca suburbana, & agri subjecti Oppida, exercitum dimisit. Ex *Bellafino*.

Nondum tamen plene crudelitati suæ satisfa-
B ctum putavit, sed anno CIↃCLXVIII, cum nu- 1168.
meroso exercitu *Lombardiam* repetiit, occupatoque agro *Bergomate*, cuncta ferro & igne vastans, Castelli quoque [7] *Redonensis*, ex possessionibus *Bongiorum*, *Bergomatum*, fundamenta evertit. Ibi capta est generosa ac formosissima puella *Antonia*, ex ista familia oriunda, quæ, cum ab Imperatore in tentoriis ejus tentari pudicitam suam cerneret, pugione, quem a lascivi istius latere rapuerat, pectus sibi transfodit, & mortem oppetiit, ut intactam virginitatem suam servaret. Quod facinus Heroicum Civitas publice exhibendum judicavit pictura in Atrio suo veteri, cum sequenti In-
C scriptione:

ANTONIA CIVIS BERGOMI VIRGO NON MINVS ANIMI, QVAM CORPORIS PVLCHRITVDINE POLLENS CVM A FEDERICO I. IMPERATORE VIOLENTVM IN SE STVPRVM PARARI VIDERET, MORTEM PRO CONSERVANDA PVDICITIA VILIPENDENS, GLADIOQVE VIOLATORI EREPTO, INTREPIDVM SIBI PECTVS TRANSFODIENS, SINGVLARI CASTITATIS EXEMPLO VRBEM HANC PERPETVO ILLVSTRAVIT MCLXVIII.

Bergomum deinde aggressus *Barbarossa*, post su- 29
stentatam aliquamdiu ab Oppidanis obsidionem,
D in potestatem suam redegit; atque ita cædibus, rapinis, & incendiis barbara ejus crudelitas omnes in eam urbem vires suas effudit. Ex *Peregrino*, 1168.
in Vinea.

Anno CIↃCLXX, *Bergomum* denuo Archiepisco- 1170.
pus *Coloniensis*, adducto *Barbarossæ* exercitu, expugnavit, diripuit, ibique strages edidit inauditas. Ex *Michaële Carrara*, & *Peregrino*.

Deletis a *Federico* funditus oppido *Romano*, & Castello [8] *Tertio*, urbs *Bergomum*, ne oppidis agri sui tam insignibus privaretur, anno CIↃCLXXI, 1171.
propria pecunia novum fundum comparavit, ibi-
E que novum *Romanum* condidit, quale hodie cernitur, ut patet ex Instrumento in Actis publicis.

Federicus, ubi classem suam a *Venetis* superatam & captivitatem *Othonis* filii sui accepit, coactus fuit Pontifici *Alexandro* se submittere; quod factum *Venetiis*, quo Pontifex ille se receperat, & istius Reipublicæ tutela ac defensione utebatur. *Blondus*.

Inde factæ in annos sex induciæ sunt inter *Fede-* 1183.
ricum, & fœderatas *Lombardiæ* Civitates, quibus elapsis, cum a Civitatibus, *Mediolano*, *Bergomo*, *Brixia*, aliisque a *Carolo Sigonio* nominatis, singulis sex Legati in urbem *Constantiam* missi essent, quo ab eodem Imperatore invitati fuerant,
F inita est pax solemnissima, ea conditione, ut *Federicus* dominium obtineret in illas Civitates, hæ, retentis jurisdictionibus, & Prærogativis, formam libertatis servarent. Hujusce pacis leges, XXIV. Junii, CIↃCLXXXIII, conscriptæ extant in Volumine Rationarii Civilis, sive Publici. Ex *Blondo*, *Sigonio*, & *Bonifacio*.

Anno CIↃCXC, ingressus flumen quoddam *Fede-* 1190.
ricus

7 *Redonensis*] Ital. *Redona*.
8 *Tertio*. Ital. *Castello di Terzo*.

A nat. Domini. *ricus*, refrigerii caufa, fuffocatus eft, eique Filius [1] *Henricus* fucceffit, ifto nomine *Quintus*. Ex *Genebrardo*, *Sigonio*, & *Radbolto*.

Intrarunt denuo hoc tempore *Brixiani*, facta cum *Mediolanenfibus* focietate, agrum *Bergomatem*, editumque apud *Civedatem*, Oppidum ejusdem agri ita dictum, prope flumen [2] *Ollium*, pertinax prœlium, & fanguinolentum, quo *Bergomates* cum *Cremonenfibus* fociis cladem accepere. Ex *Sigonio*, & *Cavitellio*.

1192. Anno CIↃCXCII, *Henricus* in *Italiam* venit, utque per *Lombardiam* iter facit, ac de difcordiis inter *Bergomates* & *Brixianos* intelligit, ad componendas illas mandavit, ut fervarent fines ab *Federico*, Patre fuo, affignatos. Sed hifce non obftantibus, *Brixiani*, facta cum *Mediolanenfibus*, *Cremonatibus*, *Placentinis*, & *Mantuanis*, Societate, rurfus bellum movere, & *Bergomatem* agrum ingreffi, vaftarunt *Romanum*, quod nondum fatis reftauratum erat, & [3] *Curtem novam*, adeoque fanguinolenta ibi prœlia commiffa funt. Ad poftremum hifce inter eos conditionibus convenit, ut *Vulpinum* Caftellum agri *Bergomatis*, ad lacus principium, feu caput, verfus Vallem *Camonicam*, deftrueretur, *Brixiani* fines a *Federico* ftabilitos, & ab *Henrico* confirmatos, non egrederentur. Ex *Sigonio*, *Bernardino Corio*, & *Bellafino*.

1197. Iidem Auctores, cum *Offa*, & *Capreolo*, referunt, Anno CIↃCXCVII, *Mediolanenfes* adverfus *Bergomates* moviffe *Carrocium* fuum, magnæ molis machinam, carri forma, pompa fingulari, quo erigere, atque educere folebant Vexillum Regium,
31 unde militibus recedere non erat licitum, & Oppidum *Gifalbam* deleviffe, perque dies quindecim alia circumcirca depopulatos, tandem præda onuftos domum rediiffe. Idem ab iis factitatum annis CIↃCCXI, & CIↃCCXXXVIII.

1198. Infequenti anno CIↃCXCVIII, *Bergomates* & *Cremonenfes* mutuis inter fefe Oppidorum excidiis, direptionibus, cædibus, & incendiis conflixere, ut narrat *Bellafinus*.

In majori Decurionum *Bergomatum* Confilio decretum eft, anno CIↃCCXXXI, ut in Moneta, feu Officina Monetaria urbis, nummi probi, [4] juftæque mixturæ cuderentur, ad eum modum, qui fuperioribus temporibus obtinuiffet, & hoc conftat ex Publicis Statutis.

Quo exactius autem obfervaretur hoc Decretum, Præfecto cuidam, ab eadem civitate electo, fed alterius Jurifdictionis, impofitum munus eft vifitandi Monetam, compertamque, fi qua admiffa effet, fraudem ad Decurionum Confilium deferendi, ut debitæ emendationi provideretur, & juftas pœnas penderent, qui deliquiffent, ut in eodem Statuto habetur. Superfunt etiam in Civium nonnullorum manibus nummi ex argento puro, in quibus nota Civitatis *Bergomenfis* cernitur.

Pulfa a Plebe *Mediolanenfi*, fomite difcordiarum [5] *Martino Turriano*, Nobilitas, cum *Bergomum* fefe reciperet, anno CIↃLXI, a *Bergomatibus* recepta, & fingulari humanitate fervata eft, in cujus rei gratiam *Martinus* cum numerofis equitum turmis maximam *Bergomatibus* moleftiam creavit. Ex *Bellafino*.

1262. Neque hic finem habuere *Bergomi* labores, fed anno CIↃCCLXII, inito contra eam fœdere, *Cremonenfes*, *Mediolanenfes*, *Brixiani*, *Placentini*, *Comen-*
32 *fes*, *Tortonenfes*, & *Alexandrini*, Duce *Uberto*

1 *Henricus*] Diferte hoc loco Auctor: *Henrico V. di questo nome* Aliis *Sextus*; fed confer Auctorem pag. 25.
2 *Ollium*] Ital. Oglio.
3 *Curtem novam*] Ital. *Cortinoua*.
4 *Juftæque mixturæ*] Ital. *di giusta Lega*, quafi quis Metallorum alligationem dicat, obfervantia Octav. Ferrar. in Orig. Ling. Ital.
5 *Martino Turriano*] Ital. *Martin della Torre*.

A *Pallavicino*, fines ejus ingreffi funt, cumque iram fuam in urbem ipfam non poffent effundere, quæ ad fortem atque ultimam defenfionem parata erat, cuncta fere Plani *Bergomatis* Oppida direptionibus atque incendiis vaftavere. Ex *Peregrino*, in Vinea. A nat. Domini.

Anno CIↃCCLXIV, poftquam Civitas *Bergomi* Præfectum fibi *Philippum* [6] *Turrianum*, in ejufque locum *Nappum* [7] *Turrianum*, cognatum ejus, conftituiffet, auctoribus horum altero, & *Beltramo Grefo*, *Bergomate* Nobili, fœdus univerfale, inter *Lombardiæ* Civitates contractum eft, ac, pro 1264.
B Ecclefiæ Catholicæ honore, generale Concilium convocarunt, ex quaternis fingularum Civitatum Legatis, in quo confirmato fœdere, decretum eft, ut in hoftium deftructionem, propriam autem communem falutem ad arma paratæ effent, quia, diffidentibus Imperii Electoribus, pars *Alphonfum*, *Caftellæ* Regem, cæteri *Richardum*, Regis *Angliæ* fratrem elegerant, unde inter duos hofce Imperii Competitores, graves motus orti funt. Mortuo deinde *Richardo*, *Alphonfus* omnem fuam petitionem voluntarie ceffit Pontifici *Gregorio X.* Hæc Civitatum fœderatio facta eft in Oppido agri *Bergomatis Romano*, ubi & primo Pax publica-
C ta eft. Ex *Erhardo Radholto*, *Auguftano*, *Corio*, & *Bellafino*.

Poftquam *Alphonfus*, celeberrimus ille Aftronomus, omni fuæ Imperii petitioni renunciaffet, ejus in eo fucceffor *Rodulfus*, Comes [8] *Gravesburgenfis*, fecundum *Radholtum*, fed fecundum *Genebrardum*, Comes *Hifpruchenfis*, anno CIↃCCLXXXVI. in 1286.
Lombardiam Cancellarium quendam fuum mifit, cui poftquam a Civitate *Bergomo*, ut & reliquis certa quædam pecuniæ fumma numerata eft, earum Populis omnimodam conceffit libertatem, ut 33
idem *Genebrardus* dicit, adeo ut propriis fuis Conftitutionibus, atque Legibus viverent, ficuti
D etiam legitur in alia quadam Tabula Aulæ, in qua multorum Senatorum confeffus depingitur, his verbis:

POST VARIOS BELLORVM EVENTVS, QVIBVS ALII, ATQVE ALII PARVO INTERJECTO TEMPORE RERUM POTITI SVNT, TANDEM PROPRIIS LEGIBVS VSA RESPIRAVIT, AC REGI COEPIT ANNO DOMINI MCCCIII.

Hifce temporibus evecto ad Imperium *Ludovico Bavaro*, *Bergomi* quoque pullulare cœperunt factiones * *Guelforum* & *Gibellinorum*, ortæ ex dif- * Vide Sanctuar. Galef. de vita S. Gratæ, & S. Hofteriæ.
E fenfionibus ejufdem *Ludovici*, qui Ecclefiam cum *Johanne XXII*, (*Bergomate* ex *Offarum* familia) agnofcere nolebat; quibus in dies glifcentibus, facta eft inter Cives divifio, & tam diabolico furore alii hanc, alii illam partem amplexi ac profeffi funt, ut utrinque induratæ, fufcitatis hinc inteftinis ac veteribus odiis, in atrox Bellum Civile eruperint, & mutuis abfque ulla mifericordia cædibus atque incendiis in integras domos atque urbes fævitum fuerit. Et factio quidem *Guelfa*, relicta urbe, cum in *Martinengo*, robufto agri *Bergomatis* Caftello, fefe communiviffet, *pars extrinfeca* dicta, *Gibellini*, *pars intrinfeca*. Ut autem
F utrique harum factionum fuæ, hoc eft, ejufdem factionis homines ex urbe *Mediolano* in auxilium adfuere, & in primis *Matthæus* Vicecomes a *Gibellinis* vocatus, omnis ager *Bergomas* flammis & igne reluxit. Pauci admodum Cives erant, qui 34
extra partes viverent, & Reipublicæ curam gererent,

6 *Præfectum fibi*] Ital. *in fuo Podeftà*.
7 *Turrianum*] Sic Auctor plane.
8 *Gravesburgenfis*] Ita Auctor. Aliis: *Habsburgenfis*, Al. *Afpurgenfis*.

A nat. Domini.

rerent, & hi signi, seu symboli, loco supra domuum suarum portam habebant vocem ✠ IHS. uti quoque in nonnullis hodieque ejus exemplum cernimus. Ex *Corio*, & *Bellafino*.

Finitum hoc Bellum, vel potius induciis sopitum est, opera Religiosorum quorundam, anno
1307. CIↃCCCVII, compositumque & publicatum Pacis Instrumentum, XXV. Aprilis, quod in Chartophylacio, quam *Cancellariam* vocant, asservatur.

Non multo post renovatæ discordiæ cum *Brixianis*, quum enim hi in *Bergomatem* agrum armati, ut *Bellafinus* dicit, intrassent, & Castellum [1] *Muranum* oppugnando diruere conarentur, Populus *Bergomas* in aciem progressus, fortiter iis restitit apud *Paloscum*, & magna utrinque accepta clade recessere. *Bellafinus*.

Intercedentibus deinde iisdem Religiosis, hoc est, nonnullis ex Patribus *Dominicanis*, aliis ex *Franciscanis*, res eo perducta est, ut ab utraque Parte Legati constituti, & in Oppido [2] *Palatiolo*, adsistentibus iisdem Patribus, congregati sint, pactæque induciæ. *Cœlestinus*.

Cum in *Italiam* venisset *Johannes*, Rex *Bohemiæ*
1330. & *Poloniæ*, & Comes *Lucemburgi*, anno CIↃCCCXXX, *Brixiani*, *Scaligerorum* tyrannidem metuentes, in Urbis dominium illum vocarunt, quam & intravit, cum Baronibus suis, magna pompa. *Bellafinus*.

Idem *Bergomum* fecit, recognoscens, sese Vicecomitum, a *Gibellinis* adjuvandorum vires haud diu sustinere posse. Urbem itaque Rex intravit & *Alberici* di *Rosciate*, celeberrimi Jurisconsulti, precibus
35 annuit, ut in Senatum veniret, ubi, cognita universali Civium, ac Populi voluntate, oblatum Dominium accepit, & inter decreta ad pacificam Reip. administrationem spectantia, ab eo facta, unum fuit, quo sub pœna capitis edicebatur, nequis factionum *Guelfæ*, & *Gibellinæ*, *Intrinsecæ* aut *Extrinsecæ*, *Candidorum* & *Nigrorum* vel nomina usurparet, &c. Ut ex *Bellafino*, & *Statuto Publico* constat.

Post Regis *Johannis* a *Bergomo* discessu, *Actius* Vicecomes, cum aliorum fœderatorum suorum auxilio, adjutus insuper a *Gibellinis*, factionis suæ
1332. Civibus, Urbem obsedit, Anno CIↃCCCXXXII, & vi cepit, XX. Septembris, ut scribunt *Corius*, & *Bellafinus*.

Quare anno sequenti, Rex *Bohemiæ*, ejus re-
1333. cuperandæ gratia rediit, sed valida cernens, quæ ex Urbe *Mediolano*, & a fœderatis haberet auxilia Vicecomes, castra movit, & agro vastato recessit. Ex *Corio*.

1339. Mortuo deinde, anno CIↃCCCXXXIX., *Actio* Vicecomite, in ejus Dominium successere *Luchinus*, & *Johannes*, Episcopus *Novariensis*, fratres, qui Urbe ejecerunt *Mastinum Scaligerum*, qui per vim ea potitus fuerat, uti dicunt *Platina*, & *Bellafinus*, ceperunt quoque *Brixiam* Urbem, factaque inter *Bergomates* & *Brixianos* pace, constitutum est, ut utraque Civitas sub Vicecomitum esset Dominio. Ex *Corio*, *Foresto* in Supplemento, & *Capreolo*.

Hi Fratres Vicecomites, testantibus *Corio* & *Bellafino*, muris inclusere Munimentum, sive Castellum *Bergomi*, cui *Capella* nomen est a parvula, quæ ibi stetit Ecclesia, dicta *Capella di S. Maddalena*, licet jam ante ædificatos hosce muros munitum fuerit, ut apparet ex Regis *Bohemiæ* Statutis.

36 Mortuo *Luchino*, anno CIↃCCCXLIX, deinde
1349. etiam *Johanne* ejus fratre, postquam & *Mediolani* factus fuisset Archiepiscopus, anno CIↃCCCLIV, in

1 *Muranum*] Ital. *di Mura*.
2 *Palatiolo*] Ital. *Palozzolo*.

A *Bergomi* Dominio successit [3] *Barnabas* Nepos, qui *Cittadellam*, supraque eam *Castellum* fabricavit, loco, qui hodie dicitur *Mons S. Johannis*, *in Arena*, cum Munimentis ac Turribus, cujus Castelli Portæ, ut hodieque videre est, sequens Inscriptio applicata est.

M. CCCLI. DIE XI. NOVEMBRIS DOMINANTE MAGNIF. ET EXCELLENTISS. D. D. BERNABOVE VICECOMITE MEDIOLANI, BERGOMI, ET CAETERARVM DOMINO GENERALI, INCÆPTA FVIT HÆC FORTILITIA, SEV CITTADELLA, ET APPELLATA FVIT FIRMA FIDES. 1351.

B Ex definito in hac Inscriptione tempore apparet, viventibus adhuc *Luchino*, & *Johanne*, concessum jam fuisse *Barnabæ* Dominium.

Clara Murorum ac Turrium hujus Munimenti, seu *Fortalitiæ*, vestigia exstant, (*Cittadellæ* autem nomine intelligitur septum, seu ambitus ædificiorum, relicto Foro, seu spatio subdiali, in medio, ubi Capitaneus Urbis Palatium habet) in monte, qui partem facit editi istius loci, cui nomen a *S. Johanne in Arena*, ubi ex decreto Civitatis exstructa est Ecclesia, facto ob Pestilentiam voto, anno
C CIↃIↃCXXX, promissa, & postea Monasterium Virginum, quæ *Dimissæ* dicuntur, & ut Laicales a Civitate gubernantur.

Hic *Barnabas* crudelis Tyrannus fuit, cujus sub dominatu *Bergomum* infinita mala pertulit. Non regebat Populos ut Princeps, sed suscitabat discordias, ut fomes seditionum, & Fautor factionis *Gibellinæ*. *Martinengum*, aliaque *Guelforum* Munimenta diruit, adeo ut ista factio cogeretur conspirare, & arma capere adversus Vicecomitem, & Factionem *Gibellinam*, quo factum est, ut toti agro gravissima damna intulerint, & in urbe maxima fames exorta sit. Ex *Corio*, & *Bellafino*. 37

D Anno CIↃCCCLXI, eo usque Pestilentia invaluit, ut per duos integros annos continuaverit, & omnium, quas hæc Urbs retro perpessa esset, crudelissima fuerit. Ab hisce duobus deinceps annis, ob editam inter homines tam late stragem, frugum tantus fuit proventus, ut tritici [4] vehes viginti & uno solidis, milii tredecim venderetur. Memoriæ hoc prodidit inter alia, quæ istis temporibus a factionibus Civilibus orta sunt memorabilia, *Johannes Brembas*, Civis Nobilissimus, neutri in bellis Civilibus addictus parti, & idcirco hodieque supra portam Ædium, quæ ab antiquo istius Fa-
E miliæ habitatio fuit, insculptum cernitur nomen *JESUS*. *Bellafinus*. 1361.

Crescente in dies factione *Guelfa*, *Barnabas* amplam factioni *Gibellinæ* potestatem dedit, impune quoscunque factionis *Guelfæ* occidendi, eorumque domos incendendi, unde civitas & ager universus armis perstrepuit, & inter partes oppositas edita sunt tam sanguinolenta prœlia, cædes, atque incendia, qualia nunquam ante conspecta essent, duravitque hæc tam pertinax crudelitas per integrum annum, ita ut nec innocentibus a quoquam parceretur, & totæ utrimque Familiæ bar-
F bare trucidatæ sint. Ex *Johannis Brembatis* Memoriis, & *Castello*, in Manuscriptis suis.

Continuato *Barnabas* odio suo implacabili in *Guelfos*, anno CIↃCCCLXXIII, *Ambrosium* filium, naturalem ut vocant, cum magno Nobilium comitatu, & armatorum ingenti numero adversus partem *Guelfam* mittit, quos, ubi in Vallem *S. Martini*, & ad Oppidum *Caprinum*, Vallis istius præcipuum, venere *Guelfi* furiosissime adorti, & in fugam versos persectati sunt, adeo ut captus *Ambrosius* 1373. 38

3 *Barnabas*] Qui Scriptoribus quibusdam *Barnabos Barnabovis*, &c. dicitur, ut & in seq. Inscriptione.
4 *Vehes*] Sic vertimus Ital. vocem *soma*.

A nat. *ſius* cum multis Nobilibus *Mediolanenſibus*, cuncti
Domini. gladio occubuerint. Ex *Corio*, & *Peregrino*, in Vinea.

Hanc cladem, & Filii in primis mortem, ſupra
modum indignatus *Barnabas*, menſis elapſo ſpatio,
cum armata manu *Mediolano Bergomum* properat, u-
bi, editis variis incendiis, dum perſectatur *Guelfos*,
Monaſterium *S. Jacobi di Pontita* obſedit, quod eo
ſeſe communiviſſent *Guilelmus* [1] *Collio*, *Lantelli-
nus Rivula*, & *Simon Brolius*, viri fortes, cum
ſexaginta quatuor ſub ſignis ſuis, quod oppugna-
tum cum expugnare non poſſet, obſeſſis *Barna-
bas* promiſit, dedentibus ſeſe vitam conceſſurum;
at illi hiſce confiſi promiſſis ſeſe dedentes, violatam
a *Barnaba* fidem ſtatim experti, & ad unum omnes
unà cum Monachis barbare trucidati ſunt. *Johan-
nes Brembas*, & *Caſtellus*.

Exinde direptum eſt Monaſterium, combuſtum-
que una cum ipſa Eccleſia; Epiſcopus autem cum
Clero, ac Populo *Bergomate*, Reliquias, quæ in
iſta Eccleſia aſſervatæ fuerant, Sanctorum, velu-
ti Brachium *S. Jacobi* Apoſtoli, Corpus *S. Alber-
ti*, *Bergomatis*, Fundatoris, ac primi habitatoris
hujus monaſterii, & Corpus alterius cujusdam
Sancti, Diſcipuli ejus, inde ſuſtulere, & proceſ-
ſionali pompa *Bergomum* tranſportarunt, ubi in Ec-
cleſia *S. Mariæ* Majori, Urbis *Capella*, ut vocant,
repoſitæ ſunt, & in Altari quodam hodie requie-
ſcunt. Ex eodem *Johanne Brembate*, teſte oculato.

Inſecuta deinde Anno CIↃCCCLXXIV, tanta ho-
minum ſtrages eſt a Peſtilentia per urbem atque A-
grum, ut hac ad præcedentes calamitates acce-
39 dente, urbs deſolata videretur.

Annis CIↃCCCLXXVIII, & CIↃCCCLXXIX, acrius
quam unquam antea exarſere fera illa inter *Guelfos*
& *Gibellinos* odia, quippe quæ, aſſumpto, a *Bar-
naba*, ejusque Conjuge *Regina Scaligera* fomento,
cum omnium ſcelerum, & impietatum propoſita
eſſet immunitas, infinita edidere incendia, & cæ-
des, ita ut Poſteri per integra ſæcula hiſce damnis
ac ruinis quam acerbiſſime cum gemitibus ac ſuſpi-
riis illachrymaverint. Ex *Johanne Brembate*, & *Ca-
ſtello Caſtelli*.

Rodulphus, *Barnabæ* Filius, accepto a Patre
Bergomi, *Soncini*, & [2] *Tractus Abduani*, vulgo *La
1379. Gerra d'Adda*, Dominio, Anno CIↃCCCLXXIX, Pa-
latium in Cittadella condidit, ubi hoc tempore ha-
bitat Capitaneus. Ex *Cœleſtino*.

1382. Cum *Gibellini*, anno CIↃCCCLXXXII, ſanguino-
lentam a *Guelfis* cladem accepiſſent, *Barnabas* ma-
gnam ipſis armatorum vim miſit, ut ſeſe vindica-
rent, reputans nimirum tanquam ſibi ipſi illatum,
quicquid *Gibellini* acciperent damni, verum com-
miſſo feroci utrinque prœlio, cum magna per u-
tramque partem ſtrage, *Gibellinis* recedere placuit.
Ex *Foreſto*, in Supplemento.

Cum autem ulterius progredi non poſſet *Barna-
bæ* impietas, factum eſt, anno CIↃCCCLXXXV, ut
Mediolani penes ſe haberet *Rodulphum*, & *Aloyſium*
filios ſuos, quando *Galeacius*, Comes Virtutum (i-
ta dictus, quod in matrimonio habuiſſet *Iſabellam*,
Caroli Franciæ Regis Sororem cum dote *Comitatus
Virtutum*) gnarus, ſtructas ſibi ſæpius ab Avuncu-
lo *Barnaba*, ipſiusque Filiis, Cognatis ſuis, inſi-
dias, ſimulata peregrinatione verſus Montem *Va-
reſii*, tanquam Voti cujusdam perſolvendi cauſa,
ex improviſo *Mediolanum* divertitur, eosque extra
Portam *Vercellinam* ſibi obvios, comprehendi juſ-
ſit. *Barnabas* in [3] *Arce Tritiana* concluſus eſt,
40 Filii ejus in *S. Columbano* aſſervati; atque ita *Johan-
nes Galeacius* in ipſorum Dominium ſucceſſit. Ex
Corio, *Johanne Brembate*, & *Foreſto*, in Supplemento.

Bergomum itaque poſt exantlatas tot calamita-

1 *Collio &c.*] Ital. *Coglione. Rivola. de Broli.*

2 *Tractus Abduani &c.*] Aliis *Ghiera*, Aliis *Ghiara d'Adda*. Rationem denominationis pete ex Octav. Ferrario, in Orig. Ling. Ital. ad vocem *Ghiara*, quam a *glarea* derivat.

A tes, ſub pluribus, a quibus per vim occupata fue- A nat.
rat, ſubjecta tandem eſt *Johanni Galeacio*, Comi- Domini.
ti Virtutum, qui primus Dux *Mediolani* coronatus
eſt, ut apparet alia quadam Tabula Aulæ Ducalis,
cui ſubſcripta leguntur hæc verba:

DIVERSIS ITERVM IACTATA TEMPESTATIBVS DVM
PARVO TEMPORIS SPATIO VICECOMITIBVS,
PROPRIIS ITERVM LEGIBVS, REGI BOEMIAE,
ET ALIIS VI OCCVPANTIBVS PARET, ANNO DE-
MVM MCCCLXXXV. IO. GA-
LEATII PRIMI MEDIOLANI DVCIS IMPERIO
SVBIICITVR.

Anno CIↃCCCLXXXV, Decembris XVII, mor-
tuus eſt in Arce *Tritiana* captivus *Barnabas* Vice-
B comes, in pœnam eorum, quæ tam crudeliter, at-
que injuſte perpetraverat.

Mutato Domino, non tamen mutati ſunt peſſi-
mi eventus, & infelices caſus, a diſcordiis civili-
bus exſpectandi, ſed continuatæ Factiones tanta
crudelitate, ut mutuis incendiis & oppugnationi-
bus Domus, Oppida, Turres, per Urbem, per
agrum quotidie fere diruerentur, accurrentibus
in auxilium utrique parti ſuis ex utriusque Factio-
nis *Brixianis*, & *Cremonenſibus*, adeo ut urbs *Ber-
gomi* cum univerſo agro, ſanguine flueret, & i-
gne arderet; & continuatum eſt immane hoc Bel-
C lum Civile, usque ad XX. Septembris anni CIↃCCC-
XCV, quando publicatum eſt Inſtrumentum Pacis 1395. 41
univerſalis inter haſce Factiones, quod aſſervatur
in Chartophylacio Urbis, quod *Archivium* vocant.

Eodem anno ac Menſe, ſupra laudatus *Johan-
nes Galeacius* Vicecomes, Comes Virtutum, ſole-
mniter dux coronatus eſt ab Imperatore *Wenceſlao*,
Caroli F. Rege *Bohemiæ*, ſub tributi centum mil-
lium Ducatorum conditione, ut referunt *Fran-
ciſcus Guicciardinus*, & *Foreſtus*.

Brevi tempore duravit Pax iſta, cum enim ſtu-
dioſius Dux Factioni *Gibellinæ* faveret, cujus ſem-
per fomites ac principes fuerant Vicecomites, e-
D jus Majores, anno CIↃCCCCXCVIII, *Guelfi Bergo-* 1398.
mates, aliique ex fœderatis Civitatibus, novos
motus excitarunt, & rebellantes infinita mala per-
petrarunt, ac licet ſtatim *Johannes* [4] *Caſtellio*, Du-
cis Vicarius Generalis, in eos cum peditum equi-
tumque armata manu progrederetur, nihil tamen
id obſtitit ipſorum furori, cumque *Bergomum* re-
verſus varia adverſus *Guelfos* Edicta publicaſſet, non
modo nihil promotum eſt, verum e contrario, per
ſex menſes crudeliſſimum in urbe continuatum eſt
Bellum Civile, quo dua integra Suburbia, *S. An-
tonii*, & *S. Catharinæ* diruta ſunt. Ex *Corio*.

Dumque continuantur implacabiles hæ Factio-
E nes, ita ut oppida tota deſolarentur, anno CIↃ- 1402.
CCCCII, mortuus eſt *Johannes Galeacius*, Comes
Virtutum, relicto in *Bergomi* Dominio *Johanne
Maria Anglo*, Filio ſuo natu maximo, cum man-
dato, ut ſemper Factionem *Gibellinam* defenderet,
ut *Corius* dicit.

Sub *Johannis Mariæ Angli* Dominatu non inte-
puere Civiles diſcordiæ, ſed in dies ferociores po-
tius factæ ſunt. Anno deinde CIↃCCCCIV, primo 1404.
Novembris, *Anglus* Dominium *Bergomenſe Maſti-
no* Vicecomiti, *Barnabæ* Filio, in feudum ceſſit.
Ex *Caſtello Caſtelli*.

Maſtinus Bergomum ingreſſus, cum ibi Bellum 42
F Civile continuaretur, Edictum publicavit, Men-
ſe Februario, anno CIↃCCCCV, quo, Rebelles de-
clarans omnes *Guelfos*, mandabat, ut intra trium
dierum ſpatium cuncti coram ſeſe comparerent, ſub
pœna Exilii, ac Publicationis Bonorum.

Sed, cum nemo apparuiſſet, duodecimo a prio-
ris Edicti publicatione die, univerſos *Guelfos* pro-
ſcripſit, ut Rebelles, & Bona eorum publicavit,
ita

3 *Arce Tritiana*] Ital. *la Rocca di Trezzo.*

4 *Caſtellio*] Ital. *Caſtiglione.*

B. Farina. B

A nat. Domini. ita ut in *Mastini* proprium, seu privum, devolverentur ærarium. Ex *Castello*.

Hic sententia supra modum irritata est ira *Guelforum*, & utrinque inter Factiones ad cædes & incendia recursum est. Ex *Castello*.

XIX. *Junii*, CIↃCCCCV, acuta febri exstinguitur, *Mastinus* Vicecomes, relicto *Bergomo*, totoque ejus agro in magna desolatione, verum ejus obitum, dicente *Corio*, Dux *Anglus Mediolanensis*, multa *Bergomatis* & *Brixiani* agri Castella *Pandulpho Malatestæ* dederat, quorum adjutus favore *Pandulphus Brixiæ* Dominus evaserat.

Mortuo *Mastino* in Dominium *Bergomi* successit *Johannes*, Cognatus ejus, dictus *Piccininus*, *Caroli* Vicecomitis Filius, qui tribus mensibus post, ob suas crudelitates, libidines, & avaritiam, ab universis unanimiter Civibus, cum omni sua Familia urbe ejectus est. Ille *Soncinum* se recepit, Populus autem metuens, ne cum *Malatesta*, & *Estore* Vicecomite societatem contraheret, furibunde Domos Ministrorum ejus petiit, easque diripuit, ipsique illi Ministri comprehensi & in vincula conjecti sunt; mansere tamen Munimenta in Ministrorum *Piccinini* potestate. Ex *Bellasino*.

Profectus idcirco *Estor* Vicecomes *Soncino*, cum equitum manu armata, nocturno tempore *Bergomum* sese confert, ad occupandam eam urbem,
43 Munimentorum illorum, eaque tenentium beneficio, verum a Civibus detectus, in captivitatem incidit, ut narrat Historia *Bellasini*.

Milites quoque Dux *Mediolanensis*, expediit, post fugatum a Civibus inde *Piccininum*, qui *Bergomum* invaderent, sed hisce ita restitere Cives, ut varia edita sint prælia; idem *Piccinino* fecerunt, qui comitem secum habebat *Malatestam*; ad postremum tamen in Ducis *Mediolanensis* potestatem redacta est urbs. Ex *Castello*.

1407. Cum autem, XX. Junii CIↃCCCCVII, hic Dux *Mediolano* Legatos quosdam misisset, qui introducti in Senatum efficerent, ut Gubernatoris loco Civitas admitteret *Carolum Malatestam*, *Pandulphi* Fratrem, dum his contradicitur a quibusdam Factionis *Gibellinæ*, qui hæc Ducis promissa non esse assererent, urbem intravit *Piccininus*, cum mille quingentis militibus, cui aperta fuerat Porta a Cive quodam clam *Gibellinis*, qui præcipue *Piccinino* contrarii fuerant, qui mox partim fuga dilapsi, partim cæsi sunt. Ex *Bellasino*, & *Castello*.

Commoratus in urbe dies quinque *Piccininus*, occupatis Munimentis a *Mediolanensi* Duce, cum a nemine quicquam ex re sua moveri cerneret contra *Gibellinos*, confuse rursus excessit, assumpto solum Cive illo, a quo introductus fuerat. Ex *Castello*.

Corius, *Spinus*, & *Doglionius* dicunt, a militum Ducis *Mediolanensis* discessu, Civitatem in potestatem *Gibellinorum* delapsam fuisse, quorum princeps, de communi sociorum consilio, cum sese justæ defensioni impares viderent eandem in potestatem tradiderit *Pandulphi Malatestæ*, *Brixiæ* Domini, triginta millium ducatorum pretio, & hoc factum
1408. anno CIↃCCCCVIII.

Pandulphus Malatesta, quo urbis sibi Dominium
44 stabiliret, id in primis egit ut proposita generali indulgentia Factionum animos pacaret, inque urbis administratione & gubernatione Senatoribus libertatem omnimodam permisit; multis oppidis atque vallibus multas immunitates concessit, quibus rebus universalem erga se animorum affectum comparavit. *Forestus*.

Dux *Mediolanensis*, per malas suas artes, ostensaque passim deliramenta, jam ab omnibus desertus erat, & contemptui habebatur, sicuti & bona Dominationis parte spoliatus est. *Placentia* ipsi occupata erat a *Philippo de Arcelliis*, *Parma*, ab *Othone de Tertiis*; *Cremona*, ab *Ugolino Cavalcabove*;

A *Laus Pompeja*, a *Johanne Vineate*; *Bergomum*, & *Brixia*, a *Pandulpho Malatesta*; & *Comum*, a Familia *Rusconiorum*. Ex *Spino*, *Foresto*, *Corio*, & *Castello*.

Hasce Civitates recuperare Dux *Anglus* æstuans, ingentem conscribit exercitum, & *Facino Cani*, Generali, ut vocant, suo in *Bergomum* committit deducendum, qui, variis per agrum excursionibus factis, post vastata obvia quæque, urbem obsidione cinxit, eamque quantis maximis viribus posset, oppugnavit, & undique pressit, verum cum Suburbia jam occupasset, & Cives diutiori sese de-
B fensioni impares videntes, in eo essent, ut sese dederent, IV Maji, CIↃCCCCXI, mortuus est *Facinus Canis*, Generalis, unde cessante impetu hostili, urbs liberata rursus est. Ex *Corio*, & *Doglionio*.

Eodem die *Mediolani* Dux *Johannes Maria* Vicecomes, dictus *Anglus*, occisus est, ob inaudita crudelitatis, atque amentiæ suæ facinora, quibus eo usque abreptus fuerat, ut Matrem suam in vinculis necari jusserit, quod ab ea propterea reprehensus esset. Ex *Spino*, & *Foresto*.

A morte *Johannis Mariæ*, Dominii hæres re-
C linquebatur *Philippus Maria* Vicecomes, admodum juvenis, qui amissam ditionis suæ majorem partem cernens, cum in tot aliorum potestatem, uti dictum est, transiissent Civitates, præterea pecuniæ sese ac virium ad eas recuperandas inopia laborare recognoscens, in animum induxit matrimo- 45
nium contrahere cum *Beatrice*, *Facini Canis* dum viveret, Conjuge, annorum quadraginta, sed omnium a Marito suo relictarum opum hærede, quæ ad quadringenties mille scutatorum pretium adscendebant, ut *Cavitellius* dicit, munita præter hæc obsequio, ac benevolentia exercitus florentissimi, sub Præfectis veteranis, quos inter præci-
D pua auctoritate, ac fama pollebat, *Franciscus Busonius*, dictus *Carmagnola*, qui ad *Generalatum* a *Philippo Maria* evectus, omne ipsi dominium recuperavit, quin & amplificavit. Tantum potest cupido dominandi, quæ a *Philippo Maria* successioni prælata, in causa fuit, ut unica modo suscepta filia ex Conjuge vetula, exstinctam successionem suam viderit. Ex *Spino*, & *Cavitellio*.

Carmagnola, cum toto exercitu, positis sub *Bergomo* castris, primo loco Munimentum, quod a *Capella* nomen habet, cepit, mox urbem obsidione cinxit, dispositisque machinis bellicis, Muros evertit, & Ducis *Mediolanensis* nomine urbem oc-
E cupavit, anno CIↃCCCCXIV, qui Dux deinceps 1414.
quoque mandavit, ut Muri destructi resarcirentur, & his sumptibus suppeditandis universi, etiam valles concurrerent, ut ex litteris ejus patet, IX. Januarii CIↃCCCCXX. Ex *Corio*, & *Cavitellio*.

Persecutiones, & invidiæ Aulicæ molimina, eo tamen Ducem *Philippum Mariam* abripuere, ut *Co. Carmagnolam* male acciperet, qui ea re attonitus e servitio ingrati Ducis, anno CIↃCCCCXXIII, in Reip. *Venetæ* servitium se contulit. Ex *Cavitellio*.

Mota ista Respublica *Florentinorum* petitionibus, & exhortationibus, ut Ducis *Mediolani* progressus impediret, summum sibi exercitus sui Du-
F ctorem, Generalem quem vocant, constituit *Co. Carmagnolam*, eumque cum ingenti exercitu Duci *Mediolanensi*, in agro *Cremonensi*, obviam misit. Ex *Cœlestino*.

Anno CIↃCCCCXXVI, *Brixia* voluntario sese Reipublicæ *Venetæ* commisit, testantibus Actis Publicis.

Anhelantes quoque *Bergomates* finem aliquando videre tam continuæ Principum mutationis, tot agitationum, & calamitatum, anno CIↃCCCCXXVII, in secreto suo Consilio de hac tanti momenti re deliberarunt, & post varios discursus, diversasque opiniones

A nat. Domin.

niones Civium, qui in utramque ſententiam prudenter dicebant, tandem felicitatis memoriam repetentes, qua ſub umbra Reipublicæ *Romanæ* Majores ſui gaviſi fuiſſent, decrevere, ut ſcribit *Bernardus Taſſus*, deditionem ſui Sereniſſimæ Reipublicæ *Venetæ* faciendam.

Hujus Senatus conſulti accepta notitia Valles, non propria voluntatis inclinatione, aut devotione motæ (ut poſtea in majoribus Reipublicæ diſcriminibus, tempore Fœderis [1] *Cameracenſis* palam fecerunt) ſed ut Civitati palmam hanc præriperent, & ſuæ ab ea ſeparationi operam darent, eam prævenere, præmiſſis *Brixiam*, qui de communi ſuo nomine, ſeſe Proveditori (ut vocant) exercitus *Veneti* Generali offerrent, de cunctis urbis munimentis certiorem eum redderent, conſilia ad occupandam eam armorum vi ſubminiſtrarent, peterent eum in finem a Proveditore mille pedites, & quingentos equites, qui junctis ſecum viribus, primi eſſent ad occupandam urbem. Voti compotes facti Vallenſes, quantum ad milites requiſitos, iſtiusque exercitus adverſus urbem deductionem, cum acceptis copiis usque ad portas urbis excurrerunt, direptionibus cuncta vaſtantes, ipſasque molas Suburbiorum incendentes, quemadmodum res omnis palam fit ex Privilegio Vallibus hiſce, ſeu Vallenſibus, conceſſo a Sereniſſima Republica, anno CIↃCCCCXXVII, Octobris II. cujus motiva hoc
47 exordium ſumunt: *Quod cum ſemper fuerint ferventiſſimi Relatores ſtatus noſtri Dominii, &c.*

Acriter hiſce motibus reſtitit urbs *Bergomum*, ne voluntariæ deditionis meritum perderet, donec, omni poſt metu liberata, ſpontaneo Legatos mitteret, menſe Aprili CIↃCCCCXXVIII, ad Excellentiſſimum Reipublicæ *Venetæ* Senatum, eoque decretam deditionem portandam daret, qui a Principe reſponſi loco retulerunt inter alia, eum urbem *Bergomum*, reputaturum non ut ſubjectam, ſed tractaturum ut ſororem urbis *Venetæ*; ut expreſſis verbis habetur in Privilegio urbi conceſſo IX. Julii CIↃCCCCXXVIII, primæ deditionis, in Actis.

Extemplo Reſpublica *Hieronymum Contarenum*, miſit, cum titulo Proveditoris, ad occupandam
1428. urbis poſſeſſionem, quod factum, VI. Maji, CIↃCCCCXXVIII. Ex *Actis*.

Sicuti repræſentatur ſub Atrio urbis, in Foro Veteri, ubi depictus eſt Leo alatus, Hieroglyphicum *S. Marci*, cum verbis ſequentibus:

BERGOMI VRBS VETVSTISSIMA ANNO ANTE SERVATOREM M. DCCCIIII. A CIDNO LIGVRIS ETRVSCORVM REGIS FILIO EXTRVCTA ALIQVANDO IN LIBERTATE, ALIQVANDO SVB ROMANORVM CAESARVM, AC DVCVM IMPERIO VARIO EVENTV IACTATA, SVB SANCTISSIMA DIVI MARCI ALARVM VMBRA, TANDEM DIVTVRNAE PACIS OTIO FRVITVR, AC FELICITER REQVIESCIT.

Civitas in ſuo Senatu donativum decrevit ei, qui *S. Marci* Vexillum in urbem primus intuliſſet. Ex Actis.

48 Conſtituit, ut in perpetuum ſolemni Proceſſione univerſæ Civitatis, eaque anniverſaria, celebraretur dies deditionis, ab Eccleſia inter feſtos relatus in honorem *S. Johannis ante Portam Latinam*, nempe VI. Maji. Ex Statutis.

Reſpublica Sereniſſima in perpetuum ſe obſtrinxit, ut Eccleſiæ *S. Mariæ* Majori, quæ *Capella Urbis* dicitur, quotannis donaret ſeptuaginta tres florenos aureos, Xenodochio, quod *Hoſpitale* vocant *Urbis*, ducatos tredecim; Eccleſiis Sanctorum ejusdem urbis Tutelarium, quos *Protectores*

1 *Cameracenſis*] *di Cambrai.* Reſpicit autem *Vallium*, ut vocat, ſeu *Vallenſium* molimina, qualia infra narrabit, pag. 58. & pag. 61. f. & ſequenti.

A vocant, quadraginta ſex libras Imperiales; Et ſalis ſeptuaginta duos ſextarios, pauperibus urbis Cœnobiis in perpetuum, ut patet ex Statutis.

A nat. Domin.

Adſcivit *Bergomates*, in Civitatis *Venetæ* jura, appellans illos Cives *de intus Venetos*; quod Privilegium toties confirmatum eſt, quoties occaſio tulit, ut *Bergomatibus* controverſia moveretur circa prærogativas & immunitates, quibus ipſi Cives *Veneti* gaudent. Ut in *Actis Publicis* videre eſt.

Integrum Civitati jus, ſeu beneficium, reli-
B quit, publicandi in cauſis criminalibus bona Civium, ut & exigendi mulctas criminales pecuniarias. Ex *Actis*.

Effecturam apud Pontificem promiſit, ut conferrentur in Cives cuncta agri *Bergomatis* Beneficia Eccleſiaſtica, & horum promiſſorum vi poſſeſſionem Beneficiorum in extraneos negavit. *Acta Publica*.

Conceſſit Civibus immunitatem ab omnibus [2] cum bonorum, tum capitum exactionibus. *Acta Publica*.

Porro etiam, ut in eosdem Cives conferrentur Munera non ſolum Civitatis, ſed & Præfectu-
C ræ & Vicariatus Vallium, & agri ſubjecti, etiam quæ a Civitate ſeparatæ eſſent. Ex *Actis*.

Omnia autem iſta Munera a Senatu urbis diſtri- 49
buerentur. Ex *Actis*.

Denique Civitati confirmavit omnes antiquas ſuas Conſtitutiones, Ædilium, aliorumque Magiſtratuum Jurisdictiones, & Conſuetudines, cum aliis Privilegiis inſignibus, ut in *Statutis* & *Actis Publicis* videre eſt.

Pontifex metuens, ne *Bergomi* & *Brixiæ* deditio excitaret alias quoque Civitates, cum Ducem Vicecomitem ulterius debilitari, Rempublicam e contrario fines ſuos proferre nollet, Legatum
D miſit, qui rem inter illos Principes componeret, quod & effectum eſt, XX Julii, ea conditione, ut Vicecomes *Venetis Brixiam* & *Bergomum*, cum Tractu *Abduæ*, *La Gerra* dicto, ut & Caſtella in *Cremonenſi* agro, a Republica jure Belli occupata, habenda concederet. Ex *Foreſto*, & *Bonifacio*.

Dicit *Rota* in ſcriptis ſuis, Ducem *Cremonæ* conceſſionem Reipublicæ obtuliſſe, ſi *Bergomum* ſibi reſtitueretur, ſed ab ea rejectam hanc diviſionem, conſcia nempe ſibi amoris ac fidei *Bergomatum*.

Brevi tardarunt arma, excitanda mox ferocio-
E ri impetu, quam antea unquam inter Rempublicam, & Ducem *Mediolanenſem*, qua occaſione cum *Bergomates* manifeſta fidei conſtantiſſimæ ſpecimina edidiſſent, plura adhuc beneficia atque immunitates a Principe conſecuti ſunt. Ex *Actis Publicis*.

Anno CIↃCCCCXXXIII, facta nova pax eſt, ea conditione, ut Dux id omne, quod in *Bergomate* ac *Brixiano* agro occupaſſet, reſignaret. Ex *Bellaſino*.

Sed facto Reſpublica *Veneta* cum *Genuenſi*, & *Florentina*, fœdere, pacem cum Duce Vicecomite irritam vidit, & *Bergomi* Edictum publicari
F juſſit, quod omne cum Ducatu *Mediolanenſi* commercium tolleret. Itaque *Picininus*, Ducis Præfectus Generalis cum exercitu agrum *Bergomatem* invadit, eumque * totum prorſus in poteſtatem 50
ſuam redegit, ſervante ſola urbe fidem Reipublicæ debitam, cumque mox & urbem aggredi pararet, hæc, utpote non ſatis munita, repente Principem ejus rei certiorem fecit, qui extemplo *Marchioni Mantuano*, exercitus ſui Præfecto Generali,

* Hac occaſione vicini Suriſeli, & Ponteranicæ fidem conſtantiſſimam oſtenderunt Principi, & Civitati.

2 *Cum bonorum, &c.*] Ital. *Fattioni reali, e perſonali.* *B. Farina.*

A nat. Domini. nerali, mandat, ut *Brixia*, nulla interposita mora, idoneum *Bergomatibus* mitteret auxilium. *Carmagnola* enim *Venetiis* mortis supplicio, jam anno CIↃCCCCXXXII, 20. Aprilis, affectus erat, ob male præstitam sub *Cremona* fidem. Ex *Spino*, & *Cavitellio*.

Adductis *Picininus* ad urbem copiis, post agri deprædationem, suburbium *Pignolum*, urbi ab oriente adhærescens vastavit, exinde [1] Arcem oppugnat, unde tanto cum damno repulsus est, ut eam iterum accedere non auderet. Ex *Spino*.

Dimisso a Republica Marchione *Mantuano*, post edita ab ipso male servatæ fidei specimina, & a Duce Vicecomite in fœdus & amicitiam recepto, creatus a *Venetis* est Præfectus Generalis *Erasmus de Narniis*, dictus *Gattamelata*, strenuus ac prudens Bellator. Ex *Spino*.

Bergomum interim, occupato ab Hostibus agro, eum in modum obsidebatur, ut, elapsis tribus jam annis, ex quo nihil commeatus recepisset, in extrema jam omnium alimentorum penuria versaretur. Quamobrem electione facta, audacem ac strenuum Civem Legatum constituunt, qui, invento per medios Hostes itinere, Principem adiret, eique miserabilem urbis conditionem exponeret; quod ipsum & urbs *Brixia* fecit, in fortuna
51 haud dissimili hoc tempore constituta. Hisce auditis Princeps *Franciscum Sfortiam*, *Marcæ* Principem, *Florentinorum* Præfectum Generalem, invitavit, cumque eo vires suas *Gattamelatam* jungere jussit, qui, plus simplici vice, *Picininum* fudere, atque ita recedere compulere, ut *Bergomum*, & *Brixia* ab istis calamitatibus liberatæ sint. Ex *Spino*, & *Cornazano*.

1441. Anno CIↃCCCCXLI, facta pax est inter Rempublicam, & Ducem *Mediolanensem*, ea conditione, ut libertate sua fruerentur Civitates *Brixia*, & *Bergomum*, cum agris, & Tractu *Abduæ*, *La Gerra* dicto, sub Republica, cum omnibus etiam locis, quæ possedisset in principio, anno CIↃCCCCXXXVIII. Ex *Actis*.

Hoc anno Respublica *Bergomatibus* nova concessit Beneficia, atque Immunitates in compensationem ostensæ in Bello fidei constantissimæ. Ex *Actis*.

Quumque ista inter Ducem Vicecomitem, & Rempublicam *Venetam* pace, hæc Respublica teneretur protegere *Franciscum Sfortiam*, quem inter & Ducem Vicecomitem natæ erant graves controversiæ; *Picininus*, cum Ducis copiis, rupta pace, aciem instruxit contra Rempublicam, anno CIↃCCCCXLV, & Tractum *Abduæ*, *La Gerra* dictum, aliaque ditionis *Bergomensis* loca, occupat. Igitur obviam ei progressus *Michelettus Attendulus*, cum copiis Reipublicæ, cuncta loca perdita recuperavit, & populabunde ad *Paviam* usque excurrit. Regressus deinceps cum ingenti præda, sub ipsas *Mediolani* Portas promoto itinere, versus montem *Brianzæ* contendit, captoque Castello *Brivio*, omnem illum tractum depopulatus est. Ex *Spino*, & *Doglionio*.

Exercens urbs *Bergomum* jurisdictionem, & prærogativas suas, in Oppida Tractus *Abduæ*, qui *La Gerra* dicitur, ex Civibus suis Præfectos miserat &
52 Vicarios, verum qui turbulentis hisce temporibus valde inquietabantur. Ex *Actis Publicis*.

Mortuo *Philippo Maria*, Vicecomite, *Mediolanensi* Duce; Populus *Mediolanensis* tumultuare cœpit, conatus in libertatem sese asserere; Capitaneum igitur sibi constituunt & invitant *Franciscum Sfortiam*, qui ducta jam uxore unica Ducis defuncti filia, relicto Principatu suo *Marca*, venit, ac conditionem tam splendidam accepit, verum

1 *Arcem*] Ital. *la Rocca*.

A alio longe consilio, quam quo ipsi a *Mediolanensibus* oblata esset. Ex *Spino*, & *Doglionio*.

Anno CIↃCCCCXLVIII, *Mediolanenses* omni commercio suis cum Reipublicæ subditis interdixere; quæ idem quoque a sua parte in *Mediolanenses* decrevit. Ex *Cœlestino*. 1448.

Sfortia, Capitaneus *Mediolanensium*, ducto in Tractum *Abduæ*, cui *la Gerra* nomen est, exercitu, castra posuit ad *Caravaggium*, Oppidum robustum, & ex præcipuis, ubi post varias cum *Venetorum* exercitu, qui in defensionem istius Castelli accurrerat, commissas velitationes, ad postremum *Venetum* copias fudit, & dissipavit. Et
B *Sfortia*, victoriam partam prosecutus, agrum *Bergomatem*, & *Brixianum* occupat, tuentibus solis urbibus debitam Reipublicæ fidem, & *Mediolanensium* potestati subjecit omnia Oppida, usque ad Lacum *Benacum*, hodie *di Garda*. Ex *Spino*, *Capreolo*, & *Sabellico*.

Sfortia cernens, *Mediolanenses* metuere, & suspectos habere prosperos suos progressus, ac potentiam, pacem cum *Venetis* ultro iniit, qua constitutum est, ut *Bergomum*, *Brixia*, & *Crema*, cum agris suis, nec non Tractus *Abduanus*, *la Gerra* dictus, ad Rempublicam pertinerent; Principa-
C tus *Mediolanensis*, cum Urbibus & Castellis, quæ possedisset Socer *Philippus Maria*, Vicecomes, *Francisco Sfortiæ* cederet, *Veneti* autem, proprio 53
sumptu, quatuor ipsi Equitum millia, duo peditum mitterent, quibus ista in potestatem suam redigeret. Ex *Spino*.

Mediolanenses, perspectis *Francisci Sfortiæ* consiliis, & conatibus, cum sese impares cernerent, ad impediendum, quominus vi Dominium Soceri olim sui invaderet, post aliquot contentiones, ultro eum missis Legatis ad succedendum in illo Dominio invitarunt, atque ita solemni pompa *Mediolani* receptus, pacifice liberum Ducatus Do-
D minium obtinuit. Ex *Spino*.

Anno CIↃCCCCL, ut & sequenti, maximam stragem pestilentia, per urbem, & agrum edidit. Ex *Cœlestino*. 1450.

Franciscus Sfortia, tam pacifice Principatu *Mediolanensi* potitus, Bellum cum Republica *Veneta* renovavit, & agrum *Bergomatem* cum exercitu ingressus, omnem istum tractum in potestatem suam redegit; urbs tamen, licet militum Præsidio denudata, constanter sese defendit, in honorem Reipublicæ. Ex *Spino*, & *Capreolo*.

In maximo Belli fervore, inter hosce & alios ab utraque parte socios Principes facta pax est, in
E urbe *Laudensi*, anno CIↃCCCCLIV, 9. Aprilis, ut in Instrumento ejus continetur, in *Actis Publicis*. 1454.

Læta fuit hæc pax universis ab utraque parte istorum Principum Civitatibus, excepta sola *Bergomo*, cui valde amara accidit, quod, cum ita solummodo Reipublicæ utilitatibus expedire videretur, ademptus sibi, concessusque Duci *Sfortiæ* esset Tractus *Abduæ*, *la Gerra* dictus, pars præcipua, atque uberrima totius agri *Bergomatis*, a natura intra suos fines constituta, & confirmata ab *Henrico* Rege, 9. Aprilis, CIↃXLI, a *Federico* 54
F Imperatore, 15. Julii, CIↃCLVI, denique ab eodem *Federico*, dicto *Barbarassa*, 17. Julii, CIↃCLXXXIII, novissime confirmata. Ex *Actis Publicis*.

Ob stragem universalem, quam pestis edebat per urbem & agrum, Civitas in Senatu suo, anno CIↃCCCCLXVIII, decrevit erigere Altare in Ecclesia *S. Mariæ* Majore, glorioso Martyri *S. Sebastiano* ibique celebrandam curare Missam solemnem annuam, assistentibus Dominis [2] Deputatis, & Senioribus. Ex *Actis Publicis*. Anno 1468.

2 *Deputatis &c.*] Ital. *Deputati*, *&* *Antiani*.

A nat. Domini. 1482. Anno CIↃCCCCLXXXII, Bellum *Ferrariense* exarsit, unde *Bergomum* gravissima recepit incommoda, jacturas & damna; agro a Republica exciti sunt, missique in Castra[1] Calones Lixæque, similesque Operæ Castrenses, tum conscripti milites, multique extra ordinem. Ex *Cœlestino*.

Anno sequenti *Ludovicus Sfortia*, cognomine *Maurus*, in agrum *Bergomatem*, cui equitum peditumque armata manu excurrit, usque ad portas urbis, acceptisque captivis compluribus, [2] *Coloneum*, & *Urinianum* Castella occupavit, & a trium dierum obsidione *Romanum* Arcem etiam intravit. Ex *Corio*.

Eodem tempore *Abduam* valida manu trajecere Habitatores *Montis Brianza*, eorumque vicini, ac, nomine Ducis *Mediolanensis*, gravissima damna agro *Bergomati* intulere. Ex *Foresto*.

Idem fecit *Alphonsus* Dux *Calabriæ*, qui cum valido exercitu agrum *Bergomatem*, & *Brixianum* depopulatus est, & varia loca munita occupavit. Ex *Foresto*.

Anno CIↃCCCCLXXXIV, facta pax est inter Rempublicam, & Principes contra eam fœderatos, restitutaque ei loca, ut supra, occupata. Ex *Foresto*.

Anno sequenti Castello Capellæ novum muni-
55 mentum adjectum, cui Episcopus Processionali pompa eo accedens benedixit, primumque lapidem jecit. Ex *Actis*.

1493. Ultimo Augusti, anno CIↃCCCCXCIII, tantum Cœlo Diluvium aquarum decidit, ut intumescens *Brembus* fluvius diruerit multos Pontes altissime arcuatos, & speciatim celebrem illum a Regina *Theodolinda*, uti dicit *Belfantes Zanchius*, vel *Theutperga*, ut vult *Achilles Mutius*, extructum, cujus duos maximos Arcus ex parte diruit, adeo ut multi homines, qui in ponte supra eos essent, una corruerint, triginta sex superstites relicti sint, in mediæ exstantiæ Arcuum, quales hodieque sunt, summis partibus, quibus per tres dies quos aquarum iste impetus continuavit, necesse fuit, ut funda panis mitteretur, ad vitam sustentandam. Ex *Belfante Zanchio*.

Cum in animo haberet *Ludovicus* XII, Rex *Galliæ* Principatum *Mediolanensem* invadere, reputaret autem, si quando hisce suis conatibus Respublica *Veneta*, cum Duce *Ludovico Sfortia*, *Mauro*, resisteret, aut nullum omnino, aut valde difficilem habituram rem exitum, fœdus cum ea ineundum sibi ratus, id ita exsecutus est, ut Respublica *Cremonam*, & *Abduæ* tractum, *Gerra* dictum,
1499. retineret, anno CIↃCCCCXCIX. Martii 15. Ex *Francisco Guicciardino*, *Bonifacio*, & *Actis*.

Occupato a Rege Principatu *Mediolanensi*, cum & Respublica Tractum *Abduæ*, *La Gerra*, occupare pergeret, quod nec infeliciter ipsi successit, multi Nobiles istius Ditionis, quos inter præprimis erant Vicecomites, *Cribelli*, & *Landriani*, cum aliis, iram Regis *Ludovici* metuentes, quod Ducis sui partibus adversus *Gallos* firmiter adhæ-
56 sissent, profugere, & *Bergomum*, Civium fidei sese commisere; at Respublica, ne fœderis pacta irrita faceret, omnes hosce Nobiles *Mediolanenses* in *Gallorum* potestatem tradidit, qui *Bergomum* a Rege missi, ad eos in custodiam recipiendos, *Mediolanum* deducerent. Ibi *Bergomates*, ne innatæ sibi hospitalitatis gloriam perderent, ingenti numero arma capiunt, factoque in Equitatum *Gallorum*, a quo abducebantur Nobiles, acerrimo impetu, cum eum facili negotio confunderent, captivos omnes in libertatem asserunt, eosque pecunia, aliisque rebus necessariis instructos securos

A salvosque extra fines suos deducunt. Ex *Francisco Bellafino*, teste oculato. A nat. Domini.

Hoc tempore *Bergomum* gravissima incommoda, ac sumptus subiit. Anno enim CIↃCCCCXCIX, Respublica bellum promovens terrestri exercitu, decreverat quoque Classem habere in mari, contra *Ottomannos*, itaque pecuniæ subsidia a subditis Civitatibus exiguntur, *Bergomo* autem imperatæ sunt quinquaginta libræ Auri, uti dicit *Bembus*, & quinquies mille, cum quingentis, Ducati, qua exactione etiam prægravatam sese sensit, ut ex *Actis Publicis* apparet.

Occupato a Republica Tractu illo *Abduæ*, cui
B *Gerra* nomen est, Civitati *Bergomo* sarta tecta sua mansit in eum jurisdictio, mittendi ex Civibus suis in oppidorum[3] Præfecturas ac Vicariatus, tanquam loca, per se *Bergomo* subjecta. Ex *Actis Publicis*.

Licet anno CIↃIↃ, *Bergomates Cremonensibus*, 1500.
item Reipublicæ subditis, jus mittendi Præfecti in oppidum *Mozanegam* voluntarie cesserint. Ex *Actis*.

Continuante Bello *Turcico*, Respublica, anno 57
CIↃIↃI, vectigal, *Campaticum* dictum, exegit, quo singulis campis septem grana argentea imperantur. Ex *Bembo*.

Hoc Bello *Turcico*, urbs ultro Principi obtulit
C quadraginta quinque libras Auri, præterea propriis sumptibus Classi sexaginta naves *Galeotas* misit. Ex *Actis*.

Ob pestem, quæ magna atrocitate ingruebat, urbs *Bergomum* ædificare cœpit[4] Nosocomium, eique campus emptus est 30. Decembris, CIↃIↃIII, ut in *Actis* habetur.

Secuta inde crudelissima fames per omnem *Italiam*, anno CIↃIↃV, adeo, ut *Bergomi* Tritici[5] vehes constiterit viginti libris, & amplius. Ex *Belfante Zanchio*.

Anno deinde CIↃIↃVIII, [6] *Cameraci*, inter præ- 1508.
cipuos *Europæ* Principes contra Rempublicam *Venetam* initum est fœdus, tam secreto habitum, ut
D exercitus in acie starent, antequam publicatum esset. Respublica nihilominus, solita providentia sua, *Co. Pitilianum* misit, ad examinanda munimenta, quem *Bergomum* tendentem equitum peditumque armata quædam manus, trajecto flumine *Abdua*, a tergo de improviso adorta fuisset, & captum abduxisset, nisi a regionis ejus incolis monitus, fuga sese hostium insidiis subduxisset. Ex *Bembo*, *Guicciardino*, & *Sansovino*.

Interea Respublica, numeroso contracto exercitu, haud segniter defensioni suæ cuncta paravit, dum autem *Bergomum*, omnium rerum inopia laborans, a Præfectis, seu Ducibus Reipublicæ, res necessarias defensioni suæ petit, quod hostis *Bergomatem* agrum jam intrasset, & ad ipsas urbis por-
E tas jam appropinquasset, responsumque a Prove-
ditoribus refert, mandatum ipsis a Republica, ut 58
urbi in quantum opus sit, subveniant, nunciatur, exercitum pedestrem *Venetum* fusum dissipatumque a *Gallis*, in tractu *Abduæ*, *La Gerra*, XIV.
Maji, CIↃIↃIX, apud oppidum *di Vailatè* dictum. 1509.
Ex *Guicciardino*, *Bembo*, *Doglionio*.

Ejusdem Mensis XVII, *Guicciardinus* urbem *Bergomum* sese dedidisse scribit, Regi *Galliæ*, nulla prævia defensione, verum *Peregrinus*, qui isto tempore vivebat, & in urbe præsens aderat, in
F *Vinea* sua testatur, urbem a *Gallis*, vi captam, & direptam, multos autem Nobiles, partim in vincula conjectos, partim in *Galliam*, aut *Mediolanum*

1 *Calones*, &c.] Ital. *Guastadori*, *soldati d'Ordinanza*, *a mesi Provisionati*.

2 *Coloneum*, & *Urinianum*] Ital. *Cologno*, & *Urguano*.

3 *Præfecturas*, &c.] Ital. *Podestarie*, *e Vicariati*.

4 *Nosocomium*] Ital. *Lazaretto*.

5 *Vehes*] Ital. *la soma*. Pro *viginti* mox: *centum viginti* forte scribendum. Conf. pag. 66. vet. edit.

6 *Cameraci*] *Cambrai*.

A nat. Domini.

num relegatos. Hoc verum est, Regem, quo sibi Civitatis benevolentiam acquireret, varia ei posthac Privilegia concessisse, & annuatim in perpetuum donasse quatuor millia Ducatorum, ex vectigalium reditibus. *Acta Publica.*

1512. Anno CIƆIƆXII, cum *Andreas Grittus*, Proveditor Reipublicæ Generalis, urbem *Brixiam*, ipsorum *Brixianorum* ope, ejectis *Gallis*, recuperasset, *Bergomates*, eo cognito, vocatis in urbem auxilio sibi nonnullis ex agro, & ipsi commoventur, & *Gallos*, urbe sua ejiciunt. In hisce motibus rustici nonnulli ex petulantia ignem in Aulam Senatus Civitatis conjecere, eamque una cum multis publicis scriptis combussere. Liberata a *Gallis* Civitas, septem Cives legit, qui Reipublicæ nomine eam regerent, datisque ad Duces exercitus *Veneti* nunciis, mox missum sibi in auxilium recepit *Federicum Contarenum*, cum quingentis levis armaturæ Equitibus. Ex *Bellafino*, & *Actis Publicis.*

Sed recuperata a *Gallis*, Ductore *Gastone de Fois*, 59 *Brixia*, editaque ibi inter Cives ingenti cæde, ad tubæ sonitum rebellis declarata est urbs *Bergomum*, militibusque eam diripiendi facultas data. Igitur Cives, post *Contareni* cum copiis suis discessum, omni sese Præsidio orbatos videntes, duos Legatos constituunt, qui extemplo *Mediolanum* ad Cardinalem *Sammalionem*, qui summa a Rege auctoritate instructus erat, sese conferrent, ad impetrandam veniam, uti factum est; sed cum acerbissimis responsis inde dimissi, ad *Johannem Jacobum Triultium* sese receperunt, auxilia petituri, qui receptis benigne Legatis, nulla interposita mora, cursorem *Brixiam*, ad *Gastonem de Fois* mittit, qui ejus iram mitigaret, cum jam præter modum in *Brixianos* sæviisset, addito, voluntatem Regis ita ferre; & in hunc modum liberavit urbem ab imminente ruina. Ex *Bellafino*, qui unus ex Legatis fuit.

Imperatum deinde Civitati tributum quadragies mille Ducatorum, intra quatuor dierum spatium solvendum, varii Cives in vincula conjecti, ablata cuncta Privilegia, & abolitus Decurionum Ordo Senatorius. Ex *Bellafino.*

Incredibiles sunt calamitates, cædes, rapinæ, violentiæ, & excidia, quibus obnoxia fuit infelix urbs *Bergomensis*, dum tantis tamque diversis agitatur Gentium Ultramontanarum viribus, captaque & occupata modo ab hoc, modo ab illo Principe; constantissimi tamen semper mansere Cives, cum in observandis opportunitatibus, ad expellendos Reipublicæ hostes, ita ut eum in finem continuo in Armis essent, tum in præstandis quam promptissime nummorum subsidiis *Exercitui Veneto*, quoties ab ipsa Domina Republica, propter obsessos a Gentibus inimicis universos campos, nihil acciperet; adeo ut paucis annis hæc urbs variorum Principum dominio subjecta fuerit, modo occupata, modo recuperata, ut pergit dicere *Bellasinus*, & *Acta* 60 *Publica* confirmant.

Ab anno CIƆIƆIX, jam supra memorato a *Gallis* per duos annos, menses octo, & dies novendecim possessa est.

Anno CIƆIƆXII, ejectis *Gallis*, *Veneti* eam in dies duodecim intrarunt.

Non tamen in ferveribus hisce bellicis *Bergomates* illibatam in urbe conservare neglexerunt Religionem Catholicam, adversus Gentium Transmontanarum, quæ ex parte Hæresibus infectæ erant, commixtionem; imo in Senatu urbis, XXV. Novembris, CIƆIƆXI, decretum est insigne pecuniæ donativum Patri Inquisitori, ut omni vigilantia, ac summo fervore a tam prava infectione ur-

A bem, ejusque habitatores præservaret. Ex *Actis Publicis.* A nat. Domini.

Iterum a *Gallis*, occupata est per menses tres, dies novendecim.

Eodem anno denuo sese Civitas *Venetis* subjecit, qui eam per annum integrum, & undeviginti dies tenuere.

Hoc tempore Civitas, comperto, privatos quosdam Cives apud Principem gloriari, tanquam soli munimentum quod a *Capella* nomen habet, occupassent, consensit propterea, V. Novembris, CIƆIƆXII, in electionem Legatorum ad Serenissimam Remp. ut ei ob hunc successum gratularetur, B iisque mandatum, ut Excellentissimum istum Senatum certiorem facerent, non a paucis quibusdam privatim, sed ab universis civibus unanimi consilio, armata manu, junctis viribus, oppugnatum, & expulsis inde hostibus, in usum Serenissimæ Reipublicæ idoneo Præsidio muniri. Ex *Actis Publicis.*

Alios Legatos, XXVIII. *Augusti*, in Castra miserat sub *Brixiam* urbem, qui Proveditoribus Reipublicæ nunciarent, addictam serenissimo isti nomini, cum solita reverentia ac fide, perstare ci- 61 vitatem, & omnes vires suas eis offerrent, quo eam C recuperarent; a quibus litteras commendatorias retulere, pro inconcussa fide, in omnibus rerum discriminibus, erga Rempublicam *Venetam*, ferventissima. Ex *Actis Publicis.*

Imperator *Maximilianus* eam occupavit per dies decem, anno CIƆIƆXIII, a cujus discessu Populus 1513. *Bergomas* eam Reipublicæ nomine tenuit per dies septem.

Ex eo rursus capta ab *Hispanis* est, ejusdem Imperatoris nomine, qui eam tenuere per dies viginti quinque.

Reversæ *Venetorum* copiæ eam possedere per dies septem.

D Verum novo impetu eam ingressi *Hispani*, jam *Brixiæ* Domini, per annum integrum, & menses duos, ibi dominati sunt; sub ipsum, quo urbem intrarunt, tempus (intrarunt autem nocte, quæ diem *S. Joannis Baptistæ* præcessit, anno CIƆIƆXIII.) arsit Palatium Rationarii Publici. Ex *Actis.*

Hoc tempore *Hispani*, Imperatoris nomine, occuparant Principatum, & urbem *Mediolanensem*, urbem *Brixiam*, & *Bergomum*; *Cremam* autem arcta obsidione claudebant.

Heic *Vallis Seriana*, hoc modo obtritum iri credens vires Reipublicæ, ac Dominium *Bergomense* E facile remansurum penes Imperatorem, per Syndicos suos, nescio qua spe concepta, accusat urbem, ejusque Cives, Rebellionis, apud *Aloysium Scartum*, urbis *Brixiæ* Gubernatorem, quod Reipublicæ copiis, *Cremensi* Præsidio, clam significassent, quam exiguus esset *Hispanorum* numerus, & quanta pecuniæ extorta summa; easque noctu 62 a *Rentio de Ceriis* ad se deductas, in urbem nullo strepitu recepisse, ac postquam *Hispanos* in Arce, ubi omne penes se peculium asservabant, obsedissent, & certis conditionibus in potestatem suam redegissent, cum omni pecunia *Cremam* rursus di- F misisse, atque ita Reipublicæ partibus urbem addictam esse.

Ob hanc accusationem, cujus statim certior factus fuerat *Raimondus Cardonensis*, *Mediolani*, comprehensus ibi est Legatus Civitatis *Bergomensis*, qui ob publica negotia eo missus erat, & urbi non nisi ultimum, ac prorsus miserandum imminebat excidium, confestim enim *Raimondus Sylvium Sabellium Romanum*, ab obsidione *Cremæ*, cum ducentis Equitibus, tribus millibus peditum *Hispanorum*, & ingenti mul-

multitudine [1] militum conscriptorum *Brianzensium*, mittit, ut urbem infesto intraret agmine, eamque militibus, horumque furori inhumano diripiendam traderet. At Cives in tantis angustiis, præsertim post discessum copiarum Reipublicæ, quæ *Cremam* redierant, sumpto tamen animo, Portas urbis claudunt, & armata manu occupatis muris, dispositisque Excubiis, *Sabellium* cum copiis suis repellunt. Ex *Actis Publicis*.

Profecto sic parum honorifice *Sabellio*, cum Civitas sese imparem esse reputaret ad resistendum exercitui Imperatorio, Legatos mittere decrevit, per quos sese excusaret, apud *Antonium di Leva*, Equitum Duci supremo, & *Aloysium Scartum* Gubernatorem *Brixiæ*, apud quem Rebellionis accusata erat Civitas a *Valerianis* [2], qui audita Legatione, mitiores aliquanto facti, civibus multas quidem comminationes rescripsere, verum ita, ut intentata direptio tandem in Tributum tricesies mille Scutatorum desineret. Legatorum electio cum
63 Mandatis, in *Actis Publicis* apparet, ad XI. Septembris CIↃIↃXIII, & in Historia *Bellafini*, porro, ex iisdem *Actis* Accusatio a *Valerianis* intentata.

Exinde post commissa aliquot, anno CIↃIↃXIV, prœlia, recepti sunt in urbem *Veneti*, ibique per mensis spatium commorati sunt. Verum enim vero taceri hoc loco non potest prodigium quod contigit, quod quidem a quibusdam Auctoribus silentio involvitur, ab aliis autem rerum *Bergomensium* scriptoribus fere cunctis traditur, veluti *Mario Mutio*, in vita *S. Alexandri*; *Cœlest.* p. pr. lib. IX. cap. VII. p. I. lib. IV. *Guarner. Vinea*, *Sanctuario*, *Ephemeride P. Calvi*, Synops. Eccles. *Berg.* & *Officio Anniversario*, quod celebratur ab Apparitione *S. Alex.* XV. Novembris, nimirum.

Cum indignissime ferret *Raimondus Cardona Bergomi* jacturam, quod eam urbem Reipublicæ nomine ingressus esset *Rentius*, vel, ut alii eum appellant, *Laurentius Anguillariensis*, vocatus a Civibus istarum partium studiosis, repente eo advolavit cum *Prospero Columna*, *Sylvio Sabellio*, & *Cæsare Feramosca*, celebris nominis exercitus sui Ductoribus, & arctissima ad urbem collocata obsidione, continuis tormentorum bellicorum explosionibus, intra aliquot dies ad eas angustias illam redegit, ut *Rentius*, desperata defensione, urbem desereret, ex inito nempe jam ante cum *Cardona* pacto. Cives hoc casu attoniti, & ultimum exterminium metuentes, ad placandum hostem Oratores mittunt, sed qui ab eo superbum responsum tulere, additis minis, ni statim sese dederent, totam urbem militibus prædæ cessuram, atque ultimum exterminium subituram. Videntes itaque nullo modo sese posse evadere, atque omni humano auxilio destitui, universi cum ardentissimis precibus ad *S. Alexandri Protectionem* confu-
64 giunt, qui oculo misericordi piam urbem suam respiciens, postridie ejus diei mane *Cardonæ* totus lucidus apparuit, supplicia ei denuncians, siquid detrimenti ab ipso pii sui caperent. Totus itaque emollitus, ac humiliatus deposito omni pristino furore, benigne recepit Oratores, quos Civitas, iterum, hujus Apparitionis prorsus ignara, cum tributorum oblationibus miserat, & una cum iis urbem intravit, ad *S. Alexandri* sepulchrum reverendum, mitigatum sese palam professus Apparitione Sancti ipsorum Patroni, cui hujusce rei gratiam deberent.

Tenuere *Hispani* dominium urbis, Imperatoris nomine, per novem Menses.

Post horum discessum ad Fœderis inter *Venetos*, & Regem *Galliæ*, nuntium, urbs a civibus suis, Reipublicæ nomine administrata est per Dies quindecim.

Quibus elapsis, copias iterum a Republica accepit, & sub ejus Dominio conservata est, per Menses novem, & Dies quinque.

Sed supervenit exercitus Imperatorius, ille copiosissimus, Ductore Marchione *Brandeburgico*, Præfecto supremo, cum *Marco Antonio Columna*, Cardinali *Sedunensi*, & *Galeacio* Vicecomite, numero quadraginta millium Peditum, Equitum millium duodecim, qui omnes urbem a *Venetis* desertam intrarunt & convocatis in Cathedrali urbis Ecclesia *S. Vincentii*, ad sonitum tubæ Civibus, imperatum tributum est XXV. millium *Reinensiorum*, absque ulla vel minima dilatione pendendum, sin minus, furorem militum, cum direptionibus, cædibus, ignibus, & Civium captivitate ac vinculis experirentur. Ex *Bellafino*, teste oculato, & *Actis Publicis*.

Attoniti ad hæc Cives ac mœsti, cum universo populo, cum exhaustum esse Ærarium urbis, annihilata Publica Bona scirent, neque, quo se verterent, reperirent, ad Ecclesias ibi, ad Cruces, ad 65
Calices, & vasa aurea argenteaque, Deo sacrata confugerunt, quæ cuncta igne liquefacta cum essent, & conflata inde materia typo monetali subjecta; ut nummi cuderentur, materiam illam nullo 1514.
modo aliquod signum admittere, aut recipere potuisse, *Bellafinus*, testis oculatus, scribit; sed inita ponderis ratione, adscendisse ad valorem duodecim millium scutatorum aureorum. Quæ summa cum a Generali sperneretur, qui in majoris exactione perseverabat, Domini Dei bonitas misericordi oculo hasce miserias respiciens, ex improviso, & absque ulla causa probabili, cum fœderatorum copiæ longe abessent, tantum Barbaris illis metum, & terrorem Panicum immisit, ut, nulla interposita mora, urbe excesserint, quam tamen immunditiarum plenam, ac penitus spoliatam reliquere. Ex *Bellafino*, *Peregrino*, & *Actis Publicis*.

Respiravit Civitas ex tantis afflictionibus, abire 1516.
cernens gentem tam inhumanam, anno CIↃIↃXVI, sese autem denuo intrare sub tam speratam, & tam larga sanguinis fusione sæpius quæsitam Reipublicæ *Venetæ* umbram, & protectionem, a qua novis beneficiis recreata, ad reparanda damna, ac restaurandas præteriti temporis ruinas animum adjecit. Sed denuo privatam sese vidit Tractu illo *Abduæ*, qui *la Gerra* dicitur. Ex *Bellafino*, & *Actis*.

Alia adhuc damna, in agro suo, & tributorum onera sequentibus temporibus Civitas subiit, continuante Bello, quod exitum habuit, publicata Pace *Bononiæ*, XXIII. Decembris CIↃIↃXXIX, inter 1529.
Pontificem *Clementem* VII, *Carolum* V, Imperatorem, *Ferdinandum* ejus Fratrem, Archiducem *Austriæ*, & Rempublicam *Venetam*. Ex Actis A.

Ex præteritarum rerum eventibus, reputans 66
Respublica, constantissimam, atque inconcussam Civium fidem non sufficere ad defendendam urbem, quoties ab integris oppugnaretur exercitibus, anno CIↃIↃLXI, in [3] Munimentum, seu Propugna- 1561.
culum Regium eam convertere decrevit, quod solo Civium, atque Incolarum Præsidio qualemcunque impetum hostilem sustinere posset. Unde factum est, ut incredibilia damna hæc urbs, cum Civibus suis, experta fuerit, cum multæ hunc in finem Ecclesiæ ac domus diruendæ, circumjacentes Arces ac Munimenta delenda essent, adeo ut vel tertia urbis pars destructa sit. Ex *Actis*.

Incommoda ac damna insignia urbs cum agro suo subiit, quando, anno CIↃIↃCXVII, cum armata 1617.
manu adfuere *Hispani*, ac varia per agrum *Bergomatem* moliti sunt, ad avertendum Bellum, a Repu-

1 *Militum conscriptorum*] Ital. *Soldati d'Ordinanza*.

2 *Valerianis*] Sic *Vallis Serianæ*, superius paulo commemoratæ, hoc loco incolas, opinor, vocat.

3 *Munimentum*, &c] Ital. *Fortezza Reale*.

Anat. Domini.

publica, motum in *Uscocchios*; publicos latrones, ac piratas, qui rapinis, aliisque cladibus infinitis, infestabant Mare *Adriaticum*, protecti ab Archiduce. Qua occasione etiam hæc Civitas, die Novembris primo, Deputatos constituit, qui publicis Repræsentaminibus assisterent, tanquam quæ & ipsa opportune id omne conferret, quod e re Principis, ac Civitatis esse intelligeretur. Ex Procuratore *Nano*, & Actis *Publicis*.

Anno CIƆIƆCXXIX, tanta fames exstitit, ut passim tritici [1] vehes centum quinquaginta libris venderetur, & hanc comitatus est morbus epidemicus acutissimarum Febrium, quibus infiniti homines exstincti sunt. Ex *Actis Publicis*.

Ab expeditione deinde *Germanorum*, suscepta ab Imperatore, contra urbem *Mantuam*, quadra-
1629. ginta millium numero, anno CIƆIƆCXXIX, gravissimos sumptus *Bergomum* subiit, in usum exercitus volantis, a Republica expediti, qui versus fines *Germanis* obviam tendebat, cum hi per Principatum *Mediolanensem* fines agri *Bergomatis* peterent, mox sub urbem, quam diximus, *Mantuam* castra ponerent. Ab hoc exercitu itaque, occasione istius Belli onerata Civitas est sumptibus gravissimis.

A commercio, & convictu horum transmontanorum populorum introductum est Malum Contagiosum in Principatum *Mediolanensem*, & inde
1630. *Bergomatem*, anno eodem CIƆIƆCXXX, & a prodigioso quodam terrore Populorum, qui, XVII. Junii, præter omnem occasionem probabilem, exortus eodem in universum tempore est, per urbem, per valles, per agrum omnem, ita ut nullo ordine viri, unanimi tamen impetu, discurrerent cuncti armati, in sui defensionem, personæ imbelles absque ullo respectu summa confusione in fugam sese versus montes, salutis causa, proriperent, nemo causam cognosceret, tantum incrementum cepit, adeoque se dilatavit, per urbem & agrum omnem, ut præcedentibus sæculis nulla similis strages audita fuerit. Periere plus, quam tres quartæ partes Habitatorum, tam miserabili spectaculo, ut omnes viæ cadaveribus oppletæ jacerent, domus moribundis ingemerent, aër teterrimo odore fœteret, servatis paucis aliquot, qui in loca solitaria se receperant, plateæ autem urbis, a nemine calcatæ, productis herbis, locis campestribus assimilarentur.

Pro liberatione a tam crudeli Contagione, pauci aliquot Cives in locum apertum se contulerunt, & tanquam illi, quibus administratio Civitatis incumberet, XXVIII. Junii, si forte a Domino Deo misericordiam impetrarent, Civitatis nomine, votum solemne conceperunt, fabricandi Ecclesiam, in honorem Gloriosæ Virginis Matris, in Monte
68 *S. Johannis*, *in Arena*, intra urbem; addito in perpetuum promisso adeundi eam, eodem illo die quotannis, cum pompa processionali, ibique Missam cantandi, quæ Ecclesia erecta deinceps, quotannis etiam ex præscripto istos honores recipit. Ex *Actis Publicis*.

Ante supra memoratam communitionem, urbs, jam a multis sæculis, in primo septem Collium, Orientem versus stabat, Suburbiis suis juncta, domibus plena, adeoque Civibus frequentissima, non alia re a Suburbiis illis separata, quam antiquis muris, opere pinnato, absque humo congestitia factis, cum Turribus, convenienti distantia dispositis, quæ propugnandis a latere Muris interjectis, seu Cortinis, in quantum scloporum usus postulat, prominebant, eadem plane forma, qua erant, & in præsentia adhuc sunt, quæ Suburbia cingunt, totaque, comprehensis una istis Suburbiis, septem in circuitum milliaria ducebat.

1 *Vehes*] Ital. *la soma*.

A nat. Domini.

A Postea, cum in Propugnaculum, Regium converteretur urbs, ista, quam diximus, communitione, quæ paucis quidam annis absoluta est ca terum immensis Rempublicam sumptibus, incredibilibus damnis Cives, ob destructa mœnia, deletas *S. Alexandri* Cathedralem, aliasque Ecclesias, cum innumerabilibus Ædificiis privatis, affecit, omnis ea urbis pars, quæ in Collis cacumine exstat, muris ex lapide vivo, humo congestitia firmatis cincta est. Inde hodie munita cernitur novem integris Propugnaculis, & sex dimidiatis, quorum licet non nulla ob situs clivosi incommoditatem, forma obtusiori sint, atque nihilominus ac reliqua
B requisitæ defensioni inserviunt, quam mutuo sibi ipsis & Muris interjectis, seu Cortinis, communicant. Et ita ambitum nunc trium habet milliarium.

Intra hæc Munimenta, in Collis vertice [2] Arx est cum Vallo, & Lorica. Et extra urbem in Col- 69
le vicino editiori, occasum versus situm est Castellum, cui *la Capella* nomen est, redactum a Republica in [3] Arcem inexpugnabilem, adjecto Opere cornuto, item versus occasum, ad mentem ac nutum *Teusinii*, celebris Architecti Bellici, fabricato, quo adversus impetum, ex altero Colle vi-
C cino faciendum, communiretur.

Hoc castellum, cum modo laudata Arce, ope viæ secretæ subterraneæ, sibi invicem subsidia defensionis communicant, & ambo liberrimo in urbem, Colles, camposque vicinos prospectu dominantur.

In urbis centro, seu meditullio, sed montem versus, loco edito [4] Arx item munitissima cum Turribus, ac Muris occurrit, quæ eandem urbem, ejusque Portam, Aquilonem versus spectantem, a *S. Laurentio* denominatam, cum campo vicino versus montem, nec non *S. Augustini* Portam versus Orientem, subjectam habet.

D Quatuor Urbs Portas habet, quatuor Mundi plagas spectantes, in Cortinis, quas vocant, quæ a Propugnaculis exstantibus proteguntur; singulæ [5] Cataractas suas pendulas, ex crassis palis ferreis habentes cum duobus Pontibus levatilibus, duplicibusque [6] foribus cancellatis.

Porta, quæ Orientem respicit, *S. Augustini* appellatur; quæ Meridiem, *S. Jacobi*; quæ occasum, *S. Alexandri*, a Cathedrali, huic Sancto sacrata, sed propter novam communitionem urbis destructa; quæ denique Septentrionem spectat; a *S. Laurentio* nomen habet.

E Apud easdem Portas, intra mœnia, capacissimæ fabricatæ sunt Mansiones, milite semper plenæ, & spatiis ab una ad alteram Portam intermediis Receptacula, seu Repositoria sunt, quibus apparatus omne genus bellicus satis magnus asservatur, ut facili negotio, vel inopinis casibus, in defensionem urbis, aut impetum in hostem faciendum adhiberi queat.

Circum Muros varia spatia vacua relicta sunt, 70
ad vanos & inutiles Hostibus cuniculos reddendos.

A parte, quæ Meridiem spectat, in loco edito,
F extra, sed tamen prope [7] Arcem, ante Portam *S. Jacobi*, exstructum est [8] Planiforme, aut si mavis, Cornutum Opus, quod Suburbia, imprimis id, quod a *S. Leonardo* denominatur, & [9] Arcis aditum, sive conscensum versus eam partem, subjecta habet.

Vi-

2 *Arx, &c.*] Ital. *un Forte, con Bastioni, e parapetti.*
3 *Arcem*] Ital. *Fortezza.*
4 *Arx*] Ital. *una Rocca.*
5 *Cataractas suas pendulas*] Ital. *le Saracinesche.*
6 *Foribus cancellatis*] Ital. *Rastelli.*
7 *Arcem*] Ital. *la Fortezza.*
8 *Planiforme, &c.*] Ital. *una piatta forma, ò sia Cornuto.*
9 *Arcis*] Ital. *la Fortezza.*

A nat. Domini.

A Vicina sibi habet urbs duo frequentissima Suburbia, unum versus Meridiem, dictum *S. Leonardi*, alterum versus Orientem, dictum *S. Antonii*, quibus alia rursus comprehenduntur spatia, quæ item Suburbia, seu *Borghi* appellantur. Medio inter hæc duo Suburbia situ spatiosum Pratum est, ubi [1] Nundinæ quotannis per octo dies, exeunte Augusto mense, celebrantur; ambo, una cum hoc Prato circumdantur Muro pinnato, cum Turribus, quæ Cortinas respectant, & defendunt, in quantum Scloporum fieri potest explosionibus, absque humo congestitia. Suburbium *S. Leonardi* quatuor habet Portas, Suburbium *S. Antonii*, duas, quæ cunctæ claudi possunt, munitæ insuper Pontibus levatilibus, & Foribus cancellatis. Horum autem Suburbiorum Muri ab una parte conjunctum sibi habent dextrum Portæ *S. Jacobi*, Meridiem respicientis, Propugnaculum; ab altera parte Propugnaculum sinistrum Portæ *S. Augustini*, versus Orientem. Atque ita ista Suburbia per has duas Portas cum urbe communicant, quæ, una cum hisce Suburbiis, ambitum septem milliarium comprehendit.

Extra hæc Suburbia, [2] alia rursus Suburbia subjacent, habitatoribus frequentia, aperta quidem, attamen prioribus Suburbiis adhærentia, sicuti etiam occasum versus, prope, sed extra Portam urbis, ab Alexandro denominatam, Suburbium *Canale* est, quod licet apertum, a Castello tamen atque Arce mutuatur subsidium, in quantum per Equitatum præstari potest.

Circum urbem denique ejusque Suburbia, sine
71 fine modoque ædificatas habes Villas, & Palatia, pro opportunitate Hortorum, Prædiorumque vicinorum: ita ut urbs hæc, situ suo clivoso, cum adjecta habeat tam frequentia sibi Suburbia, ob necessariam distantiam Obsidentium, qui ejus oppugnationem forte, vel numeroso Exercitu, tentarent, qua inter sese præ Munimentorum tanto ambitu, subsidia communicare prohiberentur, tum etiam ob insidiarum adversus obsidentes commoditatem, a Villarum frequentia Obsessis suppeditatam; denique ob auxiliorum, in tam parva Collium ac Vallium frequentissimarum distantia, facilitatem, inexpugnabilis fere sit, juxta observationes factas a *Matthæo Dogenio*, de oppugnatione Munimentorum, Celeberrimo hodie Architecto, & expertissimo in arte Poliorcetica.

Populus urbis, ac Suburbiorum facile numerum xx. millium hominum, armis idoneorum, expleverit.

In agro dantur CCCLX. oppida, per quæ ultra CLX. millia hominum, armis assuetorum, qui tamen & fabricis, commutandisque mercibus dediti sunt, reperias. Horum, bis mille ac centum in perpetuum in Albo habentur, qui dicuntur [3] *Milites Conscripti*, in arte militari eruditi, ad omne obsequium, urgente necessitate, prompti, parentes tribus Capitaneis, Rei militaris expertissimis.

Intra Munimenta varii dantur Fontes, quorum quatuor intus [a] nascuntur, perennes, ac necessitatibus abunde sufficientes, reliqui ingenti aquarum copia intro ducuntur e Colle vicino, *Castagneta* dicto, per vasa subterranea, sumptibus immensis facta. Et hæc aqua per omnes totius loci vicos dividitur, in universi Populi commodum. Præ-
72 terea Domuum privatarum major pars puteos copiosos aquarum promicantium continuavit. Similiter Suburbia sese habent, quæ nunquam aquarum defectu laborant.

[a] Vacino, Boccola, Lattere, S. Michel dal Pozzo.

Agrum quatuor Fluvii irrigant, *Brembus*, *Serius*, *Cherius*, & *Morgola*; e *Serio* autem duo grandia aquæ vasa hauriuntur, singula canalium duodecim, qui deducuntur ad Suburbia, eaque permeant, & in eorum uno, cui nomen est *La Seriola di Communità*, Civitas proprio sumptu habet quadraginta Rotas Molares, cunctas in Suburbiis, [4] tres terendis lapidibus, duas, quarum altera æri, altera ferro limando inservit, denique duas fullonias.

Episcopus urbis proprio titulo *Comes Bergomi* appellatur, &, in Provinciali, primum inter septendecim Episcopos, Archiepiscopi Mediolanensis Suffraganeos, locum tenet.

Duo olim urbs habebat Capitula Canonicorum, unum *S. Alexandri*, alterum *S. Vincentii*, cum tri-
B bus dignitatibus, Archidiaconi nempe, Sacerdotis primarii, ac præpositi, & quadraginta Canonicorum, associata sibi invicem in Cathedrali *S. Vincentii* Ecclesia, post destructam magnificam illam *S. Alexandri*, ob novam urbis communitionem. Nunc vero duo hæc Capitula in unum Corpus redacta sunt, facta hac unione, IV. Novembris CIↃIↃCLXXXIX, singulorum Capitularium consensu universali, ita ut Congregationum Canonicarum vetus ista separatio suppressa sit; & una tantum inde congregatio facta, quo tempore vetus Ecclesia *S. Vincentii*, sub solo titulo *S. Alexandri*, initiata est, perinde se ha-
C beret, ut ante divisionem factam a *Beato Adalberto Carimali*, Episcopo *Bergomate*; & hac unitate sublata scaturigo est tot rixarum, discordiarum- 73
que, quæ continuo a divisione nascebantur; & facta est pax, solemnissimo Instrumento, Decreto Episcopali, & Concessione Pontificia ratificata, anno & die, ut supra.

Facultatem habet Civitas, cooptandi Cives suos ad quævis Munia, tam ad ea, quæ in urbe exercentur, quam quæ in Præfecturis, ac Vicariatibus, per Valles nempe, & agrum.

E Civibus quoque suis Ædiles suos eligit tres nimirum ad res Annonam spectantes, qui dicuntur
D *Giudici alle Vettovaglie*, duos *Giudici alle Strade* dictos, qui supremum jus condemnandi habent, in illos, qui mandata ac statuta sua transgressi fuerint.

Duo Collegia habet nobilia, unum Doctorum utriusque Juris, quod amplissima, quibus & fruitur, Privilegia habet, alterum Notariorum, qui omnes Nobiles Cives sunt.

Ad regendam Civitatem Respublica [5] Præfectum mittit, qui urbi ac agro præest, & Capitaneum, cui commissa custodia est Munimentorum, cum imperio in milites, qui & res Communium curat, ambo Nobiles Patricii *Veneti*, qui hoc munus suum sustinent in Menses sedecim.

E Præfectus per Civitatis Statuta tenetur secum adducere tres Assessores Doctores, videlicet, Vicarium, Judicem Maleficiorum, & Judicem Rationum Publicarum, qui omnes, una cum Præfecto, observantiam Statutorum, Privilegiorum, Consuetudinumque Civitatis jurato promittere debent. Omnes tres expeditionibus causarum criminalium cum Præfecto interveniunt, & sententiam dicunt deliberativam.

Vicarius, & Judex Rationum judicant in causis civilibus, & ab eorum sententiis appellatio datur ad modo laudati Collegii Doctores. 74

F Ex eodem Doctorum Collegio creantur duo Consules Justitiæ, qui pro suo Tribunali sedentes Judicaturam habent in omnem summam.

Libertatem habet quivis Actor, eligendi in litis exordio Judicem, aut Tribunal, pro arbitrio, quem, aut quod velit, verum, contestata lite ad unum Tribunal, non datur appellatio ad alium Judicem, idque secundum urbis Privilegium, debet autem terminari causa ab eo Judice, ad quem primo delata est.

Ex

1 *Nundinæ*] Ital. *la Fiera esente.*
2 *Alia &c.*] Ital. *Sotthoborghi.*
3 *Milites Conscripti*] Ital. *Soldati di Ordinanza.*
4 *Tres terendis, &c*] Ital. *Trè Rasiche, due Magli, &c.*
5 *Præfectum*] Ital. *un Podestà.*

Ex hactenus memoratis mutationibus, observavi, mi Lector, *Bergomum*, Rempublicam liberam, metu potentiæ Vicecomitum anno CIↃCCCXXX, sponte sub Regis *Bohemi* protectionem sese contulisse, a quo deserta pristinam libertatem recuperavit. Anno deinde CIↃCCCXXXII, Civitatem liberam *Actius* Vicecomes, vi sibi subjecit, atque ita Vicecomitum Successorum tyrannidem, ex

A pacto violento, experta est. Quare quemadmodum omnibus sæculis fidei plane singularis specimina dedit, sic rem non minus licitam, quam generosam fecit, quando, excusso Vicecomitum jugo tyrannico, anno CIↃCCCCXXVIII, libera voluntate, quieti sese dedit, sub umbra suavis, & sancti regiminis Serenissimæ Reipublicæ *Venetæ*.


F I N I S.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

A.

Ber-

F I N I S.



ANTONII CORNAZZANI,

Vatis Placentini,

DE

VITA ET GESTIS BARTHOLOMÆI COLEI,

PRINCIPIS BELLO INVICTISSIMI,

COMMENTARIORUM

LIBRI SEX;

Quibus,

Quomodo is domo & patria nudus ejectus, & quamcunque in partem errans, ad ſuos Imperator reverſus ſit, exponitur.

Nunc primum ex MS. editi, & Indice locupletati.



LUGDUNI BATAVORUM,

Sumptibus PETRI VANDER Aa,

Bibliopolæ, Civitatis atque Academiæ Typographi.

PRÆFATIONIS HUJUS
LECTORI SALUTEM.

Diodorum Siculum *fabulam non narrare*, *cum dicit*: Non sunt dispicienda historicorum opera, quæ, cum legentibus præteritorum exemplis quid vel appetendum sit, vel fugiendum, ostendant, mortalium vitæ plurimum prodesse solent: *res luce clarior est. Certe profecto si normam, juxta quam vitæ modus instituendus sit, desideres, evolve hanc Biographiam* Bartholomæi Colei, *ab* Antonio Cornazzano *exaratam*, *disces hîc per aspera ad astra progrediendum esse. Nonsolum enim cum matre ipsa adhuc lactens*, *& deinde solus ex sinu matris raptus*, *carceri includitur*, *sed & postea ad imperatoriam dignitatem jam evectus*, *a* Philippo Mediolanensium *Duce iterum custodiæ datur*: *attamen non minore miraculo ea*, *qua captus fuerat*, *iniquitate*, *liberatur. Sed manum de tabula; fata enim & gesta ipsius per exiguitatem operis facile legendo cognosces. Manuscriptum hoc Reverendo Patri* Josepho Mariæ Sandi, *viro non minus doctrina*, *quam humanitate domi forisque celebrato debeo. Id enim nonmodo beneficentia nunquam satis laudata mihi suppeditavit*, *sed omnino dono dedit. Illud immutatum prelo tradidi*, *licet quædam in eo occurrant*, *quæ mutari potuissent*, *ac debuissent; quia autem intellectui nihil derogant*, *sic imprimi sivimus. Argumenta librorum singulo præfiximus. Indicem quoque pro materiæ copia excerptum adjecimus. Præfationi quoque elogia Auctoris ex* Vossio *de Histor. Latin. &* Baruffaldi *de poetis Ferrariensibus addidimus. Cæterum vale faveque.*

EX
JO. GERARDI VOSSII
De Histor. Latin. Lib. III. *pag.* 195.[a]

A*Ntonius Cornazanus*, Placentinus claruit anno cIↃ cccc xc. Carmine comprehendit vitam, & obitum beatæ virginis Deiparæ: prosâ autem vitam *Bartholomei Colonei*, imperatoris *Venetorum*. Vide Jacobum Bergomatem in *Suppl. Chron. lib.* xvi. & Tritthemium in *catal.* ut juniores mittam. Uterque illorum *Cornazanum* Ferrariensem facit: uti & *Simlerus*. Sed *Leander* in Italia [a] recenset eum inter viros eruditos *Placentiâ* ortos: ubi & illud addit, Latinis ac vernaculis carminibus excelluisse. Omnem autem dubitationem tollit editio vetus an. cIↃccccLxxii: quæ apud *Pignorium*, & alios, adhuc invenitur. Titulus ejus hujusmodi est: *Ad serenissimum Venetorum dominum, ejusque civitatis principem clarissimum de fide & vita Christi Antonii Cornazani, Placentini vatis, liber incipit.*

[a] In descriptione Lombardiæ Cisp. pag. 379. edit. Colon.

ELOGIUM AUCTORIS.

EX HIERONYMI BARUFFALDI

Classe prima de poetis Ferrariensibus.

ANTONIUS CORNAZZANUS, *licet Placentinus ab aliquibus appelletur, ex ejus tamen operibus satis constat* Ferrariensem *fuisse. Vir cum lepidissimus, tum doctissimus, referente J.* Baptista Giraldo *in Commentariis f.* 48. *Oratoria facundia insignis, & Poetica inventione excellens. Leguntur hujus Viri Italicè scripta hæc opera.* De re militari, Vita, & Passione di Christo, Vita della Nostra Donna, *& latino metro leguntur*, Elogia quædam, Poemata Varia; *evolantquè manuscripta, plurima ejus Italica* Carmina in Oculorum laudem, *poeticis imbuta amœnitatibus, quod refertur in Bibliotheca* Antonii Francisci Doni *Hetrusci f. 177. item Commentariorum Liber* de Vita & Gestis Bartholomæi Colei. *Præcipuum tamen ejus opus fuit illud de* Re militari, *a quo exercituum Duces, plurima de benè regendis armis carpunt documenta. Vivebat circa annum* MD. *ejus ossa extabant in Veteri PP. Servorum Templo* Ferrariæ, *ut legitur in* Guarino. *f.* 52.

ANTONIUS CORNAZZANUS

Ad

CLARISSIMAM BERGOMENSEM REMPUBLICAM.

MAjestatem Imperii Militaris divinos olim honores assecutam veterum Historiarum Monumenta testantur. Cæterum, quia nihil est exemplis apertius, eo me labore commemorationis absolvam, tantum esse mearum partium ducens, si quem ætas nostra ad id fastigium per suæ gradus virtutis evexit, hunc quum divinitati non possim, saltèm, quod proximum est, immortalitati literarum commendare. Unum esse profectò fateor, quo nonnunquam siderum motus incusem, & alienis temporibus invideam. Nam cum Urbis *Romæ* amplitudinem mente complector, qua imperante nihil sub sole excellentius excogitari potest; naturam demiror sæpius, cur bonorum omnium nobis plusquàm pertinax, Prioribus illis & Ingenium, & scribendi Materiam tam profusa liberalitate concesserit? Tunc enim florentem Imperatoribus terram, & Ingeniis mundum pullulantem, quocumque verterentur, facillimum erat intueri. Ea Naturæ fæcunditas exhausta est, & hæc omnia pridem defecere, seu culpa Mundi senescentis, seu fortè nostra negligentia, quæ omnem nominum claritatem, & famam in puteo oblivionis abscondit. At id necessario sequitur, & cum magnifica *Bergomensium* laude, ut cum ætatis sterilitatem damnem, ejusdem homines tacito argumento magis extollam: plures enim illustres viros Ætas nostra produxit, qui nullo naturæ adminiculo freti, nullius Reipublicæ suffragio per adversa quæque evadentes, non impedientem solum fortunam, sed ipsorum siderum malignitatem virtute, & diligentia superarunt. Unum inter cætera jubar admiror *Bartholomæum Coleum*, quo hæc se Patria jactat alumno. Is enim mihi visus est unus, quem non modo jure nostris omnibus anteponam, sed quo se victam, si justa acie contendatur insolens illa miraculorum confiteri possit Antiquitas. Hic enim solus inter totius Orbis duces inventus est, qui domo, ac Patria, per patris, fratrisque sepulchra nudus ejectus, quamcumque in partem erraverit, laudum suarum monumenta relinquens, ad suos annum post quadragesimum sit reversus Imperator; complexusque Patriam ea charitate, qua tenemur, superbis illam insignibus, & regalibus titulis illustravit, reddiditque *Bergomi* nomen apud cunctos *Europæ* Principes, & Oceani ad usque terminos sola ipsius auctoritate celebratum. At, quid hoc uno humanius dici, vel jocun-

cundius excogitari poteſt, quàm Patriam, eum, quem genuerit, habuiſſe Parentem? Veſtra itaque *Bergomenſium* Patres intererit, quem habueritis civem intueri, ſcireque vos celebritatis commune nomen cum clarioribus Orbis civitatibus eſſe ſortitos. Nam neque *Athenæ*, *Thebæ*, nec *Argos* ulla alia dote celebriores quàm *Theſei*, *Herculiſque Jaſonis* Nativitatibus extimantur, quos omnes Poſteri beneficiorum, & gloriæ ſuæ memores in Cœleſtium conſortio non contemnenda ratione collocarunt. Urbem habetis rari operis mole, & ſacra veneratione vetuſtatis auguſtam; quæ etiam ſæpiùs, ut ſacris extat Annalibus, adverſus potentiſſimos hoſtes multos annos, nunquam ſuperata contendit. Montium Princeps totam planitiem complectitur nulliuſque boni expers, præcipuè eam Cœli indulgentiam ſortita eſt, ut urbs nulla gignendis hominibus, quod ſolum divinitatis particeps eſt Animal, in toto terrarum Orbe ſit adhuc inventa feracior. Hæc omnia, *Bergomenſes*, vos ad gloriæ aviditatem, & immortalitatis decus invitant. Poſtremò quoque quod ad me magis attinet; & eſt omnium huic celeberrimum Civitati Divi Imperatoris noſtri effecta eſt nativitate ſacrarium. Hoc ego Munus magis libenter fateor, quàm prudenter aſſumam, vitam ejus, & geſta ſcribendi. Quandoque in ſuſcepto pariter, atque neglecto onere, diù magnitudine ſua deterritus hæſitavi. Quidquid ſit illud, ſaltem me apud peritos laudis conſecuturum ſpero optimè contrà diluvium temporis pro ſublevanda poſteritate ſcribentem conſuluiſſe, cùm oculis omnium exemplum nobile protenderim, quod legentes poſſint virtutis æmulatione, & deſiderio immortalitatis imitari.

INDEX
IN
ANTONII CORNAZZANI
Singulis ſex Libris Contentorum.

IN LIBRO PRIMO.

IN LIBRO SECUNDO.

IN LIBRO TERTIO.

IN LIBRO QUARTO.

IN LIBRO QUINTO.

IN LIBRO SEXTO.



AN-



ANTONII CORNAZZANI DE VITA ET GESTIS BARTHOLOMÆI COLEI, PRINCIPIS BELLO INVICTISSIMI, COMMENTARIORUM LIBER PRIMUS.

De Nobilitate, & origine gentis Coleorum. *De ipsius* Bartholomæi *nativitate. De ejusdem patre, & ejus cæde. De matris captivitate & casu. De Fratris cæde. De ipsius* Bartholomæi *captivitate. Quorundam dubiorum quæstio. Quando, & sub quo primum merere cæpit. De statu* Italiæ *tunc temporis. Secundum stipendium sub* Braccio. *Tertium* Bartholomæi *stipendium sub* Jacobo Caudola. Neapolis *obsessa, &* Braccius *ad* Aquilam *fusus, fugatus, & cæsus.* Bartholomæi *Auctoritas penes Imperatorem suum, & ejus expeditio in* Picentes. *Quæ* Bononiæ *egerit, & quid adversus eum agnati moliti sint? Quartum ejus stipendium sub Comite* Carmagnola. Zarpolonus *per eum captus, arx* Cremonensis *urbis per eum capta est. Stipendium illi auctum* Carmagnola Venetiis *capite mulctatus.*



A *oleorum* Gentem hoc uno Principe, de quo scripturi sumus, illustrem ab antiqua pendere origine non obscuris argumentis accipio. Extant veterum Imperatorum Privilegia ad ejus Familiæ meritum, ac decus; nec desunt insignia monumentorum, quæ certam arguant de ea stirpe vetustatem. Sunt qui peregrina inquisitione delectati: *Herculem* pelle victi *Leonis* insignitum coram adducant, in eumdemque principium generis referri malint. Quod nec, si lingua vernacula nitar, a similitudine cognominis, & quorumdam insignium, quæ visa sunt, abhorrere contendam. Nam *Leonum* capita laternis militaribus intertexta, quæ artem militiæ ea ex Familia sequebantur, induebant. Hinc *Coleorum* primùm originem ductam; sed ex longa temporis diuturnitate (ut fieri solet) *Coleonum* in *Coleorum* vocem, ac nomen putant vulgo intercidente mutatum. Ea tamen, vera sint nec ne pertranseo, quum talia referre, seu refellere nullius sit operæ pretium. Plura quidem narrantur de illustribus viris, quæ etsi vera non sunt, relata tamen ad rerum gestarum gloriam, item veritati sua magnitudine niti videntur. Quis enim Cæsarem mihi, (quod & Latinorum pace dixerim), certo gradu sanguinis ab *Iulo Ascanio Trojanorum* Principe descendisse monstrabit? Quis *Antonium* a *M. Antone Herculis* filio, cujus indolem ipso habitu, gestuque semper testari conatus est? Pari itaque ratione, si quis rectè semper cogitando recepe-

rit, quæ de *Coleorum* Origine dicta sunt, esse quidem possent, & abesse. Verius tamen ipse crediderim. Animo sum, illud Insigne Leonis fuisse ejus præclari, de quo dicturi sumus, Imperatoris inventum, quo idem peculiaris hominis more, & acrimonia militari vehementius incenderetur ad æquandum. Utcumque sit, nam fœta dubiis semper Antiquitas, & rebus in altis diversa concurrunt. Id saltem omnium opinione constat, & Civilium Annalium auctoritate comprobatur hanc familiam *Bergomi* multis ante sæculis honestatam, & inter Optimates nunc Rempublicam administrando, nunc Magistratus B gerendo, nunc ardua quæque pro rerum discrimine subeundo, gravem semper in ea Urbe obtinuisse locum. Sed hæc de nostræ intentionis serie non sunt. Ego unius ex *Coleorum* Gente clarissimi ætate nostra Imperatoris vitam dicturum me promisi, qui quidem etiamsi ab humillimæ sortis Præcessoribus traxisset originem, is tamen fuit, qui priores, & posteros, quasi sol Planetarum medius, potuerit splendore propriæ virtutis illustrare. Hanc, & præ viribus grandem nimis in Provinciam fore cognosco, si cuncta ab eo domi forisque gesta dicere aggrediar. Sed me ipsum colligam, & quod puellarum mos C est, spatiosissimi campi delectos flores una in serta congeram.

Bartholomæus itaque *Coleus* nascitur vico *Bergomensis* agri non procul a *Tricio*, cui *Asultiæ* nomen est, Christianæ Religionis anno millesimo quadringentesimo, patre *Paulo*, matre vero *Ricardona* ex sanguineorum genere non inter *Ber*go-

gomenses ignobili; attamen paternum Genus longe gloria nobilitatis anteibat. Patri, ferunt, non erat admodum grande Patrimonium, verum animus, & industria omni patrimonio præstantior, quod & ipse re brevi summa omnium admiratione comprobavit. Nam *Joanni Galeacio* tunc *Ligurum* duci, qui olim Patruum sede pepulerat *Tricium* subtraxit, occiso arcis custode, ad quem simulato commercio pervenerat, oppidum sane, quo nullum inexpugnabilius, arteque & loci natura munitum. Patrato facinore cum solus imperare posset, vir animi liberalis cognatos, & affines, cum iisdem successu suæ sortis fruiturus accersit, & quos periculi socios non vocaverat, imperii consortes accepit. At ubi divitiarum cultus, ibi & vitiorum materia. Firmata possessione illi quo liberius imperarent ingratum animum ad vim, & parricidium intenderunt, sicque temporis processu nullo inter eos propalam seditionis igne flagrante, nullis justi de odii causis; sed taciti, & ex consulto *Paulum* detrusis auxiliatoribus adoriuntur, & obtruncant. Sceleratum profecto factum: nam etiam barbarum hominem pro beneficii memoria ab aliena injuria defendere debuerant. Sed tanto sceleratius, quod optimum Parentem beneficii immemores cæca dominandi libidine trucidarunt. At aurum semper poculum sanguinis fuit. Perempto *Paulo* uxorem mœrentem inter lachrymas, & luctus expirantis mariti cum parvula prole corripiunt; & sive quia facinus ea diutius retenta tegeretur, seu quia animum supra muliebrem naturam fortasse gestaret, camdem in compedibus custodiendam amovent. Quæ ibi super annum detenta est arbitrio carnificum conjugis obnoxium spiritum ducens. *Bartholomæo* ei, de quo scribimus ob ætatis teneritatem indultum videbatur. Etenim impie erat puerum vinculis arcere, quem etiam in discrimine captæ urbis Barbarus Victor multa libertate donasset. At ferme semper Numinum judicia sunt, ut eorum, quæ per scelera nanciscimur, nunquam sit diutina possessio. Ii, qui oppidum de manu *Pauli* parricidio rapuerant, undique minis, invidia undique, & undique insidiis septi, locum, & etiam per se, si urgeret exercitus, spe exigua defendendum dedere, ac deserere coacti sunt. Quibus cunctis optima mulier ex ipsa rerum mutatione indigno carcere liberatur, & quæ agnatos crudeles invenerat, ignotos est experta fideles. Sed neque hic malorum finis fuit. Sors enim dolorem a patre in filios transtulit. Erat illi alter filius natu grandior, cui *Antonio* nomen fuit, qui sævientibus in parentes fatis ab manibus persecutorum fuga sibi vitam servaverat; & sub *Georgio Benzono*, tunc *Cremensi* Principe humili satis conditione, tanquam adversantem Deum animo incensus esset, merere inceperat. Is ad Matris liberationem nunciatam factus alacrior, forte illam visurus in agrum revertitur *Bergomensem*, sed eum per delatores proditum, qui patrem occiderant, incautum exceperunt. Erat enim vir imprimis ferox, & cui nihil ad magnanimitatem deesset omnino. Itaque illis hæc cogitantibus conscientia culpæ metum animaverat, & ad amputandos suspectus ne ultor cædis paternæ superesset, eumdem continuata perfidia interfecerunt. Additur ad secundam matris orbitatem recens captivitatis dolor. *Georgius Benzonus* huic *Antonio* pecuniam stipendiariam mutuo juxta consuetudinem crediderat. Mox de ejus morte certior factus, ipsam a matre sibi reddi procacius, quam sit de Ducis dignitate flagitavit. Verum cum exactio propter angustam domi facultatem minime præcederet *Bartholomæum* filium vi, & injuria, magis, quam jure usus

A intercepit, atque illum nec satis honesto carcere detinuit: donec mater suæ dotis alienatione redimeret. Hic nisi ab serie propositi declinarem, duorum mihi dubiorum non vulgaris ratio quæreretur. Primum: An miserrimæ matris dolores per angustias tot ærumnarum circumjactatæ lætitia unquam gloriæ filii coæquarit? quam & prima oculis suis postea Cœlo proximam florere admirata est. Constat enim illam ad id ætatis usque pervenisse, ut ipsum sæpius e bello redeuntem captivis ducibus stipatum viderit, & hostili strage splendentem sit occurrens in limine domus amplexa. Secundum ipsius *Bar-*

B *tholomæi* fundamentum humilius, an fastigium superbius extet, cum ab sorde, (ut ita diximus,) domestica per suæ gradus virtutis eo conscenderit, ut sit apud *Venetos* rerum principes Imperatoriæ Majestatis officium, ac beneficium consecutus. At fatorum quippe est secretum mirabile, nec satis a nobis ambages, an illorum sæpe, qui viam etiam ad Regna ferro aperuerunt, ea constent fuisse initia, quæ fidem apud posteros sine summa admiratione invenire non possunt. *Cyrus* Pastor; Pastor *Romulus*; *Camilla* venatrix: Profugus *Mitridates*: *Marius* Arator. *Cæsar* semimedicus. Hic denique, de quo scri-

C bimus inter patris, fratrisque funera destitutus, ac captivus puer, eò postea gloriæ transcenderunt omnes, ut ætatem quisque suam invidia & æmulatione fatigarint. Sed ad rem redeo. *Bartholomæus* ultima matris paupertate receptus cum jam adolevisset, nihil sibi superius esse intelligens, præter nudum corpus, in quod fortuna sæviret, domo discedendi consilium iniit, incertus tamen, quam potissimum artem deligeret. Nàm & sibi ab iisdem, qui patris, ac fratris cæde grassati fuerant firmata ætatê periculum mortis imminere videbatur. sed in parvis fortunam experiri generosus animus indignatur. Ita-

D que ad tentandam sortem rei militaris intendens *Placentiam* concessit. *Italiæ* tunc status omnis una belli facies erat. Quippè morte *Ligustini* Ducis a suis Civibus ob crudelitatem interempti, quod vivos homines jejunis canibus dilaniandos objiciebat, omne corruerat Imperium. Terrarum Principes, & ii, quibus armorum summa in manibus erat, repentina rerum mutatione tumultuantes, quæ quisque potuerat, usurparant, finititima post invicem bella gerentes. *Philippus Arcellas* Clarissimus Imperator *Placentiam* cum exercitu invaserat. *Otho* ex *Terciis* familiæ meæ *Parmam* ceperat; vir sane, quo bello nullus ea

E tempestate habilior. *Cispadum Facinus Canis*, *Papiæ Cavalcabos*, *Ugolinus Cremonæ* dominabantur. Ex altera *Italiæ* parte unius Reginæ, & duorum potentissimorum Regum excercitus cuncta vexabant. *Ludovicus Andegavensis* ex *Galliis* ingenti classe profectus omnia *Siciliæ* littora citerioris oppresserat; regnumque ab *Joanna* adoptionis jure repetebat, quod illam præsenti possessione tutabatur. Nam fratri *Ladislao* successerat; sed cum impar viribus esset, de fortuna Majestatis anxia finitimum ulterioris *Siciliæ* Regem *Alphonsum Tarraconensem* sibi filium ad Regni successionem adoptat, ipsi statim ejusdem defendendi

F curam, ac jura relinquens. Ille accepta in fidem urbe *Neapoli*, firmatisque in ea Præsidiis, cum duo de viginti Triremibus Regnum defensurus ingreditur. sed juxta vatis vaticinium: Nulla fides Regni sociis. Hic ambitione Regni victus, statim de matre extinguenda cogitavit: At detectis insidiis illum mater adoptione, non proinde tamen possessione privavit. Res ad has disceptationes redactæ erant, vi, fraude, insidiis cuncta gerebantur, & duo uterque bellicosissimi duces *Braccius*, ac *Sfortia* terrestrium copiarum ha-

habebant imperia, qui etsi operibus dissentirent, animis tamen complices erant, quod suorum Regum exemplis ambo inhiabant ad tyrannidem. Rebus *Italicis* sic habentibus *Bartholomæus*, ut rei militaris prima rudimenta perciperet sub *Philippo Arcellate*, quem *Placentiam* cepisse ostendimus, armiger primum degere sustinuit: qua in conditione adolescens, cum ætas ab ingenio, & industria vinceretur domino ante alios percarus fuit. Non tamen diu in domibus Principum vires emolliendas existimavit: sed Juventutis robur, ubi accessisset, ad altiora parabat. Pauloque post egregii consilium Adolescentis peropportuna juvit occasio. Nam bello apud *Ligures* inclinante factus laborum patiens in *Apuliam* usque transmigravit; ubi omnis armorum vis, & moles tota constiterat. Oblatum *Braccio* perbenigne acceptum ferunt, ob claræ indolis specimen, & quia ejus nulla adhuc exempla virtutis extarent, famulum sibi equis, armisque traditis asciviſſe. Nec est ipse sortis suæ humilitate dedignatus: satis gnarus industrios homines posse sibi, qualibuscumque principiis viam maximis honoribus aperire: Itaque oblata accepisse, sed brevi post ad majora transgressum. Nam urbem *Neapolim* profectus est inter ipsas Regum dissensiones continuo Marte nutantem, donatus paucis a *Braccio* militaribus insignibus ejus ob meriti cognitionem, Auctores tamen habeo, qui referant illum prius semel a *Braccio* magna indignatione missionem cogitasse, qua data duobus pilis, altero manu, altero humero assumptis pedes expressisse, post, quasi sortem mari mutandam auspicaretur, ad *Gallos* facturum ibi stipendia navigasse; sed non longe a *Marsilia* Piratas illum intercepisse, retrotractumque *Neapolim*, & fuga ibi liberatum, sed nostratibus signis iterum militiam introisse. Hunc, utcumque sit, *Jacobus Caudola* vir bello insignis accipiens, qui Reginæ nomine *Neapolim* obsidebat, viginti equitibus prima conditione præfecit, invidiosamque fortunam ipse propria mox virtute confirmavit, nam ut ipsis hostilis agri populationibus, excursionibusque miles usque primus enituit, adeo ut * *Mytho Catonis* filio in *Perseum* sub *Pauli Æmilii* consulatu profecto omnium opinione compararetur; & tandem urbe capta cum Reginæ hostes diriperentur, nullus illi nequaquam fuit præda, vel labore superior. Hic ejus virtutis primus splendor illuxit, auctæque denuo facultates novos virtuti honores addiderunt. Nam supra viginti, quos pridem acceperat, alios stipendio suo, quindecim equites obtinuit. Paucis post diebus, cum *Braccius Aquilam* urbem obsedisset, nec satis *Italiæ* Principibus obsidentis intelligeretur intentio, *Jacobus Caudola* factus jubente Regina Summi Pontificis Imperator *Braccium* solus adversus arma convertit. Omnes enim, si *Aquilam* cepisset, finibus postea suis illius potentiam formidabant. Erat enim vir inprimis ferox, & supra humanam fidem magnanimus, nec ejus audaciæ virtus, aut fortuna deficiebant; quippe paulo ante ad *Perusium* castrametatus *Carolum Malatestam*, & *Biordum* adversus factionis Principes in ejus urbis auxilium proficiscentes cum ingenti exercitu parva admodum ipse manu prostraverat, qua gloria *Perusini* ulterius auxilia desperantes victori portas aperuerunt, se se ultro, Urbemque dedentes. Itaque ne alia accessione suspectum *Braccii* cresceret imperium, omnium fere Principum suffragia intercesserunt. sed duce *Jacobo*, quem supra diximus, sub ipsis *Aquilæ* mœnibus post magnam utrinque sanguinis effusionem præter spem omnium *Braccius* superatus est & extinctus. In hac quidem morte; qua propemodum res totius Regni fortuna in discrimen unum

* Forte: merito.

A cumulaverat, unius *Bartholomæi* vis, & virtus est longe cæteris declarata præstantior; sæpius enim periculo exigente nunc equitis, nunc peditis, & consilio, & robore gessit officium: Prælium sæpius, quando alicubi congruere cognoverat, solus accendit, territos suos sæpissime castigavit, ingentique tandem præda coacta cum pluribus captis lætus in castra sua reversus est. Tam in castrensibus coronis, ut fit, & colloquio militari libera omnium confessione extolli cœperat, cum *Jacobus Aquila* obsidione soluta nominis illius celebritatem nova expeditione probavit,

B nam filium adolescentem cum exercitus parte missurus in *Picentes*, (utpote affectatæ in filio magnitudini daturus initia) totius facti summam, & nati regimen hujus credidit auctoritati: nec se plane fefellit opinio. Pluribus enim in eos populos excursionibus omnifariam factis, quibusdam & in deditionem acceptis Magister postmodum suum ad Imperatorem cum commendatione regreditur. His peractis *Martinus* Pontifex successu gloriæ præcedentis factus ad bella propensior victorem exercitum *Bononiam* mittere constituit, nam ab eo illa desciverat; urbs sane facili impulsione mutabilis, & Gens non minus

C ad rebellandum, quam ad bellandum præceps, ac ferox. Itaque *Jacobus Caudola*, qui, cum illam effusis castris murotenus circum vallasset, majorem in dies *Bartholomæi* virtutem expertus est, quæ post tamen invidia, & persecutione non caruit. Ille enim inter peditum concertationes, nunc inter equitum concursus, nunquam loco, aut tempore defuisse visus est. Ubi hostium arma concrepuissent primus ad muros noctu succedendum, primus egressos hostes excipiendum, nunquam priorem passus, ubi aliquid clarum discrimen subeundum esset. Quæ res cum gloriam ibi auxissent, odium alibi non minuerunt,

D plura equidem in partibus diversis adversæ sortis exempla concurrentia reperio; sed huic æquanda nequaquam. Adeo fortuna hoc in uno Juvene modum fatigationis excessit. Ad quod probandum memorabile scelus aperiam. Agnati illi, qui *Bartholomæi* Patrem, ac Fratrem, ut prædiximus, occiderant, cum jam optimi militis fama surrexisset; suspectam hujus virtutem habere cœperunt, nec quæ de eo ferebantur securis satis auribus accipiebant. Quamobrem in ejus ignomiam consilium iniere, ne major aliquando factus paternæ cædis ultor extaret. Ita plerumque accidit, ut injuriæ lator a persecutione

E non desistat; cum sceleris sui conscius se magis deliquisse videt, quod vel clementissimo ab homine possit ignosci. Ergo composita fraude eadem in castra hominem submisere *Bartholomæi* falso nomine induentem. Quæ vox paucos in risum statim promovit audientes: Mox illo constantius perseverante, omnis fabula, & vanitate repletus est excercitus, Amphytrionis quodammodo antiquam Comœdiam recensens. Res est tandem ad aures Principum delata, & reis accitis, qui de nominum permutatione causam dicerent, *Bartholomæus* subrisisse fertur: contra alter astra, Deosque testes admovere, vultu,

F gestu, clamore confirmare se esse *Bartholomæum Coleum* ejus *Pauli*, & *Antonii* filium, ac fratrem, quos agnati cum ab eis ad *Tricii* capti societatem reciperentur, omnium iniquissimi interfecerant, viderent, crederent se veracem virum minime commentis, ac fictionibus assuetum. Hunc alium mendacem, ignavum, qui alterius clari Genitoris umbra famam, ac fortunam sibi quæreret vendicare: hocque quod ajebat, se velle, venia dictum, singulari certamine periclitari. Jam judicium futurum difficile videbatur omnibus altero, in alterius ora conversis: cum e circumfusa

A. Cornazzanus. A 2 mul-

multitudine duo probatæ milites vitæ prodierunt; deque utriusque parentibus cognitione, & visu alta voce sententiam proclamavere, quibus testibus usi Principes ad explorandam veritatem literas *Bergomum* versus demiserunt, acceptaque responsione fallacia retecta, etiam verum intentissima inquisitione compertum est. Tunc demum *Bartholomæo* honores, & laudes aucti, qui adeo perhumane habuit, ut ab amicis, & inimicis hac in causa parem gratiam contraheret. Alteri continuo arma, & equi adempta sunt, inhibitumque amplius sub crucis pœna militare: isque cum acerba, & ignominiosa verborum castigatione castris facessere jussus est. Dum hæc agerentur & rebus interea summum inter Pontificem, *Bononienses*que compositis omnis bellorum summa ad declinationem spectare videbatur, *Bartholomæus* segnem vitam perexosus alio sub Cœlo Martis gloriam venari constituit. Itaque ceu factus inter fortunæ præludia splendidior, Magister cum auctoritate se contulit in *Venetos*, tunc temporis *Carmagnola* Præfecto ingentibus copiis adversus *Philippum Mariam Ligurum* Ducem bella gerentes. Jam antea hic Imperator viri, ad quem fama irrepserat, desiderio motus; per nuntios, ac literas summo contenderat studio, ut cum sua sub vexilla contraheret. sed *Bartholomæus* fidem ante alii Imperatori debitam, ne transfugi nota violaret, rogantem, atque interrogantem detrectaverat audire. Nunc autem utrisque occasione oblata, & *Carmagnola* voti compos factus, & *Bartholomæus* equitibus quadraginta præfectus est, qui non multo post, dignum se aliquid facere constituit: Atque ita, ut erat natura impiger, studioque ardens gerendarum rerum, in agrum *Cremonensem* populabundus excurrit, *Zarpellonum*que ejus loci custodiæ præpositum, virum audacem, ac bellicosum

A cum pluribus non sortis infimæ militibus cepit, paternumque his gestis in agrum onustus triumphali præda regressus est. Exinde gloriam quasi de gloria pariens, arcem *Cremonensis* Urbis successiva animcesitate noctu clam scalis admotis invasit, ausus rem profecto magis historia, quam fide dignam, cæsisque cum loci Præfecto vigilibus, confestim nuncium ad *Carmagnolam* exercitus ducem transmittit. Qui, si, ut monitus erat, cum auxilio maturasset, *Cremona* proculdubio in *Venetorum* deveniebat potestatem. Sed mora titubanti primum Populo vires colligendi præbuit facultatem. Itaque urbe ab ea

B parte curribus, trabibusque vallata, Arcem ab hoste captam cives excluserunt, mox machinis, & tormentis multifariam adhibitis, cum murum crebro lapide concuterent, *Bartholomæus* ducis adventu desperato prævalenti populo Arcem deserere coactus est. Egresso eo cum militibus suis, multo gens omnis, ad quam Arcis desideratæ fama transierat in *Carmagnolæ* admirationem conversa est; multi illum segnem vocavere, nonnulli timidum, alii proditorem & copias *Venetorum* nefario principatu gubernare; rei tamen veritas apud omnes evanuit incognita. Sed illud potius ipse crediderim *Carmagnolam* ab auxi-

C lianda arce abstinuisse, ne honor obtentæ urbis, cum suis fieri minime posset, alterius esse videretur. Erat enim vir, quo nemo in participandis honoribus avarior. Utcumque res habeat, suspicionis novitas atque magnitudo effecerunt, ut *Venetias* a magistratibus ad causam proditionis dicendam vocaretur, quam, cum satis ægre defendisset, primum militari imperio exautoratus, mox capite damnatus, & securi percussus est. *Bartholomæo* ob clari memoriam facinoris, alii, super quos habebat, octoginta equites adjecti sunt, & summis usque laudibus elatus est ad Cœlum.

LIBER SECUNDUS.

Marchio Mantuæ Venetorum *factus Imperator. Copiæ* Venetorum *ejus Consilio salvatæ. Expeditio ejus in* Bergomensium *auxilium. Vallis aureolæ per eum depopulatio. Stipendium illi per* Venetos *auctum. Expeditio ejus contra* Picinium Brixiam *obsidentem. Urbis* Brixiæ *descriptio. Copiæ* Venetorum *eo Duce maximo labore, & periculo servatæ.* Benaci *lacus descriptio.* Verona *custodiæ* Bartholomæi *tradita, & defensa. Classis* Venetorum *per montes ducta, ejusque auspicio hostilis classis prostrata.* Guererii Mercenensis *temeritas, &* Bartholomæi *magnanimitas.*



Vacua Republica *Venetorum* Imperatore propter multatum capite *Carmagnolam*, insignis bello, paceque Princeps *Joannes Franciscus*, *Mantuæ* Marchio, pari Imperio in defuncti locum suffectus est. Qui statim anxius de reducendis ex agro *Bergomensi* copiis, quas ibi non contemnenda ratione coegerat, *Bartholomæi* consilio, atque ope usus est. Instabat enim *Nicolaus Picininus* ducis *Insubrum* Imperator locis omnibus, unde ipsis commeatus accedere possent, in potestatem suam redactis. Quapropter majus erat cum fame certamen, quàm cum hoste futurum. Tanto igitur in discrimine, cum multi multa ex eorum opinione protulissent: omnes tandem eam in sententiam consensere: Iter *Palatiolum* versus cum exercitu quadrato agmine noctu capiundum: Ibique *Olium* flumen ponte trajiciendum, quod, ut securius fieri posset, falsam Castrorum speciem cum impedimentis omnibus esse relinquendam, ut Hostis ea credulitate falleretur, ne perveniens, si eorum fugam advertisset, exercitum a fluminis transitu prohibuisset; quod quidem, si

D accidisset, maxime prope diem *Venetorum* jacturæ fore liquebat. Hæc ad exequenda, cum noctis beneficio operirentur; *Bartholomæus* communi omnium sententiæ solus intercedit, refragaturque omnino iter *Palatiolum* capiendum: quod, inquit, militi dedecori magis esse potest, quam tentoria, quam impedimenta, pro quibus est ad mortem usque dimicandum hosti nullo marte parata deserere: Colligamus habituri, quæ nostra sunt, & *Pontolium* diversum iter ingrediamur: ea enim invito, atque etiam insequente hoste sumus intacto milite trajecturi. Nam etsi abire nos insecuturus ille resciverit, no-

E stra priusquam in Castra perveniat, ulteriorem *Olii* ripam hac via sumus habituri. Placuit præfectis exercitus, & est cum summa *Bartholomæi* commendatione accepta sententia. Breviqueomnis cum impedimentis exercitus ad *Pontolium* transmisit incolumis: Deinde solutis metu militibus communi salute copiarum, unde discesserant est *Campo Timoris* nomen impositum, & nostram usque in ætatem a finitimis locus ostenditur: quæ castra timoris appellantur; extatque *Bartholomæi* prudentiæ testis, & trophæum memorabile; Ex illoque *Venetorum* animos adeò

eò spe sui, & opinione replevit, ut omnes in dubiis casibus quidquid factum non esset, ejus consilio fieri posse non dubitarent. Attamen, cum omnes factum mirarentur, illum pro animi sui magnitudine pœnitebat, quia apertam salutis viam exercitui *Veneto* comperisset. Ideoque de statu Patriæ anxius, quam hosti populabundam reliquerat; Principibus exercitus, quid agendum sit, ne *Bergomenses* nullis tuti præsidiis a *Nicolao Piccinino* opprimerentur, ostendit. Itaque prima statim voce omnium libero consensu redditus, & approbatus est sermo. Hæcque illi provincia demandatur, agat ipse, videat, ac provideat, ne res *Bergomensium* in parte saltem interiore deterantur, satis Principes agnoscere *Nicolaum Piccininum*, quod in exercitum nequiverat, in *Bergomenses* apud quos frustratus esset, aliquid arduum debere militari jure moliri. Accepto hujus mandati *Bartholomæus* Imperio, cum omnes prima aurora viam ineundam suaderent, solus iterum ab omnium opinione dissentitur: Quinimo, inquit, hoc est in prima vespera maturandum. Nescio profecto quibus vaticiniis interdum homines agitentur, nam hic ad omnia, quæ evenire possent, tanquam eventura essent, prudentiam habebat; interpretem præviderat hostem; cognito eorum discessu, statim in populationes erupturum, facileque se gradientem in ejus manus incidere posse. Itaque cum impar copiis esset, antequam ille iram in virtutem converteret, ducens suopte ingenio festinandum primis tenebris iter cæpit, brevique urbem ingreditur, maxime in ejus spem, atque expectationem erectam. Postero die *Nicolaus Piccininus* secundum *Bartholomæi* conjecturam agrum omnem lata, amplaque strage depopulatus est, quæ asportari non poterant incendi, ac dirui mandans, repenteque per villas, & oppida speciem vastæ solitudinis effecit. *Bartholomæus* ex adverso confirmatis resistendum suorum Civium animis, proximi periculi curam complectitur. Hinc urbis castella munire, istinc præsidia disponere, turres, murosque reficere, vallo fossaque mœnia præcingere non cessans. Iter etiam hosti exterius variis ad expugnationem locis interrumpens. Hæc circiter octo continuatis diebus acta sunt, cum hostis, apud quem omnia, quæ interius agebantur, explorata erant, diffisus *Bartholomæo* defensore posse *Bergomenses* expugnari, traduxit in *Brixienses* exercitum: sed secutus infesta manu *Bartholomæus* omnem illico bellandi ademit potestatem, & paucis admodum pagis latrocinando magis, quam bellando receptis ad *Mediolanensium* Ducem nulla omnino re feliciter gesta regreditur. *Bartholomæus* hoste pene sola exturbatione dissipato monitus in valle *Aureola*, quam nunc *Valcamonicam* Incolæ nuncupant, castellum *Gorzoni* ab duobus ejus peditum Centurionibus custodiri, ne tempus otio tereret, continuo vallis fauces populabundus invadit, nonnullisque interdiu factis excursionibus oppidi tandem per deditionem potitus est, duoque clarissimi Centuriones *Petrus Brunorius*, *Andreas*que *Travisinus* in ejus potestatem capti devenere. Quibus tantum armis, equisque ademptis, reliqua militari liberalitate victor indulsit. His magnifice gestis cum ingenti præda, nec minore laude revertenti obvius ex Senatu *Veneto* Legatus fuit, qui ore Patrum primus ingentes gratias egit, moxque ejus stipendio centum alios equites addens, integrum illi totius peditatus, ac merum exhibuit Imperium, & omnis post omnium Ducum exercitus ad hyberna reductus est. Aperta veris janua, & Campis pubescentibus diversa est belli orta conditio. Illustris *Mantuæ* Marchio *Venetorum* excercitus Imperator ab eis secedens, cum *Ligurum* Duce fœdus init, qua autem causa motus obscurum est. Plerumque enim certos vulgi rumores formidabilis Principum extirpat, & supprimit auctoritas. Id satis liquet: *Ligurum* Ducem semper *Italicos* Principes in *Venetorum* inimicitias, pollicitationibus, ac donis solicitasse, ejusque animi extitisse, ut non modo extra bellum, sed nec extra quidem famam belli sese quiescere posse arbitraretur. Itaque ejus hybernationis intercapedinem præcipiens, *Nicolao Picinino* præcepit, ut exercitum ad expugnandam *Brixiam* in expeditionem educat, qui statim fretus nova societate Marchionis paratum iter, & transitum per ejus loca ditionis adortus est; sed vix ulteriorem *Olii* ripam hostilia vexilla pervaserant: quum *Bartholomæus* ad subitam rerum trepidationem ex hybernis vocatus accedit jam ex infestatis, incultisque agris; undique rustica plebs catervatim exiguam supellectilem ferens in urbem confugiebat, auxerantque in Civitate numerum hominum milites ad defendenda mænia conducti. Quibus sperat *Gattamelata*, vir rebus in bellicis ea tempestate non ultimus, sed prævalente in dies hoste armatorum numero, & successu oppidanorum sese direptionis metu dedentium crescens multitudo interior sibi ipsa obsidioni, fore videbatur. Quapropter ab Ordinum primoribus in eam sententiam deventum est: Excercitum quo securiore fieri itinere posset, in agrum *Veronensem* traducendum. Sic enim & obsidionem diutius in urbe tolerari: & exercitum, ubi integer eductus esset, magis ad tempus juvare posse videbatur. Sumptum propositum eodem consensu omnes approbarunt, sed uti exercitus sortiretur, id arduum, ac pene impossibile judicabant, hoste transitus omnes impediente. Tunc *Bartholomæus*, qui susceptum pariter, atque neglectum onus extimescebat, tandem ipsa rei difficultate factus audacior, educendi integrum exercitum, peculiari quasi jure, sibi munus assumit. Urbs *Brixia* ex aliqua sui parte in edito sita est, qua septentrionem expectat, *Germaniæ* promiscuis montibus annectitur, meridiem versus est pars ejus altera provectior, & usque *Cremonam*, quæ abluitur flumine *Pado* ingens planitiei recessus. sed hanc omnem usque in suburbia hostis oppresserat nullis a superiori parte præsidiis adhibitis, quod sola loci iniquitate, veluti naturæ præsidio illum transitum prohibere posse credebat. At *Bartholomæus* itinerum *Annibalis* æmulus, & virtutis suæ non immemor, convocatis longo ordine militibus, illis se socium præbet, ac ducem, & qua minus ab hoste timebatur superandas Alpes invadit. Luce prima satis paratos tramites invenere; sed ubi altiores inter Montanos est ventum agmen error, & terror invasit, quippe in ipsis viarum angustiis, quibus vere singuli milites progredi poterant, Montani tumulos superiores insedere, & ad recentem transeuntium rumorem spe latrocinii prurientes fœdo tumultu cuncta turbarunt. Primum perversis ex alto rupibus, ac saxis aliquot equites desiderati sunt, mox in postremos incursantes per æqua, & iniqua loca consueti paucos nequaquam interrupto agmine occidere. Ipsis tandem superatis incommodis per montium declivia in apertiores campos ad ripas *Scarzæ* fluvii perventum est. Sane aqua hæc sub *Arzo* oppido, unde & nomen nacta est, satis effusa decurrit, & *Benaci* lacus est mater. Hic etiam magna Montanorum multitudo ex Castellis finitimis, quorum pars ad hostem secuta factionem Gibellinam, defecerat. Prohibenti ejus fluminis transitum magnanima acies constiterat. At *Bartholomæus*, non ut interius primas rupes

cunctandum ratus, nec in regressum spem ullam esse cognoscens, prius clara voce quosdam ex suis trepidantibus increpans, quadrato agmine flumen ingreditur, & ipso impetu compluribus cæsis, multisque obrutis, magnifice in ripam ulteriorem pervasit. Post, ut aversi hostes aliquid ulterius ira molirentur, tumulos, qua ipsis per alios saltus evadendum erat, (nam nec dum ad finem itineris venerant) præsidia ad percipiendum mittit: sicque modo vi, modo ingenio progrediens die quarta viros, armaque suo accepta honori in *Veronensem* agrum omni periculo expedita remittit. At hostis de eorum inviso, insperatoque transitu certior factus, quo minus gentium in urbe remanserat, eo magis obsidionem substringendam duxit; atque ita cum parte exercitus ad ripas *Benaci* lacus, quo aliqua ibi expugnaret castella, perrexit: *Piscariam*que statim sese dedentem recepit; oppidum, ex cujus æstuariis habet amnis *Mincius* initium. Mox, ut *Brixianis* rei frumentariæ usque isthac intercluderetur, ingenti classe deducta ejus lacus sibi vendicavit Imperium. At quoniam in hujus mentione lacus incidimus, pauca de illo non contemnenda subjiciamus. Primum hunc, certum est, præ cæteris veterum Scriptorum fama celebrari, adeo ut æmulum maris appellaverint, quod vento insurgente irati speciem maris efficiat. Origo ejus inter Alpium angustias; ubi in apertiora descenderis subsidente loci natura fit vastior, & aliis Alpibus arcu vallatus, quibus, quasi cornutis temporibus, per conjunctos nubibus montes ad astra consurgit: diffundente sese tanquam in speculo concavo sol meridianus intuetur, qui montium clausura reflexus super ejus ripas, quasi inter extrema duo ver perpetuum gignit. Ibi semper frondiferæ arbores, virentes citri, pubentes herbæ, puta humus floribus, adeo ut opus naturæ gaudentis appelles. In editioribus locis diversa illum oppida circumspectant, quorum dorsis oliveta, & vineta virescunt. Extremum ejus habet *Syrmio* Insula *Catulli Veronensis* nativitate vatis insignis. Accepta ergo ore illius per hostem potestate *Bartholomæus* ex adverso veritus, ne *Brixiani* ultimis victi calamitatibus ad deditionem compellerentur, aliam majorem *Venetis* classem eumdem in lacum deducendam, (natum ex ejus mente subsidium,) consulit, ut vel circumstantes Oras æquo imperio possiderent, vel si ad certamen ventum esset, cedente victoria *Brixianis* omnino frumenti levaretur egestas: mirabilis quidem ingenii militaris promptitudo, sed tanto mirabilior quod nullo aliunde classi transitum auspicante, quia amnis *Mincii* ad lacum ducentis hostes navigationem possidebant, ipsius ductu, & auspicio adverso *Athesi* usque in loca confinia classis remige vecta est. Postea saltuosum montem, qui lacum, & *Athesim* disterminat, docente illo, triremes singulæ subjectis rotis, & appensis funibus celeri artificio transgrediuntur: undisque mox injectæ, & armatæ totam illico hostis classem *Benaci* fonte discusserunt. Exemplum quippe Clarissimi ducis, cui nullum apud veteres æquandum comperio. Hominem audire, qui subita urgente necessitate depositis vectoribus montes navibus subjecerit equitandos. Quæ res in iis, quæ de monte *Atho*, & *Xerxe* scripta sunt, fidem fecit *Græcorum* miraculo: si nova veteribus gaudet conferre posteritas. Classe hostili disjecta *Brixia* obsidione soluta est, & decreto *Veneti* senatus *Bartholomæus* tanti ob beneficii memoriam equitibus tercentum præfectus est; *Veronæ*que illi cura demandata, ad quam jam bellum serpere videbatur. Ille tantæ urbis custodiæ præpositus rem prospere geri suarum partium esse cognovit. Atque ita, quum jam *Picininus* relicta *Brixia* pugnando, populandoque circum cuncta vastaret, nihil sibi a tergo hostile relinquens, *Bartholomæus* frequenti facta irruptione cum omni equitatu instructus descendit in aciem, & commisso prælio multis illatis, acceptisque vulneribus, militem supremo semper per signa illæsa reduxit. Sæpe paratum in hostes exercitum per versas, & aversas portas effudit. Qui, cum impetum ferre non possent, terga dedere suorum stragem in fuga facientes, nonnunquam usque intra Vallum illos aggressus, nunc jumenta, nunc impedimenta magnanimus victor, & prædator abegit. Forte iisdem diebus quidam quadrati agminis caput, cui *Guerrerio Mercenensi* nomen *Veronam* a *Venetis* jussus, & conductus ingressus est. Quo singulis diebus *Bartholomæo* in aciem erumpente urbs validori præsidio teneretur. Is autem lingua magis, quam manu strenuus, conspicatus *Bartholomæum* quotidianis honoribus florentem ab hostium insectatione revertentem in invidiam statim aura, & ambitione militari conflatus exarsit. Itaque ne ejusdem urbis, & ipse custos segnior fama videretur, vasti magis, quam magni animi vir postero die eduxit in aciem, par, si vinceret, *Bartholomæo* aut nomen, aut imperium habiturus in milites; sed temere pugnare adortus, nihil commisso prælio præter vulnera, cædes denique suorum reportavit, quippe ipsa in irruptione hostis sibi cum alio, quam cum priore rem fore cognoscens venientis impetum lætus excepit. At statim illum laxato in ordine speculatus, præmissis, qui a latere circumvenirent in fugam vertit; & intra urbis mœnia usque retrudit. Affuit inter insequentes miles quidam manu strenuus, qui hostibus mixtus semper in fugientium terga pugnaverat, & cataracta demissa mœnibus urbis inclusus fuerat. Hic sibi regressum minime patere cognoscens, & turpe ratus captivum se victis dedere, confestim supplex his verbis ad *Bartholomæum* confugit: Urbe tua hac hostis hostem persecutus includor. Victorem victi captivum me fore pudet, nec jura, bella, vel virtus mea patiuntur. Tibi autem, quem semper pugnando superiorem sum expertus, me mancipium do. forte hac inter damna contentus, bellicosissimo Duci parere debere. Captivus te Dominum sequar: impera. *Bartholomæus*, qui humanitate semper, vel magnanimitate flecti, nunquam superari potuit, audito supplice. At hercle, inquit, neque verba, neque virtus tua captivitate digna sunt; etsi hostis accesseris, amicum hostem virtutis tuæ cognosce. Te nemo cepit; ego neque cepi. Liber esto; & ad Imperatorem tuum revertito. Ille continuo invicti munificentiam Principis admiratus se genibus ejus advolvit, quem comi dextra pronus Imperator accipiens, egregio & militari ense donavit, dimissumque jussit ejus in castra reduci.



LIBER

LIBER TERTIUS.

Adventus Francisci Sfortiæ *in* Venetorum *auxilium*, Bartholomæus *in auxilium* Francisci Sfortiæ, *& amborum Prælium contra* Nicolaum Picininum. *Stipendium* Bartholomæo *per* Venetos *auctum.* Bartholomæus *in auxilium iterum* Francisci Sfortiæ. Nicolaus Picininus *per* Bartholomæum, *&* Franciscum Sfortiam Verona *ejectus. Quæ ad* Cignanum *in prælio egerit.* Pontolii *transitus per eum interceptus. Laudes per* Franciscum Sfortiam Bartholomæo *datæ. Pax inter* Venetos, *& ducem facta.* Nicolai Picinini *transitus contra* Franciscum Sfortiam *in* Picentes. Bartholomæus *ad stipendia ducis transit. Missus in* Picentes *prohibiturus pugnam inter prædictos.* Bartholomæus *revocatus*, *& in* Bononienses *missus*, *illos edomuit.* Bartholomæi *expeditio in* Cremonenses. Bartholomæi *iniquissima captivitas.*



IAM *Nicolai Picinini* formidabile antea nomen nulla *Veronensibus* adversus *Bartholomæum* obtenta victoria tepido silentio vilescere videbatur. Quum is usus suo ipsius judicio cuncta existimantis, nihilque ex gestis *Bartholomæi* comperiens, quod aut fortunæ, aut hosti temere commissum dici posset de se, famaque sua; aliud omnino constituit, ratus loci mutatione fortunam exhilarari: Atque ita collecto exercitu *Veronam* relicturus agrum *Vincentinum* improvisa terroris novitate discurrit; pulsisque inde aliquot *Venetorum* militibus ad terrarum præsidia distributis, *Monticulum*, *Leonicum*que oppida duo potentia cepit. Unde sibi identidem populanti ad urbes ipsas esset incursus. Tunc *Veneti*, etsi *Bartholomæi* virtute multum fidere posse arbitrabantur, propiore tamen periculo exterriti, frangendum Ducis *Philippi* superbiam, cujus *Nicolaus Picininus* Imperator erat, novi Imperatoris adjunctione crediderunt. Itaque relicto *Veronæ Bartholomæo Franciscum Sfortiam* tunc *Picentum* Principem, & diu nostris celebratum frustra carminibus, quam maximo per omnem *Italiam* comparato exercitu, duxerunt, qui accepto ab illis in omnes milites imperio magna in *Vicentinos* adversus hostem festinatione properavit. *Nicolaus Picininus* adventu ejus explorato tumultuaria opera ingentem fossam usque flumen *Athesim*, qua a se venientis impetum posset arcere produxit, oppidaque omnia, quæ opere consumato complexus est, tamque insuperabili propugnaculo imminente structoris voluntate, secuta sunt, *Franciscus Sfortia*, ubi ad ejus marginem fossæ pervenit, fœdum, invisumque opus oculis lustrans, & nisi transeat itinere, se totum frustratum iri cognoscens, necessariæ profectioni omnem vim, ac virtutem, ut transiret, immiscuit. Sed cum nulla in parte, ferro transitum aperire potuisset, quod hostis interius omnem ripam oppositis peditibus ad defensionem muniverat, reducto ad proxima loca exercitu aliquantisper pro victo resedit. *Bergomensis*, qui tunc *Veronæ* agebat, hæc sentiens, collegæ Imperatoris illusum, ac pene infamatum iter, sua adjutrice manu duxit honestandum; cæptoque per remotos ab hoste montes itinere, quo fossam ab eo productam ipso ignorante superare posset: die, noctuque celeritate continuata haud illi expectatus occurrit, & transitum monstraturus, veluti a Deo missum munus, excipitur; ordo fuit, ut pomeridie hora stata ad Castellum, quem Sanctum *Joannem* a *Scabie* incolæ vocant, eorum utrique cum delectissimo quoque milite proficiscerentur, eo enim invicto, & victo fortassis hoste, si in acie egrederetur, posse transitum gladio vindicante reperiri. Dicta omnium judicio veluti in manibus essent, confirmata sunt, eamque sententiam prior Sfortiades larga vultus alacritate comprobavit, nec leve duxit, quod *Bartholomæus*

A in suarum parte virium muniretur; solvitque illum longa anxietudine *Bergomensis* industria multa prius de transitu suo incertis consiliis agitantem. Die stata *Bartholomæus* Collegæ periculo, tanquam proprio solicitus, per vacuas accursu hominum vias iter ingreditur, & ad montem, qui ab ab hoste tenebatur, utrique duces eadem hora collectissimo impetu pervenerunt. *Nicolaus Picininus*, quem assiduus timor in eam anticipationem contulerat, ingens montis in tumulo propugnaculum instar munitissimi oppidi fundaverat, ex quo complures illico parati ad pugnam equites, ac pedites erupere, medios sese in coëuntium

B hostium catervas injicientes, & statim atrox utrinque bellum cœptum est: succedenteque ipso duce cum instructo exercitu pugnatum acriter cum fiducia sui, & sine contemptu hostium, cum post multa accepta, illataque vulnera *Nicolaus Picininus* hostium vim sustinere non posset, receptui jam jussit. Illudque *Franciscus Sfortia* iter, quod hostis sepserat, nudatum defensore tutus evasit, locumque pugnæ ambo mutua sanguinis effusione equisque compluribus evisceratis insigne in discessu suo reliquerunt. Re deinde apud *Venetorum* Primores intellecta, omnes *Bartholomæi* magnitudinem cœlotenus cœperunt extollere, & illum rei bellicæ facinora fortiter, cautequeque

C gerentem favor ingens subsecutus est: Asserentibus cunctis impossibile vinci, quos ille duxisset in aciem, locum æquum, vel iniquum, ad præliandum nemine promptius, citiusve comprehendere aciem, quam aptissime ordinare, & boni cum militis, tum Imperatoris munus obire: omniaque & fortiter audere, & consulte agere intelligebant. Quapropter placuit ut laudes debita præmia sequerentur; moxque ejus virtus quingentorum equitum additione cognita est. Obtento transitu oppida, quæ *Picininus* nominis sui terrore ad defectionem compulerat, in *Venetorum*

D pristinam fidem rediere. Quorum etsi *Franciscus Sfortia* erat oppugnator, ac receptor, in sui tamen deditione semper unius *Bartholomæi* fidem, & nomen magnis clamoribus interponebant; Eamdem etiam *Bartholomæi* virtutem, & industriam habuit multarum deinceps victoriarum radicem, ac genitricem: nam interjectis diebus nondum hoc finito bello, quum nunciatum esset *Picininum Veronam* intestina proditione cepisse: *Bartholomæus* periculi magnitudine æstimata, ut Urbi amice succurri posset ad *Clusiam* locum aditus capiundam incredibili celeritate cucurrit, parumque affuit, quin hostis illum pari facta æstimatione præveniret; qua de re certior fa-

E ctus *Franciscus Sfortia*, quanto mœrore ad famam captæ urbis perculsus fuerat, tanta mox lætitia in spem ejus recuperandæ consurgit. Itaque statim collecto excercitu per aditum a *Bartholomæo* præreptum, eoque belli Comite exorato *Veronam* summa festinatione dilabitur. Accepti ambo in urbem, (nondum enim totam hostis expugnare potuerat) illum extra Urbis muros magnifica con-

congressione repulerunt. Hunc exitum hujus bella æstatis habuere. Exacta heyme, quam Imperator alter in agro *Cremensi* pacificus, alter *Venetiis* creato Duce *Francisco Foscaro* inter ejus triumphos, & præludia consumpserat, ad primam camporum pubertatem fomenta denuo belli languentis excitantur; & post multa magis odio, quam belli jure hinc inde patrata, tandem totis viribus obnixi ambo Duces ad *Cignanum* oppidum parati de armorum gloria, & rerum imperio decernere constiterunt. Initoque prælio, quod viventium memoria omnium asperrimum, & cruentissimum fuit, post confossos innumerabiles mortales, equosque complures eviſceratos, ambo campo laude, & clade pares excesserunt. Prævaluisset tamen *Picininus*, ut eorum, qui interfuerunt, accepi sententia, nisi *Bartholomæus* illum solita sua solerti arte a victoria prohibuisset, qui jam nostris dextro cornu perfractis accursu velocissimo sese palantibus opposuit, strictoque gladio nisi redirent in prælium, graviorem se hostem ipsis est minitatus adesse. Itaque globo facto de iis, quos e fuga retraxerat, intolerabili impetu sinistrum hostis cornu magnanima impulsione contundit. Tunc demum signa utrinque receptui cecinere, & aliena virtute prælium sors æquata diremit. At *Bartholomæo Picininus*, magis quam hosti, infensus, quod victoriam prope partam e manibus eripuisset, paucos post dies dissimulans aliud quam quod facturus erat, in agrum *Cremonensem* traducit exercitum. Ille vero mentis ejus interpres ad *Pontolium* capiundum, quo ad *Bergomenses* transitum, ac reditum pro arbitrio sibi vindicaret, accurrit: Hostis enim nullam ex eo majorem vindictam tanta pro offensione sumi posse arbitrabatur, quam hujus patriam, si posset, depopulari, atque ita agros natura sua divites dulcedine prædæ, & sine insidiarum metu fuerat oppressurus; sed ubi de capto *Pontolio* certior factus est, spem suam omnem asperam, & transverso itinere præcipitem agi intellexit, inque iram versus in execrationibus Deorum, neque modum, neque modestiam fertur habuisse, sanctorumque aras omnes verborum perfidia eructavit, quibus fœdis sermo mentis interpres ostendit eum sua ab opinione *Bartholomæi* præventione retentum. *Franciscus Sfortia*, cujus menti, quæcumque egerat *Bartholomæus*, sequebantur, occasione contra hostem data uti statuit. Quum, quod ille spe sua falsus obturpuisse videbatur, tum quod *Venetum* exercitum, quem ipse ductabat, Legati de more comitabantur duo, qui res secundas neglectum iri prohibebant. Composito itaque agmine flumen *Olium* trajiciens ad *Martinengium* hostile oppidum interjacens castrametatus est; & iisdem telis imprudentem *Picininum* aggreditur, quibus ipse prudentes offendere non valuerat. Ibi enim usquequaque agris exustis, succisisque segetibus, veluti Cœli procella magno se armatorum fragore circumfudit. Nec hujus rei, quæ gloriam paritura videbatur, palam *Bartholomæum* appellare puduit auctorem, quippe toto audiente exercitu testatus est; ubi ille esset, eo se etiam transferre victoriam, fierique cum eo fortunæ quamdam inclinationem mirabilem. At *Picininus* ne auctoritatis, & rerum suarum desertor esse crederetur, magnam fidentis speciem præbens castra sua prope hostis castra ad sagittæ jactum communivit; ut facile cognosceres duorum ducum audaciam, & pertinaciam in mutuam perniciem concurrisse; dum alter alterum obsidionem magis parvifacere videretur; sed dum inter lites, concertationesque, & levia prælia bimestre temporis spatium consumpsissent, inter *Venetos*, & *Philippum* ducem, quorum nutu cuncta pendebant, clam est quæsita concor-

A dia. Hujus extenuata potentia, illorum Respublica dudum belli procellis jactata facile in requietis fœdera convenerunt, creatusque nesciente *Picinino Franciscus Sfortia* communi consensu est judex, qui inter eos omnes æquandæ dissensionis arbitria susciperet. Tunc demum ambo duces mutuam obsidionem rejecerunt; & *Italia* omnis pace aperta est. Sed nihil est inter pares iniqua lance ponderatum, quando alter duorum turbati supercilii habeat ad tempus. Et hoc brevi post *Picininus* ostendit, non tam malignitate motus, quam ne populis tali de concordia mirantibus quiescens alicujus sui dedecoris suspicionem relinqueret. Ergo pax

B hæc illi omnibus in rebus incommoda necessitate imposuit, ut alio in bellum dedignabundus irrumperet, & cum inter prædictas dominationes compositam pactionem se non posse rescindere arbitraretur, in *Picentes* obstinato animo *Francisco Sfortiæ* res proditum ire decrevit. Hujus tamen opinioni secreto *Ligurum* ducem aspirasse nonnulli affirmant, *Franciscum Sfortiam* tamen contundi magis quam confundi gaudentem. At *Francisco Sfortia* hostem statim cum maximo sequente exercitu; dux *Philippus* ne horum alter alterum opprimeret, hunc *Bartholomæum* tertium ex omnibus *Italiæ* ducibus elegisse fertur, quem a

C *Venetorum* stipendio ad se florentissima gente contractum mittit in *Picentes*, mandans; ut nunc prohibendo nunc protrahendo illorum atrocitatem compesceret animorum, donec turbationes illæ alia intercessione pacarentur; itaque cum mille, & quingentis equitibus profectus inter duos, *Senogalliam*, bustum urbis, magis quam urbem, ingreditur, acceptis ab ipso duce secretis notis, ne inde priusquam per eas revocaretur, abscederet. Res ibi gestæ essent pro magnitudine duorum Imperatorum, & offendentis, & defendentis annalibus ac memoria celebres; sed is non est nostri sermonis procursus. Id omnium est notitia clarissimum, quamdiu diffidentibus *Bartholomæi* præ-

D fuit auctoritas, semper ab armis fuisse temperatum; eo autem revocato cuncta furiis, & concursationibus vexata, atque versata fuisse. *Nicolaum* enim *Picininum Franciscus Sfortia* apud *Laureum* montem fudit; moxque ejus filium, quem pater discedens hostilibus armis opportunum non impunita temeritate reliquit. Iisdem fere diebus *Bononienses* subitos bellorum motus excitarunt, quibus apparebat *Ligurum* duci maximum discrimen imminere, nisi confestim oriens ignis ille extingueretur. Itaque ceu semper paratum contra pericula remedium, cum exer-

E citu *Bartholomæus* mittitur, qui ita eam oram æstate una victricibus armis edomuit; ut inter *Italiæ* suspectas potentia sua Civitates nulla ex illo inveniretur omni tempestate quietior. Eam post victoriam adversus *Cremonenses* expeditionem habuit, quorum Civitas *Francisco Sfortiæ* pignori ob sexaginta millia *Philipporum* tradita: cum pecuniæ pacto tempore impendendæ essent; restitutione sui ad pristinum ducis imperium detrectabat: sed nescio gloriosius ne hic, an infelicius bellum gessit: nam æmulorum livore, quorum sæpius conviciis, & maledictis carptus est: ipso in victoriam flore ab duce *Ligurum* ca-

F ptus in carcerem conjectus est; nec fuit diu apud *Italos* tanti capitis in captivitate silentium. Quippe quum facti excessus pudorem utriusque majestatis vehementer onerare videretur, ingenti populorum admiratione vera falsis immixta cæpta sunt dici, quo altius captionis causa tegebatur, eo homines veritati inquirendæ studiosius incumbebant. Mussantibus nonnullis quod Guelphæ factionis, quam maxime dux *Ligurum* persecutus esset, princeps apud *Bergomenses* esse ferebatur, nonnullis affectatæ tyrannidis illum damnantibus, quod

A quod in agro *Cremonensi* oppida, quæ ceperat, frequentius nomen *Bartholomæi*, quam ducis *Philippi* vociferabantur; *Castilionum*que munitissimum ejus oræ oppidum non alia conditione, quam suo nomini deditum accepisse. Aliis veteres in præsentem diem injurias reducentibus, cum patrem illius avo *Tricium* subtraxisse constaret. At est omnium verior opinio nunquam illum in fide, vel Imperio suo claudicasse, verum hujusmodi æmulos magis in aliena calamitate, quam in propria virtute spem ponentes obfuisse, qui *Philippum* ducem ad tanti facinoris indignitatem cæcis odii facibus incensum præcipitarunt, B veriti ne cum eo primum gratiæ locum occuparet. Ita in aulis principum nullus superiorem scit pati. Adeo ista omnes invidia mortales obcœcamur. Sed esto detur hominum ambitionibus, ut plures dignitatem æquali gradu capiamus, in iis tamen aliquem invenias, qui non sit sua dignitate, sed in alterum calamitate contentus, quapropter neque avaritiam neque libidinem, & cætera id genus invidiæ æquanda censeo; cum singula sine alicujus injuria suis in possessoribus expleri facile queant, C invidiam autem alienam sine tui ipsius ruina, & eversione sedare non possis. Hæc itaque, ut ore plurimorum loquar, ipsius captivitatis causa fuit, ultra quam aliam inveniri, quæ verior sit, non verosimile est; nam sunt etiam, qui asserant eumdem ducem statim verso in illum animo, facti pœnituisse, & nisi levitatis culpam se subiturum dubitasset, voluisse illum pristina libertate donare; sed hujus naturæ sunt fere Principes, & magistratus, ut si uberte ira, aut injusta relatione damnaverint, magis in crudelitate perseverent, ne quid injuria; aut temere fecisse videantur. Tu vero tantum Deos læsus innocentiæ tuæ mutos testes imploras, & quem absolutionis cognita causa sperare debuisses auctorem, eumdem continuata iniquitate comperis persecutorem. Itaque cum *Bartholomæi* jam prima captivitate videretur liberatio difficilior, cæcis *Modoëtiæ* fornicibus includitur, quibus annum unum inter incertam vitæ, necisque famam detentus est. Quo exacto cum omnino sumptum esset de ejus capitis damnatione consilium, dux ipse *Philippus* peropportuna morte præripitur, quasi non patiente Deo ad aram iniquitatis virtutum victimam trucidari.

LIBER QUARTUS.

Mediolanensium *libertas ob mortem ducis* Philippi. *Adventus* Francisci Sfortiæ. *Pro* Mediolanensibus *consilium de* Bartholomæi *liberatione.* Bartholomæus *sua ingenti industria excarceratur.* Bartholomæus Mediolanensium *Imperator contra* Allobrogas. *Quæ in auxilium* Francisci Sfortiæ *contra* Mediolanenses *egerit. Ejusdem secunda victoria contra* Allobrogas. *Tertia ejusdem victoria contra* Allobrogas. *Quibus terris recipiendis* Bartholomæus Francisci Sfortiæ *auxilio affuerit.* Bartholomæus Venetorum *exercitus creatus Imperator. Triumphus in ejus imperio. Transitus ejus in* Flaminiam. *Prælium contra totius* Italiæ *duces, ac Principes per eum ad* Molendinellam *commissum.*



D Mortuo *Philippo Maria Ligurum* duce, *Mediolanenses* in spem libertatis erecti continuo ad arcem tyrannidæ sedis demoliendam populari tumultu concurrere, quam cum solo æquassent, *Franciscum Sfortiam* e *Picentibus* ad tuendam illius infantiam regiminis Imperatorem advocarunt; quapropter hic, eo quod gener defuncti ducis esset, alia mente suscepit imperium. Sed *Mediolanenses* dum omnibus *Liguriæ* urbibus imperare cupiunt, ab omnium societate deseruntur. *Placentini*, & *Laudenses* ad *Venetos* accepto præsidio E confugere, *Ticinum*, & *Parma Mediolano* servire dedignantes administratione novæ libertatis abusæ sunt. Pro quibus omnibus populus ille, quasi strepitu circonsonantium undique hostium clausus angebatur. Accedebat tertius nutanti imperio terror: quod *Allobroges* cum turbine pene totius occidentis ad urbes depopulandas in planiciem nostram descenderant; asserentes ducis defuncti dominium filiæ ducis *Allobrogum*, quæ illi nupserat, hæreditario jure deberi; sed bellum id auctore *Bartholomæo*, ut inferius aperiam, velut ignis in stipula, eadem celeritate, qua exarsit, evanuit. Itaque *Mediolanenses* tam F multiplici intercepti periculo cum inopia ducum laborarent, in *Bartholomæi* memoriam devenerunt; & habito de ejus liberatione senatu, ad primam statim vocem consentiens, omnium redditus est clamor, mœstaque ante civitas, & consilii inops vires in ejus spe, & expectatione resumpsit; asserentibus cunctis aut eo duce, aut nullo unquam rabiem posse *Gallorum* superari. Tunc dum exercitus, cui præfuerat ipse compararetur, extractum de fornicibus jusserunt clementiore in loco custodiri: habeo tamen in contrarium, qui dubitent *Mediolanenses* minime de ipsius salute consuluisse, obstante *Nicolao Guerrerio*, ne exercitum dimitteret, quem in ejus captivitate ex munificentia principis acceperat; verum *Modoëtiæ* præfectum auxilio affuisse, qui miseratus sortem innocentis illum in superiorem contignationem ad spem quamdam futuræ liberationis extraxit. Utcumque *Bartholomæus*, ad quem jam fama defuncti ducis sua lubricitate transierat, sonantes undique bellorum fragores exaudiens, sibi ipsi aut evadendum, aut moriundum consuluit, suam, inque industriam versus, miraculo non minore ea, qua captus fuerat, iniquitate, liberatur. Quippe nocte una ficto ventris dolore thoro stratus, falsos custodes ad opem quærendam repentinus exclusit, ac per connexa thori linteola e fastigio arcis in subjectam fossam se ipsum magna manuum excoriatione demisit. At confestim cognita fuga a custodibus ad muros præcipiti anxietate concurritur, fit circumquaque exteriores in agros vociferatio, & est continuato tumultu de capiendo fugiente reclamatum, nox, & tenebræ omnia terribiliora faciebant: coëunt incolæ incerti, ac pene amentes, quibus *Bartholomæus* jam stagno transvaso incredibili audacia, ac calliditate commiscetur: voces ad hominem capiundum, quæ resonare non cessant, ipsemet pari clamore concomitatur, utiturque adversus se ipsum ignavos inter hostes, verbis, & furore consilii; nec in discurrente tumultu reprimi nunquam terror, aut error aperiri potuit, donec unum suis e familiaribus obviam cum equo ad fugam parato; ut ante cum illo statuerat, *Bartholomæus* offendit. Tunc demum equo conscenso patuit dolus, & citato cursu reclamantes undique rusticos, ac populariter longo agmine persequentes, ipse magno post intervallo obscura sub nocte dereliquit. Mane facto cum omnia

omnia sub oculis essent, Sicianum iter arripuit, milites suos accepturus; qui illic mutato duce sub *Nicolao Guerrerio* mœsti stativa tenebant; hic primum de ejus adventu voce orta ingens per stationes factus est motus, omnes oculis, auribusque cuncti tantum gaudium haurire præcurrunt, & circumfusi, tanquam manu e cælo sibi redditum imperatorem admirantur, ingenti plausu, ac gratulatione complentur omnia. Circumque ducem suum alacris gestit exercitus: pars dexteram tradere, pars genibus ejus præ gaudio flentes advolvi, pars ad cœlum oculos attollere, ac justi, rectique memores Deos, hoc uno exemplo cognoscere, quos tandem omnes, ubi comites imperator accepit; jusso in fremitu paululum tanta manu silentio cunctos statim equos ascendere jussit. Paruere mandatis, & secuti illum *Ticinum* versus partim pedibus, partim jumentis, ut cuique potestas fuit, locum illum ad vastæ solitudinis speciem vicatim hominibus exhaustum reliquere. Sed neque hinc absque maximo sui periculo, & exercitus vexatione recessit, nam ad ejus fugæ rumorem jam vulgatum spe latrocinii, omnia pene rura secuta priorum vestigia in ejus persecutionem confluxerant. At *Bartholomæus* nequaquam ratus præ loci, & temporis angustia decertandum sese in belluarium Papiense recepit; illosque infestantes, cum verborum lenitate compescere minime potuisset, non sine quota ipsorum cæde revertit. Postque ea *Ticinum* cum exercitu perventum est, urbis primores non expectata stipendii petitione ad eum misere legatos, qui reipublicæ oneratam tuitionem, exsanguemque, & exhaustam pecuniis excusarent civitatem, intestinam etiam seditionem, tanquam domesticis febribus agitatam, præ imperii novitate laborantem. Attamen præ hominis existimatione uti nec annuentes, nec quidem renuentes stativa illi in mediano communi libertate, ac liberalitate fidebant. *Bartholomæus* acceptis pro tempore, quæ offerebantur, paucos post dies *Mediolanensium* stipendiis imperator ascitus est, mandata eidem confundendis *Allobrogibus* expeditione, quorum motus, ac furores in eam formidinem increverant, ut si una tantum victoria potiti essent, extremæ expectarentur clades, itaque cum exercitu in agrum *Alexandrinum* profectus, illos oppida quædam ex confæderatis oppugnantes adortus est, at illi nihil advenientis fama territi, quem carceratum adhuc esse putabant inani intus se jactatione, ac lubrico *Colei* nomen vociferari cœperunt. Mox ubi per exploratores de certo illius adventu moniti sunt oppugnationem reliquere, & in apertum certamen sese per patentes campos terribili sane aspectu, & horrendis clamoribus ostentarunt, potestatem pugnæ facientes; procedente autem *Bartholomæo*, composito agmine ipsi a fronte, ut pro periculo, & consuetudine erat par; aut astu, aut metu prælium inire decertarunt, sed totum *Bartholomæi* agmen dextro latere circumeuntes, postremam aciem subsidio impedimentorum dispositam aggrediuntur, & fundunt, captivis omnibus jugulum mucrone resolventes. *Bartholomæus*, cui nunquam perpetuum rebus in dubiis consilium defuit, alta mente sarcinarum damna contempsit, satis prudens, si aciem vinceret, prædam omnem in victoris arbitrium, potestatemque recasuram. Itaque militum robore, nec non ordine fretus, statim totum agmen inflectit, primamque, & secundam eorum aciem, (nam exercitu tripartito, ut est moris *Gallorum*, bellabant) invadit. Contra, illi acrius, quam credi possit, inhumana quadam feritate resistunt. Nebula erat eo die densissima, & utrimque oculorum prospectum eminus abstulerat. Itaque concursu incerto fractis hastis res ensibus cominus geruntur. Ingens ho-

A minum, equorumque fit cædes. Omnia ferri genera exercentur. *Galli Italis*, *Itali Gallis* permixti, turbatis equis vir virum detinebat amplexu; nihil consilio, imperio nihil agitatur. In confertissimis armis omnia sita sunt, & sanguine tellus, ac cadaveribus operta est. Interea *Bartholomæus* victoriam per spem segniorem conspicatus pugnantes suos circuire, hortari illos, sufficere, terrere hostes, ac jam dubitabundis instare, donec paulatim *Galli* diutino labore soluti per suorum stragem fugam capescere compelluntur. *Itali* victoria vagantes insultant, pallantesque hostes quoscumque capiunt, obtruncant. Dum hæc aguntur, acies una,
B quam *Bartholomæus* intactam, & belli expertem ad ultimum de industria servaverat, verbis urgentibus progressa palam conqueri cœpit: cæteros quidem præda onustos reverti, se adhuc belli, ac prædæ vacuos, & inanes esse, & nec laboris, nec victoriæ præmia æque divisa viritim, pervicacesque imperatoris inter milites differentiam criminantur. Jam *Bartholomæus* conversus ad illos omnes promissis, & spe alterius prædæ implere parabat: cum tertia *Gallorum* acies, ea, quam prius subsidiarios ejus fudisse ostendimus, retrogredi cæpit. Tunc ille manu hostem demonstrans clara
C voce, milites, inquit, prædam vestram ab his exigite, hi & laboris, & virtutis vestræ vobis partientur, & statim subditis equo calcaribus, accensos his verbis in hostes inducit: *Galli* parem suorum fortunam ubique extitisse putantes, tanquam ad socios accederent; clamorem, qualem victores edere consueverunt, extulere. Sed propiores facti, ubi hostes agnovere, ad præcordia pavefactus obriguit sanguis, non minus quam aqua ebulliens frigida confestim superfusa tepescit. Jam nebulæ laxatæ aperiebant solem, & liberior oculis reddebatur intuitus, feruntque statim victos eos *Bartholomæum* prædixisse, cum illorum despera-
D tionem, pavoremque ex hastarum mutatione cognovisset. Tandem periculum magis dissimulantes, quam contemnentes ferociter ad arma concurrunt. Sed unus *Bartholomæus* exceptos circumducto cornu inter strictos enses ex suis omnibus intactus absorpsit. Cæsa eo die, quorum præsens numerus fuit, ad duo millia *Gallorum* referuntur; captivique omnes *Italorum* recepti sunt, & dux hostium in principis nostri potestatem jam fuga capta retractus est. Victor *Bartholomæus* ad *Facaroli* hostile oppidum expugnandum victorem ducit exercitum, quidquid agri procurrit, omni belli clade pervastans: At ejus loci non expecta-
E ta oppugnatione se se incolæ dediderunt. *Boscenses* quoque claves oleastro involutas attulere, pacis, & ultro delati imperii signum. Inde jussus a *Mediolanensibus* in *Dertonenses*, qui ab eorum imperio defecerant, castra direxit; sed hi tandem cursu ejus victoriarum deterriti, suppliciter, ac simpliciter bellum deprecantes, pacem habuere; excusataque inconstantia jugo denuo colla subdiderunt. His feliciter gestis, cum jam *Sfortiæ* filium ad apicem imperii tota mirante *Italia* fata provehere velle viderentur, quem triplici victoria contra *Venetos* insultantem, eo usque pervenisse liquet, ut obsessa *Brixia*, eos jam de Re-
F publica desperantes, pacem absque alterius imperii promissione mercari compulerit; *Bartholomæo* alius rerum ordo, & alia bellandi est imposita necessitas; quæ quidem res, ut tanquam speculo lucidiore clarescant, paulo altius repetendæ sunt. Jam *Bartholomæus* post profligatos *Allobroges*, & mundatam sentibus, ceu succisa radice, regionem, infensus ingratitudini *Mediolanensium*, ad *Venetorum* stipendia transierat; a quibus quidem ob splendorem in eo gloriæ militaris ad gradum pene imperatoriæ majestatis assumptus est: nec alio potiore, donec cum *Francisco* *Sfor-*

Sfortia bellum habuerunt, ad retardandum cursum illius victoriarum sunt usi, tunc etiam, cum pro rerum suarum salute, auxilia illi adversum *Mediolanenses* missuros convenissent, eumdem copiis auxiliaribus *Bartholomæum* præfecere; cujus virtuti *Franciscus Sfortia* suis inceptis audacibus ea fide se credidit, qua quondam *Pirithous Theseo*, ut ferunt fabulæ, pro recuperanda *Proserpina* descensurus ad inferos: cepit eo comilitone .Civitatem sub nomine uxoriæ hæreditatis, quam, vel tam parva manu obsideri potuisse, vel parvo tam tempore vinci debuisse, utrumque pene impossibile apud *Italos* erat. Inter præclara *Bartholomæi* facinora illud primum fuit memorabile, quod in agrum *Novariensem* missus, oppida omnia, quæ iterum ad *Allobroges* priore illa vanitate defecerant, in *Francisci Sfortiæ* potestatem incredibili celeritate redegit, effusosque in populationes hostes ingenti strage, & sanguinis effusione repressit, duce illorum capto *Taurinorum* principe, post ingressus hostiles campos de more vincentis incolarum omnium terras vicatim captis hominibus, & abducta præda peragravit. In sequenti æstate, quum bella tertiò *Galli* magis irritati, quam territi, transmissis alpibus instaurarent: tanta illorum brevi multitudo terribiliter increbuit, ut etiam ipsum *Sfortiam* belli ducem intra castra trepidare coëgerint. Erat dux eorum *Jacobus Collantes*, qui cum hac armatorum grandine, illic ad suorum vindictam consederat. Ubi socialis excidii manes, adhuc cruenta exhalabat *Italia*, nec solum rapinis, & populationibus, sed incendiis, ac cædibus per Arroneos tramites omnia pervertendo fœdaverat. Augebat vox una terrorem, quod ad *Italorum* sanguinem ebibendum omnes uno ore conjurasse ferebantur; cujus sceleris, ne quem pœnitere posset, sacratum sanguinis Christi calicem prophana inter se degustatione circumtulerat. Hæc quanquam supra humanitatis fidem audientibus erant, omnem tamen de illorum immanitate illata a nobis antea clades credibilem faciebant, quibus conjunctis omnium animos pessimus terror irrepserat. At cum post multa crudeliter agitata ad burgi *Manerii* expugnationem constitissent, omnes cum ipso *Sfortiade* in *Bartholomæum* mentem, atque animos injecerunt, implentes se eo duce tanta spe victoriæ, quanta animi humani fiducia, aut præteritorum ratione in dubiis casibus promitti possit. Itaque facto delectu ex florentissimis, qui sub eo militarent, ipsi uni totius exercitus optimis auspiciis imperiale sceptrum tradiderunt. Ea auctoritate *Bartholomæus* assumpta contra *Gallos*, tanquam ad assuetam splendoris, & acuminis sui cotem omni remota mora præperavit. In ejus erant exercitu *Conradus*, & ipse *Sfortiades*, manu quidem, & consilio promptissimus, *Jacobus Nonnatus*, *Taratalia*, *Jacomacius* Salernitanus veterani singuli milites, nunc vero duces multis bellicis operibus clari. *Galli* cum primum *Bartholomæi* adventum per exploratores acceperunt; vix nomine audito, oppidi obsidionem dimisere, & se trepidi sepire cæperunt, mox ex memoria acceptarum cladium crudescentes instruxere aciem, & pugnandi terribili specie copiam præbuerunt. Corpora erant hominum procera scutis amplissimis protecta, nulla clausi casside vultus, oculi tantum sub pileis ferreis horribili acie concursantes. Quo novo bellandi genere parumper nostri territi sunt, ad primumque tubarum clangorem adversis frontibus concursum est. *Taratalia*, & *Jacobus Nonnatus* intolerabili impetu retruduntur. At *Bartholomæus* caput unius cunei factus repente in confertissimos hostes irruens primam illorum aciem in latera bina discidit; dumque in medios conductis cum militibus acerrime pugnat, illi sonipes ab ingruente pe-

A ditum turba transfoditur, ac confestim stipatus defensoribus secundum inscendit, & major strages ob ducis periculum integratur: fit undique equorum, atque hominum cædes, & sævis crescit pugna clamoribus. Tandem *Galli* coacti pedem referre, vulnerum, & laboris impatientia fusi, fugatique sunt. Victores secuti dispalatos, si quos castra receperant castris exuunt, nullos manus, paucos fuga defendit. Cæsorum numerus nullus eo die, sola magnitudine relatus est; *Galli* autem funditus deleti terrorem etiam in ipsa strage, sui nominis indicantes. Scutorum multitudo ingens, cum signis militaribus plurimis
B parta, & ad imperatorem delata est, inde ad terrarum, locorumque expugnationem, qui ad *Gallos* in prima belli trepidatione defecerant, cum victore exercitu transitum est; sed statim *Gallorum* clade vulgata omnis provinciæ est emendata defectio, si qua oppida direpta sunt, militibus illorum præda concessa est, sicque brevi *Bartholomæus* illum hostibus purgatum agrum *Francisco Sfortiadæ* reddidit, quem bello ferventem, trepidantemque omnium armorum formidine susceperat, & de *Gallis* tertiò ingenti omnium laude, ac gloria triumphavit. Trans vero alpes tanto *Colei* terrore nomen ad ejus regionis incolas alla-
C tum est, ut omnes ex omnibus *Italis* hunc fatalem in ipsorum excidium ducem natum, ex illo semper horruerint. Hæcque omnia, hinc hujus munera, illinc horum funera testantur. Quid asperrimam, ac pene desperatam * *Viglebani* expugnationem, nonnisi eo subeunte perfectam, commemorem? † quod haud ante domitum constat, quam illi mœnia magnis hiatibus crebro tormentorum pulsu concuterentur, & amissuri ejus libertatem cives se hostium cædibus, & sanguinis effusione ulciscerentur? Quid totiens nunc insidiis, nunc aperto marte vastatam per eum *Insubrum* referam regionem? Quæ omnia repentinæ oppidanorum sequebantur deditiones, & fortasse ipsius
D *Mediolani* est accelerata subjugatio, cum alieno exitio; quod sibi expectandum foret, admonerentur? Quis *Parmæ* pertinacis ad ultimum receptionem refellat eo persuasore secutam? quæ perpetuo partium studio omnem se in partem converterat, ut ad *Sfortiadarum* jugo sibi defensionis locum vendicarent, devotis etiam omnium capitibus, qui prius prodendæ illi urbis auctores inventi sunt. Hanc *Bartholomæus* accessit se pertinacia sua nutrientem, allocutusque Cives: *Francisci Sfortiæ* imperium, tam nunc oratione, quam olim facto extollens edocuit, quæ ipsi potiora sequerentur: scirent *Franciscum Sfortiam Mediolani* imperio fa-
E tis addictum, satis quoque *Venetos* obedientes cum eo fœdus, amicitiamque stetisse. Proinde *Veneti*, nisi jura sancta violare velint, se ab ipsorum acceptione prohiberi: deum ultorem superesse. Quamobrem spes cæteras omnes præter *Sfortiadarum* dominium missas suis a mentibus facerent. Quibus verbis admoniti obstinatione animorum castigata, uno omnes ore illum civium principem, & defensorem urbis admiserunt, nec solum eo socio, & commilitone partum *Mediolani* asseveramus imperium, sed nec partum (certum est) absque ejus dextra, & virtute denfensum; nam
F cum post invasum ejus civitatis dominium, continuo inter *Venetos*, & ducem de finibus imperii lites orirentur, & utrinque totis adhuc viribus supremum statutum esset ferrum; *Bartholomæus* ad illum transiens omnem belli molem oppositus à *Monte Ferrato* sustinuit, domitaque populationibus, & ferro regione, quum princeps ejus sibi ab invictissimo duce neque differri, neque auferri bellum cognosceret, ne principatu exueretur, accessit coactus ad pacem. Hæc brevi per *Bartholomæum* fide æquante virtutem acta sunt; quæ nisi acta forent a *Francisco Sfortia* de

* Codex alter habet Viclevini.
† Codex alter: quem.

A. Cornazzanus.

rerum suarum eventu fuerat manifesta conjectura dubitandum, quum ducem novum, & infantem in regno principem, proximo etiam bello viribus exhaustum, hostes diversi, diversis partibus adorirentur: *Bartholomæi* autem causam transitionis ad illum fuisse accepimus *Gentilis*, & *Jacobi Picinini* imperia, quos *Veneti* exercitui suo immoderata æstimatione præfecerant. Non sustinuit virtus fortunæ famulari; *Bartholomæus* igitur non injuria illos pares detrectans, quorum gesta longe supergressus erat, in agrum secessit *Veronensem*. Hinc ad *Bononiam* fortasse capiundam, nec spe contemnenda, sicut accepi dilapsurus; sed in ipsa oriendi itineris cunctatione *Jacobus Picininus* perpetuo in illum felle madens, tantoque se majorem existimans, quanto hunc minorem se præstitit, adversus insontem est detestabile latoris ministerium executus; quibus rebus, quasi ducentibus fatis, *Bartholomæus* ad *Franciscum Sfortiam* se contulit, qui & ipse confœderandi ducis inclyti oblatum tempus non prætermisit; eo maxime bello, quo adversus totius orbis potentissimam civitatem imperii sui erat firmanda possessio. Itaque ascito, ut supra ostendimus, usus est, imperio sæpius sequente consilium. Demum cum in agro *Brixiano* oppositus uterque exercitus levia inter se prælia conferebat, & parvæ rei discrimine summæ experiebatur eventum, *Veneti* pœnitentia ducti, quem ducem, quem defensorem suum, quem industrium belli principem, præsentis ardore ad mortis periculum accensum amiserant, maturiore senatu ponderantes, promissione ejusdem imperii, quo pridem illius benemerita suspenderant, *Bartholomæum* ad se trahere contenderunt; qui & ipse, eo quod apud *Franciscum Sphortiam* par operibus præmium * non comperisset, privatum imperium ingrato labori prætulit, promissisque *Venetorum* annuens principem deseruit, ejus animum sæpius implentem spe rerum nunquam futurarum. At *Bartholomæi* imperium confestim ducis, & *Venetorum* pax subsecuta est; quam quidem alieno in illum odio, atque invidiæ plures ascribunt. Nos eam sententiam in medio relinquimus. *Bartholomæo Brixiam* versus per Legatos imperii sceptrum transmissum est, pauloque *Venetias* ad ejus confirmationem vocatus accessit, quem tanta acceptum pompa accepimus, quanta vix mens humani fastus, & gloriæ capax opinari queat. Urbem appropinquanti obviam terra, marique longis cymbarum agminibus effusa multitudo inter varios tubarum concentus occurrit. Præcedebant tria ex his inter cæteras navigiis, quas bucentauros appellamus, opere, & magnitudine excellentes. Prima civitatis Principem, & sexviratum ejus, quos consiliarios dicunt, advehebat; senatum, & primores sequens. Tertia nobilitatis optimates. Nam sola hæc urbs ex toto terrarum orbe in Reipublicæ administratione plebejos non admittit. Hac itaque triumphali exceptum pompa in urbium dominam ducunt, cujus Adriacum mare est murus. Hic quoque frequentior virorum, ac matronarum turba ripas, viamque omnem actura dignos imperatori honores obsederat. Ædium pinnas puellæ, & eminentia culmina compleverant; urbe tota continuato applausu, resonant turres. Extra hoc expectaculum vasta ubique erat solitudo. Tandem solemne urbis templum ingressuri medium ibi princeps *Bartholomæum*, & primores intercipiunt; sacratamque ad *Marci* aram civitatis parentem comitantur. Thesauri Ædis in aperto editi erant, quibus ditissimos gemmarum Arabes, totiusque orientis reges una hæc *Italiæ* civitas antecellit. Mox habita oratione, non luculenta minus, quam & dantem, & accipientem tantum decebat imperium, princeps sce-

* alter codex habet: *pretium*.

A ptrum ex ara sumptum traditurus assurgit, Deoque teste, cui rite de more sacratum fuerat, id *Bartholomæo* protendens, clara voce, inquit, *Excellentissimæ urbis Venetiarum meo principis, & ejus decreto senatus imperator esto. Imperii signum sceptrum hoc bonis auspiciis accipito: fidem imperii, majestatemque decore servato. Bellum conducens, detinensve injussu nostro ne sumito imperium, jusque in milites omnes, nisi sit de majestate judicandum, solus habeto.* Hæc allocutus, pariter cum verborum fine sceptrum tradidit, quod *Bartholomæus* reverenter acceptum tanta fide, hostiumque terrore supra quintum, & vigesimum annum observavit, B ut ipsæ *Venetiæ* suos sæpissime irritatores tam longo tempore sopitos admiratæ sint; adeo incensos hostium animos creati defensoris suppressit auctoritas. Quin apud nonnullos principes eadem ratio a patre in filium hæreditario quodam timore transivit. Illud tamen reticendum non duximus, quod generosam belli virtutem *Bartholomæus* longo tam otio sordescere non est passus: quippe medio fere imperii sui tempore magnanimis illud ausis interrumpit; ingentiaque animo facta complexus, *Flaminiam* potentissimo exercitu ingressus est, omnium principum, ac populorum, quos *Italia* sustinet, præter *Venetos*, C armis obstantibus. Erat ejus animus *Tusciam* petere, ulterioraque deinceps, si fortuna animum sequeretur. Cæterum est *Tuscia* regio, quæ hostem inquietantem neque sustinere, neque repellere potis est. Quamobrem post subactam per ejus arma *Flaminiam*, compluraque ibi oppida cepta, antequam *Tusciam* invaderet, placuit confœderatis ultimum belli discrimen inire. Cunctis igitur principibus *Italis* populisque contra privatum Belli principem ad *Molendinellam* arma stringentibus, non solum ipsum non repulere, verum Marte finito, cum cæsorum, sauciorumque numerus recenseretur, hostes se superatos, & militum robore, & imperatoris D industria confessi sunt. Neque meo scribentis judicio in prælio tam celebri quisque merita laude fraudandus est. Crescit etenim laudata virtus. Primum ipse sibi imperator in hoc potissimum marte gloriam peperit admirabilem, animo enim, & consilio, non loco vicit, vel occasione. Nam cœpto jam prælio crudescente, cum periculum stragis immineret propter nonnullos ex suis ambiguæ fidei duces, quorum nominibus parco, in confertissimas se hostium turmas inermis injecit, quasi, & salutis suæ, & omnium rerum præter victoriam, immemor. Sola tandem munitus casside, quam armiger clunes equum E celerius insiliens, reluctanti etiam capiti imposuit tamdiu dimicavit, ut hostes pœnitus repellerentur, qui jam prima acie superata ad usque impedimenta pervenerant, quod nisi ausus fuisset, omnium hominum judicio de rebus ejus, & gloria actum erat. Fusus quoque ducum, & militum sanguis aperuit uniuscujusque virtutem, *Herculi* quippe *Estensi Bartholomæi* hoc marte signa secuto, dum inter primos, & virtute sua, & nomine tanto digna præstabat, pilula ænea, qua pedi jungitur crus, graviter impacta se figit cogitque semianimum pugnam deserere. *Braccius* quoque senior pari humerum telo trajectus, F post frustratam plurium dierum in vulnere curam diem clausit. Cæterum nonnunquam ferro intactos gloria comitatur, quam illis subducere detinentis esset officium. Trium ergo insuper generorum fideli auxilio ac virtute *Bartholomæus* multa, quæ in tanto rerum tumultu evenire solent, adversa repressit, *Gerardi*, *Gasparis*, *Jacobique* omnium ex clarissimo *Martinengorum* sanguine, inter quos *Gerardus* ab ipso imperatore secundus est primam continendorum ordinum laudem non absque labore maximo consecutus.

L I-

LIBER QUINTUS.

Qualis extra bellum ejus vita. Varia coram eo disputationum genera. Ejus opiniones, absolutionesque reductæ omnes ex Philosophia in Theologiam. Quo in rerum genere beata vita sit posita. De Bartholomæi *religione. De ejus pietate. De ejus operibus, & fabricis, de beneficiis in patriam. Quanta auctoritate* Malpagam *coluerit? ut superbus utque humilis fuit? De ejus constantia, & magnanimitate. De ejus clementia.* Ambrosius *scriba capite mulctatus. De ejus honestate in inimicos. De ejus robore, ac animositate. De ejus pernicitate in juventa. De ejus agilitate, & forma in senectute. De ejus celeritate, & diligentia. Comparatio ab illo ad* Massinissam. *De ejus prudentia in rebus bellicis. Quam uxorem, filios, neptesque. De corporis ejus cultu De ejus exercitus apparatu. Qui principes & duces sub illo militiam exercuerint. De ejus aulæ amplitudine.*



Armorum gloriam plerique rerum scriptores tanta æstimatione consecuti sunt, ut illam in principe absque propriis animi dotibus ad plenum per se illustratam minime existimarent. Quapropter *Cæsarem*, *Alexandrum*, *Cyrum*, *Epaminondam*, cæterosque ejusmodi animi alios magis est admirata posteritas. Majorum itaque exemplo, si hujus principis laudes, animique dotes attingere nitar, jam prævideo me his similem fore; qui mare longum iter emensi, quum portum se attigisse putant, major venti vis orta, eos interdum illo propellit, ut vastius æquor sit alio flamine ad itineris finem relegendum; sed in ardua vectos animo uti decet, eorumque summa necessitas est pudor. Ne ergo me carpat livor imperfecto labore, defunctum dicere aggrediar, nequaquam inferiora proditurus, quum hæc, quæ una corporis est princeps, magis ad animam referri queant: animæ enim virtutes, veluti in cœlo sparta sidera subobscura nocte suo in possessore refulgent. Est quoque virtus illius flos incorruptibilis; sed jam ad hæc, quæ homini cœlum aperiunt est continuata serie transeundum. Literarum hic imperator neque admodum gnarus, ignarus neque pœnitus fuit. Hoc solo *Marium*, magis quam *Cæsarem* imitatus. Literatorum tamen hominum amantissimus, quos, si quando ejus aulam plures attigissent, experturi principis charitatem, & munificentiam, maxime ad certamen invicem provocare lætabatur, assiduumque se palestræ hujus literariæ exhibebat spectatorem, gestiens mirum in modum citra contentionem astronomorum, ac philosophorum opiniones audire. Ea tamen, quæ in naturæ majestate abdita sunt, a nullo unquam philosophorum sciri potuisse credebat, qualia sunt, quæ supra primum Mobile esse acutissimorum hominum mentes divinant; ex quibus unus *Aristoteles* æterna, quæ sunt illic: neque in loco, neque in tempore sine probabili ratione demonstrat: nec admisisset *Ptholomæi*, & illorum sententiam, qui orbem novum triginta sex quibusve millibus annorum naturali sua vertigine circumactum, præterita cuncta rursum reintegrare testantur: secundum quam rationem, quisque nostrum semper illo expleto cursu, idem iterum, atque iterum futurus est. Quam opinionem rex poëtarum secutus in Bucolicis, *Eclog.* IV. ℣. 36. inquit:

Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.

Nec de astrorum corporibus, ac potentiis scientiam certam haberi posse fatebatur, cum ea tantum scire, ac præscire sit architecti omnipotentis officium. Detestabatur insuper tacitus illorum sermones, qui ex aëris impressionibus, tanquam præsentes manu tetigissent, operationes asserebant: ut cometem calidum, & siccum esse vaporem in suprema aëris regione succensum, nivem idem quod aqua, pruinam, quod ros, & grandinem per antiperistasim in infima regione ex solis reverberatione coagulatam. De situ orbis, ac rerum origine diversas sapientum sententias intelligens, sola eorum discordia immobili admiratione stupebat. *Anaxagoras* enim mundum esse putavit ex duobus principiis existentibus, hoc est, materia, & forma, sed formas latere in materia, antequam intellectus distingueret. Platonici quoque tantisdem ex principiis asserebant: sed materiam per se posuerunt, & formas separatas. *Tales Milesius*, ut testatur *Lactantius* primo divinarum institutionum, hunc mundum sensibilem dixit ex aqua procreatum, & omnia constare ex humore, unde poëta: *Oceanum patrem rerum.* *Empedocles* autem omnia ex alio elemento, hoc est igne, qui paulatim densatus, quæ sunt inferiora genuit, superiora rarefactus, itidem & splendidiora creavit. Unde est: quotiens astra ignea surgunt. *Epicurus* autem omnia ex atomis, & inane constare malebat, unde Virgil: in Bucolicis: *Eclog.* VI. ℣. 31.

Namque canebat: uti magnum per inane coacta
Semina terrarum &c.

Hæc & altiora alia coram eo me teste, & proponente nonnunquam sunt disputata. Namque ego post obitum *Francisci Sfortiæ Ligurum* ducis patria mea profugus ob malignam temporum mutationem ad *Venetos* per mille difficultates evaseram; ibique apud eum aliquandiu fui, locum sane superiorem meritis meis, & virtuti meæ consecutus. Audivi itaque illum conclusiunculas nostras frequenter sola rerum experientia, & mira naturæ integritate impugnantem; sed nihil erat in eo præstantius, quam opiniones, & aculeata interdum sophismata, in quibus nostrum quisque frustra clamando sudaverat, facili, ac brevi circunducta ratione ad radios veritatis, & catholicæ fidei lumen audire convicti, ut aliquando de opinione *Platonis* antedicta, ad quam acrius insectandam surrexit, arguens: si *Plato* omnium rerum separatas quasdam ideas menti divinæ pro incommutabili ratione inesse dixisset, nihil esset porro, quod ipse ejusdem sententiam audire detrectarem; sed quod exemplaria quædam universalia separata per se stantia, per se viventia ipsi quoque Deo coëterna crediderit. E quibus sensibilis hic mundus cum omni suo ornatu, ac specierum perfectione profluxerit, intolerabilis eum plane fefellit opinio, quæ opificem Deum aliquid extra se mutuatum esse prædicasset. Unde quasi ex formis inspectis in varia distincta genera universam hanc molem expresserit. Neque enim summum, & incorporeum immensæ insuper virtutis Deum veluti fabrum quempiam, aut artificem cogitandum, qui ad procreandum quidquam egeat ulla materia, quæ ab eo postea subsistentes deducatur in formas, aut illum necesse sit extra mentem suam ideale aliquid intueri, quo architectus omnipotens artem dirigat ad fa-

fabricandum. Puerilia itaque ista, & vanitate pleniſſima reputabat; proinde & omnes Philoſophos a vero abhorrentes demirabatur omnino. Recitatas nonnunquam *Democriti* deriſit ineptias, naturam accuſantis, quod in profundo puteo obſtruxiſſet veritatem. Oh inſapientiſſimum ſapientiæ genus! dubitabat ille an eſſet Deus? aut quiſnam iſte eſſet omnipotens, quo univerſa conſtarent? cogebat & in medium rationes, quibus nitebamur oſtendere, uti quiſque ingenio poterat, atque doctrina, quo in rerum genere beata vita eſſet poſita; neque enim in voluptate, ut Epicurus aſſentiebatur, non in decore virtutis, ut princeps Stoicorum *Zeno*. Minus in ſpeculatione theorica, ut peripatetici fere omnes, ſummum bonum eſſe locatum, ſed in Dei noſtri firma, ac ſtabili viſione affirmabat eſſe quærendum; Inde per conſequens eſſe voluptatem omnem ſenſus, tanquam vitam pecudum, expoliandam. At ſummi Boni dignitas æſtimanda eſt in aſſecutione virtutis, ubi illa tam celſa, tam potens, tam divina ſit virtus, quæ immortali, ac beato Deo queat mortalem mirifica contemplatione conjungere. Quare deridendam prorſus Stoicorum ſententiam, uti leviſſimam ducebat, quia ſe ipſo beari hominem exiſtimaret. Cum ipſa virtus hominis, quæ quidem magna eſt, a maximo Deo munere gratuito donata ſummum bonum eſſe non poſſit. Definiebatur igitur ab eo virtus: diſpoſitio quædam, & gradus ad beatam vitam, non in qua eſſet pœnitus finis ultimus conſtitutus; ſed neque Peripateticorum rationem quadratam, aut probabilem opinabatur omnino dicentium tanquam vim ineſſe doctrinis, quas præcipue intellectuales vocant, ut earum ſpectaculo, oblectationeque mirifica non dubitent animam in fragili, ac mortali corpore fore beatam. Oh ſtultitiam, proclamabat, ſingularem! quid enim abſurdius, quid ſententia iſta poteſt eſſe perverſius? Hac ne in vita ipſa, quæ morte finitur, poteſt ulla vera eſſe felicitas? itaque debere nos alta cordis cogitatione, monebat eos omnes priſcorum temporum ſapientes pelagus ſapientiæ ſæcularis fallaciſſimum navigaſſe, facile, qui eas ſequerentur patere tartareorum incurſionibus piratarum, hortabatur que nos in eoſdem, qui Philoſophiæ omnem operam impendiſſent, oculos attentiſſimos jacere, æſtimareque quid gloriæ ex tanta contentione dicendi, & diſputandi certamine fuiſſent apud poſteros conſecuti. Plane illi ipſi Philoſophi, qui in ſcholis tanquam in tabernis unguentariis buccis crepantibus feruntur in cœlum, *Socrates*, *Plato*, *Ariſtoteles*, ac reliquum garrulorum vulgus apud inferos miſerrime cruciantur. Quid enim prodeſt illos ſempiternas luentibus pœnas? quid ore hominum inſulſiſſimis laudibus commendantur? ajebatque tandem nihil de humanis ſtudiis conſtare ſub cœlo, cum juxta vates theologicos ineffabili veritate ſubnixos cunctis in ſtudiis, in quibus callet cura mortalium vanitas vanitatum, & plurima animi dominetur afflictio. Itaque ſatius eſſe, omnes tanquam ſummum bonum Deum intueri, ſummum tanquam malum negligere, ac intelligere, quæ ad utramlibet ſemitam pro voluntatis arbitrio, & contentione perducerent, debere. Item omnia, quæ orta ſunt alto corde contemnere, tanquam quæ ad ſuum occaſum ſint incredibili celeritate reverſura: Salomonem ſapientiſſimum adducebat, qui cum regum glorioſiſſimus extitiſſet, functuſque eſſet cuncti generis voluptate, nihil inſuper negaſſet ſenſibus quod concupiſcibile judicaſſet. Tandem ſeſe committens ad univerſa opera, quæ fecerant manus ſuæ, ad labores nimios ſtudiorum, in quibus ſibi fruſtra ſudaverat, vidit in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, ac nihil permanere ſub ſole. His igitur ſimilibuſque ſaluberrimis monitis poſt multa dicendi certamina ab eo plerumque diſcedebamus imbuti, ut facile fatearis nos potius a principe rei militaris aliquid ad moralem vitam, & animarum ſalutem didiciſſe, relictiſque ſæpius philoſophorum ſcholis, quæſitæ per illos ad ultimum veritatis ignari in ejus ſententiam confugiebamus, quæ ſola in veri dicendi ſpeculatione nitebatur. Fuit enim imprimis princeps religionis obſervantiſſimus, miſerationiſque in pauperes, ac pietatis in Deum perquam ſingularis, quod etiam plura ab eo in agro *Bergomenſi* templa, muri mole ſtructa teſtantur. Baſellam enim prope Serium flumen condidit maximo ejus dolore, & lachrymis decoratam. Nam *Medæam* filiam virginem ab eo unice dilectam, quam ſexagenarius ex *Amica* ſuſtulerat immatura morte præreptam ibi in pario marmore repoſuit. *Martinengum* quoque oppidum ſuæ ditionis Baſilica non inferiore extra muros illuſtravit. Legata ad dotes ingentia ſe defuncto nobilibus *Bergomi* pauperculis diſtribuenda inſtituit, excoluitque urbem eam, tanquam genitrici gratiſſimus compluribus beneficiis, conductis enim magna impenſa peregrinis amnibus & rivis omnigenum frugum reddidit feraciorem. Balnea lepram purgantia indagavit, & locum fecit patientibus hoſpitalem *Aſſultinam* ortu ſuo nobilitatam in formam oppidi circunductis e mœnibus redegit, fecitque incolas omnes immunes. In urbis foro juxta majus templum ſepulchrum ſibi vivus extruxit mirabile, porro pro patriæ magnificentia, & imperii majeſtate monumentum. Ad ſeptimum lapidem *Malpagam* bellis, & ignava vetuſtate collapſam inſtauravit, locumque reddidit aſſidua, & habitatione ſua totius *Italiæ* clariſſimum, quem, & invicti hoſtes occulta interdum formidine, & ſemper invidia celebrarunt, nec ſolum huc eum diverſæ regum, ac principum legationes ſæpius adiverunt, verum ipſi interdum principes, & duces pacem ab eo, ac ſocietatem ſuppliciter petentes acceſſere. Quo enim tempore ille in *Flaminiam* tota trepidante *Italia* ducturus erat exercitum, inclytus *Borſus Ferrariæ* dux ad hunc ipſum ingenti procerum, ac militum comitatus turba pervenit, qui quidem apparatu non inferiore, quam venerat, acceptus eſt.* Fuit enim per quatriduum in lautiſſimis apud eum conviviis, in quibus maximæ fuit admirationi in vico pene in ſolitudine conſtituto, rariſſimarum, ac regalium rerum affluentia. *Franciſcus* quoque *Sfortia Ligurum* dux duos ad eum præclaræ filios indolis eadem tempeſtate tranſmiſit, qui, cum uti mandatum acceperant, patrem ſalutaſſent, veluti filii ipſius, amorem, & honorem, ſupra etiam & genitoris opinionem experti ſunt. Fuit enim hic princeps, ubi de honore agebatur pecuniarum profuſiſſimus, nunquam pro ſplendore dignitatis, ac gloriæ paſſus ſuperiorem: fuit inſuper humanitatis erga omnes inæquatæ. Inter principes cum humili, nihil humilius, cum ſuperbo, nihil ejus ſupercilio ſuperbius. Quod in pluribus ſæpe quidem, ſed tunc maxime patuit; quum a *Galeaccio Maria Ligurum* duce potentiſſimo, ac audaciſſimo juvene laceſſitus ad certamen mille equitum, pœna ſuccumbenti centummillium nummum impoſita, quo de armorum virtute, ac gloria decernerent; eo ſe animo ad provocationem accinxit, ut unus a ſummo chriſtianorum pontifice, ab omnibuſque *Italiæ* principibus, ne confligeret exorari potuerit, verentibus hujuſmodi ne ſcintillæ majus excitarent incendium. Tantæ autem fuit magnanimitatis, & conſtantiæ, ut harum in eo virtutum quam, cui præponas, judicari perdifficile ſit. Cum adhuc captivus in *Modoëtiæ* fornicibus diu in exercitu dimittendo a ſup-

suppositis per *Nicolaum Guerrerium* sub ea conditione liberationem pollicentibus, nunquam eam in sententiam adduci potuerit, ut se imperiali exauctoraret dignitate: dictitans artem illam, quam homo secum eadem ex alvo natura cognosceret, nulli, nisi cum vita desertum iri. Clementiam & bonitatem habuit tantam, ut hoc unum illi vitio daretur a pluribus. Cum fiducia naturæ ejus, nihil ulciscentis, etiam minimi in maximis illum rebus, & sæpe periculo capitis, offenderint; ab ejus enim lenitate nihil magis abhorrebat, quam cædes extra prælium, & humani sanguinis effusio, atque adeo nunquam de inimicis, etiam quando excusatissimus sæpissime potuisset, supplicium sumere lætatus est: quinimo nonnunquam illorum perfidiam, & malignitatem beneficio, ac charitate superavit. Filios enim, Nepotesque eorum, qui patrem interfecerant, factus imperator ad varios gradus dignitatis erexit. Unum tantum pace securi percussit, qui magis hercle deliquerat, quam ab ulla clementia posset ignosci; isque *Mediolanensis* ejus scriba, cui nomen *Ambrosio* fuit. Omnem hic enim vero ingenii sui solertiam auro corruptus hostili admovendis venenis in caput ejus, & perniciem addixerat. Quapropter dignum iniquitate sua pretium contra etiam læsi principis naturam sortitus est. Detractores, ac æmulos nunquam inhonesto verbo nominavit. Hostium, etiam principum in penetralibus pictas habuit imagines, nullius gloriæ dulcedine tangebatur, nam invitus etiam eas laudes primus audiebat, quas suis sibi laboribus ipse comparasset. Ideo talibus obsurdescebat, sæpeque de gestis ipsius ordientes sermones divertit, & fuit assentatoribus nemo minus indulgens. Virtutem igitur re magis quam verbo colebat, & fortitudinem consilio, magis quam periculo ostendebat: eam tamen, ubi necessitas exigeret, habuit animositatem, & robur, quam maxime omnes admirari, nulli æqua satis laude quæant extollere. Cum sæpe e manibus hostium victoriam prope partam, aut rapuerit, aut maximo capitis sui discrimine retardaverit. Constat enim hunc pene adhuc ephebum, & primo ætatis flore virentem id ausum esse, quo solo exemplo nostra ætas superbam miraculis antiquitatem, si cœliti conferatur, æquavit. *Alphonsus Tarraconensis* Rex, cum de regni possessione contenderet, *Acerram* munitissimum oppidum obsederat, cujus excercitus *Braccius* erat imperator, hic oppidi alioquin desperata victoria, cuniculum suffodere aggreditur. Quod opus, cum ad summum spei processisset, *Braccius* sinceritatem æquaverat. Idem lustraturus accedit, sed quamquam vestem mutaverat, ab oppidanis tamen agnitus est. Altero enim claudicabat pede. Mox ibi cuniculum successisse sunt conspicati. Raptim correptis telis e mœnibus certam ad cædem imperatoris erumpunt; ea patrata non temere sperantes exercitum vel deleri, vel saltem summa ipsorum commoditate posse vexari. *Bartholomæus* autem, quem spectata animositas, & robur assiduum, ac fidum comitem lateri imperatoris adjunxerat, nil periculi magnitudine territus in adytum repente cuniculi solus exsiliit, omnem lancea populum immobiliter excipiens, oppositoque mille ictibus corpore tandiu dimicat, ut accursu sequentis exercitus, qui quatuor fere stadiis aberat, oppidani repulsi, & *Braccius* integer ab amicis receptus sit. Hoc solum munimen eo habuit die *Braccii* salus; & clarissimi regis exercitus unico tyrone se per utriusque victoriam hostibus offerente, qui an fidelius, an fortius dimicaverit, utrinque ille animi inæstimabilis ardor judicii fecit ancipitis. *Alphonsus* autem sedato tumultu tanti facinoris auctorem primum pro conditione laudavit, mox salutatum dextera excipiens talibus illum verbis, ac pollicitationibus oneravit: cujatemcunque fortuna majestatem nostram hodie miserata te nobis obtulerit, salvus sis, & nostræ gratiæ particeps, namque patria, quæ te genuit, qualis, quantaque censeri debeat, tua se in virtute demonstravit. Ex hac die & me *Bergomensem*, & te *Tarraconensem* fore uterque nostrum mutua charitate dignabimur: Asseroque per hanc dextram, quæ tuæ ad sanguinem usque profundendum debetur, per immortales deos nunquam tibi, tuisque Tarraconensem regiam defuturam: hac illum regali promissione dimisit & unius tyronis spectatissima virtus posteritati fidem fecit, quibus gradibus post reges obligatione devinctos gloriæ, & laudis immortalitatem consequamur. Juvenis quoque nec dum illius agminis ductor, quo tempore *Brixia* obsidione cingebatur, hostile propugnaculum sub *Tridento*, quod *Tallianus* acer bellator cum delecta peditum manu tuebatur; solus citatissimo cursu ingressus est, facturus ense cæteris viam, si secuti forent, nec ante ab ingruentibus hostium turmis erectus est, quam equo clunes amputatæ, ipsi quoque cassis e vertice crebrius sagittarum ictibus ablata est. Apud *Abduam* eo in prælio, quo *Franciscus Sfortia Venetorum* duces postrema strage delevit, cum jam cæteri in fugam versi caperentur, ipse adhuc integro ordine, & fortasse reparaturus exercitum dimicabat; sed cum *Sfortiades* segnem præter spem victoriam admiraretur, interrogassetque quisnam suos a fine gloriæ prohiberet? ubi *Bartholomæi* nomen intellexit, confestim ipsemet adversus illum tota exercitus mole cucurrit, conflixitque ea anxietate, ut totius difficultatem victoriæ in illius auctoritatem retulisse videretur. Eo etiam in ultimo bello, quod solus, & jam senex adversus omnem habuit *Italiam* a quanto rem suam discrimine restituerit, satis est per antedicta declaratum. Emicuit enim in cano capite, maxime tunc, animi incredibilis ardor, & mortis admiranda contemptio. Eumdem quoque animi, & corporis vigorem, ac robur omni ætatis suæ tempore habuisse, qui sunt antiquarum memores rerum prodiderunt, simplex adhuc enim apud *Braccium* tyro eo sæpius spectante duce, expeditos milites loricatus cursu superavit, & equitem non loricatus æquabat adeo, ut ne ipsi quidem cursori *Papino*, pedum, si conferas, primicitate concessit; Hujus etiam primicitatis, & roboris ultima sua in senectute me teste præbuit indicium. Vidimus enim, & comitati sumus illum frequenter, nec interdum sine juniorum tædio, sex millia passuum exercitii gratia deambulantem, formosi, & proceri insuper corporis fuit, eximiæque, & venustissimæ omnes per ætatis gradus pulchritudinis. Tantæ & peragendis in rebus fuit celeritatis, & diligentiæ, ut omnes nostrorum temporum duces illi sine controversia concesserint. Sæpissime enim e castris surgente *Francisco Sfortia* ad ea, quæ nutu sui pro excercitus salute cogitasset: ubi locum accessit, comperit opus *Bartholomæi* præventione, & vigilantia consummatum. Profligatos post primum *Allobrogas* quando fama statim illius expectatæ victoriæ crebresceret, idem *Sfortiades* negasse fertur, atque unquam sola ejus incredibili celeritate non credidit; quoque ad eum captivi *Gallorum* duo aureis cum eorum nummis, & torquibus, armaque militaria quædam nostris insueta transmissa sunt; tunc illum facti miraculo obmutuisse; moxque est inter quosdam doctos militiæ principes orta contentio, conferentes *Bartholomæum Massinissæ*, quærentes quis uter esset difficultate rerum, & admiratione præponendus. Recitant enim illum bi-

Livius. Decad: 3. lib. 9. historiæ victoris *Syphacis* saucium gladios effugientem se in obvium flumen incunctanter præcipitasse, eoque subtus aquam transmisso, cum illum hostes haustum torrentis rapina putarent, in spelunca obsita succis herbarum curasse vulnus; & duorum militum latrociniis vixisse, cicatrice ducta, cum nil posset obesse jactatio ad regni repetitionem eo favore, ea magnanimitate pervenisse, ut non solum paternam possessionem sit adeptus, verum ipsius etiam *Syphacis*, ac *Carthaginensium* fines longe, lateque depopulatus sit: *Bartholomæum* vero victoriis ingentibus florentem, interceptum, carceratum, indigno judicio capite damnatum: sola tyranni morte sospitem summo se arcis pinnaculo dependisse; vastam noctu fossam transmisisse, commotos ad insequendum incolas astu, & industria superasse, resumpto demum proprio ex hostilibus stativis exercitu ad profligandos *Allobrogas* ea celeritate cucurrisse, ut cæteræ *Italiæ* gentes ejus victoriam, quasi in discessum trepida in necessitate cognoverint. Fuit etiam prudentiæ adeo in re bellica perspicacis, ut nunquam illum hostes incompositum, aut impræmeditatum, cum id sæpissime conarentur, offenderint. Patuit hoc maxime *Cortelloriæ*, & apud Sanctum Angelum *Insubrium* loca, quibus, cum hibernantem *Venetorum* duces accepissent, *Michaël Cottignolanus* imperator, *Martinengus Cæsar* bellocissimus *Brixianus*, *Matthæus Angelus* peditum omnium ductor, ac princeps, bis illum omnibus belli artibus ludificantes, atque terrentes adorti sunt; quos omnes maximus *Bergomensis* se ad munitiora loca recipiens, parva admodum manu, & virtute Cæsarea nunquam ordine turbato sustinuit, & si non alius rei salutem sub æquo judice invidiæ hostium victor, qui tot unum circumsistentes, nihil, præter admirationem ingentis ejus solertiæ reportarunt. Clarissimam ex *Martinengis* mulierem *Tisben* duxit uxorem, ex qua filios mares nullos, quin maxime optasset, sustulit. Nepotes *Alexandrum*, & *Scipionem* egregiæ indolis adolescentes penes se filiorum loco habuit, constanterque dilexit, & unice illorum aspectu desiderium suum consolans. At connubii sui fortunam, & casum magna nonnunquam alacritate memorabat, quod acceptam dotis nomine pecuniam, quatuor militibus, qui

A statim cum stipendio transfugere, mutuasset. Cultu corporis alios ætatis suæ principes studium non habuit antecellens. Exercitus autem apparatu cunctos semper anteire sategit: quod maxime ostendit, cum in *Flaminiam* bellabundus iter ingrederetur; tunc enim illustres multi, ac bello clarissimi duces illius signa, & stipendia secuti sunt. In primis *Hercules Estensis* nominis, quod cum deo commune habuit, acer custos, *Alexander Sfortia Pisauri* Dominus, *Hestor Faventiæ* princeps, *Ciccus*, & *Pinus Forolivienses* germani; *Joannes Franciscus* duobus cum filiis, *Mirandulani* Comites cum fratre; *Marcus Carpensis*,

B *Deiphæbus Anguillarius*, *Joannes Santonius Caudola* equitum decus; & *Sfortia* secundus, qui patre mortuo successoris germani dedignatus imperium ad eum non parva auctoritate transfugerat; innumerabiles insuper alios diversis habuit suo sub vexillo temporibus, inter quos *Bonifacium Monteferratum*. Sed hunc extra omnem belli gloriam in stativis *Clararum* desidem degisse semper accepimus. Ita ad eum singulis quibusque diebus clarissimi duces, ac terrarum principes, tanquam ad belli languentis suscitatorem confluebant. Justissimus fuit, adeo ut animus illi cum *Nerva* communem fuisse haud dubium sit, quip-

C pe divitem, pauperem æquis vultibus audiebat alloquentes, auriumque fastidium semper abfuit: milites suos, si qui deliquissent a nullius unquam municipii, cum haberet imperium, jure retraxit. Omnium principum pompam æquavit aulæ ejus amplitudo; quam nobilissimi ex tota *Italia*, atque etiam precario accepti juvenes honestabant, maximeque in his *Placentinos*, nescio, quæ sanguinis esset similitudo dilexit; Ex omnibus tamen eos, in quibus aliquis virtutis splendor apparebat, habuit cariores, & æqua meriti æstimatione prospexit. Ignaviæ, susurrationisve suspectos non amovebat; eos tantum pro i-

D psorum arbitrio inutili, & parum profutura servitute frustrabatur. Seditiosos omnino rejecit: In hoc maxime *Alexandri Macedonis* imitator ex tam ampla florentis imperii domo *Abundium Comensem* tantum in arcana sua semper admisit, hominem sane claritate morum, & fidei integritate præcellentem.

LIBER SEXTUS.

Quæ sumpto cibo per eum discumbentibus narrabantur. Quæ rex Ladislaus *contra pontificem* Gregorium *egerit? Quæ* Paulus Ursinus *contra regem. Qualis ipse rex fuerit? De imperio* Johannæ *sororis, & regibus adoptione dissidentibus. De* Braccio, *ac* Sfortia, *ut creverint. De strage* Alphonsi *regis per* Genuenses *in mari* Thyrreno. Othonis *tertii miranda. Quid* Facinus Canis *præclare egerit, & ejus militum auctoritas. Ut* Philippus Maria *imperium sit adeptus. Ut* Carmignola *in auctoritatem conscenderit. De duobus* Arcellatibus. *De generositate D.* Galeaccii Mantuani *militis. Quis* Italos *ab armorum gloria degenerantes restituerit. Qui externi ante duces in* Italiam *venerint.* Rogerii Canis *altissimum facinus. De indignis quorundam ducum vindictis & mortibus. De morte* Tarataleæ. *De morte* Mustardæ. *De morte* Ludovici Columnæ. *De morte* Martini Faventini, *& fratrum. De ultione sumpta ob ducis* Hadriensis *cædem.* Bolduini *ultio memorabilis.* Philippi *regis* Gallorum *ultio contra* Bonifacium *pontificem defunctum. De varia ultione per* Othonem III. *&* Jacobum Vermem. *De vana ultione per* Jacobum Vermem *contra* Facinum Canem. *De narrantibus* Bartholomæi *laudibus, & operis fine.*



In ejus vita modum, ac modestiam servavit ingentem, cibi ejus denique vulgaris, & somni parcissimus, adeo ut neque prandentem hora equens in expleto convivio compererit, neque sol oriens dormientem. Sumpto cibo per horam fe-

E re inter varios sermones residens conquiescebat, repetebatque convivis nonnunquam dulci memoria, quæ juvenis a bellicosis ducibus præclare gesta cognoverat. Nunc enim facta *Wincislai* potentissimi regis damnabat, qui *Gregorium* pontificem *Roma* bis incognitum fugientem *Viterbii*, & *Senis* exulare coëgit; tertium autem capta Urbe

Urbe illum in *Hadriani* Mole obsederat: Cui auxilio *Paulus Ursinus* bellicosissimus Imperator accurrens, profligato primùm, & pulso Rege, Urbem factione sua juvante recepit, ipsumque Pontificem obsidione liberavit. Ad Arcem insuper siccam ejusdem Regis stragem memorabat, auctores damnans, qui si victoriam sequi, aut scivissent, aut maluissent, Regem Regno ejici statim potuisse monstrabat. Extollebat ipsum Regem magnanimitate, & prudentia, qui a Patre apud humanos extincto pupillus in *Italia* derelictus ex incredibili imbecillitate eas tandem per tot calamitates vires assumpserat, ut paternum Regnum recipiens, hostibusque suis superatis, omnium jam Regum potentia, & rerum prosperitate formidabilior haberetur. Eo autem, ut nonnulli putabant, venenis absumpto Regnum ad *Joannam* sororem successionis jure devenisse, cum nullum ex se filium reliquisset: Hanc quoque diversa perpessam inter varias Regum lites ostendebat, cum se quisque eo Regno argueret armis, & adoptione digniorem; prævaluisse tamèn *Alphonsum* Tarraconensem, cujus Atavus ulteriorem *Siciliam* contra *Carolum* primum, primus sibi maritimo marte vendicavit: eumdem quoque *Alphonsum* paulò post erga Reginam, quæ ipsum adoptaverat, non pro Regia dignitate, nec materna pietate consuluisse dicebat. Cum sæpiùs adoptionis beneficium anxia Imperii cupiditate violasset. Indè eam nonnunquam *Neapoli* pulsam, receptam nonnunquam, obsessam interdum in arcibus urbis, interdùm aura populari, & ducum ejus virtute liberatam. Tùnc quoque *Sphortiam*, & *Braccium*, qui utique parvi eatènus extiterant, suæ magnitudinis jecisse fundamenta: altero enim pro Rege, altero pro Regina sæpè pugnante omnem brevi *Italiam* armis suis percussam, in qua duorum nomina converterant, sæpè *Sphortiam* cum omni exercitu *Braccium* in fugam convertisse: *Braccium* itidem *Sphortiam* nonnunquam extrema clade profligasse. Illum audacia, & magnanimitate, hunc prudentia, & maturitate præponebat. Narrabat insuper illius *Alphonsi*, & tot occidentalium Regum in *Thyrreno* mari stragem, quos *Genuenses* cum duodecim onerariis navibus, ac quinque & triginta Triremibus *Cajetam* obsidentes apud *Circes* Insulam deleverant. Ejus maritimi exercitus Duces nominatim referebat. *Hispaniæ* Tarraconensis Regem infantem *Lusitaniæ S. Jacobi* Ministrum, omnes *Alphonsi* Regis germanos, Principem *Tarenti*, *Sinuessæ* Ducem, *Christophorum Cajetanum*, *Franciscum Ursinum*, & *Ludovicum Columnensem*, nec non alios innumerabiles, qui capti omnes inter suorum cadavera in Ducis *Ligurum* potestatem, dominantis tunc *Genuæ* devenerunt. Sed id prælium ultra horam decimam tractum inter hominum cædes, & effusionem sanguinis asserebat; tanta armorum, ac animorum potentia, & atrocitate concurrerant. Duces sui insuper temporis, aut paulo superioris annumerabat, quibus Ætas nostra florentem Imperatoribus *Romam*, si conferrentur, æquasset; de quibus omnibus singulatim aliquid digno sermone, & memoria referebat. *Othonem* tertium *Parmensem*, & Gentilem meum, impetuosissimum belli appellabat fulgur, qui tanta brevi peregerat, ut *Parma*, *Placentia*, *Regio*que Urbibus captis ipsum *Ferrariæ* Marchionem coegerit pro status salute anxia formidine trepidare; tandèm hunc ostendebat patratore *Sphortia* fraudibus, & insidiis interemptum; & nisi Civium suorum manus sanguine maculasset, erat omnibus illa ætate judicio suo præferendus; sed adversæ *Rubeorum* factionis tot cæsos ferro nobiles demolitis ædibus extraxerat, ut carris exportata cadavera

A purpuratus ager, & *Parmæ* moesta superbia vix ceperint. Qua de re crudelitatem, etiam necessariam, ullo pacto excusare non poterat. Tam mite ingenium in Clarissimo belli Duce natura composuit. *Facini Canis* unum hoc inter præcipuas ejus laudes annotabat, quod *Bucicallum* illum totius *Italiæ* multos annos terrorem, & fulmen capta jam *Genua*, *Dertonam* inter, & *Alexandriam* cruentissima strage profligasset, *Papiam*que post obsidionem domitam militibus suis prædæ, & direptioni tradidisset, quorum tanta olim apud nostros extitit auctoritas, ut Ducis post mortem illorum auxilium, & favor a maximis Principibus per mulierum connubia quærerentur.
B Nàm *Philippum Mariam* Vicecomitem non ante Paternum Regnum recepisse liquebat, quam *Beatricem Facini* conjugem, & illius exercitum cum Imperatrice ad se, non alia dote quæsita conjunxerit. Eaque tempestate *Carmignolam* incredibili celeritate fortunæ aspirantis emissum, posteaquam diù cum *Arcellatibus* de Imperio *Placentiæ*, ac dominatione contendisset, quorum quidem ducum tantum fuit unusquisque in prævalendo pertinax, ut frater fratrem ante oculos suos potiùs suspendi, quam urbem dedi passus sit; Lugubre quidem spectaculum & mors foeda cogitatu;
C cum inter germanos nequaquam, Polluceam, & Castoream referentes fraternam pietatem, ambitio, seù potiùs avaritia superarit. *Galeaccius Mantuanus* ab eo, & jure quidem cognominabatur Civitatis suæ lumen, atque ornamentum, qui miles erraticus ex cæptis publico spectaculo positis, totiens palmam singulari certamine reportarat, coegeratque post captum se Imperatore *Patavium* ex dilectissimis militibus societatem libertatis, quam *Veneti* expugnata urbe illi non petenti missionem dederant, & gavisus ea forte, voluit alacriori vocabulo nuncupari, sic comitatum, omnem *Italiam* ingentibus victoriis, & fa-
D ma ab Alpibus utrumque fretum peragrasse; sed unum in eo Duce criminabundus admirabatur; & id quidem viri prudentis pretio, ac existimationi detrahebat, quod apud ipsum in *Florentinorum* exercitu cum Virginis amorem incidisset, nullis armis, nullo clypeo munitus, abjecta etiam Cassside in simplici lini tunica Puella spectante hosti inimicissimo provocanti congressus est, & acceptum vulnus Virgini prætendens, pretium labentis sanguinis illius gratiam supplex oravit. Ad hæc, cum omnes obstupuissent, existimabat pro fervente in illo sanguine juventutis excusatum iri, cum tanto in homine ratio ab amoris impatientia
E vinceretur. Duos insuper mirum in modum *Barbianenses* extollebat, quorum alter senior *Albericus* Italicum genus, jàm ab Armorum gloria degenerans, quasi sopitum ad pristinum decus excitavit; ante enim illum pauci ex *Italis*, nisi obscura fama, militabant, quæ res bello decernendæ essent, conductis peregrino Cœlo ducibus agebantur. Ex his, qui conducti *Italiam* Imperatores invaserant, affuit *Joannes Acutus Britannicus*, ex *Germania Conradus Prosper*, *Lucius* Comes, & *Lando* Gallicus, *Joannes* Turonensis, quorum omnium statim Auctore *Alberico* fama consenuit. Coegit enim hic delectissimam ex tota
F arte militari gentem, quam gloriosissimis auspiciis societatem *S. Georgii* nominavit, hac etiam Comite *Carolo* Regi contra *Joannam* priorem ad Regni repetitionem proficiscenti anxio affuit. Effecitque brevi summis vigiliis, & laboris experientia, ut spretis externis ducibus, omnis victoriæ spes, & armorum auctoritas penès *Italos* esse videretur. At unum unius *Perusini* facinus, si illius dicta referam, cœlotenùs accedit æquandum. *Pippus Spanus* Cæsareus Imperator cum

maximo *Hunnorum*, Teutonorumque exercitu superato *Timavo*, *Forijulii* fines invaserat, ingens insuper exulum turba *Veronensibus*, & *Patavinis* sedibus pulsi, illum separata acie, quasi secundo exercitu, sequebantur. Hanc unam expectationem, ut res *Venetorum* everterentur, precibus, & pecuniis ab Imperatore prosequuti: neque enim spes illis prætèr in novis rerum motibus ulla superat: sperantibus eo duce se longo quasi postliminio reversos in Patriam posse restitui. Adversus itaque venientem *Veneti*, tanquam in manifesto periculo trepidantes, *Carolum Malatestam* cum ingentibus copiis opposuere, sed tamen pugnandi facta potestate fusus, fugatusque saucius evasit. Aderat fortè inter suos *Rogerius Canis*, strenuus ille, de quo loquimur, vir. Hic Juvenis adhuc, & penè gregarius miles conspecta exercitus ruina confestim vexillum e manu signiferi fugientis eripuit, & flumen ad obvium currens, quo sui pallantes conveniebant, ut fugam sisteret, pontem dissolvit, ubi firmato vexillo, postquam eam multitudinem collegisse visus est, quæ speciem exercitus præbere posset, in hostem committitur, & hac manu tanquam acies ad ultimum de industria reservata adortus illos fortunam inconsultius sequentes ita cecidit, ut ex illo externi contra *Italos* Duces in victoria etiam esse periculum juxta timuerint, eamque in altitudinem auctoris brevi nomen increverit, ut æquatum *Camillum* sine controversia, hoc uno exemplo, sit confessa posteritas: Ad nonnullas etiam quorumdam mortes, quanquam offensus materiæ indignitate, deveniebat, memorans fuisse Regni, & gloriæ societatem semper infidam. *Braccius* maximis sæpè in rebus auxilio, & consilio *Taratalia* fretus est, nec unquam fideliore adversus *Sphortiam* Duce pugnavit, posteaquam ab eo indignatus ille descivit, tantam, quibus adhæserat, suspicionem ficti transfugii *Braccius* injecit, ut sit primum exul factus, licitatumque ejus caput, & est tandem captus, adverse post primam capitis diminutionem cervice truncatus. *Paulus Ursinus* in archana sua aliquandiù *Mustardam*, & expeditiones admisit in actum communi omnium existimatione, quem dilexerat, odisse cæpit, & cessit amor invidiæ, nèc multo post *Romæ* circumventus insidiis illius proditione confossus est. At redit omnis in auctorem crudelitas eadem. Hic postea, quam aliis intulerat, est cruenta morte peremptus: sed nec ejus occisor *Ludovicus Columna* inulta, & sicca morte decessit. *Taliacoccii* Comes in *Marsis* ex *Ursina* factione potentior interceptum insidiis *Columnensem* adeò crudelitèr torsit, ut vox horrore recitatura refugiat. Affecto primum omnis generis supplicio aqua, & igni interdixit, diutinaque extenuavit inedia, qui cum cibum fame moriturus oraret, ex abscissis, & sectis ipsius carnibus, ac membris, quæ illi elixa reddebantur, se se instante carnifice saturabat, quotienscumque cibus illi subtractus erat, eadem esca nutriebatur, eratque ejusdem mortis apud eum mors lethale remedium, & vita. *Carolum* quoque *Malatestam* contra *Martinum* Faventinum ferunt tanquam feram rabidam sævientem serpentem in varietate, ac magnitudine suppliciorum cogitanda torsisse, postremo secto illi capite, fratrem, ac filios stantes omnes circunducto muro coarctasse, qui cum post miserè & lethalibus tenebris absumti inedia extraherentur, unus pileum comesse, bombycem indumenti alter, tertius, cui nihil, præter nudum corpus, cum includeretur, fuerat manus sibi mandisse compertus est. Sed quid ultione de Ducis *Hadriensis* cæde potest audivi crudelius? Hunc duo ejus aulici fratres vicini Principis impulsione proprio in cubiculo dormientem cum Patre proditionis auctore confoderunt, soror ejus *Laureti* Comes lustro exacto, tunc, cum cædis abolita memoria crederetur, patrem cum filiis adhibitis speculatoribus intercepit, atque primum omnibus diutissimè excruciatus, cum post jussu ejus fame extenuaretur, esurienti filiorum capita, membraque alternatim edenda mittebat. Quid faceret pater fame moriturus? ederetne carnes, quas ipse genuerat? nequaquam, sed nollens esse cogebatur. Germani ultioni mulier *Neroniana* audacia accedebat: Tolle, inquiens, fratris nostri carnifex illius dilecti corporis cædem in sanguine tuo ulciscere, & pende pœnas scelerum tuorum manibus ejus. Tunc coactus averso vultu posita filiorum capita cadentibus digitis, & fame fugiente pascebat, fonsque erat lachrymarum potus. At vix hæc fidem apud audientes invenirent; nisi nonnullos etiam in hostium cadavera sævisse ultionis siti, & desiderio probaretur. *Bolduinus* ille, qui ab aratro vir factus ad tantum apicem rei militaris ascendit, occisorem fratris Theutonum quemdam historia, quam nomine notiorem ægrè ferens, quòd simplici, & inulta morte defunctus fuisset, sepultum extumulavit, extumulatum evisceravit, eviscerati intestina manibus suis diffuta in fundi sui vepribus passim explicata tetendit, corpus autem feris, & alitibus esca desertum, relatumque est statim illum fœdis sanie manibus discubuisse, & ad explendam ultionis audaciam non lotis manibus hilariorem in publica turba cænasse. *Philippus* quoque *Gallorum* Rex *Bonifacium* IV. Pontificem tanta est odii malignitate prosecutus, ut de violato ejus sepulchro, & exequiis obsequium indignationi suæ quæsierit. Concilio itaque contra ejus cineres coacto, defunctum hæresi nefaria oratione accusavit; rogavitque *Clementem* V, quem ex Archiepiscopo *Burdigalensi* summum Pontificem ad explendum temeraria vota creaverat, ut *Bonifacii* memoriam aboleret, non verum sedisse Papam comprobaret; extumulataque ejus ossa publica concilii sententia in publico foro combureret. Novum insuper vindictæ genus, quo nullum vanius excogitari potest de quorumdam Ducum acerbitate narrabat. Nàm non in cadavera tantum a quibusdam, verum a nonnullis in hostium imagines ultionis ardore sævitum. *Jacobus Vermes*, is qui *Armeniacæ* comitem prope *Alexandriæ* muros cum ingenti *Gallorum* fudit exercitu, *Facinum Canem* ejusdem victoriæ Principem adeò gloriæ æmulatione perosus est, ut post ingentia ultionis studia, quæ contra vivum frustrà tentaverat, defuncti statim jusserit fieri simulachrum, & eo pro tribunali sedente dicta capitis a Præcone sententia, præcinentibusque tubis a lictore coram securi percussum est, quoque plus gaudii imago conferret exanimis, qua cervix capiti committitur, plena sanguinis vesica consuta est, quæ sub ictu gladii ferientis effusa anxiam ultoris animam simulato spectaculo exhilararet. *Otho* quoque tertius ejusdem *Jacobi*, quo cum cruentissimis armis diu de *Placentiæ* dominatione contenderat, effigiem pictam, quoad vixit ad notam violatæ fidei post terga præcedentis armigeri tulit, functo vita, eam quam gestabat imaginem in *Parmensis* Urbis foro populo spectante combussit, mandavitque invisum nomen famosis poëtarum carminibus annotari: collectos deindè cineres super præeminentiorem turrim in patula urna collocavit, quasi Diis ultoribus fœderum suorum oppressorem protenderet, ac, ne quis locus illius scelerum inscius esset, appositos cineres surgentes venti omnem in regionem dispergerent. Hæc, & his similia sæpe per horam nudo, & cano crine narrabat, quæ tanquam

quam ab oraculo quodam discumbentes inexpletis animis dulcedine novarum historiarum accipiebant, eratque materiæ modus, & habitus quidam dicentis senis ornamentum. Hi ejus fuere mores, & vita glorioso in Imperio senescentis, qui & canus vincendo factus, *Latinis*, *Gallis*que domitis ab Alpibus ad utrumque fretum, *Italiam* omnem ipsius, & fortunæ superator ingentium victoriarum monumentis implevit. Annum insuper septuagesimum agens, cum ejus magnanimitatem tota Regio non caperet, extra *Italiam* res novas magna Tyrannorum formidine molitus est, adeo ut A non frustra a Diis eam in ætatem servatus esse videretur. Primus etiam ex *Italis* extra Provinciam Imperator, communes cum Regibus titulos præcipua armorum virtute sortitus est, quibus Patriam, Familiamque superbis insignibus, & sacro cognomine reliquit illustratas. Noverint itaque rerum scriptores hunc primæ immortalitatis Imperatorem dignissimum, qui & bonorum morum majestate, & rerum gestarum magnitudine solus hominum fidem, si cuncta recte ponderentur, excessit.

F I N I S.

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

FINIS.

HELIÆ CAPREOLI,

Brixiensis, Jurisconsulti,

CHRONICORUM

DE

REBUS BRIXIANORUM

LIBRI QUATUORDECIM.

In quibus

NATURALIS URBIS ET AGRI INDOLES,

Ejusdemque primi Conditores, ac Res tam Sacræ quam Civiles a primo Urbis exordio usque ad Auctoris tempora exponuntur.

Editio Novissima, duorum postremorum librorum, ex Codicibus M.SS. Bibliothecæ Othobonianæ, & Brixiensi nunc primum editorum, accessione auctior.



LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, Civitatis atque Academiæ Typographi.



NOVÆ HUJUS EDITIONIS PRÆFATIO.

LECTORI ÆQUO.



Historiographi fere omnes, quod mendacio aliquo fidem corrumpant, & Principibus, eorumque temere factis blandiantur, deque rebus publicis ita disputent, ut nusquam Moderatorum errata fideliter prodant, insimulantur. quo vitio quoque nostrum *Heliam Capreolum* non caruisse, multi procul dubio dicent; præsertim cum discordias *Guelforum Gibellinorum*que narrat, ubi *Guelfos* laudat, *Gibellinos* autem econtra fere ubique damnat, quo ostendit se uni factioni magis favere, quam alteri; cum tamen Historicus simpliciter absque aliquo affectu scribere debeat. Deinde etiam facta & gesta non solum cognatorum agnatorumque, sed etiam sua nimis extollit; sibi igitur scribit, & se ipsum miratur. Cæterum vero in Chronicis suis veritati, quantum potuerit, studuisse, videtur: nonnulla enim tradit, quæ alii sui ævi scriptores silentio prætereunt. Quare gratiam a Viris doctis me initurum esse duxi, si cum orbe literato hoc perquam rarum & carissimum opus communicarem; paucis enim abhinc mensibus, in venditione publica selectissimæ cujusdam viri docti Bibliothecæ amplius centum & triginta florenis constitit, quod pretium pro duodecim tantummodo libris, *Brixiæ* per *Arundum* de *Arundis* absque titulo & editionis temporis adsignatione in folio impressis, persolutum est. Horum autem Chronicorum impressionis tempus facile confici potest, quia auctor historiam suam in duodecim istis libris, qui typis erant descripti, cum anno MD. claudit, & pergit eam pertexere, quoad vires corporis & ætas permiserunt, ad annum millesimum quingentesimum decimum, quam decimo tertio & quarto libris absolvit, qui duo postremi libri inediti manserunt. Quod non solum *Gerardus Joannes Vossius* in Lib. III. de Histor. Latin. pag. 254. testatur; sed & *Octavius Rossus* in Elogiis suis Historicorum Brixianorum illustrium. Quorum virorum Doctorum Elogia ad dicta nostra probanda præfationi huic subjunximus. Postremos autem duos istos libros, qui in lucem non erant missi, ex Codice chartaceo Bibliothecæ *Ottobonianæ* descriptos, & cum alio Codice *Brixiensi*, optimæ notæ collatos, cum variantibus lectionibus in ora Editionis nostræ, duodecim prioribus, *Brixiæ*, ut jam dictum, editis, addidimus. Hos non solum Codices MS. sed & libros in lucem missos, Vir eximiæ doctrinæ, atque omnium plane gratiarum, Dominus *Apostolus Zeno* perhumaniter mihi suppeditavit, ut cum republica literaria communicarem. Libri hi tam editi quam manuscripti tam multis abbreviaturis, pro istius temporis consuetudine, abundant, ut nisi summa attentione legi & intelligi non possint,

unde cuivis facile judicandum sit, errores in iis multos literariorum & descriptorum negligentia esse admissos, quibus quidem pro viribus subvenimus. Si autem ex frequenti operis lectione, nonnulla menda præterita esse contigerit, nobis vitio non vertas; memor quod soli Deo non errare convenit. Notas in paginarum oris intactas reliquimus, in contextu autem, male disjuncta conjunximus, & dixjunximus, quæ male conjuncta erant. Nomina quoque propria & alia notatu digna v. g. versus ex poëtis adlatos, sermones, & epistolas literis cursivis imprimi curavimus. Literas præterea initiales nominum propriorum fieri cubitales fecimus, quod ubique per totum librum neglectum erat, ita ut opus & labor esset nomina propria appellativis dignoscere; quare factum, ut nonnulla male excusa, nobis etiam invitis, oculis nostris se subduxerint, quæ tamen in calce libri addidimus. Hujus veritatis exemplum ut habeas, Indicem auctorum, quibus *Capreolus* usus est, ab eo exaratum, ita ut in exemplari est, excudi jussimus, licet cum opere ipso non æquiparandus sit, cui autem novum quoque apposuimus. Indicem quoque rerum notabilium satis copiosum ab integro collectum adjecimus. Cætera, Benigne Lector, evolvendo, & plenius quidem hanc editionem cum priori, si præ manu sit, conferendo, perspicies. Vale faveque.

ELOGIUM AUCTORIS
EX
HISTORICORUM BRIXIANORUM ILLUSTRIUM
THEATRO
OCTAVII ROSSI.

1480. *osso* Elia Capriolo *da un'honoratissimo disiderio di giovar alla Patria, & insieme d'illustrarla, scrisse dodici libri dell'istoria* Bresciana, *che arrivano per fino all' anno mille cinquecento compendiando il* Malvezzo, *& aggiongendo qualche altra cosa di più, secondo che poteva ritrovare degna dell' opera sua. Fù buon letterato in altre scienze ancora, & la sua principal professione fù di legista. Compose alquanti epigrammi, dè quali io n'hò letti alcuni molto vaghi, & sententiosi. Egli è anche parer di molti, ch'egli fusse l'inventor di quel libro intorno alla confirmation della fede, ch'è raccordato da* Conrado Gesnero *nella sua Biblioteca. Vien tassato di puoca acuratezza, & che con troppa facilità inserisse nella sua historia, cose lontanissime dal vero non solamente, ma dal verisimile; & che tacesse molti particolari, per non dar riputatione ad alcune famiglie, ch'erano in què tempi diverse dalla sua fattione. Tuttavia, chi porrà giusta consideratione alla prima colpa, non la ritrovarà cagionata da lui, ma, dal cervello di questi Cittadini, i quali per lo più stimano, che come si incomincia à componer'un libro si dovereb-be subito venirne al fine, con un proposito che trà l'accopiare, & il comporre non ci sia alcuna differenza, & che si habbia da partorire prima che s'habbia appena conceputo, & che si debba credere, e dare autorità alle cose popolari. Et questa è una di quelle ragioni forsè ch'hà fatto sbigottir molti, e tralasciar di ritrovar le vere historie, e di raccommandarle alla perpetuità, con grandissimo ornamento dell' oblivione. Si può scusar parimenti della seconda colpa, ogni volta che si possa conchiudere, che l'Historico, non sii obligato à discender à particolari, ogni qual volta non ingombre, ò non confonda gli universali della sua narrativa, ò gli*

gli diversifica dalla verità. Et qualche cosa si concede alla passion della libertà humana, & tanto più se sono rarissimi i Mecenati, & che l'Autor non sii mercenario, ò venale. Dichiarando io che i Mecenati sino non tanto quelli che premiano, quanto quelli, che accarezzano, & che aggradiscono i sudori, che possono fecondar perpetuamente i nomi di quella mortalità, che si dilegua, e rende gli huomini uguali nel cadavero à gli animali più vili. Tentò il Cauriolo impressa eccessiva ma non pesante a chi non vi sotto pone le spalle, & il giudicio.

EX

GERARDI JOANNIS VOSSII,

Libro III. de Histor. Latin. pag. 254. b

Extremis *Frederici III.* temporibus, atque imperante *Maximiliano*, non exigua in existimatione erat *Helias Capreolus* Brixiensis, Jurisconsultus. Natus est *Capreola* gente, quæ eximii est apud *Brixianos* nominis. Præclare de patria meritus fuit libris XIV. de rebus Brixianis. Ex quibus XII. in lucem emissi *Brixiæ* apud *Arundum de Arundis.* Sed duo postremi, ipsius *Capreoli* manu exarati, supersunt in ædibus illustrissimi viri, magni literarum & literatorum patroni, *Dominici Molini.* Fuere ii ante *Octavii Rubei*, patritii Brixiensis, ex *Rubeorum* Parmensium familia; viri præcellentis eruditionis; uti monumenta ejus comprobabunt, quæ de Brixiensium, & hujus temporis gestis, summa industria, fide, ac prudentia pergit consignare. Decessit *Capreolus* jam decrepitus anno CIↃ IↃ XIX. Historiæ ejus Brixiensis meminit non semel *Leander* in Italia sua.

HELIÆ CAPREOLI
IN
CHRONICA
DE
REBUS BRIXIANORUM
AD S.P.Q. BRIXIANUM
PROOEMIUM.



Omnes omnium probitates & laudes (*ut* M. Cato, *&* Crispus Salustius *scripsere*) *tot ac tantæ videntur, quot ac quantas fecerint eas eorum ingenia, qui uniuscujusque facta descripserint. Unde Cæsares illi posteriores post* XII. *de quibus* Suetonius Tranquillus *auctor graviss. scripsit. Et si virtute rebusque gestis quibusdam ex primis illis æquari, ne dicam præferri possint. Quia tamen* Helius Spartianus, Julius Capitolinus, *& alii quidam humiliori stilo de illis scripsere eorum laudes probitatesque in obscuro & abdito latere videntur, ut etiam qui fuerint haud facile cognitu videatur. Quare* Alexandrum Magnum Macedonem, *ubi ad* Achil- M. Cato. Sal. Crispus. Suet. Tranquillus. Helius Spartian. Jul. Capit. Alexander Magn.

lis *sepulchrum venisset, graviter ingemiscentem dixisse ajunt.* O felicem juvenem! qui virtutum tuarum talem reperisti præconem: Homerum *intelligens, qui* Achillem *tot tantisque laudibus extulerat, quantum ipse excellebat ingenio. Quorsum hæc tendant ne fortasse requiratis cives. Quur hæc una urbs nostra, quæ sicut rebus, bello, paceque felicissime gestis semper floruit, ita quoque ingeniis optimis abundavit: optimorum tamen scriptorum inopia, quæ fuerit & sit, jam pene nesciri videatur. Occidit (proh dolor) multis quidem populationibus, urbis nostræ talis historia, qualem nulla forte* (Romam *tamen excipio*) Italiæ *civitatum habeat alia. Sed non patiar profecto, animo non inferior* Josepho *illo* Judæo, *qui gentis suæ rerum magnitudinem in occulto jacentium se ad scribendum asserit concitatum: non patiar, inquam, non me ad urbis nostræ memoranda conscendere, cui tantum debeo, quantum non mihi, sed patriæ præcipue me natum intelligo, cui si benefacere pulchrum est, benedicere quoque non erit ingratum. Id tamen non gloriæ æmulatione, ut quosdam* Livius, Justinus, *&* Herodianus *existimant: nec mea eloquentia vel ingenio, quod sane per exiguum sentio fretus; sed vel sola ubertate varietateque materiæ, quæ omnium animos oblectare poterit, succurrentibus compluribus, tum vetustissimis, tum neotericis historiographis & aliis nostris, licet parum cultis Annalibus speramus hasce lucubrationes nostras, qualescunque futuræ sint, tantisper a studiosis lectum iri: dum præstantiore doctrina, elegantioreque facundia vir quispiam erumpat, qui feliciori ingenio urbis nostræ magnificentiam suis monumentis sit ad posteros mandaturus. Huic igitur cœpto (precor) Senatores justissimi adeste æquis animis: vobis auspicibus ingredior perpetuam a fundamentis historiam: verum brevem & compendiosam ne, ut assolet, prolixa nimium oratione lecturis aliquando fastidio forem. Vobis opus nostrum nominatim dedicandum statuimus. Dedicatum quæso eo affectu, quo scripsimus, accipite, fovete, defendite civis vestri munusculum, ut in sinu vestro inviolatum semper requiescat. Non sunt despicienda (inquit* Diodorus *) historicorum opera, quæ, quum legentibus præteritorum exemplis quid vel appetendum sit, vel fugiendum, ostendant, mortalium vitæ plurimum prodesse solent. Sed jam ab ipsius urbis conditore initium capiamus.*

Achillis Sepul. Homerus poeta. Josephus Judæus. T. Livius. Justinus. Herodianus. Diodorus Siculus.

BAPTISTÆ Mant. Carmelitæ, poëtæ celeberrimi,

IN HELIÆ CAPREOLI,

De rebus Brixianorum Chronica.

Si semel elapsum non est revocabile tempus:
  Quis tulit huc veteres, præteritosque dies?
Hic sua jam senior videt incunabula, & ortum
  Brixia, & hic simul est parvula, adulta, senex.
Capreoli Heliæ potuit facundia tantum:
  Sic patriæ pietas ingeniosa sua est.
Aesona restituit Medea potentibus herbis:
  Et gravis est medica pulsa senecta manu.
Plus dedit Helias: ævum simul omne coegit.
  Et senii rugas sustulit, atque necem.
Immortalis enim (dicendi copia tanti est)
  Est a Capreolo Brixia facta suo.
Debuit ut patriæ civis: sic patria & ipsi:
  A quo habet hoc ingens, perpetuumque decus.
Vive liber, vivat tecum tua Brixia, & autor
  Dignus ab æterna posteritate legi.

INDEX

INDEX AUCTORUM.

Chronica hæc his Autoribus constant,

M. Varrone.
C. Julio Cæsare.
Columella.
Salustio Crispo.
M. Catone.
Cicerone.
Plauto.
Suetonio Tranquillo.
Pliniis novocomensibus duobus.
Helio spartiano.
Julio capitolino.
Josepho judæo.
Tito Livio.
Ptolomæo.
Trogo.
Justinove.
Herodiano.
Laertio.
Homero.
Virgilio.
Catullo.
Ausonio.
Persio.
Martiale.
Servio.
Eutropio.
Divo Augustino.
Divo Gaudentio episcopo Brixiæ.
Divo Hieronymo.
Paulo diacono.
Paulo orosio.
Eusebio.
Valerio probo.
Vincentio gallico.
Ansoaldo episcopo Brix.
M. Faustino vate Brix.
Vitale Brix.
Bartholo. jureconf.
Sigilberto.
Joan. Boccatio.
Martino.
Philelpho.
Prospero.
Blondo.
Sabellico.
Baptista: & *Michaele Carmelitis.*
Jacobo Malvetio.
Hier. paracleto: & aliis quibusdam neotericis publicisque Brix. annalibus.

INDEX AUCTORUM

Cum Cognominibus ante Prænomina, tanquam magis notis.

Para-

F I N I S.





HELIÆ CAPREOLI DE REBUS BRIXIANORUM

LIBER PRIMUS.

2

Prima de conditorum opinio Herculi adscripta.



URBEM BRIXIAM quis condiderit, vetustate forsan erroris parente non erit scitu facillimum. Rumor hinc inde obstrepit, *Herculem* illum Magnum, peragratis omnis *Italiæ* partibus, in hanc ubi nunc *Brixia* est devenisse, qui quum amœnum situm frugum fructuumque uberrimum conspexisset in monte primum turres maximas arcemque suo nomine *Herculeam* ædificasse, in planitie vero miro saxorum opere ædes suo usui amplissimas construxisse. Quod probari asserunt earum ædium clarissimo testimonio, mirificis scilicet quæ adhuc supersunt vestigiis: Quæque per passus trecentos etiam longa succedunt, pluribus saxeis ingentibusque columnis, epistyliis capitibusve referta: manu (opinamur) alterius *Phidiæ*, aut *Polycleti* vel *Praxitelis* insignita, impræsentiarum *Herculea*, seu *Herculis* ædes vocitata. Quibus insuper ædibus aquæductus per montes longissimo itinere antiquissimi olim ministrasse conspiciuntur. Hæc itaque quum maxima fuisse videantur ac sint, *Herculis*que memoriam quasi recenseant à magno ipso *Hercule Jovis* & *Alcmenæ* filio conditа fuisse contendunt: Fabulosum hoc addentes

Hydra.

auctarium: *Hydram* ab ipso *Hercule* in loco ubi *Hydri Brixianus* est Lacus olim occisam. Idque loci nomen indicare. Quæ omnia quam sint poëtica & vana geographi ipsi ipsaque naturæ ratio & historia in primis ostendit. Non enim *Herculem* ipsum urbium conditorem non arcium aut ædium structorem; sed fortem probumque virum fuisse, & *Hydram* non apud nos, sed in *Lernæa Argivorum* palude ab eo legimus occisam. Id autem *Hydri* nomen quia à *Græco*, id est ab hydor quod est aqua procedit, olim quum *Italia* Magna Græcia appellaretur, ei lacui inditum existimaverim.

Maximianus Her. & Diocletianus Imper.

Quo mihi magis probatur, eas *Herculeas* ædes non ab *Hercule* ipso verum à *Maximiano* illo Cæsare cognomento *Herculeo*, qui una cum *Diocletiano* imperavit jam conditas esse. Quippe *Herculeum* ipsum, quum tumultum rusticani in *Gallia* concitassent & factionis suæ scævæ clarum nomen imponerent eo à *Diocletiano* missum atque levibus prœliis agrestes ipsos domuisse & partem *Galliæ* reformavisse, *Eutropius* scribit.

Eutropius. Platina.

Platina vero in vita *Marcellini* pontificis Max. *Diocletianum* in oriente, in occidente *Herculeum* ejus Imperii consortem ad persequendum Christianos extitisse confirmat: *Eusebium* secutus qui *Maximianum* quoque ipsum *Mediolani* purpuram deposuisse testatur.

Eusebius. Mediolan. Ausonius.

Cæterum scribitur, & præcipue in *Mediolanensium* Chronicis quod jam ab *Ausonio* tactum videtur, ubi in Epigrammate suo de *Mediolano* inquit:

Et regio Herculei celebris sub honore lavacri:
Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis:

A phanum à *Maximiano* ipso *Mediolani* una cum ejus urbis mœnibus extructum, illudque *Herculi* dicatum, atque idem Divo nunc *Laurentio* sacratum. 2 v.

Quod plane à nobis de industria visum, & diligenter examinatum testamur (ejus saltem vestibulo freti) cum ædibus iis nostris coævum & ex uno eodemque cum ipsis Lapidum nostratum genere, eademque sculptura videri. Quibus omnibus ædes ipsas non ab *Hercule* (ut diximus) Magno, sed à *Maximiano* ipso cognomento *Herculeo*, quum & nomen & rei excellentiam præ se ferant, omnino conditas non ambigimus. Adde in earum ædium eversione nostris temporibus visa saxa quam plurima priorum nominibus Augustorum insculpta & in opere ipso composita: post multos

B Augustos non autem à magno ipso *Hercule*, quem ante humanatum Deum annorum millibus fere quingentis fuisse docent, testari opus ipsum & ædes constructas esse.

Secunda de conditore opinio. Brimonio attributa.

Hinc igitur alii quidam huic *Herculeæ* fundationi minime assentientes *Brixiam* à *Brimonio*, nescio quodam *Indo*, fundatam sua tantum auctoritate fabulantur.

Tertia de conditorum opinio Trojanis assignata. Æneas. Turnus.

Alii vero urbem ipsam à *Trojanis*, qui quum *Ænea* in *Italiam* venere, *Turno* hoste superato, delectabiliora ejus provinciæ loca perquirentibus, quum ad locum, ubi nunc *Brixiæ* eminentior arx sedet, applicuissent, conspecta loci amœnitate commoditateque humano usui plurimarum rerum maxima, ibi eam tradidere fundatam: *Altiliam*que quasi alterum *Ilion* ab eis fuisse appellatam.

Altilia.

Quod absonum aut ab

C re non positum videtur. Quum ejus præsertim vetustissimæ ruinæ instar urbis *Trojæ* (ut illinc venientes affirmant) habeantur. Quumque ipsius *Æneæ* comites nonnullas in *Italia* condiderint civitates, quod *Ovidius Naso* de patria sua loquens ita testatur:

Ovid. poët.

Hujus erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Quarta de conditore op. Germanis ascripta.

Nonnulli etiam a *Germanis* urbem nostram conditam fuisse haud parum contendunt, *Livium* (reor) sequentes, qui locum ubi nunc *Brixia* est tentum habitatumque à *Germanis* ipsis olim fuisse scribit: sic enim alia (inquit) subinde manus *Germanorum*, *Elitovio* duce, vestigia priorum secuta, eodem saltu, favente *Bellovefo* cum transcendissent Alpes, ubi nunc *Brixia* & *Verona* urbes sunt, locos tenuere.

Ti. Livius. Elitovius. Bellovesus. Joannes Tor.

D *Joannes* quoque *Tortelius* orthographus manifestissime eam a *Germanis* conditam affirmat his verbis. *Brixia urbs Galliæ Cisalpinæ à Germanis transeuntibus in Italiam, duce Ciconio, condita est.*

Quinta de conditore op. Cenomannis adscripta.

Sed non desunt qui urbem nostram à *Cenomannis* illis juxta *Massiliam* alias habitantibus conditam asseverent: Itidem *Plinii* auctoritate confirmantes qui in *historiæ naturalis tertio* hæc scribit. *In mediterraneo regionis decimæ Brixia Cenomannorum agro.* Et paulo post *Cenomannos*, subdit, juxta *Massiliam* habitasse.

Plinius.

Ptolemæus quoque cosmographus *Brixiam Cenomannorum* urbem esse confirmat. Quæ quidem opinio

Ptolemæus.

opinio præter auctoritates ipſas, ſi eorum *Maſſilienſium* noſtrorumque mores æquiparemus rationi non abſona eſſe omnino videtur. Illi nanque (*Strabone* teſte) rem urbanam per optimates & ariſtocratiam regentes omnes legum æquitate ſuperant, conſilium DC. ex viris inſtituentes, qui quoad vita ſuperſit, id honoris genus habent, quos

Strabo hiſt.

3 timuthos id eſt honorificos appellant. Et paulo poſt ſubdit, eos *Maſſilienſes* miræ fortitudinis eſſe viros. Noſtri quoque (& ſi non per eundem virorum numerum ſibi conſilium inſtituant) per optimates perpetuos rem urbanam regunt, legum æquitate nullis unquam inferiores. Qua vero fortitudine, quove animo noſtri ſemper extiterint cives, hac plane hiſtoria locis ſuis (reor) patebit, ubi præcipue bella pugnæque deſcribentur. Cæterum & alii ſunt, qui urbis noſtræ originem altius paulo repetentes, eam à *Thrace* quodam *Trojano* tempore *Gedeonis* judicis *Iſraelis*, anno ante Chriſti adventum, MCCXXC. paulo ante *Trojanum* bellum conditam, eamque *Thraciam* à conditoris tunc nomine fuiſſe appellatam. Quorum opinioni ſuſtentandæ *Ptolemæi*, *Plinii* que auctoritas ſatis profecto conducit. Ille enim *Brixiam* ſub *Venetia* ponit: hic vero *Venetos Trojana* ſtirpe ortos, *Catonem* teſtem adducit. Verum ſi attendamus quod primo primæ *decadis Livius* docet, capta ſcilicet *Troja*, caſibus deinde variis *Antenorem Trojanum* cum multitudine *Venetum*, ſeditione è *Paphlagonia* pulſorum veniſſe in intimum maris *Adriatici* ſinum, *Euganeiſ*que qui inter mare *Alpeſ*que incolebant pulſis, *Henetos Trojanoſ*que eas tenuiſſe terras, & in quem primum egreſſi ſunt locum, *Trojam* vocari, pagoque inde *Trojano* nomen eſſe, gentem univerſam *Venetos* appellatos.

Sexta de conditore opinio. Thraci cuidam aſſignata.
Ptolemæus. Plinius.
Venetia.
Cato.
Ti. Livius.
Antenor.
Euganei.
Heneti
Troja nova.

Non profecto *Plinii* & *Ptolemæi* auctoritates multum pro ea ipſa de *Thrace* opinione reperientur: Quandoquidem *Venetia* ab *Henetis* ipſis & *Trojanis*, qui *Veneti* poſtmodum ſunt nuncupati nomen accepiſſe videtur. Itaque ſi ante eorum in has partes adventum *Brixia* fuiſſet, non ea in *Venetia*, quæ non erat, ſed in *Euganea* potius, eo quod *Euganei* (ut ex nuper adducta *Livii* auctoritate elicitur) populi circumquaque hic habitantes nominabantur, *Ptolemæus* poſuiſſet. At temporis tamen brevitate inter *Gedeonem* ipſum judicem *Iſraeliticum* & *Trojæ* captivitatem, qui *Brixiam* (ut docuimus) ab ipſo *Thrace* ejus *Gedeonis* tempore conditam ferunt eorum opinio hac una (qualiſcunque ſit) ratione ſatis omnino ſuſtentari videtur. Quum *Italia* inter omnes orbis terræ provincias laudatiſſima (*Plinio* authore) habeatur, & in *Italia* pars hæc quam olim *Ciſalpinam Galliam*, nunc vero *Lombardiam* vocitant, ſalubrior ſit atque fœcundior: nec non (*Cicerone* teſte) *Italiæ* flos, firmamentum Imperii *Rom.* ornamentum ſit dignitatis, ac in ea *Brixianus* inſuper ager cæteris felicior comperiatur, ſemper poſt habitatam *Italiam* in eo civitatem aliquam celeberrimam extitiſſe credendum: Sic enim natura efficitur, ut ſalubria felicioraque a mortalibus pro habitatione loca quærantur. Reliquæ igitur opiniones, quum eorum ſint, qui (*Hercule* excepto) multo poſt *Æneæ* adventum in *Italiam* veniſſe traduntur, hanc unam de fundatore veram eſſe contendunt: Jactantes etiam, nihil ſibi fundatori, obſtare quod id primum *Thraciæ* nomen in id

Veneti.
Italia.
Ciſalpina.
Gallia.
Lombardia.
Cicero.

3 v. quod *Brixia* eſt, videatur mutatum: quando ab inſtauratoribus à Regibus vel à principibus nedum à fundatoribus alia & urbes & provincias nomina crebro ſortitas manifeſtum appareat: quod uno vulgatiſſimo *Conſtantinopolis* exemplo comprobare nituntur, quæ ab inſtauratore & principe ſuo *Conſtantino Magno* ſic eſt appellata: quanquam *Bizantium* antea, & prius *Ligos* proculdubio diceretur. Id quoque nominis *Thraciæ* à majoribus

Nomina mutari.
Conſtanti.
Byzantium.
Ligos.

A noſtris non inconſulte mutatum affirmant: ne ſcilicet quum de *Thracia* ageretur, audientium forte aures confunderentur: ut in amphibologicis aut æquivocis nominibus ſæpe fieri ſolet. Itaque de hac, an de ea quæ in *Scythiæ* partibus ponitur, mentio fieret, in dubium traheretur: quippe quum de ultima illa quædam haud ad laudem ſpectantia hiſtorici aperte deſcribant, eam quandoquidem homines temerarios aluiſſe, quibus aſper corporum inerat cultus, plerique teſtantur. Enimvero quum *Juſtino* Magni *Trogi Pompeji* lepidiſſimo abbreviatori una cum pluribus litterarum ac hiſtoriarum antiquarum viris eruditiſſimis pla-

Juſtinus. Trogus Pompej.
Septima efficaciorque de conditore opinio. Gallis Senonibus Duce Brenno aſſignata.
Anno ante Chriſti adventum CCCC.

B ceat, urbem noſtram à *Gallis Senonibus* in *Italiam* tranſgreſſis duce *Brenno* fundatam: licet poſt habitatam per multa ſæcula *Italiam* ipſam ingrederentur, anno videlicet ante Chriſti adventum quadringenteſimo. Nullam aliam de fundatore ſententiam veram ipſe aſſerere auſim: niſi *Thracem* forte quem diximus fundatorem, *Brennum* autem (nam & ipſe hinc alios expulit, qui prius habitaverunt) inſtauratorem dicere præſumamus. Equidem ipſe mihi non blandiar: Patriæ non adulabor: mentiri cum omnibus turpe ſit hiſtoricis fœdiſſimum puto. Quare probatis malo authoribus annuendo juniorem quam diſſentiendo (niſi vel ratio vel alii ſuccurrerent forte probatiores) videri

C antiquiorem. Cæterum quod *Brennus* non forte primus fundator, ſed fuerit potius inſtaurator, præter id quod ipſe *Juſtinus* dum dicat & *Comum* & *Bergomum* urbes à *Brenno* conditas, à *Plinio* emendetur auctoritate *Catonis*: & *Thuſcos* hinc ab ipſo *Brenno Galliſ*que pulſos affirmet. *Brixianus* (ut dictum eſt) ager fœcundiſſimus idem & ſaluberrimus multis plurimum intellectui perſuadere videtur: ipſe namque ea amplitudine, fertilitate & omnium rerum opportunitate ornatus eſt, ut nullus forte alius in *Europa* nedum in *Italia* ipſa, illi merito poſſit adæquari: extenditur enim (ut ſci-

Juſtinus Troguſve emendatur à Plinio auctoritate Catonis.
Ager Brixianus.

D tis patres) ad octingenta fere ſtadia à loco *Moſi* apud *Mantuam* quindecim paſſuum millia uſque *Dalengum* in ſummitate vallis *Camonicæ* vicum: à *Limono* vero Benacenſi vico *Urceas* novas per quadringenta ſtadia protendi nonnunquam experti ſumus. De qua menſura terminiſque latius infra ubi de *Henrico* ejus nominis *ſexto* Imperatore dicemus. In 4
eo præterea agro tres lacus mercibus & piſcationibus circumquaque commodiſſimi, ac cordi quidem non immerito civitati. *Benacus* non à penaco quaſi penes *Nacum* oppidulum *Tridentinum* primario fluvio lacum ipſum efficiente (ut *Sabellicus* inquit) denominatus; ſed à *Benaco* olim op-

Moſum olim clarum oppidulum.
Dalengum.
Limonum.
Urceæ novæ.
Benacus.
M. Ant. Sabellicus.

E pido *Brixiano*, diluvio quodam jamdiu prope ubi nunc *Tuſculanum* eſt vicus in ipſum lacum ſubmerſo, ex quo *Mintius* amæniſſimum & Virgilianum flumen erumpit. Lacus *Hydri* ex quo *Clyſis* amnis, ex quo etiam fluvius navigabilis ad urbem fere uſque utiliter tendens. *Sebinus* Lacus nunc *Iſæi*: ex quo *Ollius* fluvius quoque tum magnus tum ad irriganda prædia campoſque *Brixianos* per multos meatus quam commodiſſimus. Qui Lacus omnes & flumina optimis etiam & nominatiſſimis piſcibus ſemper abundant, quorum inter genera, qui vulgo *Carpio* dicitur, omnium delicatiſſimus exiſtimatur, ut ſinguli ejus duodecim un-

Tuſculanum.
Mintius.
Hydri Lacus.
Clyſis.
Sebinus Lacus.
Iſæum.
Carpio piſcis.

F ciæ argenti puri drachma ſæpius æſtimetur. Fontium item puriſſimorum & in urbe, & univerſo fere agro paſſim ſcaturientium tanta eſt copia, ut nemini habitantium optimæ Fontis aquæ æſtivo etiam tempore ulla videatur inopia: adde non modo ad neceſſitatem verum etiam ad voluptatem ſingulis fere civibus fontes cedere non ambigimus. *Mellam* denique *Cartiam* (alias *Melonem*) & alios torrentes agrum hunc noſtrum feliciter percurrere conſpicimus: qui tametſi aliquando infeſti videantur,

Fontes.
Mella. Cartia. Melo.

deantur, plurimum tamen commodi suis præsertim irrigationibus præstant. Atqui & de ipso *Mella* Virgilius *Lib.* IV. *v.*277. loquens ait:

Virgilius Maro.

—— *tonsis in vallibus illum*
Pastores, & curva legunt prope flumina Mellæ.

Sed de *Melone* Catullus *Brixia* chinnæa supposita in specula:

Catullus po. Ver.

Flavus quam molli percurrit flumine Melo.

Melo enim ibi contra *Parthenium* quendam *Catulli* commentatorem legi debet: non *Mella*: nam *Mella* nusquam percurrit *Brixiam*, sed *Melo*: Et hic quidem fere semper flavus non autem ille. Cæterum in ipso agro campi fertiles sunt, innoxii saltus, valles fœcundissimæ, vitiferi, & aprici, colles, planitiesque perpulchra, & suis distincta locis villarum pulcherrima multitudo. In eo præterea dispersa perinde ac gemmæ oppida munitissima, sub uno aspectu lætantium naturæ & artis, opus dignissimum cernuntur. Huic quoque agro omnium denique optimarum rerum profusa est abundantia: quicquid enim est victui humano maxime opportunum, nusquam præstantius inveniri perhibetur. Frumenta cujusvis generis vina, oleum, vellera, lina, aves raræ, rariores pisces etiam, qui nisi hic nusquam reperiuntur, carnes, tum domesticæ, tum sylvestres, lactis omnifariam, & caseorum copia: nuces, poma, citrea quoque & id genus fructuum: ut altera *Corcyra* videatur: & *Brixia* à *Brithein* quasi à gaudentibus arboribus suo pondere fructuum, ab aliquibus dicta existimetur. Adde & leguminum quamplurima genera: Lignaque à focis, ædificiisque omnium generum optima, noster producit feracissimus ager: Aromata etiam nonnulla, ut crocum. Metallis quoque, auri, argenti, æris, ferri, & hujusmodi quamdiu placebit effodere, nostri montes semper exuberabunt. Missa hic non faciam varia marmorum genera: Lapides summo pretio dignos: infinitam præsertim alabastrorum, porphyritarum, & Jaspidum copiam: & ejus quidem magnitudinis, ut etiam vehiculo haud facile transferantur, ut *Tauro* monti in aquilonari aspectu, cujus fama vagatur, uvæ racemum duobus protendi cubitis, & *Hyperboreæ* Insulæ in oceano Indico: atque fœcundissimæ *Ægypto*, quæ publicum mundi horreum dicitur, ager noster recte æmulari videatur. Sed hæc de agro, ut almam ipsam urbem vel loci vel humani usus ratione vetustissimam omnino esse clarius quisque intelligat, cognoscatque nostram *Brixiam*, qui struxere, non repentino aliquo casu, aut temerario consilio, sed animorum generositate, atque prudentia adductos, eam non in abruptis montibus pendere vel in convallibus infimis latere, quasi aliqua urgente necessitate non consilio voluisse. Cui etiam sententiæ satis conducere videtur astrologorum conclusio, qua sub influxu cælestis Scorpii una cum *Patavio* ponitur *Brixia*, perinde ac si eodem tempore eædem ipsæ urbes omnino conditæ fuerint: Verum enim vero non antiquitate solum neque loci tantum eucrasia, id est bona temperie quod natura præstitisse videtur, sed probis consultissimisque viris, rebusque suis optime gestis, laudem gloriamque profecto non vulgarem urbs nostra consecuta est, & magis forte consecutura. Constat enim tum annalibus nostris, tum publicis etiam aliorum historiis, triginta ejus pontifices martyresque quam plurimos (de quibus locis suis plura) in sanctorum catalogo esse descriptos. De ducibus vero, & aliis rei militaris peritissimis strenuisque viris, ac de cæsarei pontificiique jureconsultissimis nec non doctoribus apprime doctis, & in omni scientiarum genere abunde litteratis utriusque sexus civibus nostris, quum locis suis mentionem facturus sim, nunc silentio præterire satius duxi:

Parthenius emendatur. — Copia. — 4 v. — Comparatio ad Corcyram. — Brixia unde dicta. — Aromata. — Metalla. — Marmora: Lapides pretiosi. — Comparatio alia ad Taurum montem: & Hyperboream insulam Ægyptumque fœcundissi. — Brixiam Pataviumque sub Cælesti Scorpio. — Episcopi Brixiæ XXX. Martyres.

A

Id tantum, quod de his *Ludovicus Cendrata Veronæus*, vir sane veritatis disciplinæque amator intellexerit, inpræsentiarum recensurus. Is enim quum de *Brixia* civem quendam nostrum sua epistola alloqueretur, ortus (inquit) in ea civitate es, quam certe possumus Academiam non solum hominum, sed etiam fœminarum merito appellare. Noverat enim *Ludovicus* ipse nostros non modo viros, sed etiam mulieres aliquas literarum fuisse consultas. Cæterum hic non referre non possum, quod *Hieronymus Campagnola* Patricius *Patavinus* ad *Cassandram* mulierem doctissimam, quum eam *Patavio Brixiam* venire adhortaretur, sententiæ meæ adstipulans testatur his verbis. Videbis (inquit) *Brixianorum* civitatem affluentem equestris ordinis viris, Jureconsultis, philosophis, medicis singularis quidem doctrinæ, tam venustæ nobilitatis civibus uberrimæ divitiarum copiæ refertis, ut regulis possint merito comparari. Hic fabrorum omnium copia est, qui ad humanos usus quælibet fabrefaciant: videbis pulcherrimam urbem inexpugnabili propugnaculo circumseptam: vetustissimis obstructam templis: *Herculis* amphitheatrum ab *Herculeo Maximiano* ædificatum, cujus columnarum ac silicum arte mirifica sculptarum vestigia cernuntur, in quibus epigrammata Romanis litterarum characteribus omni excisis arte conspiciuntur: ita ut proculdubio *Brixiam* mirabilem extitisse *Romanorum* coloniam, omnes sentiant. Hic arx eminens invincibilis est, inimicis desperationem potius & exitium minitans, quam spem potiundæ victoriæ promittens. Hic atria omnium armamentorum genere repleta, quibus XX. fere armatorum millia, omniaque murorum propugnacula uno die communiri possent. Hic ad trivia quatriviave publica ædesque civiles fontes deducuntur. Hic ager feracissimus, *Bacchi* pampinea *Cererisque* aristea cornua affatim habet, montibus frugiferis olei vinique collibus circundatus, qui ferri, pretiosorum lapidum, argentique mineras continent. Urbs hæc pene divina, *Benaci* lacus particeps, qui non modo delicatos producit pisces, verum circunstantes colles electissimis exuberant fructibus. Pabula in hac planicie sunt pinguia, continuis irrigata rivulis, in quibus greges maximaque educantur armenta, ex quibus lacticinia uberrime coagulantur, ex quibus magnum auri pondus. Hæc divina demum Urbs ab elysiis campis videtur oriunda, ut orbis terrarum deliciæ merito dici possit. Et infra. Te hic legum liberaliumque artium, græcarum latinarumque doctores circunstabunt tuam admirantes doctrinam, artemque dicendi. Te nuptæ, te viduæ quarum princeps est *Laura Cereta* vidua sane litteratissima. Te virgines omnes nobiles veluti sanctæ. Hæc & alia de doctrina, & aliis *Brixianorum* honestissimis rebus compendiose retulit *Hieronymus* ipse *Campagnola*. Quæ nisi ab imperito illo & oblivioso scriptore aufugissent, qui in suo (ut ejus utar absurda inscriptione) cronicarum supplemento, *Brixiam* paucos viros egregie litteratos habuisse somniavit, propositum forte mutasset: Quippe & ipse in eodem illo emendicato supplemento diversis locis multos litteratissimos testatur fuisse *Brixianos*. Sed jam ad pensum redeo. Verum quidem uti virtutis suæ fructum sua in conscientia semper posuere *Brixiani*, minime vero in ambitione & jactantia: *Socratem* certe imitati, qui quum hominum sapientissimus esset, nihil tamen ad posteros scriptum mandavit: ita opera sua probitate ornata, nisi forte casu aut fortuna, extra se exiisse minime curavere. Insuperque non dictis tantum, sed rebus optime gestis sic semper delectati sunt: ut quæ merito scribenda essent efficere, quam

Ludovicus Cendrata Veronæus. — Hierony. Campagnola. — Cassandra. — 5 — Maximianus Herculeus. — Brixia. Ro. colonia. — Atria armamentorum. — Benaci lacus. — Laura Cereta Brix. — Socratis comparatio ad Brixianos.

B C D E F

gesta forte scribere maluerint: quanquam etiam non aliena eripere non aliis dominari, sed sua tantum tueri, fidemque, Iustitiam, Religionem, & omnium rerum charissimam libertatem servare seduli studuerint. Qua de re factum est, ut sapientiores etiam habendi sunt, qui virtutem magis,quam quod doctrinæ fucum adamaverint: ut digne meritoque cæterarum hujus provinciæ civitatum caput materque appelletur à doctioribus *Brixia*: nam de ea per introductam à se portam *Catullus poëta Veronensis* loquens ait. *Brixia Veronæ mater amata meæ.* Titus vero Livius *libro tertio quartæ decadis: Postea* (inquit) *quam fama accidit, alterum consulem Bojorum urere agros, seditio extemplo est orta: Postulare Boji, ut laborantibus opem universi ferrent Insubres negare se sua deserturos: Ita divisæ copiæ, Bojisque in agrum suum tutandum profectis, Insubres cum Cenomannis super amnis Mintii ripas consederunt. Infra eum locum quinque passuum millia & consul Cornelius eidem flumini castra applicuit. Inde mittendo in vicos Cenomannorum & Brixiam quod caput gentis erat.* Hæc ille. Vnde nemini dubium censeo, quum dixerit *Livius Brixiam* caput, quod erat gentis, debere intelligi ipsorum *Cenomannorum Brixiam* fuisse caput. Quos quidem *Cenomannos* plures esse civitates *Ptolemæus* docet. Ipse enim in III. de *cosmographia libro Europæ tabula sexta*, *Cenomannorum*, qui sub *Venetia* sunt civitates has ponit, *Bergomum*, Forum Diuguntorum (quam nunc *Chremam* aliqui putant) *Brixiam*, *Cremonam*, *Veronam*, *Mantuam*, & *Butrium*, non longe ubi nunc *Ferraria* est. Quarum omnium septem civitatum *Brixiam* caput extitisse, *Livius* ipse historicorum gravissimus proculdubio testatur. Et quamquam priscis illis temporibus ob *Romani* imperii magnitudinem nulla *Italiæ* civitatum rebus sese magnifice gestis extollere, neque gloria, neque virtutum splendore illustrare potuisset: nostra tamen *Brixia* quum divitiarum copia, tum populi fortitudine & rei militaris disciplina, fusis ab *Hannibale Romanis* haud longe à *Ticino* flumine auxilia (ipso attestante *Livio*) misit. Sic enim inquit *primo tertiæ decadis*: *Inde apertis locis facile tutantes agmen Romani, Tanetum vicum propinquum Pado contendere: Ibi se munimento ad tempus commeatibusque fluminis, & Brixianorum Gallorum auxilio adversus crescentem in dies multitudinem hostium tutabantur*: Quibus divus *Bernardus* Abbas in sua pro Hierosolyma ab hostibus liberanda ad *Manfredum Episcopum* & populum *Brixiæ* epistola in divi *Faustini* majoris bibliotheca registrata astipulari videtur his verbis. *Quia ergo fœcunda virorum fortium terra vestra & robusta noscitur juventute referta: sicut laudis & virtutis vestræ in universo resonat fama: accingimini & vos viriliter christiani nominis zelo arma felicia ad vindicandas Domini nostri Jesu Christi partes.* His igitur auctoritatibus *Brixiam* antiquissimam pariter & nobilem à suo usque exordio etsi abunde probetur priscorum tamen infinita pene Romanorum ac civium nostrorum clarissima, probitate virorum epigrammata in hodiernum usque diem nostra in urbe & in agro grandibus saxis insculpta illud idem non vulgari confirmant exemplo: hujusmodi quippe tot *Brixiæ* & in locis ubique nostris
6 monumenta visuntur, ut *Romæ* soror ea videatur: hic enim *Marci Varronis. M.T.Ciceronis. M.Terentii*, à quo forte oppidulum non longe à *Pompejo* & *Curtiano* antiquissimis etiam agri nostri castellis, in hunc quoque diem *Terentianum* appellatum. Hic *Tertii Æmylii Suri*, unde forte oppidulum aliud *Æmylianum*, unde etiam *Æmyliorum* civitati nostræ puto extare familiam. Hic *Valentiani* Imp. à quo *Valentianum* rus non-

5 V. Nota, Sapientiores etiam qui virtutem, quamqui doctrinam excolunt. Catullus poëta. Veron.

Ti. Livius Pat. hist.

Ptolemæus. Cenomannorum civitates.

Hannibal Romanos fugat: Quos Brixiani tutati sunt demum. Tit. Li. hist. Brixiani Galli, qui in Gallia cisalpina sint locati. Divus Bernardus.

Pompejanum, Curtianum, Terentianum oppidula Aemylianum Aemylii Valentianum

A nulli opinantur. Præterea *Isæum*, & *Sejanum* oppidula, quorum alterum ab *Isæo* illo in urbe *Roma* oratore facundiss. alterum à *Cn. Sejo Cos. Romano*, qui primus emit equum illum ad infortunia fatalem cognomento *Sejanum* nobis extare multis est persuasum. Hic *Sexti Callinii*: à quo *Callinum* oppidulum vel à *Calino* illo statuario, de quo *Quintilianus*: vel forte ab illo poëta, de quo *Strabo* non nihil dixit. Hic *Quinti Fabii*, à quo *Fabiorum* cognationem aliqui in urbe opinantur. Hic *Plinii Novocomensis*, viri consularis atque doctissimi. Cæterum quid de *Magiorum* nostratum familia? Equidem puto eam olim exortam à *Cn. Magio* illo
B *Cremonæ* præfecto fabrum, quem *Cæsar* (ut primo belli civilis legitur) ad ipsum *Pompejum* cum mandatis misit. Nam & hos nostros & *Cremonenses Magios*; qui ab ipso *Cn. Magio* provenisse feruntur, ex eadem agnatione esse utriusque insignia insignite testantur. Acceditque *Pompejanum* castellum, de quo paulo supra, in ejus *Cn. Pompeji* memoriam *Magii* ipsi nostri ceu coloniam suam sedulo habuisse videntur. Hic (ut semel dicam) plurium *Romæ* Coss. & Imperatorum nomina amplissimis perornatisque marmoribus, tanquam in loco immortalitati eorum accommodato, reposita habentur. Quæ etsi nonnulli ex civibus nostris
C tum soluta, tum frænata oratione memoriæ prodiderint, *Michael* tamen *Ferrarinus, Regiensis Carmelita*, ille antiquitatum indagator solertissimus in antiquario ad vos suo, sententiam hanc nostram sua plane auctoritate diffusius roboravit, ubi omnis *Italiæ*, quam totam lustraverat, nullam urbium comperisse refert, in qua tot *Romanorum* vestigia atque monimenta extitisse deprehenderit. Quod postremo colossi lapidei, quorum capita duo videri adhuc licet, vermiculata ex lapide opera, quæ Mosaica appellantur: Idola, & Imagunculæ æreæ jam diu, & in dies hic repertæ: infiniti pene augustorum nummi hac etiam ætate apud *Pontollium*,
D *Regiatum*, *Orianum*, & alia quædam hujus agri oppidula inventi pulcherrime testantur: trecenta namque pondo subæratorum nummum, *Romanorum* principum imaginibus signatorum *Pontollii*, & fere totidem æreum *Oriani*, atque *Regiati* inventa esse non multis supra annis manifestum cognovimus. Verum enimvero hujusmodi quæque ubivis reperiantur bona invidia æmulatiove persequi (proh dolor) non desistit: quid enim pluribus placet, difficile custoditur. Qua de re factum est, ut *Brixia* nostra pluribus vexata bellis sæpius igne consumpta (hujusmodi etiam adversis XI. *Livii decades* & aliorum innumerabilia fere sunt
E perempta volumina) pauca omnino ex eis pluribus memoratu dignis, nisi forte apud barbaros comperiri possent: ipsi enim hanc urbem manibus plerumque fortissimis invadentes quicquid ad nostram gloriam in ea invenerunt, aut asportaverunt, aut igni penitus tradiderunt: ut veteri adagio 6 V.
carmen hoc lachrymabile sæpe numero diceretur:

Succensa in multis ploratur Brixia flammis.

Tot tamen ac tantæ fuerunt, & sunt, Urbis nostræ probitates & res magnifice gestæ, ut nec barbarorum, nec aliorum quorumcunque æmulationis vires efficere potuerint, quin uti virtutis exemplar, inter cæteras *Italiæ* urbes (*Romam* semper
F excipio, quæ gloria cunctas excellit) hæc nostra penitus elucescat. Sed ad ea memoratu digna quæ post conditam urbem continuo effecta fuere, iam nobis est procedendum. Quæ quidem & qualia fuerint ea scilicet vetustatis ratione qua de urbis etiam conditore adduximus, difficilis admodum scitu fore proculdubio affirmamus. Legenti tamen mihi nonnulla chronicorum prærancida, & diutissimo pulvere obruta fragmenta: hæc ultro de priscorum civium gestis

Isæum. Sejanum.

Callinum.

Fabii.

Magii Brixiani.

Pompejanum.

Michael. Carmelita.

Lyſidis Pythagorici pronepotem Brixiani conduxere præceptorem.

ſtis ſeſe obtulere. Atavos noſtros Pythagoricum philoſophum *Lyſidis Tarentini* pronepotem, ære publico conduxiſſe, ejus doctrinam ac Pythagoricas leges ipſi civitati noſtræ participaturum: quanquam animalium carne cæteris cum populis abſtinere noluerint. Hoc tamen quum non multum de ſe probatos habeat auctores niſi *Italis* Pythagoricas leges (teſte *Laertio*) datas conſtaret, vix comprobare ipſe auderem. Poſt hæc vero ex antiquorum ejuſmodi geſtis nihil antiquius offendi, quam quod ſolis orbe iam viſo minui, & pugnare cum luna, immo duabus (ut *Paulus Oroſius* affirmat) lunis intra diem exortis, ſcutiſque in cœlo viſis ſanguine ſudantibus, cælo ſciſſo velut magno hiatu apparente, cruentiſque ſpicis in orbem metenti delapſis. Quum *Hannibal Carthaginenſium* imperator Appenninas Alpes tranſgreſſus fuit, *P. Scipionem* auxilio *Brixianorum* fretum juxta *Ticinum* ei occurriſſe: ubi & ſi omnis *Romanus* fere exercitus cum noſtris auxiliaribus copiis gentium equorumque & aliorum rei bellicæ impedimentorum multitudine ingruente deletus eſſet, ut totus etiam hujus provinciæ ager illis oppreſſus ſqualenſque nuſquam germinaret. *Brixiam* tamen tot tantiſque laſſatam laboribus ad ferendos cum *Romanis* caſus aſperrimos ſeſe conſtanter exhibuiſſe. Quod quidem illuſtre facinus & ſi *Livius* ipſe cujus *Romanos* extollere vel præcipua erat intentio non ita exprimat, id tamen fuiſſe non dubito, quod primo tertiæ Decadis author ipſe (ut ſupra oſtendimus) penitus non omiſit. Ad hujus autem rei comprobationem viſum eſt mihi conſilium de re ipſa vos reddere certiores: Recondita adhuc mihi eſſe domi ſculpti delicatique marmoris antiquiſſima fragmenta, in quibus egregiæ venuſtæque admodum viſuntur pugnantium ſemifiguræ, quibus (ut rettulit ſummæ integritatis vir *Aloyſius Capreolus* patruelis meus) hujuſmodi litterarum characteres ſuccisi alias legebantur. ROMANORVM ET BRIX. VICTORIA DVC. DVC. SCIP. Quod ſane juxta *Valerii*, *Probi* de notis antiquis interpretationem ſic extendi licet. *Romanorum* & *Brixianorum victoria ductorum duce Scipione.* Marmor autem ipſum ſic ſculptum tempore ejus victoriæ contra *Hannibalem* ad tantæ rei memoriam: & inter *Romanos Brixiano*ſque perpetuum amicitiæ fœdus initum eſſe, multis eſt perſuaſum. Miſſum facio epi-
7 gramma illud ingenti ſaxo inter forum appellamento, novum & vicum qui *Calcaria* dicitur hujuſcemodi characteribus inciſum.

CN. CORNEL. NIKANOR IVNONIBUS. V. S. L. M. Hoc quòque aliud prætereo, nuper in Divæ *Iuliæ* hortis refoſſum & his Litterarum ſignis magno Lapide exſculptum.

P. CORNELIO LE. SCIPIONI COS. PR. AERARI LEGATO TI. CAESARIS AVG. LEG. VIIII. HISPAN. PONTIF. FETIALI. D. D.

Etenim ſi parum primum, ſecundum nihil *Scipionem* noſtrum mihi redolere videtur, quippe non potuit ipſe *Scipio Tiberium* Cæſarem unquam vidiſſe. Cæterum quod de illo tulit *Jacobus Malvetius* civis noſter, ille phyſicus hiſtoricuſque alioquin oculatus, qui ut patriam & ipſe ſuis ſcriptis illuſtraret pro virili ſategit, ſilentio duxi non omnino prætereundum: Inquit autem *P.* ipſum *Scipionem*, quum in *Italiam* reverſus eſſet parta jam de *Carthaginenſibus* victoria, *Romam* tandem rediturum veniſſe *Brixiam*, accepti forte alias beneficii non immemorem: hicque ſobolem ex ſe quandam reliquiſſe, quam divorum *Fauſtini* & *Jovitæ* parentibus clariſſimam in poſterum originem præſtitiſſe confirmat. Alii tamen martyres ipſos non ab ipſo *Scipione*, verum à fundatore

(Margin notes, left column: Laert. hiſt. — Paulus Oroſius hiſto. Prodigia cœleſtium &c. — Hannibal. — Scipio. — Livius. — Aloyſius Capreolus. — Valerius Probus. — Iac. Malvetius Brix.)

A urbis vel ab aliquo ex proceribus ejus per longa tempora originem duxiſſe malunt. Quod etiam mihi fit vero ſimilius: Nam non apud priſcos doctioreſque hiſtoricos ejus *Scipionis* filios hic unquam conſediſſe legimus: At fundatoris vel procerum ejus prolem ſua in patria, quoad natura conceſſerit, perpetuo manſiſſe fateret. Enimvero atavi noſtri, ipſo hortante *Scipione*, prætorum & conſulum magiſtratus in urbe conſtituiſſe feruntur: eo uſque Pythagoricis ſacerdotibus adminiſtrati atque contenti. *Germanorum* autem & *Gallorum* numeroſis exercitibus in *Italiam* irruentibus *Romani* Imperii proſternendi aviditate, ubi
B *Venetorum* loca petiiſſent, ea igne, cæde & præda crudeliter devaſtarunt: *Brixiani* tamen quamquam ſuis undique confectis agricolis, commeatus inopia & hoſtium crebris inſultationibus vexarentur, urbem tamen hanc ſuam ab ipſis ferociſſimis hoſtibus illæſam inviolatamque viriliter conſervarunt. Oppreſſis tandem à *Cajo Mario Romanorum* conſule gentibus illis, ut neque mulieres neque filii, quos ſecum duxerant evaderent, quin ſponte ferro, igne & ſuſpendio ſeſe potius enecarent, quam Imperio *Romano* parere vellent, *Brixia* quoque una cum ipſo Imperio eſt liberata. Vnde epigramma illud magno ſaxo in ponte ſupra *Mellam* à crotis
C nuncupato, im præſentiarum uſque his litteris pendens. C. MARIUS. P. F. FAB. Q. SIBI ET TATIAE MATRI. T. F. à quodam *Fabio Quinto* ejus forte *Marii* commilitone quaſi ſepulchrum ſibi, ac matri hic teſtamento ſuò delegerit, effectum fuiſſe nonnulli opinantur. Is tamen *Marius*, non idem certe videtur, de quo ſupra: niſi forte binominem ejus patrem, more *Romano* dicamus: Quandoquidem illum non Publii (ita enim extenditur P.) ſed alterius *Marii* Filium fuiſſe *Plutarchus* hiſtoricus manifeſte deſcribat. Verum non longe à *Lunato* oppido veſtro collis eſt, *Marius* etiamnum inde (ut *Lunatenſes*
D ferunt) denominatus. Sed de hoc hactenus. Per 7 V.
id vero tempus multa terrificaque in omni *Italia* viſa fuere prodigia: Canes nanque, boves, equi & alia diverſi generis animalia humanis uſibus ſubdita ſubito efferata, ac priſtinæ lenitatis oblita, relictis dominis libera (teſte *Auguſtino*) vagabantur, omniumque hominum ſpernebant acceſſum, non ſine multo adeuntis periculo. Quæ autem majores ipſi noſtri poſt *Marii* tempora dignum memoria effeciſſent, ut hiſce chronicis noſtris haberentur inſita, quædam priſcæ urbis annalium fragmenta mihi fuere oblata, quæ quum primum aperuiſſem, *Cæſaris Iulii* gloriam contra
E *Germanos* Fronte tituloque ſignificarunt, e quibus omnibus ad gloriam noſtram pertinentibus hæc ſummatim elicui. Quum ſcil. *Julius Cæſar* adverſus *Arioviſtum Germanorum* regem moveret, eum *Brixiam* profectum, ubi contractis pluribus copiis multos ex civibus noſtris ei in regione, quæ nunc *Forum Iulii* nuncupatur non mediocri fuiſſe auxilio, ut præter ſpem illic aliquamdiu negotiantes Oppida complura, vicoſque nominibus *Brixianorum* fundaverint: cujus rei indicium nonnulli opinantur eſſe epigramma hoc in *Benaci* littore non longe à *Tuſculano* oppidulo ibi noſtro magno ſaxo inſculptum, atque ejus, Cæſaris nu-
F tu, ibi ſtatutum. D. D. IMP. CAESAR PRO SALVTE DIVAE CORNELIAE SACR. VIVENTE. M. TVLLIO ET L. CRASSO ET PETRONIO SCEVOLA II. VIR. HOSPES ERAT CAESAR CORNELIAE. Q. PATER. Quod quidem teſtimonio iſto (mea ſententia) non ſatis probatur: Namque epigramma ipſum aliud ſignificare recte ſentientibus præſtat. Verum vetuſtiſſimum aliud ſaxum epigrammate hoc inſignitum. M. PVBLICIO. M. F.

(Margin notes, right column: Magiſtratus Vrbis Præt. Coſſ. — Germani. Gallique in Italiam. — C. Marius. — Plutarchus hiſt. — Lunatum oppid. — Divus Auguſtin. — Iulius. — Arioviſtus Rex Ger. — Tuſculanum opp.)

FAB. SEXTIO CALFVRNIANO EQVO PVBLICO DIVI IVLI PRAEF. AEDIL. POT. QVAESTOR AERAR. SACERD. IVVENT. BRIX. DEFENSORI REIP. BRIX. COLLEGIA CENTON. ET FABROR. L. D. D. D. & in quadam ædicula *Herbuſci* etiam oppiduli veſtri reconditum una cum alio ſic inſcripto. C. IVLIVS PONTIFEX MAX. & in ædibus publicis ad forum magnum noſtra ætate recepto ipſi comprobationi magis profecto conducit: Hæc enim duo *Brixianam* remp. *C. Iulio* cordi ſemper fuiſſe non parum oſtendunt. De hoc tamen jam ſatis. Poſtea vero quam quadringentis quatuor annis *Romanorum* reſp. conſulibus, gubernata fuerat, *Cæſar* ipſe deletis *Pompejanis*, ipſum occupavit imperium. Triennio autem & menſibus ſeptem inde exactis, *Bruti Caſſiique* & ſexaginta amplius ſenatorum conſpiratione in curia *Pompeji* tribus & viginti vulneribus idibus Martiis occiditur, ut libertate priſtina potirentur. *Octavianus* autem qui vel ab augurio (ut quidam volunt) vel (ut *Eutropio* placet) quod remp. auxerat, *Auguſtus* poſtea eſt appellatus, *M. Antonio*, & *M. Lepido*, qui una cum eo rempubl. annis XII. tenuerant, terreſtri navalique prælio tandem profligatis, ſummam tunc rerum poteſtatem (græci monarchiam vocant) adeptus eſt ſolus, qui quum trigeſimo anno tutiſſima pace potiretur, *Chriſtus Jeſus* Dei filius de virgine naſcitur, à cujus natali reliqua urbis noſtræ memoranda annos plurimum & tempora ſument, ut hiſtoria ipſa chriſtianis temporibus impartita vobis forte gratior præbeatur. Sed huic jam primo libro calcem imponamus.

Herbuſcum opp. — C. Iulius. — Pompejani. — Brutus. Caſſius. — Libertas. — Octavianus Aug. — Eutropius hiſt. — M. Anto. — M. Lepidus. — Chriſtus Jeſus nat.

LIBER SECUNDUS.

NAto (ut ſuperiore libro diximus) humani generis redemptore *Jeſu*, *Brixia* feliciſſimo (quod & antea) *Romanorum* imperio ea euchariſtia conjuncta fuit, ut alterum Imperatoriæ majeſtatis ſolium plerumque ipſa teneret, ut quicquid ipſa optare videretur, priſci illi Imperatores libenti animo concederent, id ejus probitati ac fidei non immerito competere approbantes. Vnde multa præcipuaque ab Auguſtis ipſis civitati noſtræ indulta ſunt privilegia, quorum virtute conſules, Prætores, præfectos, Aſſeſſores, Vicarioſve, & alios complures magiſtratus *P. Scipionis* tempore inſtitutos tum in ea tum in agro plurima in oppida impræſentiarum uſque decernere perſeveranter licuit, comprobantibus idem aliis per tempora principibus noſtris. Inde quoque *Romanorum* inſignia imagineſque conſulibus uſque ornatiſſimis ſculpta marmoribus opera admiranda cernuntur. Hic enim atque in agro multa per loca torques, faſces, armillæ, & alia multa majeſtatem illam Romanorum fere divinam præ ſe ferentia paſſim viſuntur. In foro quippe magno (ut pauca de multis referam) cum torquium & armillarum ſignis hoc nobile conſtat epigramma.

Privilegia Magiſtratuum Brixianorum.

L. ANTONIVS. L. F. FAB. QVADRATVS DONATVS TORQVIBVS ET ARMILLIS AB. T. CAESARE BIS.

Mihi quoque domi antiquiſſima columnella eſt hujuſmodi epigrammate perornata.

L. TRVTINO PROBVS EX VOTO DEO DONVM DEDIT VIVIR AVG. BRIX.

Vobernæ inſuper magno ſaxo Epiodium hoc eſt inſculptum.

M. LAETILI. CASSIANVS PRAEF. AEDIL. POT. BRIX. SIBI ET LAETILIAE PRIMVLAE MATRI. RATINIAE INGENVAE VXORI. M. LAETIL. QVINTIANO LAETILIIS FIRMINAE ET SEVERAE FILIIS.

Vt *Romanorum* magiſtratus aliquos civitati noſtræ aliquando conceſſos monimenta hæc ipſa teſtentur. Eſt autem *Voberna* (ut dictio ipſa magis aperiatur) agri hujus oppidulum, quod corrupto vocabulo nunc *Boarnum* eſt vocitatum: quod quidem teſtatur epitaphium hoc maximo ibi ſaxo impreſſum.

Voberna. — Boarnum oppidum.

P. ATINIVS. L. F. FAB. HIC SITVS
8 v. EST. SI LVTVS SI PVLVIS TARDAT TE FORTE VIATOR. ARIDA SIVE SITIS NVNC TIBI ITER MINVIT. PERLEGE QVVM IN PATRIAM TVLERIT TE DEXTERA FATI. VT REQVIETVS QVEAS DICERE SAEPE TVIS. FINIBVS ITALIAE MONVMENTVM VIDI VOBERNAI. IN QVO EST ATINI CONDITVM.

Porro *Minutius Macrinus* ille priſcus civis noſter magna quidem ac ſingulari modeſtia vir, ſub *Tito* Aug. *Veſpaſiani* Aug. filio ad ſubverſionem *Hieroſolymorum* profectus, equeſtri dignitate, quia nihil altius voluit, ab ipſo imperatore donatus fuit. Is ille *Macrinus* eſt de quo tot tantaque epigrammata & in urbe & in agro habemus: de quo etiam *Perſius* poeta inquit.

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.
Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Is ille eſt de quo etiam *Plinius* nepos: *Patria eſt*, inquit, *ei Brixia ex illa noſtra Italia quæ multum adhuc verecundiæ antiquæ & frugalitatis retinet ac ſervat.* Quanquam vitiati quidam ibi ab noſtræ gloriæ æmulatoribus textus legantur, *Patria eſt ei Brixia ex illa noſtra Italia, quæ multum frugalitatis atque etiam ruſticitatis antiquæ retinet.* Rati namque æmuli ipſi, ruſticitatem ad contumeliam pertinere *Brixiam* ruſticitatis partem ſapere, tam inſcite quam maligne falſa *Plinii* auctoritate oſtendere ſunt nixi. Sed ruſticitatem profecto non ad vituperium imo ad laudem & ad bene honeſteque vivendum *M. Cato. M. Varro*, & *Columella* de re ruſtica pertinere plane demonſtrant. *M.* autem *Cicero* hæc de ruſticitate verba ſcribit. *Omnium autem rerum ex quibus aliquid acquiritur ſcil. honoris vel laudis nihil eſt agricultura melius, nil uberius, nil dulcius, nil homine libero dignius.* Sed quid aliud ſit agricultura, quam ruſticitas, dicant æmuli ipſi: Ego namque agriculturam ab agris colendis, & ruſticitatem à ruſticando, id eſt, à rure colendo olim diſcipulus à præceptore definiri audivi. Ruſticitas ergo non ad vitium, non ad vituperium, ſed ad honeſtatem & laudem pertinere plane manifeſtum habemus. Quod ſi ſecus eſſet, *Romuli* & *Numæ* Romanorum regum ruſticam progeniem *Columella* ipſe (ut fecit) non appellaſſet. *Diocletianus* quoque Imperator ille tantopere laudatus: qui imperio ſponte ſe abdicans, in villa non procul à *Salonis* præclaro conſenuit ocio, *Herculeo* & *Galero* eum rogantibus ad recipiendum rurſus imperium non ita reſpondiſſet. *Vtinam Salone videretis olera noſtris manibus inſita, profecto iſtud tentandum non judicaretis:* niſi intellexiſſet rem ruſticam in bonum ſemper fuiſſe locandam. Sed quid *Martialis* Urbanus ille & doctiſſ. vates de ruſticitate ſentiat, hic non referre non poſſum: nam

Minutius Macrinus. — Ti. Veſpaſianus imp. — Perſius poët. — Plinius Nepos. — Ruſticit. & Agric. nomina. M. Cato. M. Varro. Columella. M. Cicero. — Romulus, Numa, Regg. Diocletianus imp. — Herculeus. Galerus. — Martialis poëta.

[Trajan. Imper.] nam quum *Trajanum* imperatorem laudaret quod adulationes odiſſet & veritatem amaret ſic inquit. *Per quem ſc. Trajanum de ſtygia domo reducta eſt ſiccis ruſtica veritas capillis:* ut dictionem illam ruſtica in bonam commendabilemque partem accipi omnino debere non dubitaverit. Adde quod [Servius gram.] *Servius* ſuper illud Georgicorum quarto: En etiam ipſum hunc vitæ mortalis honorem. *Bene hono-*
9 *rem aperte* ait, *quia arare bene, animalia paſcere, apes etiam habere, honor erat: Nam ingenti honore fuit ruſticitas.* Hæc Servius. Cæterum ſi verbum id ruſticitatis convitio vel ignominiæ dandum eſſet non profecto à *Plinio* ipſo ibi dictum ſincerus quiſque arbiter judicaret. B Quippe quod quum verecundiæ & frugalitatis jam dixerit, quæ ad virtutem prorſus & ad laudem ſpectant, verbum ruſticitatis ſi adverſum illis ſenſum haberet non addidiſſet, quandoquidem ſibi ipſi contrarius omnino eſſet. Adde etſi omnino verbum id ruſticitatis, *Plinii* fuiſſet, non ad *Brixiam* tantum, ſed ad ipſam *Italiam* referendum eſſet: quandoquidem relativum illud quæ ad proximius antecedens quod eſt *Italia* referri debeat. Hæc autem quanquam ad hiſtoriæ facultatem haud multum conducant, non intempeſtive tamen referri ſum arbitratus, C ut civitatis noſtræ vulneratam (quod ajunt) gloriam non omnino interire poſſe oſtenderemus. [Minutius Fundanus Brix. Aſiæ Procos.] Verum alter quoque *Minutius* cognomento *Fundanus* ei *Macrino* ſanguine conjunctus, *Aſiæ* proconſul fuit: cui [Euſebius.] (*Euſebio* teſte) quum [Ariſtides Philoſophus Chriſ.] *Ariſtides Athenienſis* philoſophus ſub priſtino habitu, licet *Chriſti* diſcipulus, volumen noſtri dogmatis rationem continens *Hadriano* imperatori obtuliſſet: [Hadrianus Imp.] *Hadrianus* injuſtum fore exiſtimans [Crimen tantum. Accuſatum juſtus punit.] tot chriſtianos occidi ſcripſit, neminem occidendum, niſi de accuſatore & crimine conſtaret. D Mortuo autem *Chriſto* & in cælum reverſo, [Petrus Apoſtolus.] *Petrus Apoſtolus* tanquam religionis & ſacerdotii hæres ei ſucceſſit, [Anno Chriſti xlv.] qui anno quadrageſimo quinto ab ejus *Chriſti* nativitate tempore [C. Calligula Ti. F.] *C. Caligulæ*, qui poſt *Tiberium* Auguſti filium imperavit ubi *Romam* veniſſet, illic annis xxv. & menſibus vii. Chriſtianam diſciplinam homines docens valida prope virtute roboravit. Cui etiam ſubſidio quum divino afflante ſpiritu injunctus eſſet, [Paulus Apoſtolus. Barnabas Apoſtolus.] Prædicator gentium *Paulus*, beatus *Barnabas* unus ex lxxii. *Chriſti* diſcipulis mittitur *Mediolanum*, pauloque poſt inde *Brixiam* profectus, evangelicam hic legem concionabundus nonnullis civium noſtrorum quum eam inſeruiſſet, [Anathalon Primus Brixiæ Epiſcopus.] *Anathalonem* miræ virtutis virum epiſcopum ordinavit, ſacraque (miſſam vocamus) in ſacello fere nunc ſubterraneo ad *Jovis* olim phanum, E ſanctum *Petrum* in oliveto nunc appellatum, multis aſtantibus *Brixianorum* celebravit. [Credere non facile. Delii numinis Pyth.] Ipſi tamen ad credendum non faciles, *Anathalonis* doctrinam priuſquam aſſumere vellent, quod præſertim *Delio* numini *Pythagorico*, aliiſque colendis haud parum dediti eſſent, prodigiis, miraculiſve eam apud ſe comprobatum iri voluerunt. Timore vero necis *Anathalon* (imperabat enim tunc [Nero Imp.] *Nero* chriſtianorum acerrimus perſecutor) extra civitatem cum *Cajo* ſuo frequenti diſcipulo non paucis delituit diebus, religionem ibi chriſtianam una cum propria vita conſervaturus. F Cæterum cum de priſcorum civium noſtrorum religione mentio nobis hic nuper inciderit,
9 v. viſum eſt non ab re ſi nonnulla de eorum etiam templis, quibuſque in locis, quave ratione ea erexerint, meminerimus: [De Deorum Templis, & Religione Priſca.] conſtat enim tum annalibus quibuſdam, tum altaribus ipſis, diverſis adhuc numinibus olim per majores noſtros dicatis, huic noſtræ urbi religionem quam maxime cultam ſemper fuiſſe. [Saturni. Agricultura Lanif. & Eloquii Dei.] Primi quippe atavi noſtri *Saturnum* Deum autumantes, quod ab ipſo agriculturam primo lanificiumque, mox eloquentiam,

A quum in *Italiam* profectus à *Jano* hujus provinciæ rege gratanter receptus eſſet, *Itali* omnes liberaliſſime acceperint, mirum ei templum erexere, ubi nunc baſilica eſt, quæ Deo Chriſto demum dicata, ſancti *Salvatoris* æternum ſibi nomen vendicavit, [S. Salvatoris.] quo ſuis ritibus ſuiſque ceremoniis ad ejus colendum ſimulacrum confluebant: Ibi etiam adhuc extat epigramma ingenti lapide antiquariis hujuſcemodi characteribus inſculptum. COELIAE PATERNAE MATRI SINAGOGAE BRIXIANORVM. [Jovis Max.] *Jovi* quoque Maximo, quem non minori colebant religione, mirificum in *Chinnææ* colle templum condiderunt: B Quod poſtea tamen mutatum ob beati *Petri* apoſtoli reverentiam, juſſu cujus divus *Barnabas* eo in loco ſacra celebraverat, [S. Petri in oliveto.] Sancti *Petri* in oliveto ædem appellaverunt: [Onſat. Vic.] Quanquam in *Onſato* etiam viculo ſuburbano hujuſmodi characteres magno ſaxo cælati exiſtant. IOVI. P. PAPYRIVS EVTROPVS. V. S. L. M. Nam pluribus etiam agri locis ejuſcemodi ſacella fuiſſe non eſt dubium. [Conciſium oppidum.] Eapropter & *Conciſii* oppiduli veſtri ſub porticu ante ædem inſtar veſtibuli ſita ingenti admodum ſaxo tale inciſum eſt epigramma. IOVI. O. M. CONSERVATORI POSSESSIO- C NVM. Verum de his templis, quæ inter cætera apud cives noſtros præcipua videbantur, mens eſt mihi referre: de omnibus minime. [Pudicitiæ. Dianæ.] Itaque & *Pudicitiæ* numen, quam alias *Dianam* vocavere, inter eorum ſacra in delubro nunc Sanctæ *Mariæ* [S. Mariæ rotundæ.] *Rotundæ* nuncupato (ut auctor eſt *Malvetius*) [Malvetius hiſt. Brix.] ita ea religione colucre: ut ſine pudicitia & honeſtate (O utinam tales ſemper eſſemus) non homines, ſed pecora omnino ſeſe fore exiſtimarent. Tanta inſuper religionis ejus vis apud priſcos cives ipſos invaluit, ut in præſentiarum uſque per *Dianæ* nomen, penes multos jurandi uſus exiſtat: D perinde ac immortalis optimique numinis nomen jurantes ipſi invocarent. Admirative quoque, quid *Dianæ*? creberrime dici auditur. Huic vero quum in holocauſtis atavi ipſi majoreſque noſtri taurum offerre conſueviſſent; Chriſtiani demum effecti, inveteratam, & (ut ajunt) præran- [Tauri oblatio.] cidam illam conſuetudinem ad orthodoxam optimi maximique Dei religionem revocare volentes, taurum etiam in beatæ pudiciſſimæque Virginis ejus matris honorem, ejuſdem aſſumptionis feſto, pluribus ſæculis, ad ipſum venerabunda religione 10
obtulere: Verum conſuetudine ipſa veterrima reſoluta, & in religionem jam chriſtianam converſa, loco tauri maximam ei ceræ quantitatem offeren- [Bravium alipedibus.] E tes, bravium alipedibus præ civium, agreſtiumque lætitia, & gaudio exhibuere. [Petri Paulique templum Delii Apollinis.] Cæterum phanum, quod nunc Divis *Petro* & *Paulo* conſecratum eſt, non longe ab ipſo olim *Dianæ* delubro, *Delio Apollini* inſtitutione Pythagorica dicatum fuiſſe quidam ſunt opinati. [Pecuariæ rei Deorum Templ.] Alii tamen, quia in templo ipſo omnis fere pecoris imagines gypſo parietibus miro opere impoſitas fuiſſe conſtat: etſi in præſentiarum eliſa decuſſave (proh nefas) omni fere ex parte ſint: id, qui rei pecuariæ præeſſe ab antiquis cenſebantur, diis quondam fuiſſe dicatum communior extat opinio. Et me judice, vetuſtiſſima illa pythagoricæ inſtitutionis templa vel ædificia in hunc uſque diem perpetuare tempus F rerum edax non permiſiſſet: Immo partem illam ipſius templi, quam tribunam appellant, à chriſtianis noſtris additam fuiſſe, extra aleam eſſe omnino cenſemus. Porro *Palladis* (minervæ alias) [Palladis, vel Minervæ. Divi Joann. Bapt. ædes.] oraculum in divi *Joannis* baptiſtæ ſacrum eſſe converſum vetuſta fama teſtatur. Adde non longe ab ipſo loco Pægma inventum, & mihi domi reconditum eſſe, his characteribus inſcriptum. MINERVAE AVGVT. SEX. DVGIVS VALENTIO VIVIR AVG. Quamquam in vico

Cælatica.

vico Cælatica extra urbem tribus passuum millibus *Minervæ* marmoream constet arulam hujusmodi litteris egregie insculptam. MINERVAE SACRVM. MEDVSA CARIASS. V.S.L.M.

Manerv.

Et quanquam aliud *Manervii* oppiduli vestri (rectius tamen *Minervii* nuncupati) hujusmodi epigramma ingenti saxo extet incisum. MINERVAE. C. LVCRETIVS HERMES. V.S.L.M. Nam (ut dictum est) & in urbe, & in agro plurima

Herculis, & Divi Barnabæ Templ. Logratum oppid.

præter templa ejusmodi habebantur sacella. At *Herculem*, ubi nunc divi *Barnabæ* locus in urbe est, cultum fuisse, characteres hi magno ibi saxo cælati probare videntur. HERCVLI AVRELIVS SVRVS. Etsi *Lograti* antiquissimi ad decimum lapidem vestri oppiduli fasces & *Herculis* insignia magnis in secta lapidibus etiam me adolescente extarent. Aliud rursus *Ma-*

Manervium. Mercurii, Logratum.

nervii fuisse illi sacrum innuit epigramma ibi ingenti lapide insculptum. DIVO HERCVLI SACRVM. *Mercurii* autem Sacellum *Lograti* fuisse hoc docet epigramma, magno ibi saxo in omnium sanctorum æde his characteribus incisum. MERCVRIO CN. CAETRONIVS PRAESES. V.S.L.M. Sane omissis *Veneris*, *Pomonæ*, *Cereris*, *Lymphæ*que ac *Panos* & aliorum agrestium omnium fere numinum simulacris & templis: quæ quidem in agro magis quam in urbe celebrata fuisse non dubitamus: de illis ferocissimi *Martis*, *Bonæ Fortunæ*, voluptuosi liberi, lustrandique Februi superest, non nihil

IO V.

Martis, & divorum.

dicendum. *Martis* igitur templum in suburbiis tunc mirabile fuisse traditur: quod à Christianis Beatissimæ deinde virgini dicatum, Sanctam *Mariam* in nemore appellaverunt, quodque divis

Faustini, ac Jovitæ Templ.

postmodum martyribus *Faustino* & *Jovitæ* post eorum translatas eo reliquias est attributum. Id tamen ipsum proprium non fuisse crediderim: quod in præsenti pendere videtur: quandoquidem vel nimiis sæculis, vel barbarorum populationibus devastatum, quia extra urbem situm esset: ne ex eo numine aut in ejus forte sacrificiis civilia quandoque bella orirentur: sæpe (ut nunc est) videatur instauratum. Quod insuper ad hæc accedit non indignum memoria, non reticebo: In ejus templi ruinis inventum nostra ætate fuisse hujusmodi simulachrum. Viri armati cristatique æream imagunculam cui à dextris lupus, à sinistris vero picus avis etiam ærei cernebantur: Quod sane Idolum *Martem* repræsentare dubitat nemo, quippe *Martem* galeatum, cristatumque antiqui finxere: quod per arma ejus robur, per cristas furorem iramque denotarent: Lupum autem in tutelam ei asciverunt, ad insatiabilem voracitatem sequentium castra monstrandam: Sed picum quia bellorum (ut plurimum) viri auguriis intenti sint: vel quia uti rostro picus assidua percussione etiam robora penetret; sic & bellatores continua demolitione, aut certantium continuatione mœnia

Fortunæ. Bænacus.

urbium prosternant. Fortunam autem non in urbe, neque in suburbiis, sed apud *Bænacum* colere voluerunt: quod loca, quibus forte magis dominari apparet (lacus enim ibi & loca alterna sæpe

Matern.

afficiuntur fortuna) gratiora ei essent omnino reddenda: quod sane Idolum *Materni* oppidi vestri *Bænacensis* in pariete templi Divo *Herculano* olim antistiti nostro sacrati repositum comprobare videtur: cujus quidem talem constat esse imaginem. Currum scilicet in erectæ fere cymbulæ formam duabus tantum rotis, duobusque velocissimis duntaxat equis ab alato puero super ipso curru stante exagitatis evectum. Alii tamen fortu-

Salodium.

næ templum *Salodii* municipii quoque vestri *Bænacensis* extitisse, contendunt: allecti quadam arula ibi hujusmodi litteris insculpta. I. O. M. HELVIA FORTVNA. Sed aram illam non for-

A

tunæ numini, sed *Jovi* optimo maximo ab *Helvia Fortuna* muliere quadam non ambigo esse dicatam: quippe tres illi primarum litterarum characteres. I. O. M. *Jovi optimo maximo* (*Valerio Probo interprete*) assignantur. *Victoriæ* quoque & *Bellonæ*, ædem non longe ab ipso *Benaco* fuisse docet epigramma hoc ibi magno saxo cælatum.

Victoriæ. Bellonæque.

M. MERVLA TVRPILII ME.F. FIDELIS FID.F. TRIB. PL. TVRREM CEN. PED. EX. S. C. VICTORIAE ET BELLONAE AEDEM. D. D. D. D.

Bacchi. Dionysii. Euphemiæ.

Bacchi vero vel *Dionysii* templum ubi nunc divæ *Euphemiæ* locus extra urbem nonnulli fuisse affir-

B

mant, quod ibi plura ex sacris *Libero* patri olim inventa sint monumenta, lapides scil. Tyrso, II

Capra, & aliis ejuscemodi hieroglyphis bacchanalibus efficaciter insigniti: Quanquam alii quidam ipsius *Iachi* numen in *Franciacurta* agri hujus regione cultum fuisse descripserint. Cæterum quod insuper de *Baccho* aliqui fabulantur, si pro decentia reprehenderimus, forte non erit inconcinnum: ajunt enim *Bacchum* ipsum aliquando appellatum esse *Brixeum*: quod *Brixianis* suo munere scil. optimo cujusvis genere vini mirum in modum favere videatur. Qui tamen non *Brixeus* quidem sed *Bryseus* à *brycho* græce, id est, fremo:

Francia Curta. Bryseæ pluralis numeri tantum: non Brysea (ut scribunt aliqui.) Homerus enim iliados secundo. Brysias nemonto & augias cantinas.

C

Unde brychmos id est stridor, quod in bacchanalibus striderent, fremerentve: aut etiam à *Bryseis* civitate *Laconiæ*, in qua colebatur: vel (ut aliis placet) ab antiquo verbo *bryo*, quod est emano scaturioque significat: quoniam vel ex alvearibus mella, vel ex uvis musta exprimere primus docuerit, *Bacchus Bryseus* est nuncupatus. Verum enimvero *Februo* Deo, qui lustrationum potens (ut *Macrobius* refert) credebatur, tantam à nostris venerationem allatam novimus: ut ab ea Februario præsertim menstruo, tecto capite, varia veste, larvis cavatis, mutabilibusque personis nunquam hactenus defecisse videatur: Quippe su-

D

pra *Italos* omnis inveteratam illam lustrandi, & personatorum consuetudinem nostri saltem juvenes in præsentiarum usque hederaciter observaverunt: Quanquam non ut purgentur manes (ob quod inductam nonnulli censent) sed ut cantu, sonoque, & saltatione (ut tibicines, de quibus *Ovidius* & *Valerius Maximus*. de institutis antiquis) per urbem liberius vagari nunc possint, eam pertinaces obtinuerunt. Cæterum consuetudinem quoque ipsam à *Bacchi* sacrificiis originem duxisse quidam alii contendunt, freti auctoritate *Virgilii* dicentis, Georg. Lib. II. v. 387.

Februi. Macrobius. Ovidius. Valer. Max. Virgilius.

Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis.
Et te Bacche vocant &c.

E

Ego tamen cum primis sentiens: id licet in bacchanalibus effectum quandoque videatur, in februario tamen quum apud nostros præcipue solitum sit: non *Baccho*, sed *Februo* ipsi effectum fuisse confirmo. Hactenus de antiqua religione nostratum. Nunc autem omissis jactura & laboribus, quos *Othonis*, *Auli Vitellii* & *Vespasiani* augustorum temporibus non longe à *Cremona* mortuo apud *Bebryacum* Cremonense oppidulum (nunc *Labina* appellatur) *Othone* (ut innuit *Cornelius Tacitus*) qui ne pro sui tutela *Romanos* cædi permitteret, in ferrum pectore voluntarius incubuit, fu-

Otho. A. Vitellius. Vespasianus Imp. Cremona. Bebryacum. Labina opp. Cornelius Tacitus aut. Anathalon primus Brixiæ Episc.

F

sisque *A. Vitellii* copiis majores nostri passi fuere, ad reliqua de divo *Anathalone* cum sequentibus revertemur. Illis igitur vetustissimis numinum cultibus quum insolevissent fortes atavi nostri, non minus difficilem ab eis revocari quam ad aliam naturam duci posse videbantur. Quapropter *Anathalonis* (ut dictum est) nedum admonitioni non illico paruere; sed nec *Clatæi*, nec *Viatoris*, neque *Latini* sanctorum præsulum martyrumque nostrorum (sæpe namque *Latinus Domitiani* persecutione

Brixianorum attentat de Constantiam. Clatæus II. Viator. III. Latinus IV. Brix. Episc.

cutione

curione sæviente verberibus est cæsus) continuo sequentium exhortationibus satis suasi aut moti fuerunt; sed suis tantum Deorum ritibus (erat enim ea tempestate contra Christianos Imperatorum persecutio talis, ut vix perfecti se Christia-
11 v. nos asserere auderent) constantes penitus instite-
Apollon. v. Episc. Brix. Ann. cxix. runt, quousque beatus Antistes noster *Apollonius* anno a Virginis partu centesimo undevicesimo in urbe nostra constitutus, maximo charitatis fervore evangelizans, majorem civium partem baptizavit. Cui divino præsuli non secus civitatem nostram esse obnoxiam non dubitamus: quam qui æternæ felicitatis iter ei quasi aperuerit: eo siquidem concionante quum adhuc sæviret *Trajani*
D. Faustinus & Jovit. persecutio, *Faustinus* & *Jovita* illustres cives nostri ab hisce terrenis ad cælestia, & ad redemptorem nostrum Christum conversi sunt: Quorum si ab auspicio vitam omnem & mores referre vellemus, volumen haud breve ad hoc tantum conficì oporteret: involvere tamen his paucis clarissimam eorum memoriam quum non liceat, libet hæc omnino prædictis de illis recensendo subnectere. *Faustinus* idcirco, & *Jovita* cum fortunæ, tum virtutis & animi præcipue bonis inter cæteros Urbis cives ita prævaluere, ut nihil non magnum non honestum non sanctum efficere viderentur. Eorum enim ope & industria (ut fert
Jac. Malvetius. *Malvetius*) inter reliqua eorum mirifice gesta, an-
Monplanum. Fontes. te conversionem ad Christum, ex *Monplano* vico suburbano fontes in eminentem urbis locum sunt deducti. Quod tamen mihi non multum sane pro-
Maximianus Hercul. Imp. batur: quandoquidem post ipsos *Maximianus Herculeus* alium per montes longissimo itinere cuniculum ædibus suis accommodaverit: post quem etiam qui ex *Monplano* fontes conducit fabrefactus apparet. Conversi vero ad Christum cives ipsi sanctissimi nihil præter ipsum curantes tales effecti sunt ejus evangelizatores, ut qui eorum verba audirent in Christum inclinati etiam extemplo consentirent. Sed (ut moris, tunc erat exploratores contra Christianos ubique manere) ejuscemodi ex *Ugonum*, & *Gajetanorum* familiis nonnulli no-
Italicus Præses. Tiberius de Curio. biles ad præsidem nomine *Italicum*, hic apud nos in Cisalpina & *Venetia* una cum *Tiberio Decurione* vices Imperii gerentem ipsos equestris ordinis patricios nostros a *Romanorum* religione dissentire, & novam Christi imitari accusavisse feruntur. Qui etsi multi ex Christianis per deserta fugitantes in montibus, in sylvis, in cavernis, metu mortis latitarent: & plures etiam comprehensi pars blanditiis, & vanis istius mundi honoribus pellecti, pars etiam tormentis superati à sanctissima Christi religione se averterent: ambo tamen ipsi equites nostri, tanquam strenui athletæ in campum Christi Dei confessione ita prodierunt, ut pro æterna illa suavissimaque paradisi vita, hujusce caducæ labilisque ergastulum dedere non timuerint: Ut ejus religionis chrysoaspide armati non modo contra præsidem ipsum, sed & contra *Ælium Hadrianum* tunc Imperatorem divinum gladium, id est, verbum Dei certamine denuntiato præpararent. Qui & militum, & ducum adeo strenue operam dederunt, ut de *Hadriano* ipso deque satana trophæum insigne erexerint, & nobilissimum triumphum triumphaverint. Siquidem *Hadrianus* quum hos optimos cives nostros contra se ad Christianæ religionis certamen promptissimos incedere vidit, eos quia nobilissimos intellexerat, non tormentis,
12 sed blanditiis, & honorum apud se pollicitationibus apostatas, & transfugas reddere tentavit. Quos ut frustra labefactare conatum à beatissimis martyribus levitatis argui se deprehendit: è vestigio ad tormenta conversus est, ratus, quos blanditiæ non moverant posse tormentis superari. Ah quoties cives ipsi nostri beatissimi nudati, & cæsi a-

A sperrime sunt, ac flagellati! Quoties ignitis carbonibus superstrati? Quoties in eculeo positi, accensas faces corporibus affixis sustinuere? Quoties immanissimis feris, tauris indomitis, leonibus, tigribus objecti sunt? Unguibus ferreis discerpti, & lacerati? artuatim intercisi? oculis cæcati? mari submersi? dentes eis ejecti? oleum per ora fervidum fuit infusum? Et tamen erectis in Salvatorem omnium Christum tanti certaminis agonothetam animis, mira patientia & fortitudine muniti cælitus contra omne id pœnarum genus adamantina corpora lictoribus obtulere: super accensis carbonibus tanquam super roseo strato incubue-
B runt: In equuleo sederunt, sicuti in triumphali curru, ubi faces jubilantes sustinebant immanissimas feras in se mansuetissimas probaverunt: quæ dilaniatis tortoribus, & ipsarum præfectis occisis, martyribus nunc lingua lambentes, nunc cauda resultantes applaudebant. In carcerem trusi, liberi exierunt: Ungues ferreos hebetes, & obtusos arguerunt: E mari illæsi resurrexerunt, oculos divinitus, & visum pristinum, dentes continuo renatos acceperunt, fervidum oleum, veluti nectareum liquorem hauserunt: quin immo mediis ipsis in tormentis non modo se invictos exhibuere pugiles, verum tortores ipsi crebro, ipsius-
C que prælii spectatores illorum patientia & signis victi se martyribus baptizandos anxie præbebant. Et qui modo impietatis ministri torquebant martyres, nunc pro Christo cæsi ipsi martyres ex lictoribus fiebant. Et (ut inquit *Ubertinus Poscu-* Ubertinus Posculus
lus civis noster litteratissimus) qui paulo ante ma- Brixianus
gna affecti voluptate cives sanctissimos avebant la- Litteratissimus.
cerari, de se aliis spectaculum magis edebant. Missum facio populos (ne dicam gentes & provincias) qui à Beatissimis martyribus ad religioni nostræ lumen conversi sunt quum *Brixia Romam Hadriani* jussu ducerentur: Namque eorum de-
D clamationibus, eloquiis, & prodigiis tanta cujusvis generis hominum multitudo ad Christi fidem conversa est; ut tot Christianorum centena *Hadriani* Imperium necare nequiverit: quot martyres ipsi millia suis concionibus & signis ad Christum converterint. Quos martyres Deus, ut & baptizare & eucharistiam fidelibus ministrare possent, sacerdotem *Faustinum*, *Jovitam* vero diaconum per *Apollonium* tunc antistitem nostrum, assistentibus Angelorum choris ordinavit: in loco, S. Apollon.
ubi nunc Divi *Floriani* extat super digno colle sa- S. Floriani
cellum. Quo *Apollonius* ipse quibusdam cum Chri- ædes.
sti mancipiis ob diram ipsam *Hadriani* persecutionem latitare convenerat: Non tamen, ut vel mor-
E tem vel tormenta pro redemptore Christo subire expavesceret; sed ne congregatæ forte oves quarum pastor erat disperderentur. Tum, omnibus Fons prodi-
ibi orantibus Deum fons in ipsius collis radicibus giosus in Digni collis
scatuit: ad quem martyres nostri una cum *Apol-* radicibus.
lonio divino nutu prædicantes ubi descendissent: 12 v.
mensa cum eucharistia populo ministranda per Angelos fuit oblata. Quapropter non modo conversi, sed etiam qui ad *Saturni* oraculum ibi prope (ut superius docuimus) tunc existens confluxerant: auditis sanctorum divinis sermonibus, conspectisque eorum admirandis prodigiis jam & ipsi ex templo baptismum summo affectu expetentes
F obtinuerunt. Offerentibus quoque sacrificium (missam vocamus) ibidem sanctis ipsis cælestes spiritus in altari ministrantes cunctis cernentibus apparuere, & fonte divinitus jam ibi exorto ut ad baptizandum uterentur, sanctos ipsos admonuerunt. Unde atavi nostri non multa post tempo-
pora templum ibi atque cœnobium in Salvatoris S. Salvatoris Templ.
honorem ingenti ope reædificaverunt, in quo etiam sacerdotes religiosissimam vitam ducentes imposuere. Postea vero quam & *Mediolani* & *Par-*

Parmæ, *Romæ*que ac *Neapolis*, ad quas omnes urbes *Hadriani* juſſibus martyres ipſi fuere deducti populos etiam illos fere omnes aut ad Chriſtum converterunt, aut labantes ita roboraverunt, ut ex eis multi, *Secundus* vir *Aſtenſis*, *Calocerus Romanus*, *Donatus*, *Felix*, *Bonifacius*, & *Calimerius* viri bonitate præditi à Martyribus ipſis baptizati Evangelicaque dogmata docti inter divos tandem referri meruerint. Sed quid de *Aphra* pudiciſſima illa *Italici* præſidis conjuge? Quæ nullum ſibi Dominum, nullum niſi Jeſum Chriſtum habere ſponſum nullius ſupplicii pavore concuſſa ita fatebatur, ut martyrii æquitate *Fauſtini* & *Jovitæ* ſoror prædicetur.

Secundus. Calocerus. Donatus. Felix, Bon. Calimerius. Aphra.

A

Poſtremo martyres noſtri ſacratiſſimi ſumpta à *Teleſphoro* ſummo Pontif. benedictione, *Hadriani* juſſu *Roma* in patriam reduci, ibique per *Aurelianum* quendam centurionem obtruncari ſunt juſſi. Qui glorioſam pro Chriſto necem affectantes ſponte ad ſupplicium præire videbantur. Quippe ut ſolarentur Chriſtianos hujuſmodi orationem hilari admodum vultu ad illos quandoque habuerunt: *Nolite quæſumus fratres aliquo mœrore affici, nos ad triumphalem noſtræ gloriæ currum & ad ſuſcipiendam noſtri laboris palmam jam eſſe acceſſuros. Oportet enim quemque pati, qui cum Chriſto cæleſtem patriam intrare deſiderat: Nam ſi ille innocens pro nobis paſſus eſt nos nocentes pro eo pati forte abnuerimus? Gratulandum quidem eſt nobis, imo etiam vobis lætandum, viriliter in ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti lege operantibus: immarceſcibilem illam fauſtiſſimamque gloriam ipſe optimus maximuſque Deus ſua ipſius benignitate concedat: Quorum enim corpora hic pro Chriſto afficiuntur: eorum vitam in cælis divinam fore non eſt dubitandum.*

Teleſphorus Pont. Max. Aurelianus.

Orationem attende ſanctorum.

B

C

Ea vix habita exhortatione *Aureliani* milites, eo inſtante, *Fauſtinum* & *Jovitam* paulo extra urbem *Brixiam*, in viam tunc *Cremonenſem* appellatam duxerunt, loco qui nunc burgus Sancti *Fauſtini* ad ſanguinem nuncupatur: Ibique eorum capita ſicarii quum amputaſſent, eorum animas ſumma cum lætitia, ſuaviſſimisque concentibus in cælum ab angelis deferri eſt auditum: ubi & civitatis & cujuſlibet noſtrum apud Deum ipſum optimum Max. indefeſſi ſemper adſtant patroni, æternum inquam exemplar, & religionis ſanctitatisve monumentum, non *Brixianis* duntaxat, verum & univerſis cunctiſque hominum nationibus relinquentes.

Cremonenſis via, nunc. S. Fauſtini Burguſ.

13

D

Poſt hæc vero *Aurelianus* quam multos eorum qui crediderant ibidem quoque interimi fecit, quorum oſſibus loculi ingentis etiam capacitatis paucis ſupra annis videbantur fuiſſe pleni. Paſtor mox *Apollonius* fugitantes clam ab ipſa perſecutione chriſtianos in montem divina aſpirante clementia, ſalvavit: Beatorumque *Fauſtini* & *Iovitæ* cadavera, ubi obtruncati fuerant, una, cum aliis nonnullis lachrymantibus præ dulcedine animi chriſtianis ſumma charitate ac reverentia noctu ſæpelivit. Hanc ob rem ædem, quæ ſanctorum *Fauſtini* & *Iovitæ* ad ſanguinem dicitur non multa poſt tempora re chriſtiana convaleſcente majores ipſi noſtri fundaverunt. Quæ quamquam in ſuburbiis tunc eſſet, urbis deinde augmento in ea etiam ob religionem comprehenſa fuit.

D. Appollonius.

E

Aedes. S. Fauſtini ad ſang.

Cæterum multa poſt ſæcula, id eſt anno (ut quidam volunt) humanati Dei octingenteſimo quadrageſimotertio *Ramperto* (ut ejus tempore videbimus) tunc præſide noſtro adhortante ſacratiſſimas eorum martyrum reliquias abavi noſtri ad cautiorem ipſarum tutelam, in æde olim divæ *Mariæ* in ſylva paulo ante mœnibus etiam incluſa (nunc ſanctus *Fauſtinus* major appellatur) ſummis honoribus tranſtulerunt: ubi in marmoreo, auratoque monumento quaternis ſuffulto columnis in trophæi formam elato intra ipſam ædem conquieſcunt, & annua cuncti populi ſalvatione diviniſque muneribus xv. cal. Martias merito celebrantur.

Rampertus Brix. Epiſcopus. S. Fa. Maj.

F

Hadrianus autem obtruncatis martyribus noſtris anno cognitæ veritatis centeſimoquadrageſimo ſecundo moritur: cui *Antoninus* cognomento pius ejus gener in imperium ſuffectus, adeo pium etiam erga chriſtianos ſe præſtitit, ut ab omni natione populoque Pius pater non immerito vocaretur.

Anno. CXLII. Antoninus Pius impe.

Ejus ſub humaniſſimo imperio Rep. chriſtiana paulo germinante, *Apollonius* epiſcopus noſter relictis montium latibulis in civitatis centrum deſcendit, populum aſſidua Chriſti eruditione & acquiſitas (ut ajunt) deo oves pervigil paſtor diligenter obſervans. Cæterum ubi hæreticos *Valentini* cujuſdam platonici ſectatores, qui dicebant Chriſtum de corpore virginis nihil ſumpſiſſe ſed per eam tanquam per fiſtulam quandam purum tranſiiſſe, in urbe *Brixia* ſuperaſſet, mortis ſuæ certior divinitus factus, accerſitum ad ſe populum benedicendo ita eſt adlocutus. *Filii æmulatores eſte legis Chriſti, & quum expediat ita pro ipſo ſalvatore noſtro agite: ut perinde ac ipſe caput noſtrum in cœlis eſt, ita & vos ejus membrum in cœlum merito aſcendere, ac ejus gloriæ participes haberi valeatis.*

D. Apollonii Doctrinam & mortem attende.

Valentinus hæreſiarcha, Platonicus.

Hæc enim & ſimilia quum populum noſtrum beatiſſimus præſul doceret, veluti ſopore dulci jam preſſus, labellis adhuc rubris facieque roſea relictis felicem deo animam quietiſſime tranſmiſit. Cujus cadaver marmoreo ſepulchro non longe à cathedrali tunc æde divo *Andreæ* dicata omnibus præ teneritudine lachrymantibus *Brixianis* piiſſime reconditur: loco ubi poſt tempora quædam in ipſius ſacri præſulis memoriam templum ædificare, atque iterum lapſum inſtaurare, ampliuſque atavis noſtris ſemper cordi fuit. 13 v.

S. Apollonii Sepul. & templum.

Verum loco illo extra urbem quadam ejus inſtauratione (de qua infra) relicto quum venerandum cadaver ipſum artuatim ſurripi intelligerent, ad majus urbis templum *Landulfi* præſulis noſtri ſuaſu tranſtulerunt: ubi juxta divorum *Petri* & *Pauli* aram meridiem verſus repoſitum fuit. Quod quidem nuper, id eſt, anno ſalutis MDII. agnitum *Lucas Tertius* civis noſter mihi *Aſulanam* præturam agenti ſua epiſtola ſerio ſignificavit.

Landulfus Brix. Epiſcopus.

Imperante autem *M. Antonino*, anno ab redemptoris noſtri humanitate centeſimoſexageſimoſecundo novum rurſus flagellum chriſtianis exoritur, quo nemo fere ſe chriſtianum profiteri audebat: Nam per omnem civitatem univerſaque loca *Romani* præſides ſcripſerant chriſtianæ religionis ſcholam penitus tollendam. Unde & ſingulis, civitatibus magiſtratus principeſque præpoſuerant, qui diis immolari, aut per diverſa ſupplicia mori unumquemque cogebant. Multi idcirco ex his qui jam in chriſtum crediderant diris ipſis ac intolerabilibus fere equuleis perterriti gentium ritibus adhuc inhæſere: nonnulli tamen *Brixianorum* divina potius confiſi clementia, quam *Romanorum* perſecutione aut propriæ necis terrore quaſſati, ne obſervandum ſemper Dei & chriſtianorum cultum infringerent: ſolitudini montium & eremo ſe crediderunt.

M. Antoninus Impe. Anno chriſti. CLXII.

Brixianorum Religio.

Hac itaque tempeſtate fides noſtra annis XVIII. ſub ejus. *M. Antonini* imperio ubique pene defeciſſe videbatur, ac multis etiam ſequentibus annis quoad *Alexander* pius *Romanorum* princeps eſt conſtitutus, non niſi in paucorum pectoribus inſita fuit: quorum quidem quum ubique in *Italia*, *Brixia* cum agro ſuo tantum excepta, peſtis (Dei flagellum vocitabant) debaccharetur abavi ipſi noſtri Chriſto Deo fideliores ab omnibus ſunt exiſtimati: nam qui ſoli divinæ protectioni ſe crediderant, ejus tutela ſalvati, perfectionis ſuæ indicium omnibus præſtiterunt. Cæterum quum anno theophaniæ CCXXV. *Alexander* pius *Romanorum* imperator effectus

Alexander impe.

Peſtem attende crud.

Anno. CCXXV.

effectus esset, tantam erga Christum venerationem exhibuit, ut ei redemptori, cujus imaginem sua inter sacra colebat templa, & aras à se construi operæ pretium censeret. Quo etiam authore pax & felicissima quies cunctis fuit concessa christianis. Quare & gregis sacri proprias (ut ajunt) dispersas oves nostra mater *Brixia* tunc ad se revocavit. Mortuis autem *Alexandro Maximino*, & *Gordiano* Imperatoribus, *Philippus* cum filio ejusdem nominis est adeptus imperium: qui quum christiani nominis palam cultor esset, primus christianus Imperator vocatus, ecclesiam dotare decrevit. De populorumque religione certior factus *Brixiam* venit, ubi Antiquorum numinum templa prosterni, vel Idolis saltem projectis, illa in sanctorum christi nomina jussit converti. Vnde affecti lætitia *Brixiani* mandatum Imperatorium adimplentes, multa etiam in templis ipsis addidere ornamenta: ubi quoque beatissimi martyres *Faustinus* & *Jovita* ergastulo fuerant vincti: quia Deus optimus illos ibidem visitaverat: velut divini oraculi locum, illud in sacellum converterunt, quod Sanctus *Faustinus* in carceribus, alias in castello est appellatum: apud urbeculæ portam cognomento Brusatam. Alii tamen ipsum conditum ferunt ex non levi prodigio in ipsorum martyrum translatione uni ex civibus nostris ibi aperto. Adde eo insuper ævo alia quamplurima templa, cœnobia, basilicas, & sacella erexerunt prisci parentes nostri, inter quæ alterum Divi *Faustini* ad sanguinem, alterum Divi *Apollonii*, nunc extra urbem, oratoria primum, dein templa duo fuisse traduntur. His itaque apud majores nostros effectis, *Philippus Brixia Veronam* pergit: ubi ipse, filius autem *Romæ* dolo *Decii* perempti fuere. Quibus defunctis, *Decius* imperium occupans, quum ubique christianos persequeretur, in urbe nostra, qui præcipue aderant, infensos sibi sæva nimis persecutione ostendit: Sed

Maximinus & Gordianu Impe. Philippi Impe. Ecclesiam primo dotari ab Impe. Chri. Idola, profligata.

S. Faustini & Jovitæ Carcer.

14 S. Faust. ad sangui.

S. Apollonii. Templ.

Decius imperat.

A anno imperii sui secundo (Deo ultore) occiditur. Cui *Gallus* cum *Volusiano* filio succedens, teterrima ejus flagitia persecutus, hic anno Imperii sui secundo ventris ingluvie periit: Cæterum anno à redemptionis auspicio CCLVI. Imperante *Valeriano* cum filio *Galleno*, dum uterque in christianos acriter sævirent, alter scilicet *Valerianus* à rege *Persarum* (divina permittente justitia) victus in tam ignominiosam servitutem depressus est: ut quum rex ipse equum ascenderet, *Valeriani* cervicibus loco stapedis pedem imponeret: Alter autem scilicet *Gallenus* in lasciviam effusus *Aurelii* ducis sui fraude interimitur. Et quamquam B ejus *Valeriani* infesta persecutione omnes fere christiani essent perterriti, suam tamen erga christum religionem *Brixiani* palam viriliterque observaverunt: Quippe ea tempestate dum hæreticus quidam *Manichæus* insurgeret, prædicans se christum, magnaque de se prodigia ostendens; Cives nostri nil contra Jesum redemptorem nostrum admittentes, hæreticum ipsum nec urbem intrare nec etiam approbare voluerunt. *Gothi* demum quum *Italiam* armis invaderent, & per eam fere omnem (teste *Blondo*) dispersi jam essent, ut *Romæ* imperium aut arriperent, aut depopularentur: Confœderata ipsi imperio *Brixia*, quanquam C multos dirosque sit passa labores, virorum tamen strenuitate (universi semper populi religione præmissa) præ cæteris cisalpinæ *Venetiæ*que urbibus salva extitit: etsi communem omni *Italiæ* pestem evadere minime potuerit: ea quippe sic per totam *Italiam* grassata est, ut etiam bruta animalia (quod alias in oriente divus *Hieronymus* fuisse testatur) iram domini sensisse viderentur. Exsuperatis autem à *Claudio* ejus nominis secundo *Gothis*, ipsoque anno secundo sui imperii mortuo, *Aurelianus Cæsar* ei sufficitur. Qui usu porcinæ carnis populis instituto, christianos acerrime persequens, correptus fulmine moritur.

Gallus, & Volusianus. Imp.

Anno. CCLVI.

Valerianus, & Gallenus impe.

Fortunam attende, & Servitutem

Lascivia. Frauf.

Aurelius.

Manichæus hæreti.

Gothi.

Blondus.

Forl.

Religio. Pestis. D. Hieronymus. Claudius. II. Impe. Aurelianus Impe. Porcinæ carnis usus. Fulmine interiit. Christi Adversus.

LIBER TERTIUS.

D MORTVO (ut Prædiximus) *Claudio* secundo, & post eum *Tacito*, *Probo*, *Floriano*, & *Clario* successoribus ejus, qui omnes brevi temporis curriculo ab humanis decesserunt, creatoque Imperatore *Diocletiano* multæ imperio urbes defecere. Hinc, ut principatui suo tutius consuleret, *Maximianum* cognomento *Herculeum*, de quo priori libro opportuna quædam adducta sunt: sibi collegam in imperio conjunxit, eique occidentalis septemptrionalisque Imperii, partes assignavit, qui *Brixiam* profectus, E suæ majestatis solium annis pluribus hic continens, superbas admodum ædes extruxit: Quibus è *Pregno Vallis Triumpiæ* antiquissimo oppidulo fontem in eminentiorem Vrbis locum magna impensa ductum accommodavit. Cæterum *Christiani* nominis infensissimus illius templa prosterni, ejus religionem everti, christicolas acerrimis tormentis lacerari neutiquam desistit. *Brixiani* tamen ob suam erga imperium fidem ab eo dilecti, & magis F ab ipso Christo ob religionem servati ejusmodi flagellum incolumes satis evaserunt. Tum anno ab ortu Dei CCXCVI. ubi *Galerius* cum *Constantino* & *Licinio* litteratorum hoste imperaret, militaret que in *Hispania*, multa Christiani tormenta passi fuere quod schismate quodam inter Romanos orto ille imperium adeptus fuerat. *Constantinus* vero subacta sibi *Hispania*, *Helenam* regis *Brittaniæ* filiam sibi concubinam duxit: & ex ea

14v. Tacitus. Probus. Impp. Flor. Clarius impp. Diocletianus, & Maximianus impp.

Fons è Pregno vallis Triumpiæ Oppi.

Brix. Fid.

Anno. CCXCVI. Galerius. Constant. Licinius hostis Litterato. rum. Schisma. Helena. Concubi.

Constantinum illum cognomento Magnum procreavit. Huic (ut de crucis commemoratione legitur) etsi corde nondum actu dominicæ passionis sumpserat signum: quum multa barbarorum gens duce *Maxentio* contra *Romanos* movisset, non absque formidine cum illis præliaturo præcedente nocte splendens spiritus somno apparuit, & hujusmodi verbis ipsum admonuit: *Ne timeas Constantine; sed vide in cælo signum victoriæ.* Qui tunc à somno experrectus vidit in cœlo crucis signum fulgore igneo rutilans, & Angelos audivit dicentes. *Constantine in hoc signo vinces.* Quare de victoria tutus, quod in cælo viderat, signum in fronte sibi depinxit, atque illud super militibus suis quum adnotasset pugnans victor evasit. Postea ut religio fidesque sua pateret, ex Lapide pretioso & auro crucis signum sibi formatum secum semper gestavit. Itaque orthodoxæ fidei plenus omni hortatu, omni benigno jussu, templa, ecclesias, & omnia Christi Iesu religionem cernentia reparari, erigi, & observari curavit, atque gentilium phana subvertens, ecclesiam ipsam *Romæ* dotavit. Hinc *Faustino* ex divorum *Faustini*, & *Jovitæ* familia præclaræ virtutis viro, urbisque nostræ post *beatum Urcisinum* episcopo hic imperii vices nonnullas delegare tentavit, at ille Deo mundoque simul una servire difficillimum arbitratus quæ Cæsaris erant, Cæsari reverenter reddidit, divinique tantum præsulis munere una cum vita perfunctus. Huic autem

Crucis commemo.

Maxentius.

Ecclesia dotata.

S. Faustinus. Episcopus Brix. VII.

15 S. Urcisinus Episcopus.

D. Filastrius VIII. Brix. Episc. Concilium. CCCXVIII. Episcoporum. Arriana hæresis. D. Augustinus.

Filastrius statim suffectus, Arriana hæresi orta, ubi concilium CCC. & decemocto episcoporum ad ipsam examinandam, *Constantinus*, qui jam illi consenserat, vocasset, inter eos acutissime disputavit, disputationemque ipsam deinde scriptis mandans non parvam rei gloriam cunctis est adeptus *Brixianis*. De quo divus *Augustinus* in epistola ad *Quod vult deum*, Diaconum, hæc verba scribit. *Filastrius Brixiensis Episcopus, quem cum Beato Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi scripsit hunc librum*: hæreses illas non prætermittentes, quæ in populo judæorum fuerunt ante domini adventum easque viginti & octo commemoravit. Cæterum divus *Gaudentius* ejus *Filastrii* illico successor talem de illo sermonem composuit. *Filastrius* singularis virtutis vir & scripturarum apprime studiosus ubi Iesum Christum exuberantem omnium bonorum fontem cognovisset, eum toto cordis affectu complectens divini sermonis dispensator efficitur: Quo universum *Romani* orbis ambitum peragrans, quasi alter *Paulus* dominicum seminat verbum: ut eo popolorum pectoribus insito omne martyrii genus pro Christo libentissime tolerare universi pollicerentur. Quumque adversus gentiles Judæos & hæreticos prædicasset, pluribus ad orthodoxæ fidei cultum revocatis quorundam infidelium verberibus affectus non multo post ceu dominica passione stigmatizatus felicem Deo animam restituit. Quapropter reminiscamur jam fratres charissimi (inquit *Gaudentius*) vehemens ille *Filastrii* patris nostri ardor quantam possederit in sanctis moribus lenitatem: illa celsitudo scientiæ quanta fuerit humilitate sublimis: illa divinarum rerum peritia quam fuerit ignara terrestrium. Erat enim humanæ gloriæ nescius & acer divini honoris exactor: non quærens quæ sua essent, sed quæ Iesu Christi: Amicitias sæculi, & officia mundana contemnens servitio Dei jugiter adhærebat. Illud etiam quale est? quod quum operosissima quæque hujus mundi ac pretiosa despiceret, vilium rerum pauperrimos venditores misericordi ambitione profusus emptor augebat: parum scilicet computans quod professis egentibus largiretur. Erat insuper idem sanctus ira brevis: indulgentia facilis: superans patientia: humanitate devincens: in corripiendo districtus: in relaxando absolutus: liber in agendo: omni ætati & conditioni & sexui mira benignitate communis: pariterque humillimis quibuscunque conjunctus. Ipse quoque in illo habitu vestium tota erat vilitate mundissimus: gratus sine industria: contemptum sine fuco quærens: ut mentis suæ

15 v. panderet puritatem: Talis enim (ut tandem dicam) *Filastrius* fuit, qualis optimus quisque pastor & pontifex videri forte desideraret. O utinam *Filastrium* semper haberemus episcopum. *Rampertus* etiam ille Antistes noster, qui *Filastrii* cadaver una cum ejus ligneo lituo, vel pastorali in æde divi *Andreæ* olim sepultum in sacratissimæ *Theotoci* templum majus transtulit, hæc de illius sanctitate testatur. Detecto scilicet beati *Filastrii* monumento: cui tale insculptum erat epitaphium

Rampertus Brix. Episcopus.

D. Filastrii Epitaphium.

FILASTRIVS BEATISSIMÆ MEMORIÆ HIC REQVIESCIT IN PACE. Delati ad ipsum apoplectici, & claudi: cæci deducti: confluentes surdi, ac muti: omnes in pristinam sanitatem sunt restituti. In ipsa vero translatione sonitum incredibilem cælitus intonuisse affirmat: cujus fragore quædam exterrita mulier aridam attractamque diu dexteram, ut crucis signo frontem sibi notaret evestigio erexit: Beatoque *Filastrio* gratias agens libera statim evasit. Alia tum triennio ita bili languida, ut jacens nullam in partem se vertere posset: nec etiam addita vectrice (nisi difficulter) transponi: prope pheretrum sancti delata sex diebus mansit, postea sponte sua erecta, acceptoque baculo, huc illucque per templum instar testudinis serpere primum, atque demum ambulare cepit, minime indigens solito vectoris suffragio, pauloque tandem post domum reversa ob Divi ipsius pontificis merita, perfectam ab optimo Deo incolumitatem obtinuit. Quod insuper *Ansoaldus* etiam episcopus noster addi dit silentio hic prætereundum non puto: Nam diem depositionis *Filastrii* quidam celebrare aspernans à dæmonio correptus ita vexabatur, ut vinctus catenis tamdiu detentus haberetur, dum sese tantam festivitatem, non colendo graviter deliquisse fateretur. *Petrus* autem cognomento *Natalis Venetus*, ac episcopus Equilinus hæc in suo sanctorum catalogo de divo *Filastrio* nostro verba facit. *Filastrius* confessor sanctus dei servus, credens deo fide plenissima exiens de terra sua relicto sæculo presbyter factus est, & *Pauli* apostoli mente & opere imitator omnem pene *Romanum* orbem sua prædicatione lustravit, multosque Christo populos acquisivit: non solum enim gentilibus restitit & *Judæis*, sed etiam Arrianæ perfidiæ tunc vigenti. Nam & *Mediolani* gregem domini cum ab *Auxentio* episcopo *Arriano* divi *Ambrosii* prædecessore viriliter defensavit, & *Brixiam* civitatem in fide adhuc rudem sua prædicatione ad viam veritatis plene reduxit, & postquam plurimis miraculis effulsit, apud tandem *Brixiam* urbem in pace quievit xv. cal. Augusti. Defuncto post ea quæ de ipso retulimus, *Constantino* magno inter ejus mox natos *Constantium* videlicet, *Constantem*, & alium *Constantinum* Imperium est tripartitum. Et bello inter eos (ut regna dividentibus accidit) exorto: *Constantinus* bellum fratri *Constanti* inferens apud *Aquileam*, dum inconsulte dimicat, occiditur, *Dalmatius*que magni *Constantini* ex fratre nepos, præclaræ indolis adolescens, tumultu militari opprimitur, sinente potius quam jubente *Constante*. Cæterum *Gaudentius* continuo post *Filastrium* præsul noster qua doctrina, quibus consiliis, & gravitate polluerit, ex ejus relata de *Filastrio* oratione, vel maxime intelligi potest. Verum ea sanctitate fuit, ut coruscans christianæ fidei, ac religionis sidus vocaretur: quippe à spiritu sancto forte admonitus, symbolum contra Arrianam hæresim paulo ante constitutum, cujus initium est: *Quicunque vult salvus esse*: quum populo dilucidasset, piam animam cælestibus faustisque sedibus Deo reddidit immortali. Cui extemplo *Paulus* in episcopatu successit: cui postea *Theophilus*: cui *Sylvinus*: cui *Gaudiosus*: cui *Optatianus*: cui demum *Vigilius* tam sanctitate, quam doctrina succedens, omnes in catalogo sanctorum pontificum sunt connumerati: quanquam de eorum optime gestis aliud ad manus hactenus nostras haud quaquam pervenerit. Post eos tamen *Titianus* omni plane sanctitate vir, *Brixiæ* aliquamdiu Episcopum gerens multa variaque prodigia (Deo authore) ostendit. Hic nanque nobili stirpe è *Germania* oriundus, *Brixiam* quum recto itinere applicuisset, Divo *Filastrio* tunc præsuli nostro sese reverenter offerens commendavit. Qui eum aspectu ingenuum moribus decoratum, affabilem sermone, & lingua videns eruditum: quis esset, & unde, ac quid in causa eo adventus sui esset, vultu benigno consuluit. Cui *Titianus* tum nomine, & patria proditis, huc ex *Germania* respondit divino quodam nutu ad te veni, tuæ humanissimæ paternitati (quo ad lubeat) instar mancipii obsecuturus. Quibus acceptis, *Filastrius* Latinam eloquentiam tunc maxime perraram, & profundam *Germani* adolescentis humanitatem miratus, *Fili*, inquit, *utinam talis tibi sim pater, qualem mihi filium te jam fore peropto*. Itaque à *Filastrio*

D. Gaudentius. IX. Brixiæ Episcopus.

Ansoaldus Brix. Episcopus

Petrus Natalis.

Regni Divisio. Bellum. Constantius. Constans. Constantinus. II. Fratres. 16

Dalmatius

Gaudentius Episcopus Brix.

Symbolum. Quicunque Vult. Paulus Episcopus. Brix. X. Theophilus XI. Sylvinus. XII. Gaudiosus. XIII. Optatianus. XIIII. Vigilius. XV. Titianus. XVI. Episcopi Brix.

strio Titianus benigne suscipitur. Postea vero quum jejuniis incumberet, Archidiaconus etiam invitus ab ipso Antistite consecratur: Quo magis Deo se obnexum arbitratus, pedes pauperibus lavare, tergere, osculari que, & necessaria illis (quoad poterat) subministrare inter delitias semper habebat. Hæc quum civitas nostra percepisset, defuncto patre *Filastrio* omnibus cum successoribus ad *Vigilium* usque qui non longo temporis spatio hinc ad sedes evolavere cælestes, senem jam effectum *Titianum* Episcopum sibi fore avebat. Quod etiam si juvenem animarum pastorem decere intellexisset, eum profecto citius procurasset. Ut votum igitur canonici clerusque omnis cum civita-

Juvenem non decet Episcopum.

16 v. te obtinerent, præmissis jejuniis, multisque ad Deum precibus, ut urbi Bonum animarum pastorem concederet: perinde ac si omnium ora Deus ipse aperiret, *Titianum* una voce Episcopum cuncti acclamaverunt. Quod audiens *Titianus* (Heu temporibus hisce nostris creandorum antistitum audacissimam, & pecuniariam ambitionem) aufugiebat & tanto munere se indignum identidem repetebat. Illis vero *Titianum* rursus, vocitantibus præsulem. Is nimia fretus humanitate, ut omnes ab ea electione revocaret, iracundiæ se plenum ostendit. Sed ad hæc omnes *Titianus* Episcopus esto acclamantes eum etiam invitum extulerunt, pallio pontificali circundatum, & infula redimitum. Post hæc missis ad *Siricium* summum Pontificem oratoribus, qui *Titiani* electionem divinitus pene factam ab eo confirmari exorarent, justam pro voto petitionem obtinuere. Unde veritus ille ne pontificalem forte censuram incurreret, tanti oneris jugo patienter colla submisit. Itaque Episcopus *Brixiæ Titianus* est constitutus. Qui vigintiquatuor inopes sui episcopii opibus quotidie pavit, & sacra sacroque dedicata suis in templis ita instauravit & auxit, ut magis Deo, & proximo quam vitæ suæ se debere significaret, Deum vigilantissimus orans, ut commissum sibi gregem ita custodiret: ne *Hieremiæ* illud: *De manibus tuis requiram oves meas, & si justus lapsus erit, anima tua pro ejus tenebitur*, in se objici aliquando sentiret: Hic tantæ sanctitatis in virum evasit, ut præsidem tunc nostrum hydropisi a medicis derelictum divino implorato auxilio recentibus ficis & aqua brumæ tempore illi in escam datis supra naturæ vires incolumitati reddiderit, multosque alios mala valetudine affectos singulis manum imponens prodigiose curaverit. Post quæ quum aliquando ceu abstractus oraret, dolore ingenti compressus & ad crucem ibi conversus: *educ domine*, inquit, *de hoc calamitatis ergastulo animam meam; sitit enim ad te Deum fontem vivum, ut dissoluto jam corpore tecum tantum esse possit*. Tantæ fuit efficaciæ oratio ipsa, ut à summo Deo exaudiri meruerit. Quare de exitu ipso divinitus commonefactus, convocatis sacerdotibus & clero, propinquam sibi mortem revelavit. Unde contristatos omnes pius pater ac pastor etiam pro virili solatus fuit dicens. *Nolite timere filioli, neque ullo pacto tristari: Christus enim cui servitis non vos deseret, sed comitabitur semper, auxiliabiturque vobis fraterna charitate invicem diligentibus:* Scriptum est enim, *qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo*. Cæterum ubi me expirasse noveritis, cadaver meum in sanctorum *Cosmæ* & *Damiani* templo sepeliatis obtestor. Quibus dictis & qui aderant omnibus demum osculatis, sumptaque, quam expostuerat, eucharistia facies ejus luce ingenti superfusa, quasi micans stella videbatur: sicque felicem Deo animam ex-

Siricius Pontif. Max.

17 templo restituit, sacerdotibus cum omni civitate sui tanti præsulis desiderium ad præcordia usque collachrymantibus, atque sanctum cadaver juxta præceptum honorifice sepelientibus. Ubi vero post tempora perstrepentibus tum civilibus, tum exterorum bellis, sacrum ejus sepulchrum penitus ignoraretur, cuidam religiosissimæ virgini ejus cœnobii prælatæ hoc pacto est revelatum. Quum forte oraret, somno præoccupata, ut inter soporem vigiliamque constituta videretur: ecce divi *Cosmas* & *Damianus* in ornatissimo medicorum habitu ei apparentes hujusmodi sermone eam sunt alloquuti: Expergiscere filia, & ad Episcopum propera, cui, Beatissimi *Titiani* olim civitatis hujus Episcopi ut sacrum resumat corpus, & id honore, dignitateque, ac veneratione (ut par est) velit ornare, significabis. Loculum ubi corpus ipsum erat eidem abbatissæ digito ostendentes. Illa id somno sibi contigisse rata, primo, atque iterum adimplere neglexerat. Ubi vero ad hæc martyres ipsi caperata fronte eidem apparuissent, monuissentque eam de re rursum increpantes, experrecta, exterritaque antistes, sumptis illico quibusdam ex virginibus sociis ad Episcopum advolavit, retulitque cuncta seriatim, quæ de visione perceperat. Præsul tum ad ostensum locum una cum clero profectus, optatum corpus pro divino nutu subito comperit: ubi solemni eucharistiæ sacrificio celebrato, reliqua pro revelatione complevit. Mulier tunc quædam ex nobilioribus urbis quum per decennium filios viro nupta nullos habuisset, ut si quempiam sibi orbæ natum à Deo impetraret, *Titiani* nomen illi imposituram, argenteamque pueri imaginem quotannis, vivente filio, in ejus sancti honorem vovit se daturam. Sequenti igitur anno quum affectatum filium peperisset, *Titianum* baptismo nominavit, & argenteam illius imaginem divi Antistitis aræ tunc obtulit. Suæ vero in posterum promissionis ignara, quandoque pollicita non servavit. Unde beati præsulis festo aliquando appropinquante, ipsius Matronæ nato veluti exanimus matri vita functus est visus, quæ dolore circumquaque affecta, lachrymas, ululatusque ad superos usque emittens, in se aliquando reversa inquit. *O beatissime Titiane, tu mihi filium dedisti viventem, ego tibi illum defunctum reddam. Titiane sanctissime parce precor misellæ, afflictæque ignosce peccatrici*. Hæc, & his similia effata anxia mulier chari pignoris cadaver tristi pectore sustulit, idque super Beati præsulis monumentum deferens, amenti similis in hujusmodi verba prorupit. *Accipe Titiane munus, quo tibi tenebar, quæ jam tibi pollicita fueram, hoc suavissimo mihi pignore persolvo*. Quibus vix emissis, ceu moriens cecidit: Tunc apertis oculis puer matrem ita est alloquutus: *Pia mater noli obsecro angi, noli excruciari, non sum, ut verebaris mortuus; sed divus ipse Titianus hoc à Deo maximo contigisse obtinuit: quandoquidem ut tibi nascerer, voto promiseras oblivioni jam datum perficere neglexisti*. Mulier vero anxia vehementer suspirans auxilio astantium sublevata, Deo Beatoque Antistiti innumeras egit gratias: & quamdiu vixit, pro vo- 17 v.
to deinceps satisfecit. Hæc autem effecta sunt dum sanctorum *Cosmæ* & *Damiani* ædes non longe à Cathedrali templo sita esset. Quæ cum sorum ibi augeri optaret civitas, effectuque incommodum esset, ni ædes ipsa evelleretur, obtenta à summo pontifice facultate *Berardi Magii* Episcopi tempore exstirpata est, & ubi nunc extat prope urbis muros occidentem versus erecta. Ubi Beatissimi quoque præsulis *Titiani* reliquiis honorifice quiescentibus, ipsius festum quinto nonas martias solenniter celebratur. Cæterum mortuo (ut diximus) *Titiano*, *Paulinus* Episcopus illi suffectus fuit, & ei *Cyprianus*, & *Cypriano Herculanus*, qui inter alios *Brixiæ* præsules bea-

Berardus Magnus Episcopus Brix.

Paulinus. XVII. Brixiæ Episcopus. Cyprianus. XVIII. Herculanus XIX. Episc. Brixiæ.

tissimos non exiguis laudibus decantatur. Is namque nobilissima *Theutonicorum* (ut quibusdam placet) progenie ortus adolescentulus adhuc panis micas gremio pauperibus erogandas quum afferret, genitorique suo sciscitanti, quid convoluta chlamyde ex domo asportaret, patrem pene formidans responderit, eas esse lapides: micæ in lapillos pretiosos feruntur esse conversæ. Quod cernens tunc de industria pater, intelligensque id à virtute divina prodigiose factum, ita filio benedixit. omnipotens Deus te semper custodiat, qui tibi innocentissimo benignissime favit. Tum discedens à Patria *Herculanus*, ut in *Italiam* descenderet, mortuum casu juvenem non longe ab urbe *Tridento*, orationibus suis suscitasse perhibetur. Demum ad monachos, tunc *Leni* oppiduli vestri eum perrexisse ferunt, ubi per omnes gradus ab inferiore ad superiorem usque & ocyssime, & religiosissime ascendens, immatura adhuc ætate (quod perrarissimum fuerat) Abbas dicitur constitutus. Hoc tamen (si ipsius monasterii chronicis fidem adhibemus) impossibile pene videtur: quippe monasterium ipsum à *Desiderio Longobardorum* rege conditum affirmant, anno Christi septingentesimo sexagesimo secundo. *Herculanus* autem ipse Episcopus *Brixiæ* fuit imperante *Juliano* apostata, anno Salutis trecentesimo sexagesimotertio, ut non sit vero simile, eum ad monasterium ipsum, quod non erat, accedere potuisse, nisi forte aliud etiam ibi tunc fuisse dicatur; sed esto ut lubet: Divus ipse *Herculanus* tandem præsul *Brixiensis*, optime meritus ea claruit religione, ac sanctitate, ut quum gregem suum optime pro virili disposuisset, duos mortuos precibus suis ad Deum suscitari impetrasset, & alia multa ostendisset prodigia, monachalem tandem, id est solitariam vitam, in *Bænaci*, insula (*Campionum* appellant) degere Deo innuente decreverit: ubi tantæ extitit religioni, & sanctimoniæ, tantæ fuit divinitatis & gratiæ, ut pisces, avesque, nedum terrestria animalia ad ejus vocem assisterent, ei obsequerentur, & obsequentes una cum ipso Deum laudare sedulo viderentur. Ejus autem felicissimi antistitis cadaver *Materni Bænacensis* oppidi sepulchro lapideo conditum miraculis in dies florere dicitur, pridieque Idus Augusti festum ejus ibidem honorifice celebratur. Cæterum post ipsa, quæ retulimus de *Constantio*, ipse tandem solus Imperio potitus est, at turbata rep. *Vetramonio*,
18 *Mursiæ*, *Nepotiano* autem *Romæ* imperium tentantibus grave bellum commovit. Unde *Gallo* ejus *Constantii*, patruele ad tuendam *Judæam* & *Juliano* ejus etiam patruele apud *Mediolanum* cæsaribus creatis, hic contra seditiosos quosdam mille militibus *Brixianis* stipatus in *Gallias* mittitur, qui brevi, ut strenuus, *Gallorum*, *Germanorumque*, motus sua & commilitonum virtute compescuit. Quare militum omnium consensu Augustus est appellatus. Quo audito *Constantinus* rebus Parthicis occupatus, dum ad bellum civile convertitur apoplexi in itinere obiit, superstite, & demum imperante ipso *Juliano*. Cui Apostata cognomen fuit, quod susceptam jam Christi fidem, eam postea abnegaverit. Paulo tamen post fulmine in brachio vulneratus, *vicisti*, inquiens, *Galilæe*, veluti Christum ultorem sensisset perfidiæ suæ, peccatum tali nece, ac verbo testatus fuit. Cæterum antequam moreretur *Constantius*, dum *Arnulfo*, & *Honorio* ejus ex fratre *Constante* nepotibus insidiaretur, illi mox voluntarium exilium rapuerunt, dividentibusque inter sese (ut par erat) quem tantum ex patrimonio possidebant, annulum magno pretio dignum: contigit *Arnulfo* aurum, *Honorio* vero lapillus ipse pretiosus. Is demum ab *Eusebio Nicomediensi* Episcopo *Felicis*

Desiderius Lombardorum rex Leni monast. condit: anno DCCLXII.
Divus Herculanus Brixiæ Episcopus &c.
Anno Christi CCCLXIII.
Juliano Apostata Imp.
Bænaci Insula. Campionum.
Maternum Bænacense opp.
Constantius Imper.
Vetramonius.
Nepotianus Gallus.
Julianus Apostata.
Fulmen.
Religio neglecta.
Arnulfus.
Divus Honorius Episcopus Brix. XX.
Eusebius Nicom.
Felix Pont. Max.

A
tunc Papæ domestico & quidem pergrato, sacerdos constitutus, multis peragratis *Italiæ* locis *Brixiam* aliquando venit: qui à nonnullis civium nostrorum, qui olim *Romæ*, atque *Byzantii* fuerant cognitus honorificentissime suscipitur: verum patrui insidias adhuc timens, montem in conchis appellatum ipse clam petiit, ibique solitariam, cælibemque vitam annis & mensibus degit: accidit tum (& quidem divinitus) quod præsidis civitatis filia nomine *Marcella* horrenda fistularum tabe ea tempestate languesceret, nulla physicæ artis medela curanda. Unde consultis magis, & sortilegis, sententia fuit, virginem sanari non posse, nisi lac capræ biberet, colubri morsu infectæ,
B
addentes oportere colubrum lac ipsum sugentem inveniri, qui morbida puellæ membra lamberet. Quæ omnia quum præses admitteret, ejusmodi peritos talem serpentem misit quæsituros, qui quum ad montem ubi *Honorius* delituerat, venissent, illic antro quodam pernoctavere. Sicque dormientibus ipsis, alter eorum nomine *Faustus*, natione *Campanus* somnio vidit colubrum lactentem, & adeo lacte adimpleri, atque tumescere, ut concha magna, de qua spuma quædam ebulliret, videretur, quæ in clarissimum fontem postmodum conversa paulatim in flumen maximum
C
scatendo augebatur, putabatque, somnians in eo submergi, ni sibi *Sylvester* quidam homo auxiliaretur (hac enim de re somnio per *Faustum* revelato, mons ille deinceps in conchis est appellatus) *Faustus* vero cum sociis sequenti luce in crepusculo varia per montium ibi loca colubrum attentus perquirens, passim deambulabat. Tum apud locum ubi *Honorius* manebat, quum peragrarent: ecce *Sylvestrem* fere hominem à longe conspiciunt caprarum, oviumque gregem agentem & secuti sunt eum, qui ubi ex consuetudine singulis vesperis ad beati viri tugurium quiescendi gratia suis
cum pecudibus proficisceretur: *Faustus* & comi- 18 v.
D
tes apud *Honorium* præter spem advenere. Occurrens autem bestiis, & pastori de more, *Honorius*, *Faustum* & socios concernit: quos ubi Catholici nominis persecutores existimaret ab illis ad martyrium se vocari est opinatus: quapropter flexis in terram genibus continuo ad Deum oravit. Enimvero procedens ad eum *Faustus*, alacri vultu, salve inquit amice. Nec sivit *Honorium* respondere, quin prius ipsum consuluerit, an unquam in ejus montis locis ipsius modi colubrum vidisset, qui ab ipsis inveniri quoquomodo posset, causam addendo, qua ipsum perquirerent. Cui *Honorius* eum primo de auspiciis deque hæresibus pluribus prudenter reprehendens, respondit,
E
se nusquam ejusmodi animantis genus vidisse, viderique pene sibi impossibile tam monstrosum animal comperiri posse, & idcirco, ut ab inceptis desisteret, & ad Jesum Christum salvatorem omnium cum quibuscunque bonam valetudinem cupientibus firma fide se converteret pientissima admodum oratione hortabatur. Quæ ubi audissent *Faustus* & comites, rogarunt *Honorium*, ut cum eis in urbem proficisceretur. Quorum humanis precibus allectus *Honorius*, divina humanaque charitate fretus, cum ipsis in urbem ad
F
ipsius *Marcellæ* genitorem profectus est. Cui cum præsto affuisset palam contra ariolos & auspicia disserendo, multa de fide & re Christiana luculenter prædicavit. Admirantes ejus doctrinam omnes veluti oraculum venerati sunt eum. Quum autem *Marcellam* curari (si ad redemptoris nostri cultum veniret) polliceretur, *Sabaudiæ* præses, qui tunc *Brixiam* applicuerat, inquit. Quis hic hominum est qui insolentia (ut mihi videtur) elatus, vel fatuus potius ultra Romanam religionem fari tam audacter est ausus? Aut puellam è vesti-

Mons in conchis.
Marcella.
Magi. Sortilegi.
Faustus.
Somnium, visiove.

vestigio ad sanitatem redigat: aut igne ipse succendatur, ei quamplurimis assentatorum ad libellam adstipulantibus. Sed *Marcellæ* genitor *Honorium* sic solando alloqui cepit: Horum verbis ne terrearis, virorum optime quæso, multis enim datum est multa posse loqui, paucis vero posse agere multa. Itaque dicant quid velint & dicant qui volunt, tu quod acturus es agito. En parata est delitiæ meæ, corculum meum, animula mea, *Marcella*, atque ipsemet tuis in omnibus annuere consiliis, dum, quam pollicitus es, valetudinem ipsa brevi fuerit nacta: nisi enim divinus sis, id tua effici virtute haud quaquam crediderim. *Honorius* tum ad Christianum templum jussit deferri *Marcellam*, ubi sacri baptismatis fonte lavaretur, Urbis præside ipso penitus aspirante. Paratum est igitur lavacrum in templo sanctæ *Mariæ* matris domini, ibique ejus assumptionis celebritate *Marcella* ab *Honorio* est baptizata anno divinæ humanitatis quinquagesimoquarto supra tricentesimum. Cæterum hæc dum fierent nubes de cælo instar columnæ descendit, virginem ipsam cooperiens, quam etsi principes ipsi, ipsaque universa civitas cernerent, præ nimia in luce, intuentium peccatorum visus vix pati potuerat. Sed beato *Honorio* assiduis precibus orante ad Dominum, *Marcella* veram corporis animæque
19 consecuta est sanitatem. Ob quod universi, qui aderant, innumeras Deo Christo gratias habuere, atque egere. Tum *Honorius* magni *Canstantini* & *Marcellæ* exemplo omnes ad orthodoxam fidem pervenire hortabatur. illi vero plura & secretiora de *Constantino* ipso ab *Honorio* referri intelligentes, admirati non parum cujas esset, sciscitabantur. Hic nihil aliud respondens fratrem suum *Arnulfum*, casu ibi præsentem dulcissimæ pietatis intuitu prospexit & teneris admodum lachrymulis amplexus, osculatusque talia tandem expressit: Huic & mihi solam patriam, solamque genealogiam annuli ejus lapis quem ipse teneo testimonium exhibeat. Quibus dictis lapillum ipsum summo pretio dignum ostendit, qui annulo *Arnulfi* impositus, in eoque omni compagine consentaneus, rem certo testimonio vallavit. Quapropter & præses ipse *Marcellæ* pater, & proceres omnes universa cum civitate assistentes *Honorium* tunc & *Arnulfum* magnis inter se honoribus extollebant. Tum *Honorius* (Deo revelante) sic inquit, bono este animo omnes, siquidem pax vobis, & Ecclesiæ sanctæ Dei ab imperatore conceditur. Atque ita nudius tertius Imperatoriæ litteræ de pace & remissione erga catholicos ad præsidem ipsum & ad cives *Brixianos* feliciter sunt allatæ. Unde & *Honorius* ipse propheta est habitus. Accepto autem non multo post nuntio, *Herculanum*, quem diximus præsulem nostrum in bænacensi riperia vita esse defunctum ei suffectus est *Honorius*. Qui (ut decebat) confirmatus tali tantoque civitati nostræ extitit doctrinæ sanctitatisque exemplo, ut ipsi suisque ob ejus merita successoribus episcopis nostris, Ducis, Marchionis, & Comitis titulos honoresque Cæsar inde tribuerit, ut laudibus etiam & annalibus semper meritoque celebrandus habeatur: ut qui eum pia mente invocaverit, justam prorsus à Deo maximo causam obtenturus non dubitet. Cujus Divi *Antistitis* sacratissimæ reliquiæ nostra ætate in templo quod paulo ante, superius martyribus *Faustino* & *Jovitæ* dicatum docuimus, apud urbis portam septentrionalem (pilarum appellant) marmore & auro religiosissima

Nota loqui agereque.

Anno CCCLIIII.

Herculanus Episc. Brix. Episcopus Brixiæ. Dux est Comes & Marchio.

A devotione conduntur: & ejus celebritate XXIIII. Aprilis populo ostenduntur. Postquam vero *Julianus* apostata Imperator ab humanis (ut jam diximus) decessit, *Brixia* sub *Joviano*, *Valentiniano* & *Valente* continuo successoribus, sat felix evasit. Omne namque optatum suum, quia solum optanda optabat, ei semper licuit adimplere, Catholica tamen re ab eorum nonnullo quandoque turbata. Enimvero *Gratianus* postea Imperator quum inæstimabilem hostium (ut quidam volunt) *Visigothorum* multitudinem contra se adventare per exploratores intelligeret, missis *Brixiam* nuntiis, qui opem à civibus contra Imperii hostes expostula-

B runt: majores nostri tum magnanimitate, tum ardentissima erga imperium fide decem millia militum una cum strenuo duce, Cæsari obsequentes in castra misere: Quibus fretus *Gratianus* apud *Argentariam Galliæ* oppidum plusquam triginta millia Alemanorum pugnando delevit. Cæterum mortuo postea *Gratiano*, salutis nostræ anno CCCLXXVI. *Theodosius* imperium est nactus: Qui quum Christianos omnes vehementer amaret, *Brixianos* uti vere orthodoxos summa charitate dilexit. Quumque ejus filii *Arcadius* scil. & *Honorius* mortuo *Theodosio* in Imperio successissent, *Rada-*

C *gasius* rex immanissimus maxima cum *Gothorum* copia *Italiam* ingressus ferro ac flamma universa vastando, duabus gentium suarum partibus *Romam*, tertia vero (ut annalibus nostris habetur) *Brixiam* aggreditur, ut eas veluti Sorores, *Italiæ*que capita æque ambas popularetur. Sed obstat utraque urbs quoad potest, arma arripit, & in hostem irruit: unaquæque tamen hostium multitudine (fertur enim ipsos supra trecenta millia armatorum extitisse) theogoniæ Anno CCCCXII. est capta, & omni fere felici fortuna privata. *Brixia* tamen quia in hostem truculenter sævierat, sta-

D tim succensa est, acclamantibus *Gothis*, ignitos animos igne puniri decet. Simili pacto, imperante *Honorio* cum *Theodosio* juniore, *Brixia* simul una cum *Roma* variis hostium affecta est infortuniis: Quorum *Philippus* presbyter *Brixianus*, & divi *Hieronymi* auditor, qui ea tempestate florens, egregios in *Job* commentarios edidit, in familiaribus epistolis suis ad paupertatis & dolorum tolerantiam exhortatoriis scripsit, quanquam divus ipse *Hieronymus* de *Roma* tantummodo mentionem agens in hanc formam verba de obitu *Marcellæ* ad *Principiam* virginem tunc scripserit. Ter-

E ribilis de occidente rumor affertur, obsideri *Romam*, & auro salutem civium redimi, spoliatosque rursum cruciari, ut post substantiam vitam quoque amitterent. Hæret vox, & singultus intercipiunt verba dictantis: capitur urbs, quæ totum cepit orbem, imo fame perit, antequam gladio, & vix pauci qui caperentur, inventi sunt. Ad nefandos cibos erupit esurientium rabies, & sua invicem membra laniarunt, dum mater non parcit lactenti infantiæ, & recipit utero, quem paulo ante effuderat. Illud idem videtur innuere *Blondus*, ubi *Constantium* quempiam in infima

F militia constitutum, cum omni exercitu in *Gallias* transmisisse, & se apud *Turonios*, *Cenomannos*, & alios quosdam se continuisse, pacem cum *Vandalis*, *Suevis*, & *Alanis*, aut inducias facere quærentem describit: nam si apud *Cenomannos* caput quorum *Brixia* erat tantus tunc contentus fuit exercitus: quæ de *Brixia* cum *Roma* ea tempestate gesta feruntur nemini (reor) in dubium esse ducenda.

Julian. apostata Imp. Jovianus, Valentinianus, Valens & Gratianus, Impp

Brixianorum munus & liberalitas in principem suum Anno CCCLXXVI.

Theodosius Imp. 19 V. Christianiss. Arcadius. Hon. Imp. Radagasius rex. Got.

Roma & Brixia Sorores.

An. CCCCXII. Brixia succensa. Proverbium. Nota. Theodosius Junior Imp.

Philippus Brix. Presbyter Litteratissimus. Divus Hieronymus.

Calamitatem nota horrendam. Mater Filium.

Blondus Forl.

LIBER QUARTUS.

Theodoſius Junior, & Valentianus Impp. Etius Romanus.

CUM vero *Theodoſius* ipſe junior, de quo ſupra, in Imperium cum *Valentiano* ſucceſſiſſet: *Etio*, quem *Galliarum* urbibus ac regionibus præfecerat *Valentianus*, apud nos cum exercitu jam diu conſidente, & demum apud *Redones*, *Narnetenſes*, *Ciantes*que ſe conferente *Bleda*, & *Athila Hunnorum*, *Ardaricus Zepidarum*, & *Valamir Oſtrogothorum* reges, contractis in maximum numerum copiis, ubi iter feciſſent per patentem malo noſtro portam, quæ ab ipſo mundi auſpicio ad *Italiæ* invaſionem barbaris relicta fuiſſe videtur, depopulataque *Aquileja*, multiſque aliis urbibus captis, *Mediolanum* uſque atque *Ticinum*, per totam *Venetiam* ſeſe effundentes, *Brixiam* quandoque multi ex eis progreſſi ſunt. *Brixiani* autem totis viribus impio potentiſſimoque hoſti obſtare conantes, atrociter pugnant, paſſim occurrunt, & obviant: undecunque tamen innumerabilium fere armatorum valida manu in eos inſurgente (heu) vincuntur. Ingreditur urbem hoſtis, cives montem, turreſque aſcendere compelluntur, per vicos tamen reparant, omnemque fortunam, ubi poſſent hoſti prævalere, pertentant. Acrior tunc in urbe fit pugna, nuſquam certamine hoſtium civitas vacat. Sæviſſimo tandem *Athila* jubente, qui tum Chriſtianorum vel *Dei flagellum* eſt appellatus, *Brixia* ſuccenditur: ubique fit terror ubique ejulatus auditur: lachrymæ ubique ſparguntur. Mulieres clamitant, plorant infantes, cruor humanus ubique defluit, ſæviſſimus tamen cruentoſuſque hoſtis (etſi exanimes cives ferociam adhuc animi in vultu retinentes vix attrectare formidet) cætera ferro, igneque proſternere non deſiſtit Quippe ita tunc deleta eſt urbs, ut ejus mænia, turres, templa, ædes, civeſque fere omnes aut hoſtis arma, aut ignem penitus non evaſerint. Atqui tum omnis quoque ferme Latinitas à barbaris ipſis violata fuit, & corrupta, ut in hodierna uſque tempora priſca illa latinorum majeſtas, vel redivivere, vel quaſi inſtaurari poſſe ſit viſa. Deſolata igitur *Brixia*, *Mediolano*que, ac *Ticino* quum *Athila* infeſtis ſignis *Romam* iturus eſſet, Vir ſanctiſſimus *Leo* pontifex Max. calamitatem urbis *Romæ*, & *Italiæ* miſeratus, adhortante etiam *Valentiano*, ei fit obviam eo loci, ubi *Mintius Padum* influit amnem, perſuadetque *Alarici* exemplo, qui ſtatim Dei judicio poſt captam urbem mortuus eſt, ne ultra progrediatur. Monitis pontificis optimi obtemperans *Athila*, quod dum ſimul loquerentur, cernere duos viros ſupra caput ejus, ſtrictos tenentes gladios, ac mortem minitantes (niſi pareret) viſus eſt (ii *Petrus* & *Paulus* apoſtoli putati ſunt) inde movens *Pannoniam* repetit: Vbi non multo poſt effuſo ubertim propter ebrietatem è naribus ſanguine, moritur. Poſt hæc *Italia* quieſcere incipiente, *Brixiani*, qui foris tempore ipſius cladis caſu fuerant, deſertam patriam repetunt, dulceſque ac deſideratos lares una cum oppidanis habitare ſatagunt, quos nova ſolertes domorum conſtructione reformant. Verum eam urbis partem, quæ in eminentiori ſitu conſtiterat (erat autem major urbis pars in ſpeculæ & digni collium ſummitatibus eo tempore locata) quaſi inexecrabili cæde proſtratam reliquerunt nullis (reor) temporibus habitandam cenſentes. Itaque mœnia in collis apice everſa ſub ejus radicibus urbem ampliantes inſtaurarunt, ac eam occidentem verſus, ultra *Melonem* torrentem, nunc *Cartiam* nuncupatum, qui medium fere urbis ſitum (ut *Catulli* tempore) etiam modo labens retinet, & meridiem verſus ad foſſam uſque ſub *Herculeis* ædibus condiderunt. Verſus vero ſeptemtrionem, in plano loca, ubi ſanctorum *Fauſtini* & *Jovitæ* cœnobium eſt excludentes, illic enim eo temporis ſola ædes erat ſaltibus circumquaque conſepta, quæ idcirco ſanctæ *Mariæ in nemore*, ſive (ut jam diximus) in ſylva dicebatur. Cæterum hæc loca (ut in præſentiarum videmus) alia demum inſtauratione in urbem comprehenſa fuere. Inſtaurata igitur (ut nunc diximus) *Brixia*, anno cognitæ veritatis, CCCCLII. imperavit *Martianus*, ſub quo *Savinum*, & *Cyprianum* martyrio coronatos, epiſcopus olim noſter *Petrus* à monte cognominatus cives noſtros fuiſſe credens eorum feſtum ab incolis noſtris celebrari indixit. Quoniam tamen alii martyres ipſos cives noſtros fuiſſe contendunt, hujus veritatis judicio vobis patribus relicto, illorum rationes tantum aſſignabo: ajunt enim ſanctos ipſos non ex urbe noſtra ſed ex oppido in Tranſalpina (*Breſſe* vocant) non longe à *Rhodano* flumine ſito oriundos fuiſſe: quod ex eorum hiſtoria, & ex *Franciæ* tabula nova *Ptolemæo* addita vel plane omnino percipiatur. In ipſa nanque martyrum hiſtoria de *Rhodano* amne tranſalpino, deque pluribus locis ei contiguis de noſtris autem nullam fieri mentionem conſtat: quamquam beatos ipſos *Brixianos* ea appellare videatur, quod non ab urbe noſtra, verum à *Breſſe* oppido (ut dictum eſt) tranſalpino factum fuiſſe confirmant. Ita præcipue ipſa, de qua ſupra, tabula inſinuante. Præſul tamen ipſe noſter martyres illos cives noſtros fuiſſe non dubitavit. Cæterum quod de re ipſa tenendum ſit, oculatum judicium veſtrum patres diſcernat. Enimvero diebus illis dum beatus *Patherius Epiſcopus* noſter, qui *Paulo* ſecundo, qui *Dominatori*, qui *Ruſticiano*, qui *Honorio* in epiſcopatu ſucceſſerat, Civitatem noſtram Chriſti dogmatibus ſedulo illuſtraret, *M. Fauſtinus* civis noſter & vates clariſſimus religioſa quædam & elegantiſſima poemata compoſuit, quorum hi tituli habentur. Oratio ad euchariſtiam, Quæ ſic incipit.

Dignum ſancte Pater tibi laudem voce perenni.
Solvere, & eloquio memorandum pandere numen.

Precatio in paſſione ſanctorum, cujus principium eſt.

Dignum ſumme parens.

Oratio ante euchariſtiæ conſecrationem incipiens.

Hæc tibi promeritis ſacri libamina cultis.

Gratificatio poſt verba ſacramenti, quæ incipit.

Quamquam terrigenis primæva exordia vitæ.

Precatio altaris incipiens.

Chriſte Dei ſoboles immenſi forma parentis.

Et hymnus in aſſumptionem euchariſtiæ, qui incipit.

Verbum quod patrio pectore fluxerat.

Interea *Martianus* Imperator abſque liberis moritur, cui ſuffectus eſt *Leo* primus. Hic *Genſerico Vandalorum* regi ſignis infeſtis in *Italiam* naviganti vix obſiſtere potuit, quin omnis *Italia* duriſſimis fuerit affecta calamitatibus. Inter cæteras tamen ejus urbes, *Brixia* duriora paſſa videtur: nam ubi *Halani*, duce *Biorgo* eorum rege, per montes *Tridentinos Italiam* eſſent ingreſſi, miſſus in eos eſt à *Severiano* exercitus *Romani* imperatore

Rithiner

Ardaricus. Bleda.

Aquileja.

Mediol. Ticinum. Brixianorum Virtutem, & Infortunium.

Athila,

Flagellum Dei. Brixia ſuccenditur.

Calamitatem attende Brixiæ terrificam. Latinitas à Barbariſ corrupta.

Leo pontif. Max.

Prodigium Nota.

Sanguine è naribus propter ebrietatem effuſo moritur.

Brixiæ Inſtauratio.

Melo. Cartia.

Anno CCCCLII. Martianus Imp. D. Savinus, & Cyprianus. Petrus à monte Epiſ. Brix. Diri.

Patherius XXIII.

Paulus ſecundus Epiſco. Brix. Dominator epiſcop. Brix. Ruſticianus. M. Fauſtinus Brix. vates.

Leo I. Imp. Genſericus Rex.

Biorgus.

Severianus.

Rithiner. Blondus.

Rithiner gente *Gothus*, qui inter *Benacum* & *Bergomum* urbem sese illi cum exercitu (ut *Blondus* testatur) opposuit, ubi præstita à nostris ope, de hostili exercitu magna occisione superato, *Biorgum* regem tandem occidit.

Zeno Imp. Verrina. Soror Basiliscum fratrem Imp. Exul sponte pro Rep. Marcus Cæsar. Hæresis Nestoriana. Vitæ turpitudine imperium amittitur. Nepos imp.

Leo vero ubi puer *Zenonem* genitorem manu propria Imperatorem coronasset, & *Verrina* Augusta *Basiliscum* fratrem suum Imperatorem in *Constantinopoli* appellasset, *Zeno*, in *Isauriam* se contulit, malens cum *Mariagne* uxore exulare, quam ut sui causa resp. bellis agitata civilibus aliquod acciperet incommodum, committere. Qua fuga lætatus *Basiliscus Marcum* filium cæsarem appellavit: Verum in hæresim Nestorianam eo prolapso, & propter alias vitæ turpitudines omnibus iam inviso civitas ad *Zenonem* se convertit, qui *Constantinopolim* reversus, fautore populo, *Basiliscum*, *Marcum*que & *Verrinam* captos in *Cappadociam* relegavit. *Romæ* autem *Nepos* Imperator quamprimum sedatis *Gundibari* motibus, rem nactus est quietiorem. *Orestem* militiæ suæ magistrum

Gundibatus.

21 constituerat mittere huc apud nos tutatum ab invasione *Visigothorum*, qui cum aliis paucis *Galliarum* partibus in *Romanorum* Imperii ditione permanseramus.

Orestes. Nota. Rem suam committere consilium non videtur. Augustulus Impe. à patre coronatur.

Sed *Orestes* quamprimum *Ravennam* cum exercitu applicuit, *Augustulum* filium suum, qui *Ravennæ* degebat, Imperatorem creavit. Id quum audisset *Nepos*, nullas sibi conscius ad resistendum adesse copias, quia omnes *Oresti* attribuisset, in *Dalmatiam* fugit. *Augustulus* vero Imperii infula apud *Ravennam* ornatus, fœdera cum Vandalorum rege *Aphricam* obtinente constituit.

Cives. Æmuli. Odoacer.

Quibus in fœderibus ipse & *Orestes* pater maxima & firmissima fore existimaverunt Imperii præsidia constituta. Dum autem ab *Africa* sibi cavet, prospicitque *Augustulus*, ostendit sese à vetusto cladium Imperii fomite novus turbo, quem *Romani* concives illius æmuli suscitarunt.

Heruli. Turingi. Hernacus. Durith. Athilæ Filii.

Siquidem *Heruli*, & *Turingi*, *Odoacre* viro acris ingenii duce sibi constituto, ab inferioribus *Danubii* ostiis sunt profecti. Fuerunt autem hi *Heruli*, & *Turingi*, exercitus *Athilæ* reliquiæ, qui *Hernaco*, & *Durith Athilæ* filiis à se ipsis aliisque populis prælio superatis apud *Danubii* ostia consederunt. Ipsi itaque *Heruli*, & *Turingi Italiam* ingressi, *Aquileja* ad sinistram relicta, in *Tarvisanos*, *Vicentinos*que & inde in nos *Brixianos* non sine notabili dispendio nostro flexerunt, etsi verbis decus servatum sat fuerit.

Theodoricus. Anastasius Brix. Epi. XXV.

Namque agro partim populato, civibusque nonnullis prælio cæsis, urbs tandem, hoste fugato, quum non multo post *Theodoricus Ostrogothorum* rex *Odoacre* superato, nullo alio adversante, omni fere *Italiæ* Imperio potitus esset, annis circiter quadraginta quievit. Qua quidem tempestate *Anastasius* Episcopus noster de rep. nostra, & omnium christianorum (quippe etiam in *Africa* verbum Dei vehementissimus seminavit) optime meritus humana vita functus ad cælestem ipsam emigravit.

Theodatus Imp. Fame carnibus Filiorum vescuntur matres. Brixianorum, attende, Virtutem.

Enimvero quum *Theodatus* Imperii consors factus esset, *Italia Gothorum* & aliarum nationum gentibus undique & tam diu oppressa est, ut præ nimia fame multis tunc *Italiæ* locis matres filiorum carnibus vescerentur. Rem tamen hanc perhorrendam, quanquam ex commeatus, penuria *Brixia* etiam torperet, Deo fautore evasit. Exibant enim urbe opportuni cives, & victui necessaria, vel pretio, vel armis, etiam ab hostibus ipsis plerunque sibi vendicabant, ut in proverbium venerit:

Quidquid terra creat, Brixia fortis habet.

Nota. Bellisarius.

Cæterum *Italia Bellisarii* patricii virtute, atque industria à tanta calamitate post modum liberata fuit. Sed quonam medio nostrum non est impræsentiarum exarare, quandoquidem ad historiæ nostræ propositum non æque satis pertineat. Verum *Venetias* urbem à profugis de *Venetia* provincia, hominibus per hæc tempora principium habuisse, postquam & ipsi provinciæ, & nobis, multisque aliis urbibus dominatur, referre, non incongruum putamus,

Justinus. Sophia Impp. Justinianus. Totilla. Rex. Gothor. 21 V.

imperantibus namque *Justino*, & uxore *Sophia*, qui *Justinus* post *Justinianum*, & quæ *Sophia* post *Justinum* ad *Tiberium* secundum usque in Imperio successit, *Gothi* resumptis viribus *Italiam* rursum cum rege *Totilla* ingrediuntur, ac intra *Venetorum* campos primum castra constituunt, discurrunt per villas, diripiunt, deprædantur, captivos abducunt, vastant, omniaque subvertunt,

Venetiarum Urbis Initium Anno Christi. CCCCLXII. Narses.

adeo, ut incolæ ipsa loca deserentes ad paludes, ubi nunc *Venetiæ* urbs sedet, suis cum natis & uxoribus confugerent, ibique diu manentes urbeculam quandam erigere cæperint, anno (ut quidam volunt) Christi, CCCCLXII. Cæterum *Narses* probitate sua à *Justiniano* patricius declaratus, & exercitui tunc *Romano* præfectus bellum adversus *Totillam* præparans,

Albonius Rex Longobardorum in Italia prius. Theodebertus Clotarii nepos. Syrmium. Cenomannia. Pratum alboinum vicum. Mediolanum. Papia.

Alboinum Longobardorum regem omnibus cum copiis è Pannonia in *Italiam* literis & nuntiis accersit (Missum enim facio de quodam *Theodeberto Clotarii*, qui descendens in *Italiam* omni *Cisalpina* pene furtim potitus fuerat) Exaudiens *Alboinus* per *Syrmium* ingressus cum conjugibus & liberis, cumque lectissimo exercitu, primo quidem omnem *Venetiam* occupat, inde *Cenomaniam* ingressus, castra in agro *Brixiano* componit, loco, ubi pratum *Alboinum* vicum construxisse fertur. Inde *Mediolanum* aggressus, illud vi cepit, & deprædatus, *Papiam* in suam potestatem redegit.

Portenta, sive prodigia. Pestem attende Cladem. Ethruria olim ab Ethruscis: à Gallis postea Senonibus.

Quas omnes turbulentias, cædes, & clades portendere videbantur prodigia illa, tempestate visa: nam igneæ acies invicem pugnantes in cælo apparuere, quarum strepitu & stridore multi mortalium attoniti videbantur. Verum *Brixia* nostra in tanto tempestatis turbine tum propria virtute decus suum satis servavit: licet pestis contagionem, & hostium ipsorum fortissimam manum non omnino evadere posset. Tanta enim fuit tunc in omni *Italia* pestis, ut ob hominum interitum, relictis pluribus villis, & locis antea cultis, ubique in posterum (quod existentia adhuc vestigia docent) magna amplissimaque consurgerent nemora. Tantus quoque Barbarorum ac cæterorum exercitus flagravit, ut omnis etiam provinciæ particula ab eo oppressa penitus esset, ac pessundata.

Cisalpina Gallia: quæ Cenomanniam, Insubriam, Liguriamque conversa nunc Lonbardia à Longobardis est appellata.

Hic Cisalpinam *Galliam* in *Cenomanniam*, *Insubriam*, & *Liguriam* ab ipsis *Longobardis* tunc occupatam, uti suum regnum, *Lombardiam*, quasi *Longobardiam* per syncopam appellaverunt. *Brixiani* tunc cohortante *Narsete* legatos ad *Alboinum* misere, eum *Brixianorum* regem salutantes. At ille cum oratoribus ipsis *Brixiam* pergens fœdus inter se civesque inivit, & fidem à nostratibus præstari adhibito juramento impetravit.

Alais Brixiæ Dux. Brixianorum attende, Fortunam.

Cæterum *Alaim* virum ex *Longobardis*, probum *Brixiæ* Ducem appellans civitatis nostræ præsidem constituit, qui multis cum proceribus, uxoribus & filiis, in urbe manens eas amicitias, eaque conjugia cum *Brixianis* conflare habereque voluit, ut vincti jam consanguinitate *Brixiani* cum *Longobardis* unus effecti sint populus, & sanguis unus. Quapropter civitas ipsa talia incrementa suscepit, ut non multo post, ædificiis, opibus, populo, militia, omnique prosperitate floreret.

Theudelinda regina. Prodigia.

Veri tamen *Longobardi* quum priscos gentis suæ ritus servarent, christianam religionem, ejusque sacerdotes annos circiter sexdecim odio sustinuere, quousque *Theudelinda* regina christianissima, cui Gregorius dialogorum librum inscripsisse legitur, in regno successit. Et ne, quod dignum memoratu est silentio prætereamus, quo anno *Alboinus* urbem obtinuit, tan-

A ta in agri noſtri planitie nix fuit, quanta in Alpibus unquam conſpecta fuerat: Sequenti vero æſtate tanta fuit frugum fructuumque fertilitas, quamtam hactenus ulla tunc ætas fuiſſe meminerat: anno tamen ſecundo univerſa *Italia* annonæ penuria deperire videbatur. Ubi autem *Alboinus* patera, quam è ſoceri capite ſibi auro ornaverat, *Rhoſimundam* uxorem bibere coegiſſet, ea indignata *Nelmelchidem* adamare cœpit, ipſeque *Nelmelchides Longobardus* adoleſcens illa ſuggerente, cujus jam conſuetudine delectabatur, ipſum *Alboinum* obtruncavit. Quare orta inter *Longobardos*
22 ſeditione civitates nonnullæ ab eis deficere tentarunt; ſed confæderati ſtatim adhuc *Longobardi*, B multis creatis inter ſeſe ducibus, ſuum ſibi regnum tandem conſervavere. Ceterum *Brixia*, quod ab *Alai* Duce ſuo ſe mirum in modum amari perciperet, ne liberalitate ſuperaretur, non modo rebellantibus obſtitit; ſed magnas miraſque, ad ipſius ducis tutelam & commodum, ædes ſub colle ſpecula meridiem verſus conſtruxit, quas palatium ducis vocari in annum uſque Chriſti, MCCL. antiqua tabellionis, quam ipſe legi, charta, plurimaque alia monumenta, alias quum urbeculæ foſſa effoderetur ibidem inventa teſtantur: tunc enim nonnulla confracta mœnia & ædificiorum ampliſſima veſtigia ibi inventa fuere, C quibus ingentia ſaxa miro opore lævigata, atque terſa extiterant. per hæc tempora eremitarum ordinem quidam apud nos veniſſe tradunt, quidam quoque illum poſt minorum ad nos adventum poſuere. Verum poſt *Alboinum* nonnulli *Daphonem* immediate regnaſſe contendunt. Quæ inter tempora (ſalva de ſucceſſore *Alboini* veritate) defuncto jam *Juſtino* & *Tiberio* ſecundo, *Mauritio Tiberii* genero *Romanorum* Imperium eſt demandatum, anno ſalutis DLXXXVI. At vero *Longobardi*, quum poſt *Alboini*, & *Daphonis* mortem annis decem ſub ducibus fuiſſent, *Eutharim*, vel (ut alii ſcribunt) *Autharim* regem ſibi creant, quem ad D æmulationem *Flavium* appellarunt, quo quidem cognomento omnes *Longobardorum* reges deinceps uſi fuere. *Mauritius* autem pellere *Italia Longobardos* conatus, *Sigibertum Francorum* regem mercede ad id bellum ſollicitat, qui comparato ſtatim *Gallorum* & *Germanorum* exercitu, cum *Euthari* decertans, magno accepto incommodo ſuperatur. Qua elati victoria *Longobardi* ad fretum uſque *Siculum* pervenere, reliquas *Italiæ* urbes in poteſtatem ſuam redigentes, quo minus urbe *Roma* diu obſeſſa potirentur. Interea imbres ita frequentes maximique fuere, ut hoſtes aliquando à E mœnibus vi imbrium propellerentur, & apud nos *Melo*, ſeu *Cartia*, torrens altiores etiam alvei ſui ripas, mirabili inundatione præterfluens, *Noë* diluvium civibus noſtris non ſine magna omnium triſtitia renovare videretur: coruſcationes inſuper & tonitrua proximo novembri tot, ac tanta fuere, quanta fieri æſtivo unquam tempore conſueverant. Pacatis vero tum bellis, tum procellis ipſis, *Eutharis* & *Theudelindæ* uxoris probitate (erant enim juvenes, ſed omni fere virtute præclariſſimi conſortes) non furta, non violentias, non quicquam ſceleris hac in provincia, ne dum in F urbe, fieri manifeſtum fuit: quinimmo obruta templa, ſacerdotes diſperſi, religio chriſtiana tot tantiſque fluctibus quaſi ſopita, ipſius *Theudelindæ* ſolertiſſima cura, omnia vel in priſtinum, vel in melius ſunt reſtituta: at *Brixia* (quod eam religioſiſſimam comperiſſet) pluribus ornatiſſimis templis, aliiſque ad religionem ſpectantibus tum extitit decorata. Cæterum, quum *Gregorius* primus pontif. max. contra clades procellas ve, de quibus ſupra, ſeptiformem ſupplicationem quam *Græci* Litaniam vocant, conſtituiſſet, *Theudelinda* eam ſumma veneratione

Nix. Frugum abundantia, Caritas penuriave. Gener e ſoceri capite pateram ſibi facit, & Maritus uxorem patris capite bibere cogit. Rhoſimunda regia.

Nelmelchides Adulter, Homicidaque. Eremitæ. Liberalitas ſuperari ſe Brixiani.

Dapho Long. Rex II. Maur. Imp.

Anno chr. DLXXXVI.

Eutharis. Long. rex III. Flavius appellatus.

Sigibertus Francorum rex. Galli, Germanique.

Roma.

Prodigia imbrium diluvii. Corruſcat. Tonitr. Tempore inſueto. Melo.

Theudelinda Regina.

Nota Felicia Tempora. Virtus.

D. Greg. I. Litaniæ.

proſequendam *Brixianis* ex templo ſuaſit, *Dominico* tunc Antiſtite noſtro, viro omni ſanctitate prædito, una cum clero, & populo omnia illico exequente. Qui quidem *Dominicus* ei Epiſcopo noſtro ſucceſſerat, qui (ut Divus ipſe *Gregorius* in dialogo ſuo teſtatur) quum *Valerianum* quendam patricium noſtrum virum pravum accepto pretio in æde divi *Fauſtini* ſepeliri permiſerat, triceſimo inde die ſubitanea morte extinctus fuit. *Eutharis* vero contra ſibi adverſantes *Hiſtriæ* incolas ter mille ex urbe *Brixia*, totidemque ex agro delegit armatos, quos illuc ad illos compeſcendos liberali eorum ſtipendio miſit: quique ea ſe virtute geſſerunt, ut clariſſima cum gloria opima etiam ſpolia inde aſportaverint. Qua de re lætabundus rex ipſe plura civibus noſtris pollicitus fuit bona: Quæ quum morte ſe præripi, nec aliter pro voto ſervare poſſe intelligeret, uxori *Theudelindæ* reliquit, *Brixiam* inter cæteras regni ſui urbes tenera ſemper charitate obſervari, aſſerens tamdiu regna ſtare, quamdiu regentes tales ſe præbuerint rectis tempore pacis, quales belli tempore illos ſibi præbere deſiderant. Illa vero à *Longobardis* omnibus regina approbata mariti teſtamentum ad amuſſim eſt executa. Cæterum quum ad ferenda arma tunc maxime opportuna opus viro foret, hortata plurimum, atque ſubornata, *Agilulphum* virum ſtrenuum, & bellicoſum, nec minus forma, quam animo & virtute ad Imperium accommodatum ſibi matrimonio copulavit, à *Longobardis* ipſis in repub. confirmatum. Rebellantibus vero huic deinde pluribus civitatibus, fidelis *Brixia* contra rebelles omnis ei tantum auxilii præſtitit, ut *Mantuam*, *Veronam*, *Bergomum*, *Cremonam*, & *Tridentum*, *Brixianorum* ſuppetiis iterum vendicaſſe gloriaretur. Quibus peractis, *Gregorii* Pontificis, & *Theudelindæ* exhortationibus, inter *Phocam* tunc, *Romanorum* Imperatorem & *Agilulphum* ipſum, eorumque confœderatos, inter quos acerrimum fuerat bellum, pax undique vallata fuit. Cæterum ea tempeſtate à Januario ad proximum uſque Septembrem talis, tantaque ſiccitas, fameſque omni in *Italia* graſſata eſt, ut inedia, ſitique multa mortalium millia immatura morte ſurriperentur: quod cometes ille magnus, qui mane, & veſpere per menſem apparuit, ſignumque, quod deinde ſanguineum in cælo eſt viſum, atque illæ quaſi haſtæ cruentæ, quæ cum clariſſima luce noctibus multis fluxere indicaverunt. Hyems demum quæ ſucceſſit, ita glacialis, & rigida fuit, ut vites ubique locorum fere omnes gelu extinctæ haberentur: meſſes vero partim à muribus, partim ab ipſo frigore univerſæ pene perderentur. Quæ tamen omnia quum divus tunc *Gregorius* ex hac humana, ad cæleſtem vitam migraſſet, ideo accidiſſe eſt ratum, ut quando chriſtianorum animæ ſpiritali cibo, ipſo ſummo doctore, cuſtodeque decedente, carere debuerant: ita eorum corpora fame, ſitique affici pariter omnino deberent. Creverat interea *Agilulphi*, primogenitus *Adoaldus*, qui ſecundo anno (patre annuente) & aſtantibus regis *Francorum* Legatis, rex ſuper *Longobardos* eſt elevatus. Cui quum illic *Theodeperti Francorum* regis unica filia ſponſa à Legatis eſſet, pacis fœdera cum *Francis*, atque *Romanis Agilulphus* roboravit, *Fauſtus*que integerrimæ virtutis civis noſter parum antea ab *Agilulpho* ad Imperatorem legatus, id muneris ad cum attuliſſe perhibetur. Paulo vero poſt, mortuo *Agilulpho*, *Adoaldus* cum *Theudelinda* matre in regno ſucceſſit, qui anno regni ſui decimo, quia inſaniret de regno ejicitur, ac ejus loco *Aricaldum* Regem *Longobardi* ſuffecerunt, quo regnante *Saraceni* & *Arabes* arma ſumen- 23
tes duce *Maumeto*, parum abfuit, quin Imperii, ac

Brixianorum. Virtus atque Trophæum. 22 V. Principis Gratitudo. Regnorum atten. Robur.

Agilulphus Long. rex IIII. Brixia, Fidelis, &c.

Mantua, Verona, Bergom. Cremona, Tridentum

Phocas Imp. Prodigia.

Siccitas. Fames. Inedia. Sitis Cometes. Sanguin.

Hyems. Gel. Vites. Meſſes. Mures.

Divi Greg. Pont. Mors Sanctitasque notatur.

Adoaldus Long. Rex V.

Conjugium cauſa Pacis. Fauſtus Br. ad Imp. leg. Inſanus de regno ejicitur.

Arialdus Long. Rex VI.

Maumetes.

ac *Longobardorum* nomen delerent: capta *Alexandria*, multisque aliis *Syriæ*, & *Ciliciæ* urbibus *Brixiani* tum hortatu beatiſſimi *Felicis* XXVII. *Brixiæ* Epiſcopi, una cum aliis rei chriſtianæ, & *Italæ* laudis fautoribus contra *Maumeti* exercitum (annuente tamen *Arioaldo*) auxilia miſere: quo ad *Saracenorum* conatus omnes evanuerunt.

Divus Felix Epi. XXVII.

Mortuo interea *Arioaldo*, *Rhotaris*, vir tum militari diſciplina, tum ſapientia præditus rex ſuffectus, *Pollioni Brixiano* ſcribæ ſuo doctiſſimo leges quas ſola memoria in uſu habebat, in ſeriem redigi commiſit & librum ipſum edictum appellari mandavit: *Longobardi* etenim antea ſine legibus fuerant.

Rhotaris rex.

Pollio Brix. Scriba doc. leges ſcribit.

Quum nimia tamen ingenii forte acrimonia in arrianam hæreſim rex ipſe declinaret, *Brixiani* id ægre ferentes, non ſine animi moleſtia ſub eo aliquandiu fuere: Quippe, quem ipſe dederat arriano præſuli catholica ſemper religione quum obſtarent, ab eo veluti contumaces nonnunquam reprehendi ſponte curaverunt, ut intellecta ab ipſo rege contumaciæ cauſa: quod ſcil. *Brixiani* Arrianos diſputando rationibus jam ſuperaſſent, ipſum ſibi Epiſcopum ſubmoveret. Quod quum facile impetraſſent, ei *Ethruriam* tunc contra Imperatorem invaſuro *Guilelmum* civem *Brixianum* collectis validiſſimis ex urbe, atque agro, copiis præfectum obtulerunt: Qui properanti adverſus *Longobardos Romanorum* aciei obviam factus, octo millibus *Romanorum* cæſis, reliquis terga dantibus, & *Rhotari*, & urbi *Brixiæ* cum immortali gloria trophæum clariſſimum tulit.

Religionem attende Brixianorum, libertatem.

Guilelmus Brixianus militiæ præfect.

Cæterum tempeſtate illa vehemens terræmotus aquarumque inundatio quam vaſtiſſima fuit: poſt quæ tumeſcentium corporum impia clade quum omnis fere *Italia* affecta eſſet, & rege ſuo *Rhotari*, & plurimis civibus miſerabilis *Brixia* tum orba permanſit. *Rhodoaldus* vero à *Longobardis* in regno ſubſtitutus, ita ſeſe geſſit, ut omni hoſtium remota formidine, perenni quoad vixit, tranquillitate, omnes ſub eo vivere viderentur.

Prodigia. Terræmotus. Aquarum inundatio. Clades corporum intumeſcentium.

Rhodoaldus Rex.

Sed in *Longobardæ* cujuſdam mulieris ab adulteræ viro in adulterio deprehenſus jugulatur, relicta uxore *Gundiberga* quondam *Theudelindæ* reginæ filia. Hæc matris religionem imitata, templa quædam ædificat, plurimo auro & argento *Brixiæ* præcipue exornat: Cæterum *Arithpertus Rhodoaldi* ſucceſſor, quum apud *Ticinum* Salvatoris condiſſet oraculum *Brixiæ* Epiſcopium ampliavit, fundis ditavit, & ornamentis inſignivit.

Adulterii crimine occiſus. Tranquillitas. Pax.

Arithpertus Rex IX. Relig. Epiſcopium Pertharis.

Quum autem duos filios moriens reliquiſſet, *Pertharitem* ſcil. & *Gundipertum*, huncque *Mediolani*, illum vero *Papiæ* ducem obſignaſſet: *Grimoaldus Beneventanus* dux *Papiam* venit, & *Pertaritem* puerum inde fugavit, *Gundipertum*que illico *Mediolano* expulit. Quid quum *Clodoveus Francorum* rex reſciſſet, caſum adoleſcentium miſeratus, magnas ſtatim copias in *Italiam* miſit, ut priſtinum adoleſcentibus regnum reſtitueretur. Unde & in ciſpadana regione prælium utrinque magna animorum concitatione committitur, dum illi redire in ditionem priſtinam, hic retinere bello partum conaretur.

Gundipertus.

Inclinante vero ſe ad *Grimoaldum* fortuna, fuſi, ac fugati *Galli*, *Italia* expelluntur, hoc tamen (ut ajunt) ſtrategemate decepti, quod ſcil. *Longobardi* cujuſdam *Apollonii Brixiani* militis aſtutia freti, ſimulata fuga, caſtra impedimentis, commeatibus, & vini præſertim copia refertiſſima relinquentes, in inſidiis haud longe ab *Aſtenſi* urbe conſtiterant: *Galli* vero caſtra ingredientes, rati veram fuiſſe noſtrorum fugam in omnem cibi potuſque voluptatem ſeſe effuderunt. Quare ſupervenientibus *Grimoaldi* copiis, quum ſomno gravati paſſim veluti pecora ſine cuſtode jacerent, ita ab illis cæſi fuere, ut nuntius vix qui tantam cladem *Clodoveo* regi nunciaret, ſuperfuerit. Hac elatus victoria *Grimoaldus*

Grimoald. Reg. occu. Galli Italia. Apol. Brix. Stratagem. Nota.

23 v.

Cibi potuſque voluptas.

Vini vel ebrietatis Damnum.

A

omnem provinciam in poteſtatem ſuam exemplo redegit. Cæterum *Conſtantio* tertio, qui *Heracleoni* in Imperio ſucceſſit, contra *Grimoaldum* movente, *Grimoaldus* magnum ſubito comparat exercitum, & contra *Conſtantium* ire ſtatuens, *Lupo Forojulienſium* Duci regnum & (ut ajunt) oves commiſit. *Lupus* autem, rege digreſſo, *Italiæ* regnum ſibi vendicare conatus, in *Ethruria*, *Aemilia* & in tranſpadana *Gallia* omnia tumultibus involvit. Quæ quum *Grimoaldus* apud *Beneventum* accepiſſet, *Bavaros* duce *Cacano* in *Lupum* pecuniis & pollicitationibus movet, qui primo congreſſu à *Lupo* ſuperati ſunt, ſequenti tamen

Heracleon Imp.

Conſtantius III. Imp.

Lupus Dux Forojul.

Cacanus Dux.

B

luce prælium repetentes *Lupum* ſuperant & obtruncant, ac totum forum *Julii* diripiunt. *Grimoaldus* autem abeunte ex *Italia Conſtantio* in Ciſalpinam rediens, *Forum Pompilii* ſabbato ſancto aggreditur, ac cæſis omnibus diripit, ſoloque æquavit, & id ad vindictam injuriæ, quam eo loci à *Ravennatibus* acceperat, dum obviam *Conſtantio* properaret. Inde quoque *Arneſitem Lupi* filium ad paternum Ducatum aſpirantem, apud *Natiſonem* fluvium, multis adjuvantibus eum *Dalmatis* duce *Vectari*, cædit. Ipſe autem volens arcu ferire columbam, manum ſibi tunc *Brixiæ* degenti quum vulneraſſet, Papiamque inde ac-

Forum Pompili.

Injuriæ. Vindicta. Arneſitcs.

Vectaris Dux. Arcu Sagit. Prodigia.

C

ceſſiſſet, erupto denuo ſine intermiſſione ſanguine, diem obiit. Sed hæc omnia & Cometes qui tribus menſibus apparuit, & pluviæ magnæ frequentiaque tonitrua qualia vel nunquam vel perraro antea fuere indicabant. Enimvero *Ollius* ex *Sebino* lacu fluens alvei ſoliti ripas ſtadiis circiter decem utrinque exundavit, ipſiſque fluctibus ſegetes, innumeraque fere hominum, & aliorum aminantium millia peremit. Cæterum *Garimaldus* mortuo patre *Grimoaldo* puer admodum regni jura ſuſcepit, ac tribus tantum menſibus regnavit: nam *Pertharis Arithperti* regis filius quem pulſum à *Grimoaldo* docuimus, dum exul ex *Gallia*

Cometes. Pluvia. Tonitrua.

Ollius ex Sebino lacu. Diluvium.

Garimaldus Rex. X.

Pertharis Rex. Long. XI.

D

in *Britanniam* trajiceret, incerta voce admonetur, ut mortuo *Grimoaldo*, regnum paternum repetat. Qua quidem voce permotus in *Italiam* rediens, tertio menſe poſt *Grimoaldi* mortem, regno paterno ſine contentione potitur: vir plane bonus, & rei Chriſtianæ amator, cujus uxor *Rhodelinda* illius exemplo permota baſilicam glorioſæ virginis (ipſe quidem *Agathæ* monaſterium *Papiæ* ædificaverat) quæ ad praticas dicitur extruxit. *Alachis* interim *Tridenti* dux elatus victoria, quæ *Bavaros* ingenti clade apud *Banzanum*, quod nunc *Bolzanum* dicitur, oppidum ſuperaverat, in regem ſuum arma movet. *Pertharis*

Vox Præſaga. Prodigioſa

Alachis dux. Benzanum. Clem. piet. Pater. prud. Fil. admon.

E

comparato ex *Brixianis* exercitu, hominem primo impetu fundit, ac fugat, & clauſum *Tridenti* aliquamdiu obſidet, quo inde nocte fuga abeunte, *Tridento* potitur: tantæ verum clementiæ fuit, ut *Alachim* ad ſe redeuntem in gratiam reciperet, eumque *Brixianorum* ducem ad *Juniperti* filii preces creaverit, ſæpius, tamen reclamans, quod id *Junipertus* in ſuam (ut accidit poſtea) perniciem faceret. Fertur, tunc in anno à Chriſti nativitate DCCVIII. ſtellam juxta *Vergilias* crinitam per dies aliquot ſereno cælo apparuiſſe, inter natalem domini, & Epiphaniam, quam ita apparuiſſe non negaverim, ſi de ortu *Vergiliarum*, co-

Anno. DCCVIII.

24

Prodigia.

Vergiliæ.

F

hæreret: æquinoctio enim verno oriuntur Vergiliæ, quum ſol arietis ſignum ingreditur, occidunt vero incipiente æquinoctio autumnali, ut ſtellam ipſam juxta Vergilias tali tempore videri poſſe, natura non concedat. Ex *Veſuvio* monte *Campaniæ* tantum ignis tum quoque erupiſſe perhibetur, ut loca circumquaque poſita penitus exuſta fuerint. Paulo inde poſt multæ cædes, rapinæ, incendia, principumque mortes ſunt ſubſecutæ. Enimvero *Pertharis*, quum annis octo re-

Ignis ex Veſuvio.

Junipertus.

Condipertus Rex XII. Pater & filius in regno consortes.

regnasset, *Junipertum*, alias *Condipertum* filium suum sibi consortem in regno constituit, cum quo pariter etiam per annos decem regnavit, & anno regni sui XVIII. moritur. *Junipertus* autem superstes rex *Hermelindam* ex *Anglorum* genere uxorem sibi copulavit; sed *Alachis* odio jam dudum contra *Pertharim* propria ingratitudine concepto,

Alachis regnum Long. XIII. occupat Odio & Ingratitudine.

annuentibus *Aldone* & *Grausone* comitibus, patriciisque *Brixianis*, quum *Junipertus* forte abesset, regnum ejus, & ædes *Papiæ* positas armis aggreditur, atque (ut vaticinatus *Pertharis* fuerat) protinus occupat. *Junipertus* in insulam, quæ non longe à *Como* est, confugit, ubi præ timore *Alachis* se fortiter communivit. Cæterum numerante quandoque *Alachi* pecunias nummus de mensa cecidit, quem *Aldonis* filius adolescentulus, intima ex familiaritate patris eo adductus de terra colligens *Alachi* reddidit. Ipse puerum (ut natura solet) parum vel minime intelligere ratus, omnibusque omnino ingratus ita est allocutus. Multos ex his genitor tuus habet, quos mihi in proximo, fortuna favente exhibebit. Adolescentulus tum ad patrem reversus, illi sciscitanti, quid apud regem vidisset, audivissetve, omnia ut successerant, retulit. Unde perterritus *Aldo*, quæ natus de *Alachi* retulerat *Grausoni* communicavit, atque mox cum amicis, quibus sese credere posse arbitrabantur, ambo consilium inierunt, quo nam modo *Alachis* ingratissimus omnium Tyrannus regno privaretur. Inde operam dedere, ut *Alachis* peregre satis in venationem accederet, patriciis ipsis ad regni tutelam interim relictis, qui injuriam dissimulantes, & probata jam amicitia, & qua plurimum pollebant eloquentia, facillime impetraverunt. *Aldo* igitur ad *Junipertum* è vestigio advolans suam contra *Alachim* initam necessario conspirationem revelavit, fide juramento adstricta, se & *Grausonem* *Brixiam* *Ticinum*que illi daturos, dum intra quintam diem valida urbes ipsas manu aggrederetur. *Junipertus* id gratissime quum acceptasset statuto die prospere tentavit: unde & justo regi regnum, & justo regno regem, tyrannide repulsa, cives nostri reddiderunt: *Alachis*, eo audito, in *Histriam* illico profectus, singulas ejus provinciæ civitates (incerto fato) sibi adsociavit: quare congregato exercitu *Vincentiam* venit, & ea mox urbe, cum aliis circumquaque populis superata, contra illum *Junipertus* castra movit: *Forojulialiani* quoque id intelligentes, solita erga *Junipertum* amicitia freti, ut ei auxiliarentur, contra *Alachim* sponte decurrunt. Quo *Alachi* denunciato, *Forojulianos* sparsim venientes capit, eosque sibi ipsi fideles fore juramento compellit, atque

Aldo. Grausoque Brix. Avaritiam & Regis imprudentiam malam. Puerilem nota relat. Injuriam dissimulari eloquentia Junipertus. Stratagema. Nota.

24 v. illos non longe ab exercitu consequi ordinans, contra *Junipertum*, *Aldonem*que & *Grausonem* *Brixianos* apud *Abduam* flumen, ubi castrametati fuerant, extemplo conducit *Junipertus* tum illinc, hinc vero *Alachis*, manu conserta, primum æquo Marte præliantur, at supervenientibus *Forojulianis*, ipse auxilii fretus *Junipertus*, (noverat enim eos ex signis, & amicos crediderat) acrius pugnat: ejus tamen exercitus, illos arma in se conjicere cernens, victoriæ spe quasi destitutus, fugam arripere tentavit. Quod *Junipertus* & *Aldo* advertentes, omnes fere milites nominatim vocant, & eos ad consequendam belli gloriam hujuscemodi verbis adhortantur. Quo nam abitis fortissimi fidelesque commilitones nostri? quid enim per Deum vestra intenditis salvare fuga? Nunquid libertatem forte vobis vita gratiorem fugientes acquiretis? Aut caput vestrum deserentes diutius vivere fortasse putatis? Non enim ignoratis, Fugitivos in primis semper fuisse servos: Quippe is tantum servus est, qui timore servit: servit autem timore qui timore fugit. Cæterum absque capi-

Pugnam attende. Spe destituti. Fugam arripiunt. Ducum ad milites adlocutio. Fugitivos esse servos. Tumor.

A te vivere corpus natura ipsa non patitur. Vos omnes regni nostri corpus, & validissimum quidem semper fuistis; sed & ejus regni & vestrum omnium caput rex quidem est vester. Quam igitur sine capite quam inquam sine rege vestro vitam vivere unquam speratis? Revertimini idcirco, revertimini inquam ad nos, commilitones fortissimi, assistite, & pugnate viriliter. Ecce caput vestrum, Ecce rex vester, vestra pro libertate atque salute acriter pugnat: vos autem membra regia pro vobis ipsis pugnare negligetis. Nam si regem, si caput, si commilitonem vestrum amiseritis; si eum forte (quod dii avertant) dere-

B linquetis, quomodo virtuti vestræ, vestræque genti semper gloriosissimæ bene consulueritis? Nunc regem quidem, nunc socium, nunc amicum habetis, qui vobis magis quam sibi gloriam cum tranquillitate quærit. Si eum deseretis, qui vos comitatur: si eum perdetis, qui vos salvare contendit, quem demum comitem, quam postea vobis salutem unquam speratis? Ecce hostis persequitur vos fugientes, & jam, quo fugiatis non est locus. Opinamini forte, hosti cedendo aufugere; sed nulla est victis salutifera, nulla honesta fuga. Hac tumultuaria concione allectus, accensusque exercitus, ferocem vultum omni cum

Victis nulla salutifera fuga.

C atrocitate hosti revolvit, atque perstrepentibus buccinis, signisque datis, contra hostem ita irruit, ut neutra parte locum dante, miseranda utrinque facta sit strages, in qua quum *Alachim* interfectum ejus tamen copiæ perciperent, veluti sine capite vagantia membra hinc inde fugam arripuere. Nostri vero illos persequentes, quem mucrone attingere non potuerant, *Abdua* fluvio submergi compellunt. Quo *Junipertus* & cives nostri insigne inde Trophæum, deletique hostis spolia secum tulere opima. Porro sequenti anno sole & luna defectum passis, mox pestis horrenda subsequitur, ut parentes cum filiis, fratres cum

Brixianorum Trophæum Opimaque Spolia. Prodigia. Pestis.

D sororibus bini per feretra positi ad sepulchra sæpius portarentur. Astrum nimirum coruscans ab occasu die media in orientis partes declinare est visum. *Lemures* insuper duo multis noctu apparuerunt: alter scil. bonus, & alter malus: jussuque boni, malus qui videbatur venabulum manu ferre quoties eo hostium cujuslibet domus percuteret, tot ea de domo sequenti die homines interibant. Verum enim vero *Junipertus* excellentem *Aldonis* *Grausonis*que & in toga & in militia virtutem animo sæpiuscule repetens, mirabilium eorum facinorum neutiquam oblitus immo eos in regno potentiores futuros autumans, mox ad illo-

Astrum perversum. Lemures. 25

E rum exarsit interitum: veritus, ne quorum magnifice gestis servatus rex fuerat, eorum etiam similibus aliquando deponeretur: (ô adversam *Brixianorum* crebro fortunam: Quibus plurimum auxiliati sunt, quosque etiam proprio redimere cruore, ab illis opprimi, ab illis ad exitium sæpius videntur impelli) cum stratore suo de perdendis patriciis ipsis consilium (sed frustra tamen) inivit. Nam quod inique Rex contra illos conceperat, Deus in illius interitum æque retorsit: Quippe mala, statim valitudine oppressus, *Luitpertum* filium suum regem futurum elegit, cui *Asprandum* tutorem testamento constituens, illico vita de-

Brixianorum adversam fortunam nota. Luithpert. Longobar. Rex XIIII.

F cessit: cæterum *Luithpertus* octo tantum mensibus quum regnasset, *Raginpertus* *Thaurinensium* dux, quem *Gondipertus* rex, quum à *Grimoaldo*, extingueretur, reliquerat parvulum, de quo etiam supra, adversus *Asprandum*, & *Rhotarim* *Bergomatum* ducem valida manu accessit, & apud *Novariam* urbem cum eis acriter pugnans, in prælio superavit: in quo quidem prælio *Aldo* & *Grauso*, fortuna urgente, ferocem Marti animam reddere sunt coacti. Unde *Raginpertus* regnum invadens, illud

Bergomum. Novaria. Ragimpert. Longobar. Rex XV.

Beati Petri Apostoli Templum Brix.

illud anno tantum occupavit, & mortuus est. Tum *Gisulphus Beneventanorum* dux *Italiam* ingressus, *Brixianum* agrum deprædatur, ac vastat. Cui *Arithpertus Raginperti* filius cum *Brixianis* resistens duodecim demum annis regnavit, vir quidem justitiæ, pietatisque cultor, regiaque liberalitate præfulgens. Nam zelo christianæ religionis allectus, beato *Petro* Apostolo celeberrimum *Brixiæ*

A

templum amplissimis muneribus perornavit: Cæterum instabilitate fortunæ fugere coactus, in *Ticino* flumine auro onustus demergitur ejus vero compertum cadaver ad Salvatoris templum ab illius proavo *Papiæ* exstructum magna cum pompa sepelitur, *Brixianis* interea multa incommoda perferentibus, Peste namque, & fame nimirum affecta est tunc civitas nostra.

Arithpertus secundus Longobar. Rex XVI. Auro onustus fugiens flumine mergitur. Pestis. Fames.

LIBER QUINTUS.



Tempore mutari res, novasque fieri.

Scio nonnullas in hoc opere dictiones me quandoque usurpare, quæ disertioribus forte minus latine positæ videbuntur, sed omnes rogatos velim, ne acriorem in me censuram exerceant, quam res ipsa expostulet: Quum præcipue temporum varietas ita effecerit, ut pluribus rebus mutatis, pluribus noviter repertis, plurima etiam rerum nomina necessario vel mutari, vel nova fieri oportuerit: Nam ut de mutatis aliqua referamus, apud antiquos, qui quempiam popu-
25 V. lum regeret ille rex appellabatur: Neoterici tamen regis nomen rarissimum excellentissimumque observantes, non qui populum duntaxat unum, sed qui provincias regit, regem tantum appellant: Atqui, quem sacrificulum nos appellaremus, sacrorum regem à priscis nuncupatum *Lucius Fenestella* testatur. Quæstores autem antiquitus vocabantur, qui à nonnullis Camerlengi, vel Thesaurarii, vel etiam Massarii (sed barbare quidem) nunc vocitantur. Consules quoque *Romanorum* regiam potestatem habebant: licet annuam tantum: Nostrates vero temporis hujus vel solum jus dicunt, vel minimam populi curam gerunt: adde nunc apud *Venetos* eum Provisorem appellari, qui præcipue rebus castrensibus, ut olim Consules, præfectus habetur. Cæterum quem prisci prætorem appellavere, nunc à nonnullis potestas vocitatur. Præfectus etiam urbis fuit quem quidam in præsentiarum Capitaneum appellant: Quanquam & eo barbaro nomine præfectus militiæ, exercituum Dux vel Imperator à pluribus Capitaneus nuncupetur, & Dux pro principe sæpicule fit usurpatus. Comes quoque, etsi à con & iter compositus videatur, quandam tamen dignitatem nunc ejus significat. Præterea inventa sunt etiam hac tempestate plura præsertim bellica instrumenta, quæ sua nomina sortiri necesse fuit. Hinc aliquando balistæ, (alias tamen scorpiones) bricolæ quandoque, bombardæ, sclopetti, & id machinarum genus suis, quæ sunt sortita, nominibus si appellantur, non incongruum certe, videri debet. Hæc tamen excusatio nostra, si est cui non placeat, ipsum exoratum velim, non me verbis sed meliori opere castiget: Nam (ut exorsus fui) felicioris ingenii quempiam ipse desidero, qui patriam hanc nostram magis quam ipse fecerim suis scriptis illustret: Quippe modo patriæ sit, mihi abunde persolutum esse confirmo; sed jam ad historiæ nostræ globum procedamus. *Arithperto* (ut superius diximus) in *Ticinum* merso *Gaidoalphus* vir natione, virtuteque conspicuus tunc *Brixianorum* ducem gerens filiam habuit nomine *Rhosimundam*, quam *Romualdus Beneventi* Dux, conjuge *Gundiperta* defuncta, uxorem sibi sortitur. Horum nuptiæ hymenæusque in urbe *Brixia* magna cum omnium voluptate, assistente etiam *Luithprando* decimoseptimo *Longobardorum* rege, cele-

Rex quis. Sacrorum rex. L. Fenestella. Quæstor. Camerlengus, Massarius. Thesaurarius. Consules. Provisor, ut olim consul Prætor. Potestas. Præfectus. Capitaneus. Comes. Inventa noviter. Imperator exercituum Dux. Balistæ, Bricolæ, Bombardæ, Sclopeti. Bellica instrumenta. Gaidoalph. Brix. Dux. Rosimunda, Romualdus, Luithprandus Longo. Rex XVII.

B

brati fuere. Interea *Petronius*, alias *Petronax* priscus civis noster, vir quidem potentissimus, & religione insignis, divino amore compunctus *Romam* proficiscitur, & *Gregorii secundi* Pontif. apud quem multum claruit, hortatu monasterium *Cassinense* divi *Benedicti* prope derelictum sua impensa ædificiis & monachorum frequentia instauravit, anno postquam à *Longobardis* destructum fuerat, duodecimo supra centesimum. *Carolus* autem *Martellus Pipini Gallorum* regis filius tum per *Gregorium* pontif. ad principatum vocatus, quum intelligeret *Sarracenos* ex *Africa* in *Hispaniam* trajectos, omnem provinciam depopulasse, atque inde ab *Eudone Aquitaniæ* duce in *Galliam* evocatos, magnis itine-

C

ribus in hostem, ecclesiæ causa, proficiscitur fretus 26
auxilio *Luithprandi* regis nostri prænominati, qui *Honorium Brixianum* cum septenis millibus militum ad ejus servitium miserat: ubi apud *Turonem* pugnandi occasione suscepta hostes contrivit, quo tempore cometæ duo diebus quindecim in cælo sunt visi: quorum alter solem mane præcedebat, alter vesperi sequebatur. Eos nonnulli *Carolum* ipsum & *Luithprandum* Christi ecclesiam comitantes atque tuentes significasse opinabantur. Deinde *Aldeprandus Luithprandi* nepos anno septingen-

D

tesimoquadragesimoquarto à redemptoris ortu, mortuo avo rex effectus est, & in templo, quod ad *Perticas* dicitur, est coronatus, cuculo ave ibi tunc volitando insidente, quod ejus principatum inutilem fore plerique portendere censuerunt. Hic tamen *Romam* obsedisse legitur; sed regni sui mense sexto sine liberis ultimum diem obiit. Post quem *Rachis Aistulfi* frater, *Taurinensium* dux, rex electus annis septem regnavit: vir plane omni perpetuaque laude dignus: Ad quem *Zacharias* Pont. Max. pro integrando pacis fœdere legatos continuo misit, ne inceptum *Aldeprandi* bellum prosequeretur: Qui quum esset animo pius, & religionis

E

amator ex animi sententia omnia comprobavit, atque concessit. Quare diebus octo continuis in jucunditatis signum *Brixia* multa spectacula celebravit. Ille vero post aliquod tempus divino numine persuasus regnum sprevit, monasticam vitam amplexus, itidemque ut facerent, uxorem & filios plurimum adhortabatur. Ejus autem frater *Aistulphus* regnum quum occupasset, ob ingenii astutiam animique ferocitatem, omnia armis intentabat. Quare ecclesiæ *Romanæ* ditionem jam aggressum *Stephanus* secundus pontif. Max. litteris, muneribusque placare

F

conabatur, ut *Romanorum* agros bello vexare desineret. Quod quum efficere nequiverit, ad *Pipinum Caroli Martelli* filium tunc *Franciæ* regem, uti ad ultimum rei ecclesiasticæ præsidium tandem confugit, legatos mittens ab ipso *Pipino* auxilia sibi postulaturos. Qua etiam de causa & pontifex ipse in *Galliam* ad regem ipsum fertur profectus, qui pontificis precibus motus, contractis validissimis copiis, in *Italiam* descendit *Aistulphum*-que

Petronius vel Petronax. Brix. Relig. Gr. II. Pontif. max. Monasterium. Divi Bened. Carolus Martellus Pipini filius. Honorius Brix. militum dux. Cometarum portentum. Aldeprandus Long. rex XVIII. Anno DCCXLIIII. Cuculi augurium. Rachis Long. Rex XIX. Zacharias pont. max. Regnum aspernatur. Aistulphus Long. rex XX. Stephanus II. Pont. M.

Galli in Italiam veniunt. Orator Brix. ad pont. max.

que apud *Papiam* obſidione cingit, & oppugnat, *Brixiani* vero pluribus de cauſis moti, oratores ad Pontificem mittunt, qui, quum provinciæ calamitates, rei chriſtianæ incommodum, & amicorum peſſundationem, oratorum facundia adamuſſim exarari audiviſſet, illis omnibus permotus pacem *Aiſtulpho* ſub conditionibus obtulit, quibus acceptis, ad unguem etiam ſervare promiſit. Quapropter & *Pipinus* obſidione ſoluta illico ad propria ſe convertit, & *Stephanus* arbitratus *Aiſtulphum* promiſſa obſervaturum reſtitutionemque ablatorum expectans, *Romam* regreditur. *Aiſtulphus* autem contractis rurſum copiis,

Honorius Brix. militiæ præfectus, Virtute præclarus.

quibus *Honorium Brixianum* præfecerat, *Romam* iterum obſedit. Quumque omnem ſuburbanum agrum devaſtari præciperet, *Honorius* ab eo ejuſce præfecturæ depoſitionem petit, veritus ne tum ſacrilegio, tum fœdera fideque à rege ipſo pontifici

26. v. violata divinam, humanamque forte experiretur ultionem. Quare *Pipinus* in *Italiam* ſecundo per *Stephanum* accitus, *Aiſtulphum* ea obſidione cinxit, ut priſtinas pacis conditiones ſatis ſuperque explere coegerit. Cæterum *Aiſtulphus*, etſi regni ſui principio audax feroxque fuiſſet, in fine tamen temperatus, ac religioſus evaſit, & apoplexia in venatione interiit.

Venator Apoplexia moritur. Deſiderius Longobar. Rex. XXI. Anno chriſti. DCCLIX. Relig.

Quo defuncto *Deſiderius* præſagio quodam anguis ſibi dormienti caput circulantis, anno ſalutis humanæ. DCCLIX Rex conſtitutus annis decemocto regnavit. Qui primo *Herturiæ* Dux, *Aiſtulphi* obitum audiens, *Longobardorum* regnum invaſurus eveſtigio copias undique contraxit, atque, ut votum facilius obtineret, multa Pontifici, ac *Romanis* pollicitus fuit. Quapropter eos ſuam in ſententiam ducens, regnum ſine obice conſecutus videtur. Unde chriſtianæ

Lenum agri Brixiani vicum.

religioni ſe non ingratum oſtendens, inter regni curas & reip. adminiſtrationem, cænobium in vico, qui nunc *Lenum*, & olim *Leones* à marmoreis ibidem Leonibus inventis appellabatur, ſuo ære conſtruxit. Quod ampliſſimis prædiis, & aliis ad rem opportunis dotans, etiam Monachis quinquanginta, rem divinam in illo acturis mirum in modum perornavit, quibus *Hermoaldum*

Hermoaldus Brix. Anno. DCCLXVIII. DD. Benedict. Vital. & Martialiſ.

Brixianum, virum omni virtute & ſanctitate præditum, Præſulem, id eſt abbatem, conſtituit. Hic vero anno ſalutis chriſtianæ ſeptingenteſimo ſexageſimo octavo ejus templi conſecrationem ſub titulo divi *Benedicti*, ac Beatorum *Vitalis*, & *Martialis* à pontifice noſtro impetravit. Interea

Anſa Regina. Diva Julia. Anſelperga Antiſtes. Sacra attende digniſſima.

Anſa Deſiderii uxor chriſtianiſſima marmoream decoramque admodum baſilicam in divæ virginis, martyriſque *Juliæ* memoriam ad collis chineæ radices ædificavit, agris abunde dotavit, monaſterio opportuno munivit, & omnibus miniſterio divino accedentibus copioſiſſime decoravit. Nam quum *Anſelpergam* ſuam & *Deſiderii* conſortis ſui primam gnatam ibi antiſtitem (abbatiſſam appellant) plurimis cum patriciorum noſtrorum honeſtiſſimis virginibus ſub Beati etiam *Benedicti* regula vitam degere ordinaſſet: multa etiam ſanctorum corpora, & reliquias (ſummo favente pontifice) in eadem æde Loculis argento, auroque ac gemmis ornatis, ſumma induſtria ac pietate recondit. Inter quæ Divæ virginis ac martyris *Juliæ* corpus è *Corſica* (ut fertur) tranſlatum in primis extitit: Duo Innocentium ab *Herode Aſcalonita* interfectorum corpuſcula, & alia quamplurima aliorum ſanctorum membra, atque reliquiæ, ut de in effabilis virginis ac matris *Mariæ* capillis. De beatiſſimis apoſtolis *Petro* & *Paulo* artubus: De cruce dei & Salvatoris noſtri *Jeſu Chriſti*: de ejus ſepulchro: de veſte ipſius. Reliqua enim quum innumera pene ſint, & in ipſo

Innocentius ſecundus pontif.

monaſterio, manu præſertim *Innocentii ſecundi* pontif. Max. deſcripta reperiantur, hic brevita-

A tis gratia reticebo. Hoc unum tamen non prætermittam, nullam aliam inter *Longobardos*, ne dicam inter chriſtianos omnis, tunc fuiſſe ædem, quæ omnibus ad rem opportunis ipſi noſtræ adæquari poſſet. Nam quæ nos vidimus & puri argenti crux magna, lapillis pretioſiſſ. jam redimita, & ejus præcipue antiquiſſimi, praſineoque 27 & cianeo coloribus tincti codices, puris auro, & argento conſcripti ſententiam hanc noſtram cunctis eos intuentibus apertiſſime confirmant.

Sacra virginitas.

Ea autem omnia ipſi *Anſelpergæ* & virginibus ſociis quam optime congruebant: decet enim rem ſacram à ſacris virginibus cuſtodiri. Poſt hæc *Anſa*

B regina ſereniſſima, quum hac vita decederet, corpus ſuum in æde ipſa teſtamento ſepeliri mandavit, freta quidem tum monialium puriſſimis orationibus, tum reconditorum ibi auſpicio ſacrorum, ſeſe apud Deum fauſtiorem gratiam fore conſecuturam: Mandans etiam quaſdam panis ſarcinas in ſuæ animæ redemptionem de ſuis ipſi loco relictis opibus ſingulis æternum annis Chriſti inopibus erogari utque ſui deceſſus annale hoc eſt. XIII. Kal. Februarias, per virgines ibi ſuper

Anſæ reginæ ſepulchrum

ejus ſepulchrum marmoribus perornatum campanilique reconditum, continuis temporibus celebrari. Quod ut ſtrictius facere tenerentur,

C regiam coronam ſuam, multis lapillis maximo pretio dignis redimitam, ſuaſque aureas veſtes virginibus ipſis teſtamento legavit.

Carolus magnus Rex Francorum. Rolandus Palatinus.

Interea *Carolus Francorum* Rex, cui fuit cognomento magnus comite *Rolando*, cæteriſque Palatinis in *Hiſpania* contra ſaracenos bella gerens, auxilia per legatos à Deſiderio poſcit, qui quinque millia armatorum *Obreſto Brixiano* duce, ad *Carolum* eveſtigio tranſmiſit: quibus mox *Carolus* fretus *Auguſtam*, & *Papillonam Hiſpaniæ* civitates præda, igne, ferro, & cæde proſtravit: unde urbibus *Carolinæ* ditioni injunctis, auro, & argento onuſti ad propria victores remearunt.

D His omnibus bonis, gloria ſcilicet & opibus *Longobardorum* virtus laxata, pedetentim langueſcere cæpit: nam

Deſiderius Rex. Obreſtus Brix. militiæ dux. Fortuna, opes, luxus. Carolus chriſtianæ rei tutor.

& *Deſiderius* omnium adverſariorum metu abſolutus, à ſponſionibus, quas pontifici ac *Romanis* effecerat, animum extemplo revocans, multas illis paulo poſt injurias intulit. Quam obrem Pontifex ad *Carolum* chriſtianæ rei tutorem appellatum reclamans, rogat, ut *Deſiderium* admoneat, ab inferendis Pontifici & eccleſiæ injuriis cavere, quod etſi *Carolus* diligenter effecerit, continere tamen hominem ab armis non potuit: quinimmo contractis undique copiis in *Ravennates* ditioni *Romanæ* obtemperantes movens, *Faventiam*, *Co-*

E *machum*que vi cepit. Quod audiens pontifex, *Deſiderium* primo nuntiis adhortatur, finibus ſuis ſe continere libeat. Ille pontificem obaudiens, *Urbinum*, & *Senogalliam*, & alias ibi urbes plurimas occupat. Quibus Pontifex ultro laceſſitus injuriis, ad *Carolum* rurſus cogitur reclamare. Hic *Deſiderium* per legatos admonet, ut res injuria Pontifici ablatas reſtituat, alias ſe ita facturum, ut quod jure nollet, vi facere compellatur.

Theophilus Brixi. militiæ dux.

Parantur igitur validiſſimi utrinque exercitus, & *Theophilum* quondam *Honorii Brixiani* filium diſciplinæ militaris peritiſſimum *Deſiderius* elegit ducem, *Carolus* vero mira celeritate uſus, præmiſſa

F copiarum parte, quæ in tranſitu alpium Jovis montem occuparet, cum reliquo exercitu per *Ciniſium* montem in *Italiam* deſcendit, fuſoque ac

Galli in Italiam. 27. v. Mortaria alias pulchra ſylva.

fugato *Deſiderio*, qui contra *Theophili* conſilium, à montibus apud *Papiam*, loco, qui alias pulchra ſilva, nunc ea de cauſa Mortaria eſt appellatus, receſſerat, omnia longe, lateque populatur, capit, cædit, & diruit. Deſperatis itaque rebus *Deſiderius* tanto accepto incommodo, *Papiam* ſe recipit, uxore, liberiſque *Veronam* illico miſſis.

At

A At omnes non multo poſt in *Caroli* manus venere, opera (ut quidam volunt) & induſtria *Bertæ Caroli* fratriæ, quæ cum filiis ad *Deſiderium* defuncto marito confugerat. Nam captis urbibus, oppidis, & omnibus *Deſiderii* locis ipſum etiam cum uxore & liberis captivum regnoque ſpoliatum *Lugdunum* relegavit. Atque reſtitutis ſubito quæ ad pontificem ſpectabant, *Papiæ*, *Brixiæ*que, qui provinciam hanc, olim *Longobardorum*, pacifice cuſtodirent, præfecit. Poſtea quædam agri *Brixiani* pars, ubi tunc *Franci* diu conſederant *Franciacurta* appellata, nomen ipſum in hodiernum perduxit quamquam id multo poſt aliqui fuiſſe contendant, id eſt, quando *Carolus Ludovici Francorum* regis frater *Capreolum* agri noſtri caſtellum tunc munitiſſimum evertit: quod quidem hac (qualiſcunque ſit) ratione impugnatur. Nam tunc quoque divi *Dionyſii* ædiculam apud *Rotingum* oppidulum veſtrum, à *Francis* ipſis ea de cauſa conſtructum ferunt, quod quum *Carolus* ipſe magnus juraſſet beati *Dionyſii* proximum feſtum in *Francia* ſe eſſe celebraturum, & ſuperiori bello adhuc inexpeditus non poſſet, oram ipſam *Franciam curtam* appellaſſe, in ſacello ipſo ſancto *Dionyſio* dedicato, illius feſtivitatem ſolemniter celebraſſe. Anno itaque humanati verbi. DCCLXXIIII. *Longobardorum* regnum langueſcentibus (ut dictum eſt) *Juſtitia*, & charitate everſum eſt, atque conſumptum, quod per annos. CCIIII. ſub. XXI. regibus extenſum fuiſſe dignoſcitur. Qua quidem tempeſtate multa pecora & homines grandine interempta fuere, duriſſima duodecimque pedum longa tunc glacie è cælo cadente. Poſtquam *Carolus* magnus *Longobardorum* regnum (ut oſtendimus) ditioni ſuæ adjecit. *Hieroſolyma* vel ex voto, & religione viſitata: vel (ut nonnullis placet) à *Saracenis* liberata, eccleſiaque *Romana* per eum reſtituta, Auguſtus appellatus. Imperatorium nomen, dignitatemque ſuſcepit, atque in patriam revertens, *Naimum Bavariæ* ducem hic præſidem nobis dimiſit. Quo ſuadente, majores noſtri urbem illico inſtauraverunt. Nam ſeptemtrionem, occidentemque verſus ad ædis uſque, martyrum noſtrorum incluſionem aucta, ad turrim, quæ palata à fixis ibi palis dicitur, ambitum vergens, & inde ſub ædem divæ *Agathæ* flectens, ad portam uſque turris longæ nuncupatam, auſtrum verſus inſtaurata fuit, quod murorum fovearumque ibi adhuc veſtigia abunde teſtantur. Tum beatorum martyrum *Fauſtini* & *Jovitæ* corpora ab eo loci, ubi primo obtruncati, ſepultique fuerant, quum extra urbem ſemper fuiſſent, ad divæ *Mariæ* templum, antea in ſylva dictum & hac inſtauratione in urbe cinctum, ſumma cum religione majores noſtri tranſtulerunt, annuente *Ramperto* tunc antiſtite noſtro: ut quæ in vetuſtiſſimo monachorum ibidem exiſtentium Libro (Martyrologium appellant) hujuſmodi verba confirmant: Septimo ſcilicet Idus maji, anno ſalvatoris noſtri octingenteſimo quadrageſimotertio, indictione

28 ſexta, tranſlatio beatorum *Fauſtini*, & *Jovitæ* in urbem *Brixiam* à Domino *Ramperto* ejuſdem urbis epiſcopo facta eſt. Quibus omnibus verbis tranſlationem ipſam ſub *Ramperto* non autem ſub Beato *Antigio* (ut quidam ferunt) effectam fuiſſe, non eſt dubitandum: qui quidem *Antigius* multo antea tempore epiſcopum geſſerat. In ipſa vero tranſlatione innumeræ pene, ac ſupra naturæ vim gratiæ comitantibus illam divinitus feruntur infuſæ, & multa prodigioſa cunctis cernentibus apparuere: nam quum ad ponticuli plateam ab occidua parte *Melonis*, ſive *Cartiæ* torrentis perveniſſent, ibique aliquamdiu populus cum clero, gratia reſpirandi morarentur, cruor ab ipſis corporibus adeo emanavit, ut ſubſiſtens ſolum eo permadidum fuerit. Vnde diebus etiam noſtris ſecunda rogationum die in eo loci ſacerdotes cum cruce adſtare, beatiſſimoſque martyres, ut deum pro nobis exorent perſæpe invocare audivi. Qua propter *Naimus* dux ac præſes noſter jam ſenio confectus viſis tot tantiſque prodigiis (nam corpora ipſa annis. DCCXXII. ſupra fuerant obtruncata) in ipſorum martyrum pietatem exarſit, adeo ut quas à *Carolo* magno jam defuncto cruces inæſtimabili pretio dignas acceperat, ipſiſque beatiſſimis martyribus ſumma veneratione obtulerit. Earum autem altera eſt, quam contra *Saracenos*

B vexilli loco *Carolus* ipſe geſtabat, nos cruce campi vocitamus: altera, quæ aurea flamma appellatur, ea eſſe creditur quam olim *Conſtantino* magno ex lapide pretioſo, & auro formatam, tertio libro noſtro ſupra oſtendimus: quam quidem *Conſtantinus* poſtea ſextus *Carolo* magno à viſitatione *Hieroſolymorum*, quam paulo ante meminimus in regnum revertenti inter cætera ſacra in æſtimabile munus donavit. Hæc autem ſatis probari videntur *Helenæ*, & *Conſtantini* imagunculis, græciſque hujuſmodi characteribus . . . . in ejus crucis capſula exſculptis; ſed magis antiquiſſima, perpetuaque & ſolida ubique ipſius rei fama id profecto confirmat: nam fama ut

C oritur ſi falſa eſt etiam extingui videtur. Non prætermittam hoc loco aliud etiam penes me validiſſimum tantæ rei teſtimonium: mihi ſcilicet domi eſſe argenteum nummum hic ipſius crucis ſigno, ac literis iſtis.

IN HOC SIGNO VINCE.

Inde vero *Galliæ* regis ſignis literiſque hujuſmodi.

CAROLUS REX FRANCORUM.

Graphice effigiatum. Cæterum de tantis crucibus ipſis, & primo de Aurea flamma *Hieronymus Paracletus* vates, & civis noſter lepidum graveque poema edidit, cujus eſt tale principium.

D *Crux cæli fulgor: terrarum gloria ſalve:*
Unde habet æternum Brixia magna decus:

ſed jam de crucibus ſatis. Inſtaurata (ut dictum eſt) *Brixia*, peractaque beatorum martyrum tranſlatione ipſa *Rhataldus Ludovici* cognomento *Pii ſecundi Francorum* regis conſanguineus, vir omni bonitate conſpicuus, *Leonenſis* cœnobii ab *Hermoaldo* ejus tunc Abbate abbas ſubrogatus, multa ipſi loco adjeciſſe bona ſcriptis ibi probatur. Per quod tempus mulier, papa effecta, *Joannes Anglicus* eſt appellata futuras vero civitati noſtræ calamitates portendentia ſupra captum mentis perhorrenda non defuere Prodigia: Tribus namque diebus, ſucceſſivis horis, ſanguinem *Brixiæ* pluiſſe: ignitos inſtar ſagittarum vapores in cœlum elevatos eſſe: Solem veluti cruentum lumine defeciſſe. Locuſtarumque innumerabiles turmas in *Gallia* apparuiſſe, quæ volitantes virentia quæque conſumebant: *Sigilbertus*, & *Martinus* hiſtorici confirmant. *Proſper* quoque Tritici grana, & piſciculos imbribus immixtos pluiſſe atque frumenti libras c. quinque auri drachmis venditas fuiſſe ſcribit. Bella tum undique & exterorum

F hoſtium, & inteſtina ita exaſperarunt, ut annis ſupra quinquaginta provincia hæc noſtra nunquam bellis fuerit abſoluta. *Ludovicus* ejus nominis *Tertius* à *Francis* & *Germanis* octavus *Gallorum* Imperator deſignatus annis ſex abſque corona tamen, imperavit: dolebant nanque *Romani* & *Itali* fere omnes, quod in *Germaniam* transferretur Imperium. Vnde *Romani* pontifices tranſalpinos Imperatores ad *Othonem* uſque primum Imperii diademate inſignire voluerunt. Is igitur *Ludovicus* cum *Berengario Forojuliano* duce, à *Longobardis* originem ducente, & paternum regnum repetente, armis decertans illum primo congreſſu ſupe-

Marginal notes, left column:

Francia-curta

Capreolum
D. Diony.
Rotingum.

Anno.
Dcc.
LXXIIII.
Virtute regna ſtare luxu ruere conſtat.
Prodigia frigoris, grandiniſve, & glaciei.

Hieroſolyma.
Carolus magn.
Aug. imp.
Naimus Bavariæ Dux.

Brixiæ inſtauratio.
Tranſlatio martyrum Fauſtini & Jovitæ.
Donnus Rampertus. Epi. Bri. Anno. DCCCXLIII.

Prodigia vel miracula nota.

Marginal notes, right column:

Cruces campi & aureæ flammæ.
Famæ vim nota.
Hieronymus Brixia vates.

Rhataldus.
Lud. Pius. II.
Leonenſe cœnobium.
Mulierem attende papam.

Portenta, prodigia, ſanguinem Bri. pluit.
Igniti vapores.
Cœlum. 28. v.
Sol cruentus,
Locuſtæ
Sigilbertus:
Martinus hiſto.
Proſper hiſtoricus.
Prodigia item Plu.
Frumenti caritatem nota.

Ludovicus tertius. VIII.

Gallo. Impe.
Berengarius.

Verona. Excæcatur. Ludov. Imperii tranſlatio vel quaſi

ſuperat, mox renovato apud *Veronam* prælio *Ludovicus* capitur oculiſque privatur. Itaque Imperium annis centum, decem à *Caroli* progenie poſſeſſum, demum id eſt, anno chriſtiano nongenteſimodecimoſecundo in *Longobardos* videtur eſſe reverſum.

Berenga. II. Hungari perfidi.

Cæterum *Berengarius* ejus nominis *ſecundus* quum ciſalpinam *Galliam* tantummodo tueretur, *Hungaris* contra *Ethruſcos* iter dedit, modo ſuis illæſis pertranſirent. *Hungari* contra fœdus ſævientes, incenſis everſiſque urbibus nonnullis, ingentem prædam aſportaverunt.

Rodulphus Burgun. Rex. Brixia. Bergom. Papiaque igne & ferro vaſtatæ.

Quare & *Rhodulphus Burgundiorum* Rex in *Italiam* deſcendens *Berengarium* regno ſpoliavit. *Berengarius* ad *Hungaros* confugiens eos poſt annum tertium *Salardo* duce, in *Italiam* conduxit, qui *Brixiam*, *Bergomum*, & *Papiam* ferro, & igne magna ex parte vaſtarunt. Interea tamen *Itali Hugonem Arelatenſem* comitem contra *Rhodulphum* vocaverant, cui abſque contentione *Rhodulphus* cedens, in *Burgundiam* ſe recepit.

Suſpicio.

Hugo vero eorum ſuſpicione, qui ipſum in regnum vocaverant, multos exulare coëgit, qui ad *Arnoldum Bavarorum* ducem confugientes, illum in *Italiam* duxerunt:

Veronenſes.

Veronenſes autem eum intra mœnia benigne recipientes, *Italiæ* regem ſalutaverunt. At *Hugo* in illum movens, prælio commiſſo, hominem ſuperat, & *Veronam* illico capit.

Saraceni.

Quo tempore *Saraceni* multa *Italiæ* loca infeſtantes, à *Joanne* decimo pontif. Max. una cum *Albrico Ethruriæ* Marchione pelluntur.

Jo. X. pontif. max. Prodigia. Genua. Sanguis. Vincentius Gali. auctor hiſt. Lothario. II. Alunda regina Berengarius III. Imp. Albert. rex.

Genuæ tunc urbi ſanguinis fons (teſte *Vincentio Gallo*) largiſſime effluxit. Paulo autem poſt *Lotharius* ejus nominis *ſecundus*, *Hugonis* prædicti filius, defuncto patre, annis duobus in *Italia Romanorum* amicus regnavit, & moriens *Alundam* uxorem reginam reliquit. Tum *Berengarius* ejus nominis *tertius* una cum *Alberto* filio ex *Hungaria* movens fortiſſimo cum exercitu in *Italiam* deſcendit, regnoque haud poſt multo potitus, Imperatoris nomen ſibi adſumpſit, & *Albertum* filium regem appellavit. Quumque *Italos* premere abunde cœpiſſet, *Alundam Lotharii* quondam Imperatoris uxorem
29 ſtrenue reſiſtentem indignabundus capit, atque in *Garda Benacenſi* oppidulo, agri tamen Veronæi carceri mancipavit, quod ne *Papiam* dotalem urbem repeteret, factum perhibetur.

Lacus Benacus Gardæ nunc quare. Agapitus pontif. Romanus. Otho Rex Germa. Brix. venit.

Tuncque *Benaco* Lacui ob id facinus in *Gardæ* nomen pedetentim mutatum nonnulli memoriæ prodidere. *Itali* vero rem ipſam ægre ferentes, una cum *Agapito* pontif. Ro. *Othonem Germaniæ* regem in *Italiam* vocant, qui per *Forum Julii* cum quinquaginta armatorum millibus ingreſſus, *Brixiam* comiter intravit: ubi quamdecenter ſuſceptus, quomodo *Berengarium*, cum *Alberto* ejus filio è regno pelleret cum *Italiæ* ibi proceribus conſilium conſummavit. Quare *Alundam* primo è carcere ulla ſine contentione abductam ſibi uxorem copulavit: Inde poſtea diſcedens, hac moderatione uſus eſt, ut compoſitis inter Pontificem, *Italos*, & *Berengarium* (multa tamen poſt bella) rebus,

Lombardia.

eiſdem *Berengario*, & *Alberto* jam ſuperatis veniam fecerit, *Lombardiam*que fere omnem, & *Romandiolam* illis gubernandas ſcripſerit.

Otho Italia.

Ipſo autem *Berengario* in tyrannide magis perſeverante, *Otho* rurſus *Italiam* à provincialibus accitus ingreditur ac poſt longas concertationes & cædes, *Berengarium* captivum in *Auſtria* tandem relegavit.

Brixia annis XXVIII. Principes. VII invita quum mutaſſet poſtea libertatem ſortita fuit. Anno. DCCCC. XXXVI.

Quare *Brixia* quæ octo & viginti annis tantum ſcilicet à *Ludovico Tertio* ad *Othonem* hunc ſceptra ſeptem etiam invita mutaverat, ab ipſo tandem *Othone* parvo annuali cenſu Imperatori elargito, libera effecta fuit, anno ſalutis chriſtianæ nongenteſimo trigeſimoſexto. Qua quidem tempeſtate, noctu ſæpenumero, circiter galli cantum, cælum ad ſeptentrionem ſic claruit, ut candida ni-

A mirum columna à terra ad arcticum uſque videretur erecta, utrinque cælo velut igne flagrante. Mare littus egrediens, plures etiam ſubmerſit urbes. Unde valida confeſtim in *Italia* fames debachata majorem mortialium partem extinxit. Luna quoque in ſanguinem tunc verſa videbatur.

Prodigia. Cælum. Mare. Fames.

Luna. Simonia. Nicolaus. II. pontif.

Poſtea vero quum noſter tunc Epiſcopus, cleruſque de ſimonia, & concubinatu (ò ſcelus infandum quantum à majorum inſtituto defecerant tunc ſacerdotes) convicti eſſent, oratores ad *Nicolaum ſecundum* pontif. *Brixiani Romam* miſerunt, perditos antiſtitis, ac cleri mores reformari poſtulantes.

B Quapropter *Damiano*, *Hoſtienſi* Epiſcopo viro ſapientiſſimo provincia data, præſulem noſtrum cum clero ad melioris vitæ frugem tandem reformavit. Enimvero per id temporis frigus & gelu ita omnem *Italiam* invaſit, ut pecora, & homines, nedum vites & arbores, hyemali frigore perierint.

Frigus. gelu

Anno. M. LX.

Terræmotus demum anno ſcilicet M. LX. reſurrectionis chriſti ſacratiſſima die tam vehemens *Brixiæ* fuit, ut præ timore, alii urbem formidantes exirent, alii divina clementia freti ſupplices templa perquirerent.

Terræmotus Henricus tertius. Imp. Matildis Mulier.

Præterea *Henrico tertio* imperante *Brixiam* Imperii (ut diximus) feudatariam à *Matildi* comitiſſa potentique admodum muliere diverti & ſuæ ditioni

C (nam *Lucæ*, *Parmæ*, *Regii*, *Ferrariæ*, & *Mantuæ* dominabatur) applicari pollicitationibus & armis tentatum, ſed fruſtra quidem, invenio: Nam nec pollicitationibus laqueari, nec armis ſe ſuperari conſtans civitas noſtra permiſit:

Henricus quartus. 29. V.

Verum *Henricus quartus* in *Italiam* fortiſſimo hoſte deſcendens, quum arcem, ſancti *Martini* de *Gavardo* nuncupatam, cæſis ibi cuſtodibus noſtris, occupaſſet civitati noſtræ illico habitus eſt inimicus:

Paſchalis. Pontif.

omiſſa tamen in cæteris *Brixia* contra *Paſchalem ſecundum* pontif. Max fraude, & armis proceſſit.

D Quo tempore ſcilicet anno. M. CXII. venerabilis *Vitalis* civis noſter, hortatu *Rainaldi Comenſis Epiſcopi* tunc ſolius in *Lombardia* catholici, primus (ut ipſe in chronicis ſuis teſtatur) locum divi *Petri* in oliveto accepit, & primus in eo præpoſitus fuit.

Divus Petrus in oliveto Vitalis Brix. hiſt.

Scribit etiam ipſe *Vitalis* anno M. CXVIII. ædes, turres, & multa montium cacumina terræmotu corruiſſe, & aquæ nigræ rus ſecundo poſtea anno à *Cremonenſibus* captum & combuſtum eſſe, Arcemque *S. Martini* de *Gavardo* ab *Alemanis* occupatam anno ſequenti à *Brixianis* fuiſſe deſtructam.

S. Gervaſii Protaſiique cœnobium.

Quo etiam tempore ſanctorum *Gervaſii*, & *Protaſii* ædem, atque cœnobium non longe à flumine *Mella*, per cives ipſos fundatum nec non dotatum invenio.

E Pacatis poſtea inter *Henricum*, & pontificem rebus, reverſoque tandem in *Germaniam* Imperatore ipſo, Arcem, de qua ſupra, *Brixiani* funditus everterunt:

Aſula oppi. Comites de Caſali alto.

Deinde *Aſulam* oppidum à Comitibus de Caſali alto occupatum armis aggredientes, vi tandem capiunt, & arcem machinis, bellicisque inſtrumentis ſolo æquantes, prædam non exiguam ab oppidanis ibi reſiſtentibus abducunt, æde divi *Heraſmi* in arce ipſa tantum permanente, anno Chriſti milleſimocenteſimo XXV.

Anno. M. CXXV. Lotharius IX. Imp. Innoc. pont. Rogerius Apuliæ rex. Peccatorum remiſſio. Prodigia. Terræ flamma.

Demum miſſis ad *Lotharium* nonum Imperatorem, & *Innocentium* ſummum

F pontificem contra *Rogerium Apuliæ* regem auxiliaribus copiis, omnium peccatorum remiſſionem ſingulis civibus noſtris pœnitentibus Pontifex ipſe conceſſit, & *Brixiam* quum veniſſet, Epiſcopum noſtrum *Villanum* nomine Epiſcopatu privavit. Per quod tempus terra ſiccitate flammas evomuit.

Conradus II. Imp. Ultio. Turris longa Brix. combuſta.

Conradus tum ejus nominis *ſecundus* Imperator contra infideles iturus, *Brixiam* pergens, ultione quadam propter arcis *Gavardi* everſionem, turrim cognomento longam ad urbis mœnia (quia ultro non licuit) comburi ac dirui fecit: *Leonenſe*que cœnobium munitiſſimum ablatis commeatu,

&

& supellectile, totum cum æde ibi prosternit.

Divus Ber.

Divus tamen *Bernardus* abbas ad *Manfredum* Episcopum, & populum *Brixiæ* pro *Hierosolyma* à *Saracenis* invadentibus liberanda epistolam cum dedisset, quæ in divi *Faustini* cognomento majoris bibliotheca antiquitus est registrata, multi ex majoribus nostris cum ipso *Conrado* ad tutandam ipsam Dei terram intrepidi accesserunt, quorum paucissimi unquam fuere reversi.

Arnoldus Persicus Brix. Hæretici. A. MCXLVI.

Mox *Arnoldus* & *Persicus* eorum nominum *Brixiæ* consules in hæresim irretiti à reliquis civibus urbe pelluntur, anno humanati Dei MCXLVI. Quo etiam tanta nix fuit, quanta unquam visa diceretur: totque

Prodigia. Nix. Erucæ Brix. flagratio.

erucæ vermes deinde fuere, ut universa terræ nascentia ab illis consumpta fuerint. Fertur quoque ea tempestate, sed quomodo non aliter comperi, *Brixiam* magna ex parte igne flagrasse & *Rothiani* arcem conditam esse, & *Eugenium* papam *Brixiam* venisse, Forumque in loco, qui brolus dicebatur, cæptum fuisse: necnon veracis ligni crucem ab *Oberto* episcopo nostro tentam à civibus nostris manu cruenta esse vindicatam.

30 Burgonat.

Verum *Montis rotundi* arx inter *Passaranum* & *Burgonatum* oppidula vestra, omnium civium consensu, quia custodes ibi in prædam sæpius cursitabant, solo æquata fuit anno MCLIII. *Manfredo*

Hadrianus IIII. pontif.

antistite nostro. Cæterum creato pontifice *Hadriano* quarto, *Romani* consules suos, sicut per *Anastasii* tempora, administrationi urbis præfecerunt, & *Arnoldum Brixianum*, ob hæresim ab

Arnoldus Brixianus doctissimus & facundiss. Eugenius pontif. Blondus historicus. Platina historicus.

Eugenio primum urbe pulsum, reduxerunt: qui quidem *Arnoldus* (ut *Blondus* testatur, etsi æmulus *Brixianæ* laudis *Platina* hoc tacuerit) ea facundiæ vehementia præditus erat, ut populos in manifestas hæreses, quibus studebat, facile attraheret quod etiam testatur divus *Bernardus* duabus epistolis suis, altera scil. ad episcopum *Constantiæ*, & altera ad *Guidonem* legatum. Quum autem nonnullos agri nostri fines *Bergomates* tunc perturbarent, majores nostri magna modestia usi, legatos ad eos miserunt exponentes: Alienum invadere, ut terminos amovere, sacrilegum semper fuisse. Quamobrem vel in pristinum rem evestigio redderent, vel sacrilegii ultionem paulo post pati se præpararent.

Bergomat. Alienum invadere, terminos amovere, sacrilegum. Paluscum.

Quibus *Bergomates*, jus in armis videri, quum respondissent, *Brixiam* reversis, relatoque *Bergomatum* responso, abavi ipsi nostri contra illos arma sumpserunt, & apud *Paluscum* agri *Bergomensis* oppidum castra applicantes, manibus ibi cum hoste consertis, varia fortuna, primo congressu pugnarunt: cæterum vulgata apud nostros fama, auxiliares copias hosti de proximo affuturas, intensis lanceis, arcubus & balistis, densaque testudine, stridentes in hostem irruunt, fundunt, & cædunt: at multis ex illis vitam precario concedentes, *Bergomatum* vexillum, imagine divi *Alexandri* graphice pictum, abstulerunt, & illud *Brixiam* ad martyrum *Faustini* & *Jovitæ* templum gloriose afferentes, ibi ceu trophæum erexerunt anno MCLVI.

Bergomat. Vexillum.

Hoc insuper ea de re prætereundum non duco: supra centum ex nostris, ex *Bergomatibus* vero supra quingentos ea pugna cecidisse viros.

Fredericus Barbarossa Imp.

Paulo vero post, quum *Federicus* cognomento *Barbarossa* in *Italiam* formidabili pene cum exercitu descendisset, *Terdona*que primo

Mediolan. Crema.

spoliata, *Mediolanum* post solo æquasset, & *Cremam* maximis incommodis affecisset, commoti sunt ea ex crudelitate cæterorum *Italiæ* populorum animi, adeo ut præter tributa Imperatoribus dari solita, nihil potestatis, aut juris in eorum urbibus quique *Federico* permitterent. Quare firmatis ubique communitionibus, *Cremonenses* (ut fertur primi), post *Brixiani*, & *Bergomates*, hinc *Mediolanenses* dispersi, & demum *Placentini* cum *Veronensibus*, ictibus fœderibus, ad sui, & adhærentium tutelam conspirarunt.

Cremonenses. Brixiani. Mediolan. Placentini. Veronenf.

Ille vero astutissimus notum sibi *Italorum* erga se odium notasque conjurationes dissimulans, in agro *Brixiano* nulli molestus subsedit, omnes etiam *Veronenses*, atque *Cremenses* se adeuntes benigne (ut consueverat) allocutus.

Brixianorum animum probitatemque attende

Postea ubi ab exploratoribus rescitum est, *Federicum* copias è *Germania* novas accersitum misisse, adeo ardentis animi in prælium *Brixiani* cum sociis fuerunt, ut irruiturum à *Como* furibundum hostem aperto campo, & sub divo expectare voluerint. Tum ductum est maximo apparatu *Mediolanensis* populi carrotium in rus *Barlianum*, quo quum esset ad horam diei tertiam,

Carrotium. 30 V.

impatientes moræ *Mediolanenses*, septingenti equites *Comensi* agro, qua hostis venturus nuntiabatur tria millia passuum progressi sunt. In quos à longe visos *Federicus* trecentos primum equites, inde alias post alias turmas invicem pene contiguas immisit, ut repulsi *Mediolanenses*, multis acceptis vulneribus ad carrotium primo de fuga substiterint: Additaque *Mediolanensium* & sociorum pugnæ ardori, quem præ se ferebat, resistendi necessitate, vexilla carrotio, ubi servabantur, evulsa sunt, structaque acies hosti opposita, & *Federicus* jam totis copiis in prælium paratus ardentissimusque advolaverat. Primus in tanto conferendæ manus ardore *Federici* signifer, quum aquilam in confertos hostes temere intulisset, confossus,

Aquilæ Vexillum.

aquilaque primarium Imperatoris signum in hostium potestatem redacta est: quo in loco quum pugna esset atrox, & multi hinc inde caderent aliis etiam locis multa committebatur cædes, ut neutri superarent ne hostem, an superarentur, intelligere possent. *Federicus* vero ad aquilæ suæ casum ira potius, quam timore percitus, impetum in hostes inconsultius fecit, dumque multos manu etiam ipse sua vulnerat, iterficitque, equo suffosso prolapsus, occubuisse creditus est. Ad quam Imperatoris cæsi famam pariter in utroque exercitu convolantem, & ardentiores animis *Italici* impressionem fecere, & germani pedem referre, post fugam sensim committere cæperunt. Nec fuit eo in prælio quod pari utrinque odio commissum est, qui superatum concertatorem præmio vel ingenti promisso servare voluerit. Hæc autem (ut plures scribunt) gesta sunt, anno Theogoniæ MCLXII. qua tempestate, *Isæum* agri nostri oppidulum fertur fuisse combustum & *Vulpinum* oppidulum *Brixianis* per *Bergomates* traditum. crudelem annonæ penuriam fuisse: *Aldricum Salium* cum sociis forum novum constituisse:

Prœlium attende. Crudele. A. MCLXII. Isæum. Combust. Vulpinum.

Solemque omni lumine defecisse: & *Brixianis* insuper ab ipso *Federico* Imp. *Brixiæ* diebus octo manente concessum esse eorum signis monetam cudere: per quod etiam tempus quidam perfidi cives in publica concione *Brixiæ* proscripti fuere, *Joanne Gussago*, *Martino Pectinalupo*, *Desiderio Cavalcano*, *Lafranco Milono*, *Alberto Gambareo* & *Alberto Lavellungo* consulibus nostris. In cujus rei memoriam marmor adhuc extat supra Divi Petri occidentalem januam ejusdem sententiæ litteris excisum.

Divi Petri Templum.

Adde & eo tempore quinque hominum millia pelago regrediente submersa: Soles tres, tresque Lunas visas: & una cum crucis figura.

Soles Lunæque plures.

Terræmotus quibus oppida nonnulla absorpta fuerint, pluribusque annis *Italiam* vicatim quassaverint, & nivem in agri nostri planitie pedes novem altitudine excessisse, memoriæ traditum extat.

Prodigia. Terræmotus. Nix.

Constat quoque annalibus nostris vias *Brixiæ* ampliatas, & foveas fuisse expurgatas, atque humiliatorum ordinem temporibus his apud nos ita cæpisse: Nam quum *Federici* vexationibus multi homines affecti essent, ipsi vestibus albis induti ad Imperatorem humiliter accessere, qui eorum (ut videbatur) humilitate permotus, exi-

Humiliatorum Religio ordove

lio, quo illos prius damnaverat, continuo li-
31 beravit, unde è profana religiosam tandem vitam

An. MCXCI.

ducere sunt professi. Cæterum anno Christi MCLXXXXI. quum die VII. Julii *Brixianos* tandem in quiete degentes Divique *Apollonii* præsulis nostri celebritati vacantes in Ollii ripis *Cremonenses* injuria adorirentur, *Brixianum*que agrum hostili manu spoliarent: cives nostri lacessiti leonum more in hostes ruunt, eorumque plurimis cæsis, spoliatisque opimis castris, *Cremonensium* vexilla cum carrotio *Brixiam* adducentes, in cathedrali templo ad perpetuam facinoris memoriam suspendunt: Cujus trophæi perticam adhuc ibi pendere videmus: Campanam quoque ex ipso carrotio ablatam, & super populi turrim repositam, singulis carnisprivii diebus in tantæ memoriæ solatium perpetuo pulsandam statuerunt. Cæterum coacti fuere tunc *Cremonenses*, jurejurando promittere *Brixianorum* fines sese deinceps tutaturos esse, non turbaturos. Neque hic tacitus præteribo quum aufugerent eo in prælio hostes, proverbium factum fuisse, *Ad Ollium, ad Ollium domini Cremonenses: melius nanque est mergi quam interimi.* Rebellaverant etiam tunc civitati nostræ *Montis clari*, & *Manervæ* accolæ: Quare cives nostri oppidula ipsa tunc aggressi, illa magna ex parte everterunt. Interea *Henricus Federici* quondam Imperatoris filius *Constantiam Rogerii Apuliæ* ducis filiam nuper è monasterio eductam sibi conjugem suscepturus, *Brixiam* pertransiens honorificentissime susceptus est: Nihil enim ad ejus honorem omisit civitas, quod heroi aliquo merito deberetur. Deinde turbantibus iterum fines nostros *Bergomensibus*, quarto calendas apriles cives nostri *Calepium* illorum oppidulum armis noctu aggrediuntur, & obtinent. *Bergomates* tum nonis scil. Julii cum *Cremonensibus* confœderati ad vendicandum à nostris occupatum sibi oppidulum manu fortissima apud *Pontollium* agri nostri occidentale castellum decurrunt. Quod ubi à nostris rescitum est, duodecim millia armatorum illis obviam civitas nostra evestigio misit: Qui manu paulopost cum hoste conserta, illum mox ita repulere ut multi ex eo in fugam versi, Ollio submergerentur: multi obstantes vel cæsi, vel tandem captivi *Brixiam* fuerint abducti. Sunt enim qui scribunt, ea pugna *Bergomatum* & *Cremonensium* quinque millia desiderata, duoque millia fuisse captiva. Nec defuit, qui *Obitium* quendam *Brixianum* equitem strenuissimum, quum hostes super *Ollii* pontem ibi mucrone persequeretur, ruente præ nimio gentium pondere in *Ollium* una cum pugnantibus qui superarant ponte ipso illum quoque corruisse descripserit, ibique ea nocte cum immersis hostibus illæsum (Deo favente) delituisse. Mox vero à nostris elevatus, & in castellum ibi prope eum instaurandi gratia devectus, paulum jacens dormitavit: Experrectus autem postea, se in infernum delatum fuisse, vidisseque in eo tantam animarum copiam obrui ut instar nivis è cælo descendentis apparerent: Quæ diversis inexpiabilibusque suppliciis circumquaque dilaniabantur dixit. Quapropter depositis armis *Brixiam* extemplo advolavit, idque divinæ munificentiæ donum arbi-
31 v. tratus, religiosissimam deinceps vitam semper egit: Quoad exuto homine in claustro divæ *Juliæ* sepultus fuit: Ubi à confidenter supplicantibus

Cremonenses. Brixianorum victoriam, Trophæumque nota.

Mons clarus.

Manerva.

Henricus V. Imp. monacham ducit uxorem.

Bergomenses. Calepium.

Pontollium.

S. Obitius. Brix. eques &c.

Animas in inferno spiritum raptus vidit.

multa miracula feruntur obtenta. Qua tempestate Divi *Floriani* cœnobium in digno colle à monialibus (ut ajunt) habitatum: postea Virgines sacras ita extra urbem cludi, quum nefas videretur, illis jam prorsus amotis, divinam prædicatorum regulam professi eo post multum temporis sunt introducti. Sed ad *Henricum* nunc redeo: Is enim obsequiorum memor civitatem nostram de Imperio ejus bene meritam singulari privilegio decoravit: Quo quidem *Brixiam* strenuitate militiæ mentis sinceritate, fide & probitate inter memorandas *Italiæ* urbes testatus, & magistratuum *Brixianorum* antiquissimas Imperatorum concessiones confirmat, & in quantum expediat concedit, omnemque agri *Brixiensis* jurisdictionem roborando ita designatur à *Moso* olim ad ripas ferme *Ollii*, & XII. passuum millibus prope *Mantuam* oppido nobiliss. cum ejus territorio inclusive incipiendo, & ab utraque parte fluminis *Ollii*, ac in ipso amne, ejusque ripis *Brixiam* versus, & agrum ejus, omnibus oppidis, villis, vicis, & locis prout capiunt & extenduntur ab utraque ipsius *Ollii* parte, usque *Dalengum*, & per totum ejus territorium, & à *Dalengo* in omni ora *Brixiana Limonum* usque, & à *Limono Pocelongum* usque & *Guidizolum*, & à *Guidizolo* usque etiam *Mosum*, & in omnibus, quæ dictis intercapiuntur confinibus, ubique fuerint, vel in terra, vel in aqua: omnia ipsa ad civitatis *Brixiæ* jurisdictionem spectare libere definiat, exceptis tamen locis à *Federico* patre suo, aut à seipso aliis, vel alii cuique jam adscriptis, & excepto regali munere (Fodrum appellat) *Romanorum* regibus *Romam* suscipiendæ Imperii coronæ gratia proficiscentibus solito: quod ab iis qui ad ipsum munus tenentur, & solent, successoribus suis reservat: Nec non exceptis appellationibus, pro ut in pacis forma continetur. Astringitque se idem Imperator jurejurando *Brixianis*, eos contra omnes civitates, loca, vel personas *Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ* (*Papiensibus* demptis) se esse tutaturum. Quod præterea non minus mirabile quam dignissimum puto non prætermittam: Pollicetur enim Imperator ipse, nullum fœdus nullamve societatem ulla cum civitate, loco, vel persona provinciarum nuper memoratarum se esse contracturum sine consensu omnium, vel majoris partis consulum *Brix.* Hoc tantum vero per ipsum privilegium petiit à civitate nostra *Henricus* ipse, ut ei Imperatori, seu ejus in urbe *Brixia* quæstori civitas nostra quotannis à cal. Martii in futurum duas pro censu exhibeat puri auri marchas, juretque se bona fide adjuturam esse servare imperium præfatarum regionum tantum, & præcipue terræ quondam comitissæ *Matildis*. Petiit insuper, ut *Brixiæ* consules, & illi, quos credentiam appellat, juramento obligarentur, se sibi Imperatori quovis modo petenti pro conscientia recte esse consulturos, nisi forte septuagesimum annum excessissent, aut decimumoctavum non complessent, quos eo juramento reddidit absolutos: modo tamen, qui temporis tunc caritate non jurarent, intra quinquennium, singulisque decenniis requisiti juramentum ipsum comprobaturi essent. E- 32
jus autem privilegii quum multa sint in urbe exempla, id hic ultro non exarandum brevitatis gratia duxi.

Divi Floriani locus.

Henrici privilegium.

Brixiani ius dalium. Mosum.

Dalengum.

Limonum. Pocelongum. Guidizol.

Fodrum.

Societas cum Imp.

Census vel tributum. Coss. Brix. Credentia Juramentum.

LIBER

LIBER SEXTUS.

Anno. M. CXCIII.



ANNO A PARTU VIRGINIS millesimo centesimo nonagesimotertio post inita cum *Henrico* fœdera, de quibus superiori libro satis, *Cremonenses* aliquamdiu quum respirassent, resumptis, quas jam cum *Brixianis* amiserant, viribus, valida etiam sociorum *Parmensium Placentinorum*que manu in *Mediolanensium* jura prorumpunt, atque in *Laudensium* agrum sæva castra ducentes, villas, oppidaque discurrunt, cunctaque in prædam trahentes, multis igne consumptis, homines captivos abducunt. Quibus

B

Brixiani cum Mediolan.

quum resistere *Mediolanenses* nequirent, auxilium à *Brixianis* per legatos implorant: Qui, potestate ab Imperatore sibi per litteras facta, auxiliares *Mediolanensibus* copias evestigio transmittunt: Quarum virtute freti *Mediolanenses* hostibus ipsis jam obstant, cum illis acriter pugnant, & multis utrimque cæsis, reliquisque hostium

Urceæ novæ. S. Georgii opp. Joannes Flumicellus Brix. Episcopus.

fugatis, sua tandem Jura resumunt. Quare civitas nostra sancti *Georgii* oppidum, *Urceas* postea appellatum, ut hostibus illinc facilius resisteret, condidit, cujus arcis venerabilis *Joannes Flumicellus* civis, & Episcopus noster, sacro de more præcedente ritu, lapidem primum jactavit.

C

Henricus V. Imperator.

Per id quoque temporis, *Henricus* adhuc *quintus*, *Cælestini* tertii Pontif. maximi rogatu, *Neapolim* armis aggressurus *Joannem* præsulem nostrum sapientiss. ut sibi consilio foret, secum una conduxit, & civi cuidam nostro, *Conrado* nomine, secum militanti aquilam insigne vexillum commisit. Quum autem bello cœpto, durissimo utrinque Marte præliaretur, fortuna *Henrico* adversari sat nota, propriæ saluti jam consulens, relictis cæteris, ipse de fuga tantum cogitasse perhibetur.

Conradus Brix.

Mox autem irruentibus ad Imperatoris vexillum *Neapolitanis*, illudque jam inclinare conantibus, *Conradus* fide, ac strenuitate præclarus, vexillum manibus, eas primo, deinde brachia à se excidi, quam vexillum inclinari permisit.

D

Unde parta ab ipso tandem Imperatore victoria, tanti facinoris nequaquam immemor; sed ipsum perpetuo monumento ratus merito celebrandum, præter vexillum, quod ipsi *Conrado*, ut proprium signum, deferendum concessit, pluribus etiam hic regalibus, civitate nostra annuente, donavit, quæ in

Confanonerii unde dicti.

hodiernum usque diem illius observata sunt posteris, qui quidem nunc *Confanonerii* vulgari cognomento appellantur.

Anno. M. CXCIX. Stephanus Turbiagus Brix. Castenetulum. Vulpinum Bergo. Tajunum. Gisalba.

Anno post hæc salutis. M. CXCIX. *Stephanus Turbiagus* civis noster *Mantuæ* prætor est ductus, & *Castenetuli* castellum primo est habitatum. *Vulpinum* vero *Bergomensis* agri oppidulum ab *Henrico Brixianis* confirmatum ab utrisque postea concorditer est demolitum. Sequenti vero anno *Tajunum* etiam oppidulum ea de causa quum evertissent majores nostri *Gisalbam* vi-

32. v. Cremonenses.

cum expugnarunt, turri in eo tunc existente funditus complanata.

E

Moventibus autem per id tempus *Cremonensibus* adversus *Brixianos*, nostri

Castellum novum.

illis occurrunt, & Castellum novum usque *Cremonensis* agri oppidulum discurrentes, illud præda, ferro, & igne demoliuntur.

F

Soncinum oppid.

Inde *Soncinum* aggressi, oppidum ipsum præmunitum: diebus quindecim obsedere, *Albrico Mergoto* de *Capreolo*, *Florino Lavellongo*, *Manfredo Bucca* & *Milone Ugone Brixiæ* consulibus: eo tamen à *Bergomatibus* auxilia sumente, obsidionem, cives nostri dissolvere sunt coacti.

Bergomates

Cæterum *Bergomatibus* obversi illis non multo post fugatis, *Bergomum* usque discurrunt. Indeque reversi, *Pysonias* oppidulum ab illis tunc occupatum comburunt, ac *Bulgarum* & *Calcinatum* penitus evertunt.

Pysoniæ op. Bulgarum Calcinatum.

Concessa tandem *Bergomatibus* pace, hac scilicet conditione, ut fines *Brixianorum* ab *Henrico* superioribus annis limitati servarentur:

Parma. Placentia. Mediolan.

Quum *Parmenses* Burgum scilic. *Donini Placentiæ* bello agitarent, *Placentini* à *Brixianis* per legatos auxilia poscunt, qui honestæ quærimoniæ annuentes auxiliares copias misere.

Bergom. Bellum civile Brix.

Orta verum inter *Mediolanenses Bergomates*que contentione, adversus hos illi à *Brixianis* opem instantissime rogant. Qua propter *Brixiani* dissentientes (nam alii aliis favere volebant) conceptis inter se odiis, civile bellum exoritur, & atrox in foro novo prælium committitur. Quo multis primum utrinque peremptis, multi quoque è civitate sunt pulsi. Unde ab optimo quodam cive hos versus conquerenti voce tunc effusos scriptum invenimus.

Nota. factiosos.

Væ nobis miseris: fato vexamur iniquo.
Schismatis ignaros docuit quis noscere partes?
Et proprio nostras maculare in sanguine dextras?
Oh peream: dum cœpta cadat sævissima pestis.

Rotingum opp.

Enimvero quos jam exulasse pulsosve esse docuimus, quum in *Rotingum Franciæcurtæ* oppidulum se recepissent, ibi diebus aliquot agentes,

Cremonen

Cremonenses nuntiis & pollicitationibus una secum conspirare accersunt: illi, contractis evestigio

Gavardum opp.

turmis Decembri mense *Gavardum Pedemontis* oppidum armis aggrediuntur. Qua injuria cæteri *Brixiani* lacessiti, impetum in ipsos faciunt: ita

Cædem attende crudelem.

ut pluribus fugatis, reliquis cæsis, unus vix ex illis superfuerit, qui tantæ cædis miserandum forte nuntium *Cremonam* deferret. Quo etiam non contenti *Brixiani*, oppidulum quoque ipsum *Rotingum* conversi populaverunt.

Caprianum Mons rotundus.

Addunt quidam hic, *Caprianum*, & *Montemrotundum*, quod tanti facinoris loca ipsa non inconscia essent, à civitate secundo eversa fuisse.

Cremonen. Bergomen. Mant. Calcinatum.

Sexto autem post mense, nonnulli exterorum factioni rursum faventes, contractis ex *Cremona*, *Bergomo*, & *Mantua* copiis apud *Calcinatum Brixiani* agri oppidulum castra applicuerunt.

Veronenses Pocelengum

Quod ubi civitas nostra rescivit, à *Veronensibus* auxilia postulat: Illi ex templo faventes, *Pocelengum* usque perveniunt:

Pugnam cum strage max. nota.

Ubi, audita jam hostium fuga tantisper constiterunt: quousque peractis per civitate gratiis, ad propria se converterunt.

Siti cruorem bibi vel extingui. Bononienses.

Cæterum die nona sequentis Augusti, reversis iterum hostibus ipsis cives nostri armis occurrunt, & manu evestigio conserta haud pauci utrimque cadunt: Tamen neutra ea propter cedente acie, ad extremas usque noctis tenebras pugna producta fuit: Unde tum laboris angustia, tum ingenti æstu quæ super fuerunt, sitibundi omnes, alius cruorem ebiberit, alius id perhorrens siti extinctus fuerit. Paulo vero post intervenientibus *Bononiensium* legatis, civitas cum extorribus suis, qui superfuerant, ita pacata est, ut utraque pars de pace deque fide servanda juraverit:

Perjurant.

Mox tamen recepti in alios cives sævientes VII. cal. februarias perfida arma convertunt. Quare cives alii per vicos urbis ca- 33
tervatim invalescentes, arma arripiunt, & truculenta pugna in foro, quod novum appellatur cum

H. Capreolus. D 2 re-

receptis commiſſa, illos iterum pellere ſunt compulſi: Qua quidem pugna ſupra centum ex patriciis cecidiſſe feruntur. Præſulem per id temporis

Bellum civile. Jeſus præſul Brix. Ænigma nota.

Brixiæ fuiſſe noſtris annalibus conſtat, nomine, ſed immerito, *Jeſum*, hominem quidem factioſum, & nequiſſimum, qui, accepto, lectoque aliquando hujuſmodi ænigmate

(*Hæc in ſeptenario facta fuit rota:*
Et in ſeptenario complebuntur vota:
Tu, qui recte numeras, ſtabis ſub hac nota:
Sexcentum ſenarium ſimul ſexaginta,
Homo dabit ponderis pro redempta vita:
Pondus qui recipiet, dabit infinita)

Iſæum.

Brixia Iſæum abivit: Ubi mœrore anxius in ædis (plebem vocant) cænobio crudelem tandem animam *Plutoni* exhalavit Vini quartam, quam nunc ſitulam, majores forte urnam appellavere, ſolidis XXV. tritici ſextarium XXXIII. milii XXI. noſtra in urbe tunc væniſſe, memoriæ proditum

Annonæ. i. e. vini & frumenti pretium. Anno M. CCV.

extat: Enimvero anno ſequenti: id eſt à natali chriſtiano M.CCV. *Brixiam* incommodo non parvo adhuc affectam invenio: Nam dimicantibus inter ſe ejus præfectis, alter alterum occidit, & occiſi caput ſuper turrim ſuam alta trabe ſuſpen-

Albertus Caſalialtus Civis Brix.

dit. Quum autem *Albertus* cognomine caſalialtus, præpotens ſane civis, elatione fautorum fretus, patriæ adverſaretur, reliqui cives, rebus extemplo inter ſe compoſitis, illum cum

Lenum oppidulum.

ejus factione urbe propellunt, & *Lenum* uſque *Brixiani* agri oppidulum perſequuntur. Illi abe-

Cremon.

untes, *Cremonam* illico advolant: Ubi *Cremonenſibus* copulati, adverſus patriam hoſtes abdu-

Pontivicum oppidum.

cunt, & *Pontivicum* nunc in *Ollii* ripa oppidum munitiſſimum revertentes, ibi caſtrametati ſunt,

Altercherius Boſardus

quod proditione filiorum *Altercherii* cognomento *Boſardi* ſubito occupaverunt. Cæterum *Brixiani* cives oppidum noctu furtim adeuntes, captis in eo dormitantibus ſine excubitoribus oppidanis, id ſibi quamprimum vendicarunt. Unde mox in

Proverbium dormitant &c. Lenum.

adagium ceſſit. *Dormiunt in Pontivico.* Quod ad hæc uſque tempora perduravit. Quibus jam pene geſtis, *Lenum* à civitate ad ipſos extorres defecit, qui per loca civitati parentia eveſtigio diſcurrentes, cuncta pro virili præda, cæde, &

Manervium opp.

incendio demoliuntur: Inter quæ *Manervium* oppidum tunc copioſiſſimum penitus fuit combuſtum, *Guidone Lupo Cremonenſi* equitum, & nobilium, *Obizone* vero de *Puſterla* populi poteſta-

Anno MCCIX. Otho. IIII. Imp.

tibus. Anno vero Theogoniæ M.CCIX. revertens *Roma Otho quartus* Imperator, *Brixiæ* aliquamdiu ſe continuit, & pacem inter cives ita compoſuit, ut *Thomæ* viro quidem foris ac domi probatiſſimo, quem civitati præfecit, omnes annuerent, & obtemperarent: Quod etſi admittere tunc viſi fuerint, quartodecimo tamen cal.

S. Fauſtini Jovitæque ſolemnia. Odia inteſtina.

martias ſequentis anni, dum ſanctorum *Fauſtini* & *Jovitæ* ſolemnia de more celebrarentur, odiis adhuc inteſtinis multi civium provocati, pulſo prius *Thoma* ipſo præfecto, alter in alterum civis impetum facit: Unde multis cæſis & domibus quorundam in prædam verſis, atque ſuccenſis,

Gavardum Manerva. Terentianum.

alii *Gavardum*, alii *Manervam* in *Benaci* ripa, *Terentianum* alii, & alii alia loca urbe pulſi petie-

33.v.

runt: Quæ etiam oppidula anno ſequenti capta ſunt, atque combuſta, *Narſivio*, *Albertoque* comitibus, & *Jacobo* de *Pontecarali*, omnibus *Bri-*

Annonæ. i. frumenti viniquе pretia.

xiæ poteſtatibus: Annonæ autem pretium per id temporis hoc fuiſſe legimus *Tritici* ſextarium XL. milii vero XXI. ſoldis imperial. & vini ploſtrum libris XXV. noſtratibus væniret. Cæterum quos

Bucella factio, parsve. Inno. III. pontifex. Alber. Brix Epiſcopus.

pulſi nunc diximus, eorum factio *Bucella* pars vocitata mox fuit: Quam ſequenti anno die quo feſtum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* celebratur, Civitas revocavit. *Innocentius* tertius pontifex Ro. interea creatus, *Albertum* civem noſtrum ſane

A

præclarum civitatis noſtræ, ac diœceſis, Epiſcopum, ita requirente civitate, deſignavit, anno ſalutis M. CCXIII. Qui quidem ea ſe virtute in

Anno M. CCXIII.

omnibus geſſit, ut pater patriæ meruerit appellari. Sequenti autem aprili, quum *Iſæates*

Iſæum. Caciagum.

Caciago, quod deprædati fuerant, domum reverterentur, ab *Paſſerenenſibus*, & *Rotingi* incolis

Paſſe. Roting. Giroldus Salius Brix.

inſidiantibus capti ſunt: Et *Giroldus Salius* civis noſter à *Mantuanis* eorum prætor eſt ductus. Hæc autem dum geruntur, præſul noſter *Albertus Ro-*

Alber. Epiſ. Brix.

mam ad magnum concilium vocatus accedit: Unde anno Chriſti M.CCXV. reverſus, ita congela-

Anno M. CCXV. Padum congelatum

tum inveniſſe *Padum* rettulit, ut ſuper amnem

B

ipſum vectores, equis, plauſtriſque onuſtis, tute libereque pertranſierint. Sequenti vero anno *Can-*

Canneti op. Lenum.

neti arcem, & *Leni* foſſas, quia eorum incolæ civitati rebellaverant, cives ſolo æquarunt, *Lothe-rengo Martinengo* poteſtate, *Lafranchino Salio*, *Thometo* de *Pontecarali*, *Stephano Turbiato*, & *Oberto Gabarco* conſulibus; per quod tempus *Raga-*

Ragazonus Confanon.

zonum Confanonerium civem noſtrum *Mantuani* prætorem duxerunt. Cæterum nova inter cives ſeditione ſuborta, anno CCXX. ſupra milleſimum

Anno M. CCXX.

circiter Chriſti natale, ad turres in urbe multi confugientes, nemini obſtantium necem nudatis mucronibus inferre abſtinent: *Alberti* tamen

Albert. Epiſ. Brix.

C

præſulis noſtri prudentia & opera tumultus cito ſedatur. Poſtea *Honorius III.* pontif. Maxim.

Honor. III. pontif. Religionem attende. Sacerdotem in æde Divæ Brigidæ Bri. celebrat. &c.

litteris *Alberti* ipſius Epiſcopi noſtri certior factus in æde beatæ *Brigidæ Brixiæ* ſacerdotem in pane fermentato, & in ſcypho ligneo, etiam ſine aqua, & abſque igne in altari, ſacrificaſſe, mandavit illum beneficio & ordine privari. Quod ad perpetuam facti memoriam in decretalibus libro tertio capite ultimo repoſitum extat. Verum enimvero Dominus & deus noſter Jeſus Chriſtus, ut clemens eſt & pius, quamquam multa, diraque *Brixianis* flagella permiſiſſet: quia tamen eos ad melius forſan elegerat, Beatiſſimum *Do-*

Divus Dominicus.

D

minicum ordinis prædicatorum primum, virum ſane doctrina, virtute, ſanctitateque præditum, *Brixiam* ea tempeſtate venire, ibi aliquamdiu in ſanctorum *Fauſtini* & *Jovitæ* baſilica ubi ejus menſa etiamnum extat, manere, ac in illa beatum *Guallam Brixianum* priorem, & alios religioſos nonnullos ſub ejus regula conſtituere, ſua clementia, & pietate diſpoſuit: Quibus, quum inde ædes ipſa prope Cartiam ad majus habitantium commodum una cum cœnobio ſuo non multo poſt delata eſſet, alii in dies ſuffecti noſtra ætate plurimum florere ſunt viſi. Ordinem quoque Car-

Carmelitarum ordo.

melitarum tunc è *Syria* ad nos deveniſſe nonnulli

E

ſcribunt: Quod tamen ſub *Clemente* papa V. id eſt anno Chriſti M. CCCXLVII. fuiſſe eorum pri- 34.
vilegium manifeſtat. Verum anno M.CCXXIII.

Anno M. CCXXIII.

die nativitatis dominicæ, orto jam ſole, quum *Raymundus Ugo* civis noſter à *Mantuanis* prætor

Raimundus Ugo Mantuæ prætor. Terræmot. prodigioſus.

duceretur, factus eſt in urbe tam vehemens terræ motus, ut turrium, quarum multus extabat numerus, aliæ ſciſſæ, aliæ penitus illo corruentes, hominum circiter duomillia ſuffocaverint. Quo quidem in *Lombardia* vicatim per annum vagante, multi perterriti patrias linquere, & in alias provincias abire coacti fuerunt. Cometes

Cometes. Imbribus frumenti charitas ſucceſſit.

etiam ſupra urbem eo anno apparuit: Imbribus

F

continuo frequentantibus, ut maximis ubique inundationibus, tanta frumenti caritas ſucceſſerit, quod lobadis, id eſt Milicæ ſextarium ſoldis

Lobas. i. milica.

XXXII. venderetur. Iis verum tot tantiſque infortuniis quamquam affecta civitas generoſa fuerit, decorum tamen ſuum, ſuamque magnanimitatem ſervare non deſtitit: Eo namque anno ad collis *Chinneæ* radices, ut quaſi in urbis centro poſitum, communiori omnium commoditati ce-

Palatium in Broleto.

deret, palatium (*in broletto* nuncupatum) miro ad-

admodum opere construi cœpit: Quod quadrata figura, per pulchra symmetria, ingentibusque saxis, paucis post annis perfectum fuisse constat. Quoniam vero à plerisque plerunque peti solet, quid sibi imagines ipsæ *Lapideæ* velint, quæ in earum ædium pariete austrum versus sunt sitæ: id quoque (ut accepi) subnectam: Fertur enim divitem quemdam civem nostrum à pauperculo alio cive casulam ibi injusto, exiguoque pretio emere contendisse, & recusanti prorsus misello, servata Legum forma, Libellum (ut ajunt) dedisse, probationisque gratia falsum in judicio chirographum produxisse, quod inopem opulento domunculam vendidisse sua lectione cantabat: quare judex pro divite sententiam tulit: At ut immortalis est veritas eam in lucem reverti, Deo tandem jubente, contigit: Nam quum civitas domos ibi omnes emeret, palatium ipsum omnino ædificatura, acquisitis jam aliis ejus etiam divitis domus ea de causa quæsita fuit: Negavit ille habitationem propriam cuipiam se daturum nullo patriæ Zelo, nullo publico bono permotus: Cæterum senex quidam, divino (reor) nutu monitus, extorsionem inopi per divitem ipsum alias factam, ad ejus pertinaciæ susurrationem hujusmodi verbis revelavit: Ita ipsi opulento ea de domo efficiendum esset, ut miserabili vicino suo ipsum olim fecisse memini: quod ad consules urbis delatum, clarius intelligere voluerunt. Unde accito ad se illico sene ab eo rei seriem passim sunt sciscitati, qua penitus cognita ut malæ fidei possessorem, divitem ipsum domo statim privarunt, & ea mox filiis inopis restituta, illum uti falsarium asino insidentem, derisoriamque coronam capite gestantem abduci jusserunt, atque caventibus ita municipalibus legibus obtruncaverunt.

Falsarius asino insidens coronatur.

Tanti igitur facinoris ad posterorum memoriam imagines ipsæ, senatus decreto, ita feruntur adstructæ: Imago scilicet capitis divitis coronati, & imago pauperis chirographum ipsum ipsi falsario opponentis. Inde quoque in adagium ferunt deductum: *compactam longo studio cæsariem exiguo etiam vento subverti*

Proverbium attende.

Demum solutis, domorum ipsarum omnibus pretiis, consumatoque ipso (ut
34v. dictum est) Palatio, in eo consulum aliorumque Judicum sedes repositæ fuerunt: ubi populo & aliis advenientibus jura reddi cœperunt. Antea enim unusquisque urbis vicus suos jusdicentes habebat vicarios nuncupatos.

Vicarii jusdicentes.

Iis autem omnibus gestis, cives ita sapientiæ, virtutique studebant, ut nihil prodesse pulchras ædes putarent, nisi earum habitatores probitate sua illas redderent pulchriores. Quo quidem factum est, ut supra centum Juris cæsarei, pontificiique consulti viri in ipsis ædibus crebro numerarentur: Inter quos *Bartholomæus* excellens decretorum interpres, & postillator, qui quæstiones etiam in Decretalibus, & de *Italiæ* urbibus multa descripsit, clarissimus ubique celebratur.

Jur. consulti Brix. C. Barth. Brix.

Decretorum interpres notariorum collegium.

Præterea hic collegiatorum tabellionum maximum perdoctumque numerum quod de eo plura simus infra relaturi. Enimvero ipsa florente ætate, *Clysis* amnis *Brixiam* fere usque senatus consulto fertur devolutus, anno scilicet Christi CCXXX. supra millesimum: quo etiam beatus *Gualla Brixianus* ordinis prædicatorum Episcopus *Brixiæ* est designatus:

Clysis. Anno M. CCXXX.

Gualla Brixianus. Episcop. Pluviarum prodigia.

Quo etiam tot tantæque pluviæ circiter nonas novembres fuere, ut exsuperantibus ubique rivis atque fluminibus, & alveos suos exierint, & pontes, qui superextabant, prostraverint. Quod plane visum est civitati futurum malum portendisse: Nam paulo post *Honorio* tertio & *Gregorio* nono illius successore pontificibus, *Frederico*que ejus nomine secundo Imperatore, ecclesiæ adversario, duæ sævissimæ factiones in urbe, sicut & alibi, sunt

Honor. III. Gregor. IX. Pontiff. Frede. II. Imper.

A exortæ: Quarum altera *Guelforum* nuncupata, rei ecclesiæ, altera scilicet quæ *Gibellinorum* est appellata, Imperatori penitus favebat:

Guelforum Gibellinorum factiones.

Quibus exortis *Rudianum* agri hujus oppidulum à *Thebaldo* quodam *Gibellinæ* factionis cive nostro occupatum *Guelfi* obsedere.

Rudianum opp.

Venientibus vero *Soncinensibus* *Thebaldo* auxiliaturis *Guelfi* occurrunt, & sexaginta ex illis, reliquis terga dantibus, in *Olium* illico evertunt:

Thebal. Bri. Soncin.

Quod quum rescisset *Thebaldus*, vita per fugam servata, *Rudianum* omni cum munitione sua *Guelfis* extemplo reliquit: Qui omni suppellectile abducta, oppidulum ipsum statim sunt populati. Inde *Gavardum* advolantes, quoniam à civitate defecerat, illud in

Gavar. opp.

B prædam verterunt. At *Veronenses*, audita *Brixianorum* discordia, *Salodium* oppidulum præmunitum multasque ibi riperiæ Benacensis villas percurrunt & spoliant: Sæviente tamen hyeme, ut vineæ, oliveta, ficus, cæteræque pene arbores nimio frigore fuerint extinctæ, & jumenta, pecudesque fere omnes interierint ad propria quique se converterunt.

Salodium. Frigus max. prodigium.

Ecelinus interea, de *Romano* appellatus, & *Albericus* ejus frater, acceptis à *Federico* imperatore XX. milia equitum, & XXX. millia peditum copiis, magnam in cispadana regione, & *Romandiola* sibi comparaverant tyran-

Ecelinus Roman. Alberi. Fed. Impe.

C nidem; Sed quum *Carariense*s ex *Bassiano*, & ex agro *Patavino* *Estenses*, ac *Monticellos*, & sancti *Bonifacii* comites ex *Verona*, & ejus agro pellere, extinguereque proposuissent, pulsis ac fugatis sancti *Bonifacii* comitibus, *Veronam* etiam occuparunt, nihil ferme obstante *Brixianorum* auxilio, ipsi civitati tanto in discrimine præstito: Nam nullum adversus ipsos potentissimos hostes hactenus valuerat præsidium.

Cararienses Bassia. Estem. Pata. Monti Veronen. Vicen. Cre.

Quapropter *Patavio* etiam, & *Vincentia* paulo post tyrannidi suæ adjectis, cum *Cremonensibus*, *Mantuanis*, *Ferrariensibus*-
que fœdera *Ecelinus* percussit: Unde postea *Brixia*- 35.
nos crudelissimis armis aggressus: deficientibus in
D primis *Viciago*, *Gavardo*, *Roboasco*, & *Isæo* agri *Brixiani* oppidulis, eversoque mox atque incenso *Monteclaro*, necnon interfectis partim, partim captivis ducibus & episcopo, omnibus fere cum copiis ibi in prælio nostris hisque in longum agmen vinctis, atque præ se conjectis, ad urbem evestigio concurrit:

Mantuan. Ferra.

Vinciagum Gavar. Roboascum Isæum. Mons cla. Brix. cladiem atten. crud.

Qua paulo post potitus, in eam tanta (autore *Jovita* foro cive ejus sæculi nostro) crudelitate desævit, ut prægnantes excindi, infantulos cremari, vitiari virgines, multosque interfici jusserit: Quamquam *Blondus* alioquin approbatus historicus, rem hanc non omnino sic scribat. At ego de hîc gestis non exterorum magis quam ma-
E jorum nostrorum annalibus puto credendum: Illi namque ut auriti forte, nostri ut oculati testes loquuntur; Sed *pluris est* (inquit Plautus) *oculatus testis unus, quam auriti decem.*

Ecelinus Brixiam occupat. Blondus Testes aur. ocul. Plaut.

Ante tamen quam urbem ingrederetur *Ecelinus* captivos super tentoriis ea de causa alligaverat, ut astricti illorum pietate concives bombardas & id tormentorum genus in hostium castra conjicere vererentur:

Stratagema. Sacril. irrel. Temp. ever.

Quod pro sententia obtinens, urbe (ut dictum est) potitus nullam sævitiam nullum irreligionis genus in illam prætermisit: effractis namque templis eorum bona omnia vel eripuit vel laceravit. Verum vigesimo suæ tyrannidis anno, quum omnem fere *Venetiam* una nobiscum omni impietate lacerasset, *Mediolanum*que suo postea subigere imperio tentaret, omnes vicinæ civitates ob hominis sævitiam cum *Mediolanensibus* conspirarunt.

Conspiratio contra Tyr.

Quod quum *Ecelinus* ipse rescisset ingenti cum exercitu *Abduam* fluvium repente trajecit: & *Cassianum* ibi castellum munitiss. occupavit. *Martinus* autem *Turrianus* *Mediolanensium* & ipse tyrannus (sed mitis quidem & benignus) hac injuria lacessitus contractis undique à finitimis etiam furtim copiis *Ecelinum* è fini-

Abdua flu. Cassianum. Mart Turrianus Med. Tyrannus.

finibus pellere est annixus: Cum quo sæpius æquo marte præliatus, eum tandem in fugam turpissimam vertit, ac eo sagitta incertum missa ad crus infimum saucio, multos ex illius exercitu interfecit. *Ecelinus* vero, ubi se vulneratum, & copias suas turpiter fusas esse vidit ad *Soncinum* sese ut potuit perduxit. Ubi spe salutis omnino derelictus vulnus suum discerpsit, & ante fatum (ut ajunt) impiam vitam evomuit. Cæterum ejus cadaver, etsi anathema haberetur, honesto tamen sepulchro ibidem extra templum majus reconditur. Enimvero cisalpinæ civitates ex pessimi tyranni morte in libertatem redactæ adversus *Albericum* ejus fratrem apud *Tarvisium* in *Venetia* dominantem copias, & arma ducunt. Et eum non multo post una cum uxore, sex filiis duabusque filiabus, mutua crudelitate usi, interemerunt: siquidem filiis à *Tarvisinis* primo, & à *Brixianis* ibi quibusdam ante patris conspectum trucidatis, uxore & filiabus concrematis, ipse postremo membratim concisus est. Sed dum hæc in *Venetia* aguntur, *Cremonenses* contra *Brixianos* clam bella adhuc parant: Qui per exploratores id quum rescissent, *Cremonensibus* apud *Bassianum* castellum tunc ferox occurrunt: *Cremonenses* in fugam pene versi, mox ad *Alfiani* pontem se convertunt: *Brixiani* vero eos persequentes tali tantaque strage affecerunt, ut ex numerosa admodum multitudine pauci superfuerint, qui aut necem aut saltem captivitatem evaserint: Octoginta enim equites & quingentos pedites (cæsis pluribus) inde *Brixiam* abductos & *Mosi* arcem à *Brixianis* conditam ejus temporis nostri testantur annales. Contigit autem postea *Violantem* regis *Hungariæ* filiam primogenito regis *Aragoniæ* nuptam, ut ad sponsum accederet anno Christi MCCXXXV. urbem hanc nostram pertransire: Qua de re cives per nuntios facti certiores, multa pro ea honoranda paraverunt: Quisque enim officiorum ordo quodlibetque artium collegium suum in urbe decorum pulcherrime ostentavit: Quorum quidem equestres campanam ex argento & ære pondo supra trecentum conflari jusserunt, Regina ipsa transeunte pulsandam: Quod usus ad solemnitates usque hodiernas deinceps obtinuit. Quo tempore *Montisclari* oppidulum à *Federico* eversum, & *Brixia* aliquando obsessa est, quia *Mediolano* contra ipsum Imperatorem auxilia præstiterat. Post vero ea magnus cometes anno Christi MCC. cum quadragesimo apparuit, præmissa solis eclipsi. Aliam quoque stellam hora vespertina visam ferunt, velocissimo cursu ab oriente ad occidentem, veluti ardentem faculam declinari: Quæ omnia futuram tunc penuriam & famem, qua multi post hac periere portendisse, affirmantur: At ego alias etiam mox secutas calamitates ea significasse crediderim: Siquidem orta ea tempestate in urbe factione, quæ *Malexardorum* vocitabatur, *Lenum*, *Quintianum*, & *Pontivicum*, oppidula (*Federico* Imperatore favente) sunt obsessa: Quo accedentibus deinde *Cremonensium* turmis, mox ab illis omnibus capiuntur & *Venciagi* accolæ sponte rebellarunt. Qua plane injuria reliqui cives lacessiti, ereptis illico armis in illos impetum faciunt, & consertis manibus, omnem hostem cædunt vel terga dare compellunt, *Venciagum*que evestigio advolantes prosternunt, *Azone Turbiato* præsule nostro. Unde ipsis redemptis oppidulis, *Boarnii* à milite quodam proditione surreptum se evestigio convertunt: quod nulla certe dimicatione, sed sola præsentia vendicaverunt. Cæterum capto ibi *Rizardo* de *Ripa alta*, viro nequam, & seditioso, quia ex arce *Mosi* agrum *Brixianum* percurrens vastaverat, *Brixiam* adducunt, & ter circum urbis muros raptum tandem arbori suspendunt. Quo anno *Philippus* cognomento *Lavellongus* ex equestri ordine civis à *Bononiensibus* rogatus, eorum Prætor accessit: quem ea in prætura ita se gessisse ferunt, ut *Philippi* nomen ibi deinceps seduli celebraverint. Et pax cui cognomen erat *Bucca*, civis quoque noster à *Mantuanis* prætor acceptus, & Casale Majus *Cremonense* oppidum ab ipsis tunc occupatum fuit. Per id quoque temporis, anno humanati Dei quadragesimooctavo supra millesimum & ducentesimum, quum Urbs nostra à factionum sævitia paululum (auctore Deo) respiraret domos, vicos, & templa, quæ extra aliam urbis instaurationem superius descriptam condita fuerant, foveis tantum vallata, muris nova in urbe præcinxit: A porta videlicet, quæ pilarum dicitur, ad portam albaræ nuncupatam, & inde ad portam, quæ sancti *Joannis* perhibetur, ad portas sanctorum *Nazarii* & *Alexandri* appellatas, & ad portam cognomento turrem longam fere usque ambiendo: Nam, ut alia instauratione docuimus, turrim *Palatæ* occidentem versus, & plateam, quod forum lini vocatur, versus austrum urbis ambitus non excedebat. Dum ea itaque agerentur, *Innocentius quartus* Pontif. Maxim. *Brixiam* applicuit: quem ut honorifice nostri susciperent cives, nihil decori dimiserunt, quin in ejus adventu, ad agri usque fines ei occurrentes, alacri vultu, piaque mente, illi exhibuerint. Ipse vero civem nostrum 36 nomine *Cavalcanum Salium*, virum sane probum, & sacerdotium profitentem, quem jam *Romæ* cognoverat, *Brixiæ* Episcopum civitate annuente designavit. Pulso postea *Lambertino de Bononia* *Brixiæ* potestate per *Obizonem* de *Ugonibus*, *Girardum Gambaram*, *Federicum Grifum*, & *Rizardum Bocham*, seditio magna extemplo est orta. Quamobrem sævientibus rursum & in urbe & in provincia factionibus, quibusdamque tyrannis, ut civitas hæc à tanta calamitate liberaretur, Deo, & divo patriarchæ *Francisco* novit: Si ab ejusmodi infortuniis eximeretur, templum in ipsius beati honorem, se quamprimum ædificaturum. Quo plane obtento, non longe à divæ *Agathæ* æde, & templum, & cœnobium in prædio ibi (ut fertur) à patriciis cognomento *Brusatis* elargito, opere satis decoro construxit. Quo ejus Seraphici *Francisci* quosdam discipulos, qui in angusta jam ecclesia apud divi *Georgii* ædem incommode satis manebant, induxit: Florente etiam *Guidone Bonato* cive nostro, qui plane in siderum disciplinis ita clarus omni præsertim occidenti habetur, ut nihil ad ea illi incognitum fuisse credatur. Per quod etiam tempus Divi *Joannis Baptistæ* ædes fere corruens à civibus nostris instaurata fuit. Anno vero salutis MCCLV. lacus & flumina æstivo etiam tempore, & nullo in aëre vento, nulloque in terris tremore, ac nulla in æthere nube, ripas & littora sua egredientes fluctus evomuisse, atque rursus eos absorbuisse feruntur, ut stupendum magis quam mirum omnibus videretur: Atqui nonnulli negotiosi quoque peregrinantes, ubi flumen aliquod trajiciendum attingerent, timore perculsi, domum reverti, quam id discriminis experiri malebant. Quapropter *Patutius* cognomento *Concisius* ex equestri ordine civis celeber, & Jureconsultus, à *Mediolanensibus* Prætor vocatus, ob ipsum prodigium, magistratum adire tantisper distulit, dum cessavit. Post vero quinquennium (celebrato jam, quem *Bonifacius* Pontif. Max indixerat, Jubilæo) mirabilis populorum peregrinatio ubique affecta, à *Perusinis* incipiens non solum *Italiæ* populos, verum & exteros ita commovit, ut longis agminibus crucem cum laudibus sequentes ad convicinas civitates misericordiam & pacem conclamantes supplices commearent. Ii autem fratres albi vocitati fuere: qui etsi

Margin notes (left column): Soncinum. — Libertas cisal. redacta. — Ultio vindictave. Cremonen. Bassianum. Alfianum. — 35 v. — A. MCCXXXV. Ordines officiorum. Collegia artium. Campana equitum. Prodigia portentis. — MCCXL. Penuria Fames. — Malexard. factio. Lenum Quintian. Pontivic. Cremon. — Boarnum Rizardus Ripalta. Mosum

Margin notes (right column): Philippus Lavellongus Bonon. Pax Bucca, Mant. Anno MCCXLVIII. — Instauratio alia urbis Brix. — Innocent. IIII. pontif. — Cavalcanus Salius Brix. Episc. Ugones Gambarei Grifi. Bocch. — Divi Francisci templum. — Brusatorum cognatio. — Guido Bonatus Bri. astr. Divi Jo. Baptistæ ædes. Prodigia aquarum. An. MCCLV. — Patutius Concisius Brix. Mediol. Jubileum Boni. pont. nota. — Fratres Albi relig.

Sulfurini arx. Ubertus Palavicinus Brix. potitur. A. MCCLXI. Gambara op. Blondus hist.

etsi primo optimum opus sequi viderentur. In posterum tamen omnibus fere conversum est in pessimum: Nam truculentiora primis inde exorta sunt bella: Quorum hoc unum apud nostrates fuit, quod arrepta & eversa jam per *Guelfos Brixianos Sulfurini* arce tunc munitissima, *Ubertus* cognomento *Palavicinus* anno Christi MCCLXI. *Cremonæ*, & *Placentiæ Gibellinis* favens, contractis multis validisque factionis suæ turmis apud *Gambaram* agri nostri oppidulum maximam *Guelfis* intulit cladem. Quare utraque factione paulo post sinente, urbe protinus ipsa ita potitur: Nam (ut inquit *Blondus*) *Ecelini* morte audita, quæsiverant omnes cœperantque libertati studere, quos favor & Umbra Ecclesiæ protexisset, *Brixianos* tamen, omnium

36 v. primos inchoatam paucissimis diebus quietem continuare prohibuit tyrannus: quum enim *Gibellini* urbem administrantes *Guelfis* reducendis suspensi animi deliberabundique penderent, *Ubertus Palavicinus* id fieri dissuasit, per cujus facti speciem conservandi copias urbi admovit, de quo loco clandestina cum *Jacobo Confanonerio*, & aliis extorribus *Guelfis* machinatus est, remque in eum perduxit locum, ut Urbi administrandæ ab utrisque præfectus eam sibi dominio subegerit. Mox quum ex civibus quosdam *Philippo Turriano Mediolani* domino urbem nostram daturos rescisset, convocatis ad consilium civibus ipsis in palatium de *Calzaveliis*, *Pacem Bocham*, *Rizardum* ejus fratrem, *Federicum Grifum*, *Bernardum Rothingum*, *Tignosum de Lavellongo*, & alios nonnullos *Bosio Doarensi* turmarum ductori captivos *Cremonam* ducendos consignavit: quos postea alia per *Albertum Ugonem* & *Albertum Gabrielem* deditione *Turriano* ipsi tentata, in urbem reductos in platea magna *Brixiæ* obtruncavit, & multos alios urbis *Guelfos* hinc pepulit. Quibus expulsis, cæteris quibuscunque colloqui prohibuit, ut vix frater fratrem alloqui auderet: Nec tamen defuit quin colloquentes nonnullos elingues reddiderit. Agebatur post hæc annus Christi MCCLXV. quum *Carolus Ludovici Francorum* regis frater à *Clemente* summo pontif. *Siciliæ* rex declaratus in cisalpinam descendens, adjuvantibus *Guelfis Brixianis* ab *Uberto* (ut doctum est) pulsis, *Capreolum* hujus agri non obscurum castellum & antiquissimam progenitorum meorum patriam cepit: Indeque multis habitantium pulsis, eorumque bonis in prædam deditis ipsum funditus evertit. Qua quidem eversione *Joannes* cognomento *Ugettus* cum *Obresto*, & *Lotherengo* cognomento *Tartarino* filiis adolescentibus *Brixiam* tum habitatum venit: Ubi cognationi nostræ (qualiscunque sit) benigno satis auspicio initium dedit, quod quæ me penes adhuc sunt, ducentorum annorum fide digna hujus rei monumenta testantur; Sed de his satis. Verum ubi *Carolus Capreolum* evertisset, & data pugnandi copia *Ubertum* ibi debellasset, *Montem clarum* oppidulum quoque vestrum paulo post aggressus prostravit, & inde per *Flaminiam* transitum fecit. *Mediolanenses* interea cum *Bergomatibus* sociati *Palatiolum* oppidum vestrum mox obsidentes, corrupto arcis præfecto, occupaverunt: At fuso fugatoque (ut diximus) *Uberto*, electisque statim *Tajono* cognomento *Boccatio*, qui superiori anno religiosi habitum induerat, & *Laphranchino* cognomine *Lavellongo*, Urbis rectoribus, quoad civitas in melius reformaretur, duraturis: *Cremonenses* portarum urbis custodes per *Ubertum* jam positi, officio suo amoti patriam extemplo petunt, & *Palatiolum* mox *Mediolanenses* relinquunt. Verum anno sequenti *Cremonenses* cum *Placentinis*, & *Laudensibus* in *Brixianorum* perniciem conspirantes omnia in *Ollii* ripis oppida & loca vestra tumultuarie vexarunt, ac cædibus & incendiis crudelem in modum destruxerunt:

Gibellini. Guelfi. — Calzaveliæ. Bochæ. Grifi. Rothingi. — Ugones — Colloqui prohibitum à Tyranno. silentium Elingues reddi. — A. MCCLXV. — Carolus Siciliæ rex. Clem. Papa. Capreolum castellum. Capreolæ agnationis in urbe origo. — Mons clar. Mediolanenses. — Bergomat. Palatiolum opp. Tajonus Boccatius religiosus habitu: & Laphranch. Lavellong. — Brixiæ rectores Cremo. Placent. Laudem.

A

Tunc enim *Cannetum*, *Hostianum*, *Seniga*, *Pontivicum*, *Urceæ*, & *Barcum*, oppida & loca vestra magna crudelitate fuere affecta. Quapropter *Tajonus* & *Laphranchinus* 37 omni fere civitate annuente, *Raymundum Turrianum Comi* episcopum, & *Neapoleonem* ac *Franciscum* ejus fratres, virtute & potentia clarissimos viros adversus civitatis hujus hostes pecunia, & pollicitationibus moverunt. Unde *Francisco* urbis prætore statim suscepto *Covum* agri *Cremonensis* oppidum expugnaverunt & *Soncinum* municipium durissima obsidione affecerunt: quæ non prius soluta est, quam pax ab hostibus ipsis petita, & à nostris tandem fuerit concessa: *Canneto*, *Pontevico*, *Hostiano*, *Quintiano* & *Urceis* novis nuperrime instauratis; quibus hinc ita sedatis, *Veronenses* illinc, freti subsidiis *Coradini Federici secundi* & *Iolæ* filii agrum hunc nostrum mox armis adoriuntur, & *Ripaltellam*, *Desentianum*, *Patengolas*, ac *Montem clarum* locum infortunatissimum proditione tamen (ut fertur) nonnullorum *Bænacensium*, potiusquam vi occuparunt. At *Guelfi Brixiani Gibellinos* etiam *Brixianos Coradino* favere videntes, adversus illos arma quamprimum arripiunt, qua discordia *Franciscus Turrianus* qui ad urbis dominium anhelabat, confisus, plures ex utraque civium parte captos *Mediolanum* obsides mittit, & quum alios ex potentioribus *Guelfis* nonnullos eo relegare tentaret, *Guelforum* tumultu à sua prætura dejicitur. *Gibellini* tum veriti *Guelforum* arma in se acerbiora experiri, *Manervium*, *Senigam*, *Alfianellum*, *Bassianum*, *Pratumalboinum*, *Desentianum*, *Patengolas*, & *Ripaltellam*, omnes ferme confugientes petierunt. Cæterum *Manervium* à *Tajono* jam præmunitum *Guelfi* advolantes obsederunt; sed ille à *Turrianis* ope extemplo suscepta, tantisper obstitit, dum de conficienda pace in *Philippum Ravennatem* archiepiscopum apostolicæque sedis legatum compromissum utrinque fuit: quum autem *Franciscum Turrianum* ad præturam reponi tentaretur, orta ea de re seditione inter cives, prælium adhuc civile excitatur, quo pluribus interemptis, plures etiam capti scil. *Bochalinus* & *Leo* fratres de *Bochis*, *Bertholinus Caciagus*, *Federicus Lecapestus*, *Egidiolus Calzavelia*, *Girardus Palatius*, & *Inverardus Bonatus*, aliique multi *Mediolanum* obsides fuerunt transmissi: Ubi quousque *Carolus Siciliæ* rex causam sumpsit, relegati manserunt: Increbrescentibus autem apud *Caroli* aures, quæ *Brixiæ* invalescebant in dies, asperrimis facinoribus, uti erat natura mitis, clemens, & rei christianæ amator, *Brixiam* anno MCCLXIX. legatos suos mittit, pacem inter *Brixianos* & *Mediolanenses* composituros. Quibus aliquamdiu apud *Brixianos* manentibus, quum *Caroli* mentem satis exposuissent, uno ore *Guelfi* cum omni fere civitate, responderunt sese nisi lacessitos, nunquam bella tentavisse: quod bellum pluribus damnosum magis exitialeque videri, quam utile, pacem vero omnibus esse utilem semper experti fuissent: verum civitatis nostræ hoc æternum fuisse, ac peculiare, partam aliquando virtute libertatem, non secus ac vitam charissimam sibi servare: quicquid tamen *Carolo* gratum cognoscerent, quum *Justitiam* foveret, se perfecturos polliceri. Quare legati mox, ceu arbitri, decrevere, quod Civitas, seu pars intranea captos in civili prælio *Guelfos Parmam* illico mitteret; sed de præcepto illo intrarii ad *Carolum* appellantes oratores ad eum pro 37 v. tuendis (ut ajebant) civitatis juribus evestigio miserunt. Hos igitur quum *Carolus* audivisset reip. jura præservans præceptum extemplo revocavit. Atque alium deinde Legatum *Mediolanum* primo, postea *Brixiam* profecturum misit: ubi pro ipsa componenda pace quum pluribus diebus man-

Cannetum. Seniga. Pontivic. Urceæ. Barcum. — Raimundus Turrianus. — Covum. Soncinum. — Veronenses. Coradinus. Feder. Iola. — Ripaltella. Desentian. Patengolæ. Mons clarus. — Guelfi. Gibellini. Franc. Turr. Brix. dominium tentans. — Manerv. Seniga. Alfianellum. Bassianum. Pratum alboinum. Desent. Patengolæ. Ripaltella. Manerv. Tajonus. Philipp. Rav. Episc. — Civile bellum. Carol. Siciliæ Rex. A. MCCLXIX. — Bellum. Pax. Libertas. — Legati Brix. ad Carolum.

B C D E F

mansisset, videns id frustra tentari, nisi captivi ipsi, juxta priorum legatorum sententiam, obsides alio mitterentur, omni exhortationis conatu, addito semper *Caroli* intuitu, id effici tandem persuasit. Quare ipsi ad urbem *Albam* relegati fuere: Unde quarto nonas Januarias sequentis anni, per *Ugonem* cognomento *Stacham*, *Caroli* ultimum legatum, *Brixiam* sospites reducebantur.

Alba urbs Gambara oppid.

Sed quum multi ex urbe *Gambaram* usque illis obviam accessissent, eos omnes honorandi gratia: Extorres *Brixiæ* id intelligentes, clam congregati, *Ugonem* ipsum, obsidesque & alios eis obviam factos, omnes pene inermes cataphracti aggrediuntur, nullam legati regis amplitudinem veriti; Sed eo tantum dimisso; alios ibi omnes aut trucidaverunt, aut fugam arripere coegerunt. Quod quum rescivissent, qui in urbe remanserant, pridie calendas februarii fidei *Ugonis* nomine *Caroli* ibi agentis, sese, & urbem penitus commendarunt, atque firmatis paulo post per *Carolum* Urbis privilegiis, ejus demum protectione ipsa defensari videbatur.

Brixia Carolo ipsi commendata.

Extorres vero contractis illico per *Bonaventuram de Monte*, & *Defendu* tum *Capreolum* nuntios ex *Mediolano*, & aliunde copiis pridie nonas sequentis augusti, apud *Cogallium* castrametati fuerant, *Brixiam* tandem obsessuri.

De monte Capreoli.

Cogallium.

Quapropter omnis fere interior civitas *Franciæcurtanorum* auxilio freta, illis evestigio occurrens, pluribus cæsis, quosdam in eam fugam vertit, ut fusi in *Ollium* sese prorsus præcipitaverint. Unde interni ipsi *Manervium* invadentes capiunt, & fusis incolis, bonisque eorum in prædam datis, illud solo æquaverunt. Mox *Pompejanum* conversi brevi capiunt, diripiunt, & evertunt.

Franciæcurtani.

Manerv. Pompejanum.

Cæterum anno christianitatis MCCLXXIII. Archiepiscopus *Aquinensis* summi pontif. Legatus, & arbiter intrariorum ex una, & *Francisci Turriani* (de quo paulo supra mentionem habuimus) una cum *Mediolanensibus*, ac extorribus *Brixianis* ex alia partes ipsas composuit, & inter eas hujusmodi pacis tenorem pronuntiavit: quod scilicet *Brixiæ* civitas tam scil. intranei, quam extorres, vel ejecti libras sex milleducentas imperialium ipsi *Francisco Turriano* exhiberent, pro salario magistratus olim ejus in urbe ei debendo, & ea præsertim ratione, quod non jure, sed vi ab illo motus videretur. Item quod centumquinquaginta de externa factione viri quinquaginta videlicet ex civibus ejectis, & centum ex agrestibus factionis ipsius proscriberentur. Quibus pro legati sententia illico adimpletis, fossæ, & propugnacula *Urcearum*, *Palatioli*, & *Senigæ*, quia civitati jam adversa fuerant, ejus Imperio complanata fuere.

Anno MCCLXXIII. Pax.

Urceæ. Palatiolum Seniga.

Qua tempestate aureum nummum (Florenum vocant) duodecim tantum solidis adæquatum ferunt.

Nummus aureus solidis XII.

Cæterum anno salutis MCCLXXV. *Martinus Brixiæ* Episcopus moritur, & ei sufficitur *Berardus* ex *Magia* familia civis noster

A. MCCLXXV. Berardus Magius Ep. Brix.

38 *Bachinus* quoque de *Manerva Manervæ* arcem dolose ingressus, pulsis inde custodibus vestris, eam ut tyrannus occupavit: ad quam vendicandam quum ex civitate multi proficiscerentur, tantum *Imbrium* fuisse legimus, ut omnes eo enecti sæpe existimarentur: Cupidi tamen reip. restituendæ cives nunquam quiescere voluerunt, quousque *Bachino* sagitta perempto, arcem ipsam fere eversam redemissent.

Bachinus Manerva. Prodigium Imbr.

Quæ dum agerentur, *Uldebrandus* cognomento *Tangetinus* civis noster à *Mediolanensibus* Prætor expostulatus honorabiliter *Mediolanum* accessit.

Uldebrandus Tang. Medio. Præ.

Tum talis annonæ penuria provinciam hanc grassata perhibetur, ut tritici sextarium X. milii vero VI. solidis, ac pluris venderetur, miseranda pestis lue demum succedente.

Annonæ charitas. Milii sextarium medio aureo vendi.

Agebatur post hæc annus Christi MCCLXXIX. quando *Brixiani* à *Veronensibus* & *Mantuanis* occupata sibi loca per legatos vel restitui, vel bella

Anno MCCLXXIX. Vero. Man.

A

invicem jam indicta significarunt: quibus omnibus in *Brixianorum* potestate esse, sua sibi vindicare respondentibus: *Scopolum*, *Insulam*, & *Guidiciolum*, oppidula ab eis occupata, & mox restituta, tanquam rebellia, *Brixiani* evestigio sunt depopulati.

Scopulum insula. Guidiciol.

Cæterum *Veronenses* contra fidem post parum venientes, *Pocelengi* castellum intempesta nocte prosternunt: Quod quum ulcisci *Brixiani* pararent, *Limonum*, *Trimosignum*que oppidula in ripis *Benaci* vestra à civitate ad *Tridentinos* defecerunt, *Bosio Doarensi Soncinum* quoque occupante: Quæ omnia *Brixianos* variis affecerunt curis, ut fideles potius servare maluerint, quam infidos forte frustra revocare.

Poceleng.

Limonum. Trimosign. Bosius Doarensis.

B

Interea *Mediolani* Archiepiscopus, uti pontificis max. delegatus, præsides, & Senatum *Brixiæ*, quia recusaverant abrogare capitula statutorum, de exigendis à sacerdotibus decimis, excommunicavit, sed annuentibus pro repu. tutanda præsule, & clero nostris, cives tum omnis merito post hac absolvit.

Soncinum. X. à sacerdotibus.

Mox *Cremonenses* à *Bosio Doarensi* oppressi, opem à *Brixianis* adversus eum exposcunt, quæ hac lege illis concessa fuit, ut nostris per annum favere juramento tenerentur. Itaque inito fœdere, *Soncinum* à *Bosio* occupatum evestigio vendicarunt, & *Tridentini*, postulata à *Brixianis* pace, quicquid surripuerant, civitati nostræ restituerunt.

Cremonen.

Trident. Prodigia. Puer. Piscis.

C

Puerulus tunc temporis villosus, ursorumque more ungulis armatus nascitur, & piscis marinus Leonis effigiem habens captus vagitum cum planctu hominis dedit: Et *Carolus* rex, olim tutator noster fati munus implevit, cui alter *Carolus* ejus filius continuo in regno successit. Ad hunc visitandum, atque de obitu patris solandum, *Brixiani* legatos suos destinarunt, & quinque millia aureorum nummum ei dono danda tradiderunt. Legati vero ipsi ut ad eum in regiam intravissent, talem summa cum reverentia habuere orationem.

Carolus II. Legati Brix. ad regem muneraque.

Consolatoriam attende orationem.

D

Difficillimum nobis profecto, apprimeque laboriosum dicendi argumentum sese in præsentiarum obtulit, invictissime Rex noster Carole: qui quum ipsi consolandi simus, majestatem tuam quoad possumus consolaturi à fidelibus tuis Brixianis civibus nostris, ex obitu serenissimi genitoris tui lachrymosis & mœstis, missi advenerimus: Quid enim non unius 38 v. *tanti, tamque divini regis amissionem, cum nobis cunctis, tum universæ Italiæ factam admodum doleamus, atque ingemiscamus: per quem solum ex tantis, & tam diuturnis bellis, ac tyrannidibus omnia sedata, pacataque conquieverant. In sola profecto illius vita, atque animi magnitudine, summaque sapientia tantam spem sibi nostra resp. collocarat: ut perpetuam se felicem fore amodo opinaretur. Sed o inanis nostros cogitatus: qui eo secundis in rebus magis nos decipiunt, quo certiore spe quondam nobis alludunt: Verum quo ferimur nos? quo noster nos vehementissimus rapit dolor: ut qui regem nunc nostrum Carolum, amplissimo cum senatu suo & aula, consolaturi advenimus, nos ipsos nequeamus consolari: Nam quid prodest, excellentissimi principes, quicquid optare, quod sperare non liceat? Magnum est fatemur & grave, permolestumque & acerbissimum, quod nuper omnes vulnus accepimus: Id si minus doleamus, aut lapidei plane putandi simus, aut nobis ipsis inimici: Sed illud nos præterire non debet, animi esse & bene compositi, & sapientis: nihil appetere supra hominem unquam: neque à ratione discedere: neque divinæ adversari Justitiæ: Num qui sibi ipsi non pepercit, quin morti ut homo concederet, parcat simplici homini cuiquam Deus, vel heroi? ut poëtæ philosophique appellant. Moriendum est enim omnibus, in idemque resolvendum unde manaverint. Quod si recusantibus deposita reddere turpitudini damus, quæ dementia tanta sit nostra, ut quem Deus optimus animum nostræ fidei veluti, commendarit, hunc repetenti*

Spem fortunæ inanem.

Optandum non esse quod sperandum non sit.

F

Sapiens quid appetat. Ratio. Justitia.

Deposita reddi.

tenti domino restituere indignemur? Patiendum est igitur æquo animo invictissime rex, patrem tuum, regem olim nostrum, ei maximo deo probum animum, æternam felicitatem suam consecuturum, reddidisse: Patiendum est id pariter vobis omnibus clarissimis principibus, ac nobis quidem: & eo magis, quo Carolus ille primus rex noster in invictissimo rege nostro Carolo secundo adhuc vigere, ac sapere videtur: & in dies magis magisque præstanti sua indole ac probitate adolescere: Cujus tantus in- A *genii splendor, tanta magnitudo animi, tanta justitia, tanta benignitas, tantum honestatis studium, ut certo sperarere jam liceat, hunc paternam gloriam omnem non æquaturum modo, sed etiam non secus superaturum.* Et exhibito mox civitatis nomine auro, humaniter admodum atque gratanter à *Carolo* suscepti fuerunt: Quippe qui ipsam coronam ipsumque sceptrum pro rep. *Brixiana* tutanda juravit se positurum.

LIBER SEPTIMUS.

Petrus Rex Aragoniæ. Carolus II.



POST EA, QUAE SUPERIORI Libro de *Carolo secundo Siciliæ* rege narravimus: captus à *Petro rege Aragonensi Carolus* ipse numerosa propemodum ac magna pecunia sese excmpturus, *Brixianos* per literas & per *Bernardum Montilium*, ac *Henricum Mesinensem* nuntios suos rogat, ut si eum amant, captivum regem possibili auro redimere velint, omnia pollicitus, fortuna opitulante redditu-

Brixianos rogat.

39. rum. Unde duobus millibus aureorum nummum illico ad eum traditis, exemptus tandem *Carolus*, hostem suum *Petrum* etiam superavit, & mutuum civibus nostris vel recusantibus reddidit.

Mutuum reddit Rex gratus.

Mediolano succurrit Brixia.

Accidit autem tempestate illa, *Joannem Montisferrati* Marchionem *Mediolanum* urbem acriter obsidere; Sed *Mediolanenses* impetrato *Brixianorum* auxilio post multas utrinque cædes, ea tandem obsidione liberantur. Quumque *Joannes* ipse ab *Alexandrinis* perfidia esset captus, excommunicationis sententia per summi pontificis Legatum contra *Brixianos*, ceu ejusce rei conscios est lata: Verum provocatione ad ipsum pontif. facta, censura ipsa cessavit. Cæterum deprædandi usum tantum eo temporis inolevisse ferunt, ut nemo patriam suam exire auderet, atque frequentatis mirum in modum deprædationibus, eas exerceri laudabile, nedum tolerabile videbatur. Quare accersiti quoque honesta occasione *Brixiani* ad diruendam Muræ *Bergomensis* agri turrim juxta Palatiolum, anno à virginis partu MCCXC. accedunt: Quibus cum obstare vellent *Bergomates*, apud *Paluscum* eorum etiam oppidulum ingenti strage à *Brixianis* afficiuntur: Mille enim & ultra trucidatis, ducentisque captivis *Brixiam* abductis, reliqui omnes fugam petere, & turri ea, oppiduloque à nostris obtentis, pacem efflagitare sunt coacti: qua tandem concessa captivi omnes libere dimittuntur, quo die Beati *Cypriani* præsulis nostri festum celebratur.

Prædones Mura Palatiolum. Anno MCCXC.

Bergo. Paluscum.

D. Cypriani Epi. Brix.

Sed pace cum finitimis vallata, intestinum adhuc bellum civitati exoritur: Si quidem suggestione plebejorum, ac popularium quorundam factiones quinque in urbe excitantur: factio scilicet *Ferriolorum*, quæ tunc cæteris prævaluit, factio *Gibellinorum*, *Bardellorum*, *Griffforum*, & *Guelforum*, ex qua primam ipsam *Ferriolorum* exceptam fuisse ferunt. Invalescentibus autem factionibus ipsis, multi urbe cives depelli, plures capi, & uti obsides coguntur detineri: plures tamen reip. saluti magis consulentes mille virorum senatum civitati constituerunt: Quo paulo post proscripti & extorres publicis in urbe & in agro proclamationibus sunt revocati: *Berardus* cognatione *Magius* Episcopus *Brix.* non parvæ integritatis vir existimatus per quinquennium reip. rector est constitutus: Qui universos diœcesis nostræ incolas in ur- B bis palatium pro jure petendo venire, omni censura mox compulit: Et Navile ex *Clysi* amne, ut etiam nunc extat deduci: Duosque alveos à *Mella*, alterum in urbem ad civium commoditatem, alterum juxta ad prædia irriganda fieri à civitate obtinuit, quos pistrinis etiam, & ejuscemodi opportunis demum exornavit. Plateam insuper inter palatium & Cartiam, translato beatorum *Cosmæ* & *Damiani Cœnobio*, ibi tunc existente, ad occidentalem usque urbis plagam, satis ampliavit, & monasterium divi *Barnabæ* apostoli patronique nostri condidit. Verum sua ipse elatione fretus, civitatis Imperium occupare C tentavit, quod ut sibi facilius foret, contracta Gibellinorum factione, Guelfos non nullos urbe pepulit, qui ceu proscripti annis tribus *Mediolani* exulare coacti sunt. Cæterum ea annonæ penuria omnes in urbe & in agro affecti feruntur, ut plerique fame perierint. 39. v. Rebellaverant interea civitati vallis *Camonicæ* accolæ; sed missis eo nonnullis stipendiariis & delectis nostris, ferro igneque in illos sævientibus, rursum anno sci- D licet MCCCI. civitati se commiserunt *Andrea Quirino Veneto* prætore nostro. Postea vero quam *Guelfi*, quos diximus, triennio *Mediolani* exulassent coadunatis quibusdam aliarum civitatum *Guelfis*, *Gaidum* agri nostri oppidulum applicuerunt; Sed desperata sextum post diem victoria, *Cremonam* inde abierunt, *Mediolanum* evestigio reversuri. Qua injuria lacessiti intrarii *Brixiani* omnem *Cremonensem* agrum *Cremonam* usque præda igneque vastarunt, nemine ejus civium exire audente. Ferunt hic nonnulli *Berardum* ipsum *Brixiæ* antistitem ab *Gaidiensibus*, quod extorres suscepissent E x. millia librarum Imper. tunc exegisse, & urbis principatum decennio tenuisse, quo completo munere vitæ sit functus, cui *Federicus Maphæus*que fratres ejus, hic princeps, ille episcopus suffecti feruntur; sed quod *Berardus*, & *Maphæus* ipsi urbis principes vocarentur: ejus autem dominium civium esset, nihil profecto invicem repugnare videtur: Nam plerumque præsides principes appellari solent: Quod quidem *Venetiæ* urbs probat, quæ etsi imperium ejus suorum sit civium, præsidem tamen suum nunc ducem nunc principem appellitare consuevit: quod & de nostris fuisse plures sibi persuadent. Sed non prætermittam hoc loco, quod *Faustinus* quidam *Carzagus* ejus temporis tabellio publicus testatur: Anno F scilicet Christi MCCCII. populum *Gaidi* pro se & aliis nonnullis agri nostri populis ab antianis & ratiocinatoribus *Brixiæ* accepisse libras trecentas septem imperial. occasione mercedis suæ pro stipendio sibi debendo in bello Vallis *Camonicæ* poximis diebus peracto, ad computum denariorum octo, pro quoquo stipendario & pro quoquo die: Quapropter *Berardum* ipsum urbis dominium habuisse, mihi quidem haud verisimile videtur:

Bellum civile. Plebej. Popularesque Factiones quinque

Consilium, vel Senatus: Mille virorum.

Berardus Magius Epi. Brix.

Navile ex Clysi.

Alvei à Mella.

Platea.

D. Cosmas & Damianus D. Barnabas.

Dominium occupare tentat.

Fame perire vallis camonica. Anno MCCCI.

Gaidum. Attende opinionem de Berardi dominio, vel principatu in urbe Brixia.

Anno MCCCII.

Stipendium octo denariorum quolibet die &c.

Anno MCCCX. Henricus VI. impe.

Quippe ſtipendium pro bello ab antianis deditum civitatis arguit imperium; Sed de hoc ſatis. Verum annus agebatur à natali chriſtiano milleſimus tercenteſimuſdecimus, quum *Henricus* ejus nominis *ſextus* imperator *Mediolanum* applicuit & ejectis inde Guelfis, noſtrates etiam urbe pellere tentavit. Quare *Alberto* ejus vicario ad majores

Stratagema

noſtros miſſo, hoc ſtratagemate eſt uſus, ut utriuſque factionis magnatibus de urbis ſtatu ordinando convocatis, Guelfos omnes Gibellinis adjuvantibus caperet. Itaque quum ad eum veniſſent

Confanone. Bruſati. de ponte carali. De foro. Ugones Magii Ta getini Gambarei.

Don *Inverardus Confanonerius* divæ *Euphemiæ* Antiſtes, *Thebaldus Bruſatus*, *Florius* de *Pontecarali*, *Goicius* de *Foro*, & *Riciardus Ugonum* ex factione Guelfa & ex Gibellina *Maphæus Magius*, *Baldoinus Ugonum*, *Ariginus Tangentinus*, & *Girardus Gambareus*, *Federicus Magius* Epiſcopus cum aliis ex factione ſua Gibellinis, Guelfos ipſos aliosque in urbe omnes hoſtili manu adoritur, *Berardo* ejus Epiſcopi fratre Gibellinorum præfecto. Mox *Albertus* ipſe vicarius Gibellinos omnes, qui cum eo in palatio erant, dimiſit, excepto *Maphæo* ipſo *Magio* propter ſenectam & palatii, ac turrium dominium retento. Guelfos vero ipſos in carceres poſuit, excepto *Goicio*, qui de dolo advertens jam inde fugam arripuerat. Erant autem Gibellini equites numero CCCCL. & pedites octingenti: Guelfi vero vicatim in vico S. *Joannis* congregati CL. equites, & pedites circiter octomillia cum *Franciæcurtanis* qui advene-

40. rant urbis portam ibi acceperunt. Cæterum *Gibellinis* perſequentibus illos, ter eo in vico acriter pugnaverunt: Unde fuſis turpiter Gibellinis, & *Alberti*, qui ſimul militabant, ſagittariis,

Brochi. Belaſii.

Maninus Brochus, & *Plevaninus Belaſius* vulneribus ſunt occiſi. Veriti demum Gibellini male prope diem de ſe agi per portam S. *Fauſtini* facta à Guelfis poteſtate, urbe nocte intempeſta abierunt: & *Urceas novas* mox advolantes oppidum ipſum occuparunt. Sed quum ex omni fere *Lombardia* Guelfos interea pepuliſſet, *Henricus* à *Brixianis* internis petit auxiliares equitum peditumque turmas ſibi in caſtra quæ *Cremonæ* metabatur, demitti. Quibus acceptis XII. ex potentioribus *Brixiæ* internis *Cremonam*, ubi aderat, cives ad ſe venire juſſit: Qui veriti ne malis accederent avibus creatis quatuor poteſtatibus,

Poteſtates Quattuor. Lavellongi Lecapeſti.

Riciardo ſcilicet *Ugonum*, *Federico Lavellongo*, pro nobilibus, *Lafranco Porticu*, & *Alberto Lecapeſto* pro popularibus, qui civitatem regerent, & ſervarent: contra *Henricum* Guelforum hoſtem certiſſ. omnibus opportunis pro virili ſe munierunt. Ex adverſo *Henricus* etiam contra illos agens *Cremona* jam cæſa, & *Cremonenſibus* Guelfis (teſte *Blondo*) *Brixiam* cum uxoribus, pueris & aſportata leviore ſupellectile emigrantibus per *Soncinum Urceas* adventavit: ubi cives internos, ut nuper extruſos recipiant per nuntios admonuit. Abnuentibus vero illis ea exarſit ira, ut univerſo agro noſtro præter Pontisvici arcem, *Benacenſem riperiam*, *Sabii*, & *Trumpiæ* valles, occupato potentiſſima caſtra prope urbem adduxerit. Tot enim equites tot pedites, totque ad debellandam urbem contraxit impedimenta, ut circumquaque nihil fere præter ea videri poſſet: Militabant enim cum ipſo imperatore præter ejus duces,

Canis Scaliger Veron. Vincentini. Sabaud. Vienenſes. Romani. Auſtriæ. Flandriæ. Montisferrati. Salutii duces. Romandioli. Tuſci. & Brix. Capreolum caſtellum

Canis Scaliger pluribus cum *Veronenſibus*, & *Vincentinis*, *Amedeus Sabaudiæ* comes quindecim cum cohortibus, *Delphinus Vienenſis*, *Agapitus*, & *Stephanus* ex gente *Columna*, *Romani*, *Auſtriæ* Dux, Comes *Flandriæ*, Marchiones *Montisferati*, atque *Salutii*, omnes cum copiis ſuis inſuper *Romandioli*, *Tuſci* ac etiam *Brixiani* extorres pluribus cum agreſtium turmis in apice montis haud longe à *Capreolo* caſtello confidentes: Atqui univerſa agri hu-

A jus oppida, Villæ, pagi, & loca exceptis duntaxat *Franciacurta*, Valle Trumpia, Valle Sabii, *Benacenſi riperia*, Valle *Teneſi*, & *Pontivico*, omnia ab urbe ad *Henricum* defecerant. Cæterum *Gaidenſes* in urbe recepti eo pacto urbem ipſam una cum civibus perinde ac cives tutabantur, ut ſi civiles diſciplinas ab incunabulis didiciſſent: nam non tantum viribus, ſed aſtu, induſtria, & conſilio in agreſtibus raro pollebant.

Franciacut. Vallis Trumpia. Sabia. Bænacenſis riperia &c. Pontivicu. Gaidum Conſilium in agreſtibus rarum.

Sed *Henricus* eam acriter obſidens, omni machinarum genere adhibitis etiam cuniculis ejus muros ſternere plane tentavit. Interiores vero foveis, muriſque aliis & aggeribus eam inſtaurantes roborabant, pro-

B pugnaculum etiam (baſtiliam vocant) quod in monte Digno conſtruxerant, cum divi *Floriani* cœnobio & ædicula beatæ *Magdalenæ* viris apprime ſtrenuis cuſtodiebant, ut è *Bænacenſi* riperia valle *Sabii* commeatus, & oportuna quæque per montana ad urbem tutius ducerentur. *Henricus* autem hoſtis acerrimus, ut mage cives deterreret, etſi totum fere agrum occuparet, caſtrorum tamen ſuorum chariorem partem non longe ab urbe profunda ſatis foſſa & aggere vallatam compoſuit: ubi etiam piſtrinum ſibi tunc ſummopere neceſſarium conſtruxit, quod impræſen- 40. v.

C tiarum uſque imperatoris molendinum vocitatur.

Molendini imper. Bricolæ.

Sed conjicientibus in ipſa caſtra ſaxa è machinis, quas bricolas appellant, civibus, ejuſque tentoria cum maximo militum terrore proſternentibus iræ plenus ad propugnaculum, quod diximus, in monte Digno mittit, quod longum poſt ſatis, & cruentiſſimum prælium cepit; Sed paulo tamen poſt *Benacenſibus* illud ſuccedentibus amiſit. His autem geſtis cives ſtrictis gladiis tam forti animo hoſtem, qui extra vallum erat, invaſere, ut univerſæ fere ejus copiæ de tutela potius ſua, quam de inferenda in cives injuria cogitarent.

Adagium nota.

D Verum (ut adagio fertur) *Deus paucos adjuvit qui tamen plures fuerant paucis prævaluere:* Nam converſis tandem adverſus cives hoſtibus, illi pugnantes in urbem paſſim recedere compelluntur, captis tamen & in urbem abductis tribus ſupra quinquaginta ex hoſtibus ipſis. Inter quos nonnulli ex *Iſæatibus* fuere recogniti. Paulo inde poſt quum multos hoſtium urbem verſus per montana venire cives reſciſcerent, horum nonnulli duce *Thebaldo Bruſato* urbe adverſus illos exiere, & illico manu conſerta viriliter, varioque marte utrinque pugnatum eſt, ut hoſtium multi *Brixiam* captivi ſint ducti: Fortuna tamen hoſti favente, *Thebaldus* ipſe, *Joannes Muſſus*, & *Jo-*

Iſæates. Thebaldus Bruſatus

Henricus & Thebaldus colloquuntur.

E *anninus* de *Muro* equitibus, aliis vel cæſis vel ab hoſte fugatis captivi ad *Henricum* eveſtigio ſunt ducti, qui ut eos vidit, ſubridens ironice ait: oh jam ad nos viſendum propus accedent *Brixiani*, converſuſque ſubito ad *Thebaldum*, ſalve, inquit *Thebalde* omnibus cum fautoribus tuis. Utinam reſpondit *Thebaldus*. *Henricus* tum, optare videris quod in tua de te poteſtate habes, ſed ſi civibus tuis perſuaſeris, ut ſeſe & urbem mihi fidei committant, omnes illos tecum una ſalvos reddideris, quippe bellum inde ceſſabit, & ipſi tecum pace fruentur. Cui *Thebaldus*, ego nulla

F eloquentia præditus, qui quum facta adverſa ſentirent verbis nunquam ſunt perſuaſi ut tibi votis tuis ſuccurrant, quomodo exorem cives non video. Mox *Henricus* indignabundus ſcribe inquit *Thebalde*, Urbem mihi dedant ſine mora cives, ni extemplo oppetere velis: Et ſtatim oblatis omnibus ad ſcribendum opportunis, ſubdit: Non enim me latet quanti in urbe *Brixia* tua ſemper extiterit autoritas. *Thebaldus* juſſa reſpondit tua Imperator ſemper magnifeci, patriæ tamen ſalutem nunquam non meminiſſe ejuſque commoda privatis etiam meis æternum præponere deſtinavi:

Civis pro patria.

vi: quod si vel natura vel virtute forsan hactenus egi, à tam optimo instituto jam senem recedere, equidem turpissimum duco: Tu vero, qui prudentissimus, qui sapientissimus es, naturæ præcepta assequi debes: quare etsi alia præcipis, ea tamen à me non efficienda penitus ducis. Verum ut de potiunda à te, quod tantum quæris, urbe, aliquid ultro loquamur hoc tibi memoriæ sit quæso: non vim, non tyrannidem, sed justitiam, & æquitatem in omnes semper exerceas, si urbem non modo *Brixiam*, verum & alias complures vel partas obtinere, vel non partas cupis acquirere: Justitia enim & æquitate bonos lætari, malos vereri, & omnia pacata reddi: Injustitia vero, & tyrannide omnia tumultuari est manifestum.

Justitiæ bonum.

41 *Henricus* tunc quasi rationis, ut civium ipsorum hostis, iracundia percitus *Thebaldum* inermem eductо (ut quidam scribunt) mucrone interfecit, atque quatuor equis in partes lacerum in civitatis conspectum appendi jussit: quem quum vidissent cives, iracundia & ipsi flagrantes, voces erumpunt, id sine Ultione nunquam esse lapsurum. Itaque quos ex hostibus captivos tenebant, circum urbis aggeres equorum caudis jam raptatos ad mœnia è regione hosti suspendunt, atque ad constructum ab hoste penes urbem propugnaculum accensis facibus, ut illud comburerent, noctu properarunt. Quapropter aufugientibus inde custodum nonnullis, mirum in modum vociferantibus, tumultus exoritur, & paulo post perstrepentibus tubis prælia parantur: prosiliuntque utrinque armati scutis, telis, lanceis, ensibus, arcubus & balistis: atque consertis evestigio manibus acriter ibi concertatum fuit, favente tandem fortuna civibus, multis hostium cæsis plures captivos in urbem abduxerunt, quos fere omnes, quanquam ex ducibus, præfectisque, & *Henrici* agnatis essent, in *Thebaldi* adhuc ultionem à canibus laceratos ad muros tandem urbis in *Henrici* objectum pedibus suspenderunt. Postridie vero quum urbem secundo *Henricus* oppugnaret duce *Valeriano* ejus patruele: Hic jam muros scalis ascendens à cive quodam interno viriliter gladio peremptus, honesto tandem sepulchro in divi *Barnabæ* templo ibi prope sepelitur. Hæc autem dum ita geruntur, fama per universum volitans, ea etiam *Romæ* manifestat: quamobrem Clemens quintus Pontif. Max. christiana charitate ductus, Legatos pro componenda inter *Henricum*, & *Brixianos* pace huc destinat. Qui uti pervenerunt, veriti se venisse laterem lavaturos (videbantur enim cives de conservando urbis decoro non injuria contendere: *Henricum* vero immanissimum contra asseverare) perinde ac urbem, civesque ab illo sternendos vaticinarentur, non absque lachrymis *Romam* versi recessere. Juraverat *Henricus* aut potius emori, aut per quemcunque urbis ambitum aditum sibi patulum videre omnesque sibi ingredienti cives obviantes naribus privaturum. Ex adverso cives decreverant, aut potius gladio enecari, aut ejuscemodi ignominiam ab urbe propellere. Recedentibus igitur legatis, bella sæviora parat *Henricus*, & propugnacula, cæteraque ædificia foris per cives constructa inaudita pugna invadit, Urbemque circumquaque asperiore obsidione cingit; Multi tamen civium patentibus portis exeuntes, ferro districto in hostem ruunt, & vario marte, pugnantes, sole tandem occidente *Henrici*, & *Austriæ* ducis vexilla duo abripiunt, quæ sequenti luce in hostis contemptum extra muros extendunt, atque intempesta nocte deinceps per portam, quæ pusterla dicitur, exeuntes, *Mediolanensium* turmas invadunt, quibus partim cæsis, partimque fugatis, equos, arma, & impedimenta multa prædantur. Cæterum custodes omnes, quos in Ca-

Tyrannidis malum. Ultio. Valerianus Henrici consanguineus in Divi Barnabæ templo sepultus. Clemens V. Pont. Jusjurandum Imperatoris.

A prello monte *Henricus* posuerat, nostri, qui in monte de Summo castello nuncupato constituti fuerant, admonitione præmissa, quasi eadem hora armis, & igne aggredientes, trucidaverunt, & omnia ibi eorum munimenta vel abstulere, vel igni penitus tradidere. *Trumpiensibus*, *Sabiensibus*, *Pedemontanis* & *Bænacensibus* urbi semper faventibus. Quibus vix gestis, *Lucas Fliscus* cardinalis vel *Arnaldus* (ut Vitalis civis noster inquit) Episcopus *Sabinensis*, Cardinalis, & *Otho Placentinus Aquilejensis* patriarcha sedis apostolicæ legati pro componenda omnino inter cives & hostem pace, nonis septembris ejus anni in castra applicuere, & habito

Montes Caprellus: & de Summo castello. 41 V.

Lucas Flisc. cardinalis & patriarcha Aquilejensis pontificis legati.

B cum *Henrico* in primis, demum cum civitate colloquio, pacem (sic disponentibus fatis) ita tandem composuerunt: Ut *Amedeus Sabaudiæ* Dux, & *Guido* comes *Flandriæ Henrici* nomine urbem ingrederentur, & tenerent, amputatis ex omnibus hominum imaginibus, in cæsarei juramenti observantiam, nasis: dein civibus propriis domibus se continentibus *Henricus* ipse aut per urbis portas, aut quacunque ei libuerit illam intrare possit: modo tamen civium neminem lædat. Quibus omnibus adamussim servatis *Amedeus*, & *Guido* una cum legatis intrantes, oppositis sibi hominum imaginibus, quarum lapideæ adhuc nonnullæ supersunt, nares absciderunt, & reductis per

Pacis conditionem nota. Henricus Imper. Brixiam. Apostrophem discordiæ civilis.

C *Henricum* mutuo consensu extorribus cum intraneis, murisque fere omnibus à porta præcipue Nazarea per totum locum Cantonbagnolum appellatum in Guelforum dedecus eversis, necnon foveis aggeribus complanatis, *Henricus* ipse urbem XXIIII. ejusdem mensis intravit, & LXX. millia aureorum nummum à civibus specie restaurationis ob damna, quæ in ipso bello perpessus erat, extorsit, omniumque civium & agrestium *Brixianorum* censum postridie accepit, palatiaque turres & arces Imperiali fisco publicavit, publicorum honorum, & concessionum privilegia abrogavit,

D portas, & muros urbisque aggeres omnes Guelforum tantum impensa complanari jussit, ipsosque Guelfos vel equites, vel jureconsultos, & tabelliones aut quavis alia imperiali dignitate insignes de auctoravit, & irritis eorum singulis titulis eos etiam publica fide privavit. post quæ XL. obsidibus *Brixia* abductis discessit *Henricus* ipse & *Genuam* versus accessit *Joanni Castiono* totius *Lombardiæ* vicario suo relicto: quo annuente *Gibellini* Guelfos clam aggressi eorum multos interfecerunt, & multa in mulieres & virgines stupra commiserunt. O impium miserandumque facinus, non sine gemitu, non sine lachrymis referendum:

E quis enim tam ferreus est, aut tam lapideus, qui tantam urbis suæ cladem possit absque luctu vel referre, vel audire? O majorum nostrorum ac nostrum miserandum perpetuo infortunium. Hæc sunt patres ampliss. civilis discordiæ præmia: nisi enim discordia fuisset non *Henricus*, non alius quisquam urbem nostram ejuscemodi clade affecisset. Id autem fuisse puto, de quo *Bartholus* jureconsultus digestis de pœnis, lege aut facta, testatur se vidisse *Henrici* Imp. sententiam, qua urbem *Brixiam* aratro subjiciendam mandaverat, quam postea ex misericordia revocavit. Ob hujusmodi quoque *Gregorius* nonus pontif. max. (ut in decre-

Bartholus jur. consul. Sententiam nota urbis Brixiæ aratro suppon. Greg. IX. pont.

F talibus, titulo de injuriis & damno dato, legitur) 42 in nostra & fratrum nostrorum præsentia proposuistis quod olim cives *Brixiani* restaurationibus damnorum propter civiles discordias ad invicem illatorum plurimum aggravati, statutum editum, de non petendo, vel recipiendo in posterum restaurationes hujusmodi à communi, generaliter approbarunt, & juramento etiam firmaverunt. Varia tamen de ipso facinore invenio. Nam & *Blondus Forliviensis* scribit *Thebaldum* ipsum Gibel-

Blondus Forl.

Magii. linæ, *Magios* vero Guelfæ factioni ea tempestate
favisse. Cæterum eo, quem diximus, censu
quum supra centum millia ejusmodi virorum ad-
huc superesse *Henricus* perciperet (perempti erant
enim prius eo bello complurimi) miratus ait:
Brix.regn. Geographi decepti mihi videntur. Nam *Brixiam*
urbem semper appellaverunt, quum regnum ta-
men vel præpotens potius appellari posset. Post-
hæc quos prædiximus obsides *Henricum* mala vali-
tudine pressum aliquando intelligentes patriæ dul-
ci memoria allecti, veritique crudeliora forte se
esse passuros, ab eo furtim in patriam remigra-
runt: Nonnullos tamen accepta jam calamitate
fessos itinere mors intercepit. Tum secuta est u-
Pestem attende crudelem. bique *Lombardiæ* talis pestis, ut supra septem mil-
lia hominum uno mense *Brixiæ* desiderata fuerint.
Venenata eucharistia. Quo anno *Henricus* ipse quoque venenata ei per sa-
cerdotem allata eucharistia extinctus fuit. Qua
vulgata re, quos ab ipso *Henrico* aufugisse docui-
mus, cives agrum liberi percurrentes, civile ad-
huc bellum excitaverunt. Sed Gibellini propriis
Bellum civile. viribus diffisi, ab oppidanis, & agricolis necnon
à *Cremonensibus* & *Bergomatibus* factionis suæ ad-
versus Guelfos auxilio poposcere. Quare contra-
ctis undique turmis, Guelfos partim fugarunt par-
timque juxta *Asulam* ad austrum ceciderunt: *Co-
radino Confanonerio* equite, & *Guelmino* ejus fra-
tre, cum multis aliis captivis in urbem abductis.
Sed qui fugati sunt, alii per *Dignum* montem in
Bænacensem riperiam, alii in *Viadannam*, & in
Gibellini. casale majus agri *Cremonensis* oppida quo pulsi è
Guelfi. Cavalcabo-ves. *Cremona* Guelfi confugerant, se receperunt: ubi
grataner à *Cavalcabovum* familia recepti, eis non
Cremona. multo post ad potiundam *Cremonam* magno fuere
Asula. auxilio: unde postea etiam revertentes *Asulam*,
Casale maurum. & Casale maurum, *Manervæ* quoque arcem jam in-
Manervæ arx. staurataṃ, & *Gavardum* pro arbitrio munire, &
Gavardum castellum inexpugnabile apud ædem beati *Petri* in
S. Petri in monte castellum. monte construxere, cæsis CLX. ibi prope Gibel-
linis, quinquagintaque plaustris mercibus per Gi-
bellinos *Veronam* ducendis onustis per Guelfos *A-
Gussagum. sulam* redeuntes interceptis, *Gussagum* quoque in-
terfectis ibi *Petro* & *Jacobo Pischeriis*, & *Herbuscum*
Herbusc. propugnaculis, foveisque cinxere, erecto jam
etiam in *Carsinis* castello, quod à conditorum fa-
Carsinæ. ctione *Guelfum* est vocitatum. His gestis univer-
Guelf. sæ quidem gentes & populi à *Bænaco* usque ad a-
Bænacenses. pices montium *Trumpiensium* & *Sabiensium*, & à
Trumpiens. *Monteclaro Cannetum* usque incolentes Guelfis ipsis
Sabienses. extorribus parere cœperant, civitati penitus re-
Mons clarus. bellantes, adhærentibus etiam illis quamprimum
Cannetum. *Franciacurta*, omnibusque fere in planitie oppidu-
Franciacur. lis, usque ad *Ollii* ripas, quocunque dilabitur.
Quibus omnibus freti Guelfi in universam Gibel-
42 v. linorum factionem discurrentes, illos in dies vel
fugant, vel cædunt, & quæcunque eorum bona
contingunt, vel ferro, vel igne consumunt, ad
urbis usque portas sæpissime percurrentes, ubi
Gratiadeum Bulgarum cum multa Gibellinorum co-
pia interfecerunt: quæ quum Gibellini viderent,
veluti de obtinenda adversus Guelfos unquam vi-
ctoria diffisi, sibi saluti suæ consulere decreve-
runt, & pro impetranda pace nuntios cum charta
(ut ajunt) alba Guelfis illico transmisere, unde
Pax civilis. confectis per Guelfos, & approbatis demum per
Gibellinos conditionibus pacis, ea per præcones
pluribus in locis & urbis & agri est publicata. Qua-
re extorres urbem caute intrarunt, & una cum in-
ternis pacem ipsam in præsulis sacerdotumque præ-
Jusjurand. sentia, pro reip. libertate perpetuo servanda jure-
jurando comprobavere, addentes etiam ad tutio-
rem tantæ rei observantiam, cuilibet contrafacien-
ti capitale fore supplicium. Quæ omnia instau-
ratis aliquantulum urbis mœnibus & fossa, mutuis
etiam matrimoniis sunt roborata. Ea vero tem-

A pestate, orta jam inter *Manervienses* seditione Manerv.
Franciscus appellamento *Brizoldus de Malvetiis* fa Franciscum Brizoldum.
ctionis Guelfæ propter homicidium ab urbe suis
cum complicibus exul *Manervæ* arcem in valle
Tenesis incolarum deditione occupavit. Quo in
urbe rescito, omnis magistratus commotus est,
& congregato quingentorum senatu, electi sunt
contra *Brizoldum Rizardus Ugo*, *Gerardus Brusa-
tus*, & *Joannes Grisus*, qui ubi *Manervam* manu
valida accessissent arcem cum oppidulo vindica-
runt, fusis *Brizoldo* & conspiratoribus ejus. In-
terfectis autem postea pluribus tum *Papiæ*, tum
Bergomi, ac *Veronæ* per Gibellinos Guelfis, id
B *Brixiam* refertur. Quare Gibellini *Brixiani* eo Gibellini.
facinore freti adversus Guelfos clanculum con- Guelfi.
spirarunt, & *Canem Scaligerum Veronæ* principem, Canis Scaliger Veronæ princeps
Gibellinorumque fautorem sibi auxilio fore per Stratagema
Bartolinum Vertianum legatum suum tentaverunt: causæ quærendæ.
qui statim annuens hoc stratagemate usus est. Nam
sex millia aureorum nummum à civitate nostra pe-
titum misit, ea scil. specie, quod *Veronensis* ager
pluribus incursionibus atque deprædationibus per
civitatem ipsam superioribus annis plurimum esset
affectus: unde convocatis senatoribus nostris *Ini-
bertum Calcariam* & *Jacobum* advocatum jurecon-
C sultos ex factione Guelfa legatos ad *Canem* desti-
navere, cum eo composituros. Qui quum ac-
cessissent invento ibi *Bartholino Vertiano* cum ipso
Cane sæpenumero susurrante, malum de re omen
susceperunt: unde *Brixiam* hospite insalutato re-
vertuntur: & de re ipsa cæteris Guelfis certiori-
bus factis, Gibellinos urbe pellere statuerunt. Qua-
propter missis mox ad *Jacobum Cavalcabovem Cre-* Jacobus
monæ Dominum & ad *Goicium de Foro* ibi præto- Cavalcabos.
rem Legatis, auxilia contra Gibellinos petituris,
electam evestigio bellatorum cohortem *Cremona* Cremonen.
Brixiam abduxerunt, atque arreptis armis Guelfi
urbis portam, sancti *Joannis* appellatam, sine mo-
ra capiunt per quam *Franciæcurtanos* sibi auxilio in Franciæcurtani.
D urbem accipiunt. Qua fortuna freti quoque *Bæna-* Bænacenses
censes, & *Pedemontani* per orientalem urbis portam, Pedemontani.
turris longæ nuncupatam, armati urbem ingrediun- Bellum civile.
tur: invalescentibus tamen Gibellinis, civile bellum Gibellini.
in platea magna (forum novum appellant) acre 43
admodum committitur. Quare pluribus utrinque
cæsis, Gibellini tandem, *Federico Magio* episco-
po eorum duce omnibus equis & armis spoliati Isæum. Palatiolum.
urbe ejiciuntur: qui quidem *Isæum*, *Palatiolum* Claræ.
Claras, *Pompejanum*, *Urceas*, *Quintianum*, *Pon-* Pompejan. Urceæ.
tollium, *Rochamfrancam*, *Lenum* (alias Leonem) Quintian. Pontollium
Calvisanum, *Rudianum*, *Ciciagum*, *Visanum*, Rochafrancha. Lenum
E *Cannetum*, *Ustianum*, *Gotholengum*, *Pavonum*, Calvisan.
Gambaram, & *Pratum Alboinum*, omnia agri Rudianum.
vestri oppidula properantes postea incoluere. Hæc Ciciagum.
autem gesta feruntur anno Christi MCCCXVI. Cæ- Visanum. Cannetum.
terum non contenti ejusmodi sorte Gibellini, ali- Ustianum. Gotholeng.
quem Guelforum locum assiduis incursionibus Pavonum.
magis in dies infestabant: auxilio tamen *Valleca-* Gambara. Prat. Alboi.
monicorum freti, quibus injuriis lacessiti Guelfi, A. MCCCXVI. VallisCam.
in *Roboaschi* montem *Palatiolum* versus quosdam Guelfi.
delectos clam mittunt: è quibus pauci inde ad Roboasc.
Palatioli portas gratia lacessendi foras Gibellinos, Lacessendi stratagema.
quum cursitarent, reliqui Gibellinis insidiantes
eorum extra venientium non parva parte capta,
F reliquos vel cædunt, vel surrepta fuga in propri-
as domos reverti compellunt. Inde ad castellum
Decurticellis, *Bassianum*que recedentes, loca illa
ob ejuscemodi injurias Guelforum *Imperio* peni- Curticellæ.
tus vastaverunt. *Ellum* autem, & *Barbariga* Bassianum. Ellum.
etiam oppidula vestra à Gibellinis feruntur de- Barbariga.
structa: Qui postea *Zanbellinum Bornatum Genua*, Zanbellin.
ubi prætor extiterat *Brixiam* revertentem quum Bornatus.
in *Ollii* ripis aggressi essent, à *Guelfis* capti in er- Civilia odia
gastula perpetuo sunt relegati. Dum autem ci- Canis Scaliger.
vesinter se mutuis odiis vexarentur, *Canis Scali-* Gibellini.
ger

ger dominii avidus causam quæsivit, cujus honesta specie *Brixiam* occuparet: quare sex iterum millia aureorum litteris suis à civitate ipsa efflagitavit: Addens nisi illos evestigio reciperet, se agrum urbemque armis protinus invasurum. Cæterum Gibellini ei confœderati *Cremecianum* oppidulum civitati obsequens tunc expugnantes, omnis sexus, omnisque ibi ætatis homines vel gladio vel igne ad ultimam usque persecuti fuere perniciem. Quum vero postea apud *Gaidum* castrametati essent, oppidulum ipsum paucis post diebus occuparunt: Et submisso jam *Cani Leno* oppidulo, *Benacensem riperiam*, omnesque Guelforum locos in suburbia usque discurrentes continuo sunt deprædati, *Lunatensium* prædiis direptis & *Castiono* agri nostri oppido tunc accolis omnibus cæsis igni combusto. Sed proditione quadam contra Canem *Vicentiæ* orta, exercitum eo statim abduxit, permanentibus tamen extorribus *Brixianis* cum *Trusardino Cojono Bergomensi* Potestate vel præfecto eorum, cum duabus equitum *Canensium* turmis, qui *Senicæ* accolis petentibus se civitati supponere, intranei multi quum succurrere vellent, ab extorribus ipsis juxta pontem Gethen acerrima oppugnatione sunt debellati: quo facinore elati extorres ipsi, freti etiam proditione *Mandugasini*, & aliorum nonnullorum de *Serlis*, & *Nebulento*, arcem S. *Petri* in monte occuparunt: quam tertia tamen die duabus crudeliss. oppugnationibus intranei cives vindicavere, & captis proditoribus ipsis, *Mandugasinum* proditionis primarium ad asini caudam raptatum, cruci tandem pede suspenderunt: qua tempestate *Maphæus Chiciola* jureconsultus doctiss. civis noster litteras *Stephaninæ* uxori *Fisoni* de *Terentiano* capsula bellariorum sachareorum recon-
43 v. ditas ad ecclesiæ adversarios dedisse in judicio constitutus, juramentoque adstrictus ingenue confessus fuit: quamobrem capite mulctatus, ejus etiam bona fisco *Brixiæ* publicata fuere; Sed aliquot post annos ejus hæredibus, intuitu Imperatoris sunt restituta. Aliqui tamen *Maphæum* ipsum cum *Goitho de Foro* ob frequentes seditiones urbe tunc pulso affinitatem iniisse ferunt, primatesque convocato jam trecentorum cœtu decrevisse, ne quis conjugii vinculo cum desertoribus Imperii copularetur, quique id fecisset omnino rescinderet. Contra vero qui auderet, proscriptis ejus bonis capite plecteretur: quum itaque *Maphæus Goithum* filio socerum adscivisset conjugiumque ipsum minime rescindi contenderet, illum idem ferunt fuisse obtruncatum: quæ omnia Imperatori atrocissima visa, & jussu ejus irrita & *Maphæi* posteri ea indignitate metuque erepti sunt: Eo etiam anno, id est, MCCCXVIII. urbs nostra mœnibus instaurata est, à porta pilarum usque sub arcem magnam, & ad locum in *Henrici* ingressu complanatum ubi fuerat quædam porta burgi pedrioli, appellata. In tantis autem procellarum fluctibus, *Patavini* & *Bononienses* legatos *Brixiam* mittunt, auxilia adversus *Canem* ejusque confœderatos civitati pollicentes. *Clemens* quoque quintus pontifex Max. *Robertum Caroli* secundi *Siciliæ* regis filium *Avinione* tunc residentem per *Neapolionem* sancti *Hadriani* cardinalem (ut illius adhuc innuunt litteræ) ad succurrendum adversus *Canem* urbi *Brixiæ* accersivit: qui ubi *Genuam* pervenisset, brevi admodum oratione à civibus nonnullis casu ibi nostris salutatus, hujusmodi literas illis ad civitatem dedit. *Robertus Dei gratia Hierusalem, & Siciliæ Rex Nobilibus & discretis. D. Potestati, Abbati, Antianis, & populo Brix. dilectis amicis, & devotis suis salutem, & synceram dilectionem. Etsi omnis sanctæ Matris ecclesiæ devotos puræ mentis affectione complectimur, vos tamen, ve-*

Gibellini Cremecianum. Gaidum. Cojoni. Mandugasi. Chiciolæ. Fisonus. Terentian. Goithus de Foro. Matrimonia vetita. Urbis instauratio. Patavini Bononienf. Clemens V. pont. max. Rober. Caroli Siciliæ Regis F. Literæ quibus videtur Brix. olim ecclesiæ commendata.

A *strasque causas omnes affectuose prosecuturos esse pollicemur: Ad quod tum virtutis vestræ integritas tum vetustissima inter nos à proavis usque nostris amicitia nos allicit, atque compellit: Nam tantam erga Romanam ecclesiam, & erga nos, quantam apud vos fidem nullibi esse (omnium pace) ipsi experti sumus: Qua quidem gravissima etiam in præsentiarum damna vos perpeti certo cognovimus. Nosmet igitur omnium ingratissimos esse arbitramur: nisi vos non modo ab hostibus liberare, verum etiam illos ditioni vestræ pro virili supponere tentaremus. Quapropter, bono este animo cives charissimi: & res vestras prudenter, ut soletis, una cum Joanne Aquablancha ductore & vi-*
B *cario nostro, quem ad vos mittimus, seduli cunctate: brevi alia à nobis validissima auxilia expectaturi. Valete. Ex Genua* XXVIII. *Januarii anno Christi* MCCCXVIII. Per id autem temporis tres simul lunæ in cælo apparuere, Comete, quasi ad virginis finem tribus mensibus fulgurante: Paulo vero post, Imperante *Roberto*, quamplurimi ex *Florentinis* & *Bononiensibus*, quibus *Gibertum Corregium* præfecerat, *Brixianis* introneis profecti sunt auxilio: quos quum vidissent extorres ejectis armis, hac illacque trepidantes sunt vagati, arrepta jam à *Canensibus* fuga. Hinc multa mox oppida *Gibellinis* 44
olim confœderata, facta oppidanis venia, inte-
C riores solo æquavere, tumque *Jacobum Cavalcabovem Cremona* jam pulsum cives ipsi, duce *Joanne Aquablanca*, noctu per urbis muros ingredientes in domum dominiumque reddiderunt. Accidit interea, quod *Landriola Nigri de Pontecarali* civis nostri formosissima filia mutuis cujusdam *Gabrioti* amoribus ardens, quia ipsum in ulnis suis fortuitu emortuum alio deferri, inventa est à satellitibus *Joannis Aquæblancæ* Vicarii capta, & ad eum judicem tanquam defuncti amantis rea esset adducta, atque de venere ab ipso tandem interpellata. Hac nefandissima injuria lacessitus *Niger* consanguineis omnibus, omnibusque contribulibus, & a-
D micis coadunatis, publicum urbis palatium aggreditur, ibi *Joannem* ipsum ratus invenire trucidandum: qui quum per tecta aufugisset (quanquam *Joannes Bocacius* rem aliter scribat) omnem ejus supellectilem deprædari tentavit. Quod reliqui cernentes, obstantesque cives, ab eo sciscitantur, quæ tanti perpetrandi facinoris ei causa esset, atque ea tandem intellecta, etsi efficacissima videretur, illum tamen ob *Roberti* reverentiam, & ab urbe discedere effecerunt; sed ne ejusce invasionis conscii à *Roberto* aliquando censerentur, omni re ei evestigio intimata ipsum rogaverunt, ut pro justitia, solitaque prudentia sua, huic & aliis hu-
E jusmodi, quæ contingere possent, provideret. Qui revocato illico *Joanne* ipso, *Simonem Tempestam* virum integerrimum illi suffecit. Quiescere jam omnia sub *Roberto* & pacata in urbe cuncta videbantur, quum cives centum ex equitibus, & trecentum supra viginti ex peditibus, insciis omnino civitatis præsidibus, *Senicam* oppidulum aggredientes, ejectis inde viris, raptis mulieribus, præda, igne ferroque cætera consumpsere. Quapropter extorres *Gaidum* etiam deditissimum urbi oppidulum, suffragiis *Veronensium* freti, ingrediuntur, & ibi quadraginta viris jam cæsis, septua-
F ginta captivos *Veronam* deinceps abduxere. Quo civitati relato, interiores egredientes *Gotholengum*, *Gambaramque* oppidula invadunt, & omnia ibi præda, cæde flammisque invertunt: quibus invalescentibus & in urbe & in agro piandis utriusque factionis calamitatibus, *Philippus* qui *Cænomannorum* comes vocitabatur, generalis *Italiæ* Vicarius à sede Apostolica declaratus, ad internos urbis hujusmodi litteras dedit: *Nobilibus & sapientibus præsidibus Consilio, & populo Brixiæ pacem & sempiternam salutem. Percepta à fide dignis vestra*

Joan. Aqu. Anno MCCCXVIII. Florentini. Bononienf. Gibert. Corregius. Jacobus Cavalcabos Cremonæ. D. à Brixian restitutus. Landriolæ Nigri de Pontecarali F. formosiss. amoribus emori. Joannes Bocacius. Simon Tempesta. Senica. Gaidum. Gotholeng. Gambara. Philippus Comes Cenomannor. Vicarius Italiæ. Literæ quibus approbatur Brix. ecclesiæ commendatam esse Amic.

 erga

A

erga Deum & Romanam ecclesiam fidei & devotionis integritate, operæpretium fore duximus, ut præmissis, quas possumus, gratiarum actionibus, vobis omni præsidii genere validum auxilium præstemus: quippe id vera amicitia fidesque exigit, ut quod ab amico aliquando acceperimus, ei quotienscunque expediat, rependamus. Cæterum vos hortamur in primis, & obsecramus, ut virtutis & animi vestri magnitudinem servantes sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ integerrimam fidem vestram, nulla obstante adversa fortuna, servetis: Nam etsi hactenus pro ecclesia passi estis,

44v. *illud à nobis à modo auxilium acceperitis, ut superatis hostibus vestris, maximum cum gloria commodum sentiatis. Valete, probitatis vestræ memores, fautricemque ecclesiæ manum propediem suscepturi.* Itaque *Henricus Federici* ducis *Austriæ* frater, duobus cum millibus delectis equitibus, nutu pontificis *Brixiam* internis auxilio postridie advolavit: Et nulla fere interjecta mora *Aquilejensis* patriarcha nomine *Paganus*, summi pontif. delegatus in urbem quoque applicuit: qui quum sequenti luce sacra, quam missam vocamus, in cathedrali templo celebrasset, hortatu civium, contra ecclesiæ, civitatisque hostes cuidam Patrueli suo deferendum præbuit vexillum. Nonnulli tum *Bergomates* à Gibellinis sua de patria pulsi, consultis civibus nostris una cum Patriarcha ad *Henricum* ducem in urbis palatium accessere, supplicantes ei, ut ipsos in propria restituere dignaretur: quod ubi præstitum esset, viginti millia aureorum nummum pollicebantur. Ille rogatui annuens, apud *Mandalotiam* suburbanum fere vicum eo die cum castris accessit, sequentibus eum Patriarcha, & ex interioribus multis, cui ultra *Mandalociam*, *Roatum*, *Cogalliumque* equites seduli applicuere. Inde sequenti mane *Pontollium* oppidulum, ubi negotii sui causa *Bergomates Henricum* præstolobantur, profecti sunt. Enimvero *Henricus* à Gibellinis jam pecunia corruptus incœpta prosequi desistit. Quo rescito, mox patriarcha & cives cum *Bergomatibus* ipsis ad eum reversi, quur inceptum opus contra fidei verecundiam deserat, ab eo sunt sciscitati. Qui non veni, respondit, fideles Imperii ut prosternerem, sed ut magis servarem, & extollerem. Quibus dictis, *Brixiam* versus recedens, suis cum turmis per suburbia transivit, quousque ultra navigii alveum consedit, ibi sequenti nocte mansurus. Quo quum multi ex interioribus profecti essent, illum precibus multis rogaverunt, ut qui ecclesiæ & *Brixianorum* protector jam advenisse videbatur, in urbe aliquandiu manere vellet, addentes ad omnium dedecus pertinere, tantum ducem extra urbem, quum non opus sit, pernoctare. Ille omnia se facturum respondit, modo duas urbis portas gentibus suis custodiendas in primis commendarent, quod neminem de flectendis pontibus rogare, sed jubere intenderet. Subdit quoque, se pecunia exhaustum, propterea que in urbe pro decora manere non posse, nisi duobus saltem millibus aureorum sibi succurreretur. Cui cives non solum eam, sed longe magis aliam plurimam pecuniam polliciti, urbis portas una cum urbe ipsa ecclesiæ fidei jamdiu commendatas non suum esse ut concederent, respondere: Ille veritus ne aliis verbis

Henricus Federici frater.

Paganus patriarcha Aquil.

Mandalotia Roatum. Cogallium.

B

alia succederent facta, abiens inde, *Veronam* tandem emigravit. Per quod tempus *Joannem Milium* civem nostrum advocatum consistorialem, jurisque pontificii consultiss. nonnulli floruisse scribunt. Dum annus postea ageretur à Virginis partu vigesimus supra milessimum & trecentesimum, extorres *Azonis* vicecomitis auxilio freti *Roatum* oppidum suapte natura munitissimum, forti bello invadunt; Sed quum utrinque acriter pugnaretur, nonnulli de extorribus ipsis, 45. simulata cum *Roatensibus* pace oppidum ingrediuntur. Ubi interemptis viris, mulieribusque

Joan. Milius Brix. Juris pontif. doct. &c. Anno MCCC. XX.

Azo. Vicec. Roatum opp.

C

stupratis leviorem omnem supellectilem rapuere, cætera vero igni tradidere: Quapropter *Cagallii Herbuschi*, *Caziagi*, *Callini Bornati*, & *Passerani* tunc municipes *Roatensibus* confœderati domos proprias reliquentes, in urbem confugere coacti sunt, veriti, ne id de se quoque per Gibellinos efficeretur. Quod quum *Gibellini* rescisceent, illorum domos, & loca protinus occuparunt; Sed *Bononienses* interea & *Florentini*, Summi Pontif. nutu, ingens armatorum auxilium civitati adduxerunt, quo interiores elati, *Urceas*, & *Pompejanum* Gibellinæ ditionis subito invasere, quibus

Cogall. Herbuscum. Caciagum. Bornatum. Passeranum.

Bononien. Floren. Urceæ. Pompejan.

D

non sine grandi cæde obtentis, Castrum *Coatorum*, *Rudianum* usque percurrentes, omnia ferro, ignique populati fuere. Cæterum *Florentinis*, & *Bononiensibus*, quod Guelfi Gibellinis prævalere jam viderentur, in patriam reversis, facinus inter nostrates tantum relinquitur: qui quum apud *Claras* oppidum præmunitum æquo marte præliarentur, adjectis illico *Gibellinæ* factioni Theutonicis nonnullis, mille fere ex Guelfis ibi partim cæsos, partim captos debellavere, qui quidem *Alemani Henrici Austriensis* opera missi creduntur. Paulo tamen post ita egere cæteri interiores, ut annis decem tum civitas, cum agro à præliis quiescere videretur.

Castrum Coat. Rudian.

Claræ.

Theutonici vel Alemani: aut Germani.

LIBER OCTAVUS.



LAPSO QUIETIS DE QUA nuper, quinquennio *Mastinus Scaliger Veronæ* princeps sanctum *Felicem*, *Pulponatias*, & *Puvignanum Bænacensia* oppidula, annuentibus extorribus armis aggrediens occupat: Et inhærentia sponte ditioni suæ *Gavardum* & *Gaidum* protinus obtinet. Quibus omnibus jam elatus, reliqua hujus agri loca in suburbia usque discurrens in prædam involvit, & vastat: *Patengolas* quoque, & arcem *Boarni*, universasque *Vallis Sabii* terras aggressus capit, maxima inter cives seditione exoriente, veriti, ne perfidia nonnulla in ipsis vigeret: quam plane ut evaderent, mille quingentos, magnæ virtutis viros ad tuendam remp. haud insulse delegere: nam eorum tutela (Deo tamen autore) civitas, mox salva evasit.

Mastinus Scaliger Veronæ princeps. S. Felix. Pulpona. Puvignan. opp. Bæna.

Gavar. Gaidum. Patengolæ.

Boarnum. Vallis Sabi. Reipu. tutores.

E

Quippe inter tot bella, tot cædes ac clades, ita floruit civitas, ut supra mille collegiatos tabelliones in urbe *Bonaventura Caimara* tunc præantiano, ejus liber, matricula vocitatus, ostendat: enimvero *Bononienses*, quum de ipsa civili concordia intelligeret, hujusmodi sententiæ litteras, civium nostrorum calamitati compatientes *Brixiam* destinarunt. *Honorabilibus, Magnificisque urbis Brixiæ præsidibus, & dominis, uti fratribus amantissimis Bononiæ præsides votiva felicitatis* 45v. *gaudia cum salute. Accepimus modo amantissimi fratres pacatam nuperrime inter vos esse concordiam & pacem: quod quidem tantum oblectamenti attulit nobis, quantum optatibus nostris nunc*

MD. Notarii, Tabelliones ve.

Bonaventuræ Caimaræ matricula. Bononiensium literæ de pace gratul.

F

accidere potuisset: nam ea semper amicitia vobis juncti fuimus, ut quavis fortuna vobiscum pariter affici videamur. Unde vobis congratulantes hortamur, in ipsa animi & rerum compositione perpetuo insistere ve-

velitis: Ita enim vestri nominis excellentiam æternam (Deo jubente) feceritis. Valete. Tum interiores, pacatis ita inter se rebus, quæcunque oppida & loca per *Mastinum* occupata armis illico invadentes vindicant, Arcemque *Bernagi* juxta ædiculam beati *Petri* in monte, & *Paternum Franciæ curtæ* oppidulum eis diu adversa sibi in ditionem suam reducunt. Impetrata à *Joanne* papa XXIX. pro æde divæ *Mariæ* de *Bethlehem* in castro *Brixiæ* maxima animarum indulgentia. Accidit vero postea, anno scilicet Christi millesimo tercentesimo supra trigesimum, *Joannem Henrici* olim Imperatoris filium & *Bohemiæ*, *Poloniæ*que regem, *Tridentum* adventasse: quo rescito, interni legatos ad illum destinarunt, ut ipsum tanquam suum, urbisque hæreditarium principem salutarent, quibus ab eo alacri vultu susceptis, & auditis respondit. *Vestrum vestræque urbis principem nos salutantes advocastis amantissimi cives: Nos vero peractis, quas debemus, gratiis, omnis vos & socios, & fratres nostros, & vocamus, & deinceps habebimus: vobis, ac omni civitati Brixiæ semper ad vota promptissimi: quod vestra, majorumque vestrorum virtus ita plane meretur.* Cui tum oratores: *Amor in nos tuus humanissime invictissimeque Rex quæ forte de civibus nostris opinaris, te nunc prædicare compellit; Sed utcunque res se habeat, absque hæsitatione tenendum est: vel paucas vel nullas forte urbes in orbe terrarum inveniri, quæ fide atque sinceritate ipsi nostræ præponenda habeatur: Nunquam enim non lacessita injuriam in quempiam intulit. Sed, ut nonnulla pollicitationum tuarum, aliquando frui videamur, Duo hæc tantum à te ejus nomine impræsentiarum expostulamus: Alterum scilicet ne Gibellinorum quenquam, nisi interiorum consensu, unquam in urbem reponas: Alterum, quum ipse hominem (jubente natura) exuas liberam urbem intrariis ipsis relinquas, censum tantum Imperatori solitum reddituris:* Qui annuens oratorum petitioni, quæsita non modo concessit, verum jurejurando super divi *Apollinaris* altari, ibi fœdera ipsa firmavit. Quare legati, facta ab eo libentissima redeundi potestate, *Brixiam* evestigio reversi fuere: Atque ita annis quinque civitas illi commendata, & à *Bergomensibus* lacessita in ipsos aliquantulum sævit. Verum enimvero, quum *Ludovicus* cognomento *Bavarus Germanorum* Imperator *Mediolano Romam* pergeret, in nostros prope *Urceas Soncinum*que ducens, ut ei futuro, forte hosti obviaret, ad oppida ipsa exercitum duxit. At quum *Joannes* ipse *Bohemiæ* rex *Tridentum* rursus à Gibellinis tamen *Brixianis* clam accersitus applicuisset, cum numerosissimis equitum, peditumque catervis *Brixiam* propediem venturus: multi ex intraneis ei ad *Benacum* usque occurrentes ipsum honorabiliter susceperunt: Ille ea postea elatione fretus *Bergomo*, *Parma Mutina*que, & (ut quidam scribunt) *Rhegio* & *Luca* potitus fuit. Cæterum constructa mox vel potius instaurata per eum arce in *Chinææ* collis apice, Gibellinos in urbem, insciis Guelfis contra fidem revocavit, ac *Benacensem riperiam* cum valle *Tenesi Boarno*, & *Gavardo*, quindecim millia aureorum nobilibus de castro barco pignori conferens, *Gaidum*, *Monticellum*, & *Sulfurinum* etiam hujus agri oppidula quibusdam suis proceribus elargitus: *Pocelengum* ditionis *Brixianæ* oppidulum *Raynaldo Confanonerio* civi exhibuit. Insuper *Vallem Camonicam* ab urbis jure auferens, ejus loci accolis emancipare tentavit: quibus pluribus variisque injuriis lacessiti Guelfi contra regem ipsum conspirarunt, & destinatis ad *Mastinum Veronæ* principem clam *Nigro Brusato*, & *Coradino Bocco* legatis, ei urbem quoad validum auxilium afferat, absque hæsitatione polli-

Bernagi arx Paternum op. Anno MCCCXXX.

Joa. Boemiæ Poloniæque rex Brixiam sibi commendatam quinquennio habuit. Ratiocinationem attende.

Brixia fidelis sincera, & proba.

Ludovicus Bavarus Imper. Urceæ. Soncinum. Arx. Brixiæ perfidum adverte. 46.

Bena vallis Tenesi. Boar. Gavardum Gaidum Monticell. Sulfurinum Pocelengu. Rainaldus Confanon. Vallis Camonica.

Mastinus Veronæ pri. Niger Brusatus. Coradinus Boccus civ.

centur. A quo legati paulo post reversi *Mastini* auxilium brevi venturum rettulere. Unde Guelfi mox urbis portam *Joanneam* arripientes fugatis inde custodibus tenent. Quo quum urbis præfecti una cum Gibellinis strictis gladiis occurrerent, utrinque acriter pugnatur quoad *Mastini* auxilio advolante præfecti ipsi, & Gibellini cum stipendiariis suis partim in arcem super colle confugere: quo Guelfi illos persecuti, variisque machinis infestantes, relicta munitissima arce noctu emigrare coegerunt. Atque ita civilibus bellis sævientibus remp. nostram *Mastinus Scaliger* occupavit XVIII. cal quintiles MCCCXXXII. Qua tempestate *Albertus Mandugasinus* civis noster prædicatorum ordinem professus floruit, qui tum litteratura (Summam enim celebrem in casibus composuit) tum sanctimonia, atque miraculis clarissimus fuit. Fretus vero *Brixiana* ditione *Mastinus* omni *Lombardiæ* imperare tentavit: quod quum *Franciscus Dandalus Venetorum* Dux animadverteret, adjuvantibus *Philippino Gonzaga* & *Obizone Estensi*, illum *Veronæ* obsedit: quæ obsidio non prius soluta est, quam *Patavium Cararensibus*, & *Brixiam*, *Bergomum*que Vicecomitibus inito fœdere dimiserit: *Verona*, *Vicentia*, *Parma*, & *Luca* tantum sibi servatis: quas omnis urbes (*Verona* & *Vincentia* exceptis) auxilio *Brixianorum* acquisiverat. Scribunt hoc in loco nonnulli fœdus ipsum & Pacem effectam fuisse, procurante *Coradino de Boccis* cive nostro: itaque *Accium* alias *Azonem* Vicecomitem *Brixia* tunc esse potitum. Cui, quum decessisset, *Lucinus* quondam *Matthæi* filius etiam ex vicecomitum gente in principatu successit, qui omnes ditionis suæ homines æqualiter diligens universos ab *Accio* proscriptos revocavit. Hunc etiam nonnulli *Brixiam*, *Bergomum*que, bello contra *Mastinum* habito, adeptum contendunt; Sed ut res se habeat, *Brixiæ* arcem in *Chineæ* collis apice ab eo in meliorem formam redactam conveniunt. Quo postea vita defuncto, *Joannes Mediolani* archiepiscopus ejus *Lucini* frater, contra apostoli disciplinam jubentem militantes deo negotiis sæcularibus implicari non debere, injusto titulo dominatum occupavit, comete mox septemtrionem versus corruscante, quo demum extincto gravissimi ventorum flatus successere, & trabs priore ardente parte per cælum labi videbatur: quo tempore *Tiberius Turrianus* episcopus noster decessit. Locustas præterea multiplicato numero è cælo cecidisse ferunt, quæ frondes, frugesque depascentes, eam famem mortalibus intulerunt, ut ad inhumanum cibum plurimi hominum sint compulsi: quarum etiam corruptione & fœtore execrabilis admodum pestis secuta annis tribus per totum fere orbem debacchata adeo desævit, ut decimus vix quisque hominum supersteterit, pluribus derelictis villis, oppidis & municipiis. Cæterum defuncto *Joanne* ipso *Barnabos* & *Galleatius Stephani* vicecomitis filii anno Christi MCCCLVII. principatu potiuntur. Sed percusso cum *Venetis* & aliis quibusdam civitatibus fœdere, *Genua* urbs *Liguriæ*, & deinceps *Bononia* ab illis defecit, quam quum *Barnabos* vindicandi gratia premeret, & ecclesiæ confœderatos ingenti obsidione duce *Galleatio* urgeret, *Innocentii* sexti, summi pontificis litteris admonetur, ut jam parta pacifice custodiat, aliena vero principibus dominisque suis dimittat, alioquin Dei & hominum forte indignationem non evadet. Ille acceptis super *Ticini* pontem, ubi recreandi animi gratia spatiabatur, à Tabellario litteris, lectisque ipsis, jussit illi aut comedere, aut bibere eligeret: qui timens ne si bibere elegisset in *Abduam* flumen *Barnabovis* jussu præcipitaretur, comestionem elegit: Itaque litteras ipsas *Barnabovis* jussu man-

Guelfi. portam Joanneam.

Mastinus Scaliger Brixiam occupat Anno MCCCXXXII.

B. Albertus Mandagusinus Brix. ordinis prædicator. doct.

Franciscus Dandalus Dux Venet. Philippinus Gonzaga. Obizo Estensis. Verona. Patavium. Cararienses. Brixiam. Bergomum. vicec. obtinent. Vincentia. Parma. Lu.

Coradinus de Boccis civis Brixianus. Accius, sive Azo vicecomes Brixia potitur.

Lucinus vicecomes

Vicecomitum quis primus sit Brixiam adeptus dubitatur.

Arx Brixiæ. Joann. viceco. Brix. domin.

46 v.

Cometes. Venti. Prodigia attende Cælestis trabs.

Locustæ.

Pestis execrabilis.

Barnabos Galeatius viceco. Anno MCCCLVII.

Inno. VI. pontif. max.

Vafre gestum nota.

Ardainus Burgun.

Canis Scaliger II.

mandit & glutivit. Hoc quum pontifex resciſſet, *Arduinum Burgundum Ciſtercienſem* Abbatem miræ virtutis virum cum *Philippino Gonzaga*, *Cane Scaligero* ſecundo, aliiſque ſuæ ditionis Vicariis in agrum noſtrum bella adverſus *Barnabovem* accerſivit; Sed *Barnabos Brixiano* diſcrimine anxius, relicta protinus *Bononia*, exercitum ſuum apud *Brixiam* revocavit, quem una cum dominatu tentans tueri à

Foſſa à Bænaco Parmam tendens

Mons clarus.

Nota una cum tortis torqueri abſtortorem.

Bænaco lacu *Parmam* uſque profunda lataque ſatis foſſa convallavit. Verum tamen invaleſcentibus eo eccleſiæ copiis in *Montis clari* campis crudeliter certatum eſt. Quapropter fuſus atque fugatus *Barnabos Brixiam* paucis cum ſuis ſe conferre eveſtigio coactus fuit: ubi etiam vix ſe tutari deinceps potuit, exhauſtis jam per eum noſtrorum civium viribus: nam tot civitatem affecerat

Tyrannus tyrannide ſua afficitur.

Joan. Galeatius vicecomes. D. Bri.

extorſionibus, ut cum ea ipſum tandem affici oportuerit. Paulo autem poſt quum *Galeatius* frater ejus hominem exuiſſet, una cum *Joanne Galeatio* ejus *Galeatii* filio potentatum dividens, *Placentiam*, *Parmam*, *Cremonam*, *Laudum*, *Chremam*, *Brixiam*, *Bergomum*, *Comum* cum dimidio *Mediolano* ſortitus eſt.

Anno MCCCLXXXII. Stratagema ſimulat.

At anno theogoniæ MCCCLXXXII. ſimulata à *Joanne Galeatio* peregrinatione ad locum qui ſancta *Maria in monte* appellatur *Papia Mediolanum* proficiſcens *Barnabovem* ipſum patruum ſuum, ei obviam factum intercipit, & captum in *Tritii* arce ad mortem uſque cuſtodit. Quo facto patrueles etiam ſuos ex *Barnabove* ipſo, omnem eo-

47 rum dominatum occupans, eveſtigio fugavit. Hujus igitur potentia quum per ſe antea magna eſſet, accedentibus poſtea his, formidabilis videbatur.

Antonius Scaliger. Franciſcus ſenior Carar.

Quare, quum *Antonius Scaliger*, & *Franciſcus* ſenior *Carrarienſis* graviſſimo inter ſe bello decertarent, *Franciſcus* à *Joanne Galeatio* auxilium petit: quo quidem præſtito, *Scaliger* illico ſuperatur,

Verona. Vincentia. Patavium. A. MCCCXCI.

& eo emigrante, *Verona*, & *Vincentia Joannes Galeatius* ipſe potitur. Cæterum capto per obſidionem *Franciſco Patavium* inſuper occupavit. Quapropter multi *Italiæ* atque *Germaniæ* principes hujuſce *Galeatii* potentiam formidantes, anno Chriſti MCCCXCI. una ſimul cum eo bella conſeruere. Un-

Stephanus Bavariæ dux. Franciſc. Carar. junior.

de *Stephanus Bavariæ* Dux, ad quem *Franciſcus Cararius* Junior confugerat (nam dum *Franciſcus* ſenior à *Galeatio* caperetur, Junior ſenioris filius, arrepta fuga ſalutem ſibi vendicavit) hoc eodem anno è *Germania* à *Florentinis* adverſus *Galeatium* magno cum exercitu ductus, una primo cum eodem *Franciſco* clanculum *Paduam* intravit, & urbem ipſam (excepta arce) à *Galeatio*, ut diximus occupatam fidei ejus *Franciſci* extemplo redegit.

Jacobus Armeniaci. Joan. Augut. Blon. Forl.

Jac. Verm.

Quumque *Jacobus Armeniaci* comes, & *Joannes Acutus* vel (ut *Blondus* ſcribit) *Auguth* à principibus ipſis præcipue *Italis* ducti, ad *Abduam* uſque & *Ticinum* flumina diſcurrerent, à *Jacobo Verme* copiarum *Galeatii* duce comes ipſe *Armeniaci* vulneratus ſuo cum exercitu profligatur. Hoc tamen in *Alexandrino* agro nonnulli fuiſſe tradunt. Sed ubicunque fuerit, in hoc omnes conveniunt, quod quum id *Joanni Acuto* compertum eſſet, eum terga dantem ſibi de fuga conſuluiſſe, donec ad

Pons de novis. Clyſis.

pontem, qui de Novis dicitur, ſuper *Clyſim* amnem ſuis cum copiis per *Brixianum* agrum advolaverit: ubi feſſi tandem omnes tunc pernoctare coacti ſunt. Cæterum primo ſole quum *Galeatii* exercitum illuc appropinquare *Joannes* videret, arreptis illico armis, pontem tranſgreditur, eum ſtatim quoad poteſt omni munimine roborando, ne ſuperveniente quandoque hoſte deperiret. Quum vero *Galeatius* ipſe una cum exercitu ſuo eo applicuiſſet, videns per pontem contra *Joannem* minime trajicere poſſe, repertum de induſtria tribus inde paſſuum millibus procul vadum ut *Joannem* debellet equis trajecit. Sed *Joannes* rem ipſam advertens, per pontem regreditur, & eo penitus relicto, ten-

A toria in collem, de Cælivergis appellatum, extendi juſſit, ut ſcil. quum ab hoſte viderentur, is ibi pernoctare cenſeretur, atque non longe à ponte ipſo una cum copiis hoſti ſuo *Galeatio* per ſaltus inſidiatus eſt. Quum igitur ad pontem *Galeatius* properaſſet, & ibi neminem vidiſſet, oculis verſus collem conjectis, omnes *Joannis* copias una cum illo ſub tentoriis eſſe putavit. Quamobrem firma illos capiendi ſpe allectus, primus fere per pontem trajiciens, reliquos nominatim geſtibundus admodum evocabat. Sed tranſmiſſis jam quindecim pene centuriis (habebat enim circiter triginta turmas *Galeatius*) *Joannes* è Latibulis in eos

Stratagema nota. Cælivergæ.

B irruit, miſſa extemplo valida ad pontem militum manu, ut reliquis tranſeuntibus obſtaret. Itaque 47 V.

Galeatii exercitus à *Joanne Acuto* mox eſt debellatus, & multis jam cæſis, vix ſolus ad collem de Serlis nuncupatum, potuit confugere *Galeatius*: ubi à *Joannino Rozono* cive noſtro, ibi tunc degente, veneranter ſuſceptus eſt, quanquam ejus culpa non parum incommodi paſſi tunc fuere *Brixiani*. *Vinciſlaus* autem *vigeſimus tertius Germanorum* imperator *Jacobi Armeniaci* comitis necem ulturus, *Navas* uſque agri noſtri oppidulum per *Lodronum*, municipium, & vallem *Sabii* cum militum manu fortiſſima deſcendit, at qua ejus adver-

Serlæ. Joanninus Rozonus civis.

Vinciſlaus Imperator.

Navæ opp. Lodronum municip. Vallis Sabii.

C ſa fortuna inde paulo poſt reverſus ſit, adhuc comperire non potui: niſi quod quidam ejus ignaviæ, quidam epidemiæ morbo tunc per *Italiam* graſſanti attribuunt: nam ea tempeſtate talem, tantumque ejuſcemodi morbum in tot *Italiæ* loca pervagatum ferunt, ut in univerſa pene chriſtiana rep. quoſdam utriuſque ſexus homines ſub religioſo, alboque habitu profectos, novem diebus, noctibuſque circum euntes, ubicunque quadrivium invenerant, genibus flexis dominicam orationem dixiſſe, & voce deinde magna, Deus miſerere noſtri, conclamaſſe, à quibuſdam hiſto-

Peſtis vel epidimiæ morbus.

D ricis memoriæ proditum habeamus: qui etiam fratres albi feruntur fuiſſe appellati. Mortuo autem *Galeatio Joannes Maria* ejus filius in dominio ſucceſſit, Anno Theogoniæ MCCCCII. Ad quem *Joannes Palatius*, ex Gibellina factione civis noſter, *Mediolanum* acceſſiſſe, illique expoſuiſſe fertur: Utramque Guelforum ſcilicet, & Gibellinorum in urbe *Brixia* factionem laceſſitas, poteſtatem inter ſe impune præliandi maximo affectu expetere. Ille mox diſſidium illud commodo ſibi fore ratus, ſurreptitias *Joanni Palatio* litteras proprii Annuli ſigno munitas conceſſit: factionibus ipſis declarantes, ut omne inter ſeſe facinus

Fratres albi. Joan. Maria vicec. A. MCCCCII. Joan. Palat. Gib. Guelf.

Litteræ ſurreptitiæ.

E ſex tantum menſibus liceat, ſervata ſemper Dominatus majeſtate illæſa. Quibus litteris fretus *Palatius*, *Mediolano Brixiam* verſus iter ſuſcepit: veritus tamen, ne ſi urbem intraret, male ſibi forte conſuluiſſet, montanum pene iter arripiens *Serlas* tandem vicum multis cum Gibellinis noctu applicuit: ubi *Joanninum Rozonum* cum familiaribus omnibus, uſurpato ſibi cujuſdam illius amici nomine, ut perfidus magis, quam ut hoſtis perſecutus fuit. Votis tamen ei fruſtra ſuccedentibus, crudele inter utramque factionem bellum illico excitatur, ut ſemeſtri continuo ſegetibus, vi-

Serlæ vicus. Joanninus Rozonus. Civile bellum attende ſæviſſimum. Domos ſuccenſas, &c.

F tibus, prædiis, & domibus utriuſque factionis pene omnibus, vel exciſis, vel ſuccenſis, nemo etiam propriæ domi ab adverſa parte tutus haberetur. Per id temporis *Rhoatum* oppidum à Gibellinis fertur combuſtum, favente illis ſemper *Joanne Maria*, qui Guelfos nunquam Gibellinis ſupereſſe permiſit: nam quum invicem ipſæ decertarent factiones: ſi Guelfi prævalebant, *Mariæ* milites, qui Gibellinos plurimum comitabantur, ejus ducis nomine, Guelfis præcipiebant, ne ultro proſequerentur: dicentes: ſatis ſit, vobis partam eſſe victoriam. Si vero ſuccumbebant, omne adver-

Rhoatum combuſtum.

ſus

ſus illos à Gibellinis nefandum diſſimulabat: Ut Guelforum factio depreſſa tunc prorſus haberetur. Cæterum nonnulli ex Guelfis id æquo ani-
48 mo diutius ferre nolentes, ſequenti anno, multos ex factione ſua exteros congregarunt, & armis urbem adorti per eam ejus partem, quæ mombellana nuncupatur illam hoſtiliter ingrediuntur,

Mombell.

& hac illacque per urbem diſcurrentes, quemcunque Gibellino charactere ſignatum, vel aliter notum obviam acciperent, ſtrictis manu gladiis interficiunt, atque direpta etiam omni eorum portatili ſupellectile, domus omnes illico ſuccendunt. Paulo inde poſt congregati omnes fere Guelfi in ea urbis parte, quam civitatem appellant, nuntios ad Gibellinos mittunt, qui in alia urbis parte, civitatula appellata, conſtiterant, petentes ſi ſibi in civitatem dent Guelfos, qui apud illos erant, ipſis in civitatulam Gibellinos, jam in civitate detentos manu (ut ajunt) ſalva ſe eveſtigio reddituros: quod communi omnium aſſenſu illico perfectum fuit. Enimvero quum acrius in dies invicem oppugnarent, ut ſingulis diebus multi ex utraque factione confoſſi reperirentur, aſcendentes vi Guelfi civitatulæ muros, quidam eorum apud portam paganoram appellant, juxta gambaram civitatulæ vicum, Gibellinos acerbiſſime infeſtantes, eos ad inducias pacemque petendam cogunt. Quare conceſſis utrinque per menſem induciis, mox omnes à prælio ſecedunt: ad alterius tamen offenſam & ad ſui defenſam uterque præparantes. Cæterum quidam factionis Guelfæ viri, duce *Petro Advocato*, *Brixia*, *Salodium Bænacenſe* oppidum munitiſſimum & Gibellinis addictum armis fruſtra aggrediuntur relicto in civitate alio factionis Guelfæ duce *Joanne Martinengo*: Nam etſi belli gloriam tunc conſecuturi eſſent: quia tamen induciarum tempus adhuc pendere ſunt admoniti ab incœptis deſiſtentes in urbem eveſtigio revertuntur. *Petrus* vero *Gambareus* Gibellinæ factionis caput, congregatis pluribus agri hujus Gibellinis poſt datas inducias per urbis portam turris longæ appellatam, de improviſo urbem intravit, & ad plateam uſque civitatis, quod lini forum nuncupatur diſcurrens ferro igneque univerſam Guelforum factionem perſequitur. Quod Guelfi videntes ſtrictis manu enſibus, veluti fulmina in eos irruunt, & aliis cæſis, aliis fugatis, alios in foſſam ibi præcipitare compellunt. Quibus geſtis, Guelfi ad *Franciſcum Cararienſem Patavii* dominum Legatos mittunt, pollicentes cum urbe *Brixia* potiturum, modo ſubſidiarias eis copias contra *Gibellinos* acceleret. Qui acceptis gratanter nuntiis mille quingentorum equitum, & mille ducentorum peditum, omnium veteranorum exercitu ſtipatus *Brixiam* ocyſſime advolans, factionis Guelfæ civitatis, & agri caput, princepsque elevatur. Quod cernentes Gibellini ad ipſum *Franciſcum* nuntios mittunt requirentes, ut ad eos apud urbis portam, appellamento bruſatam, cum ipſis de pace tractaturus una cum *Guelfis* accedat. Acceſſit itaque *Franciſcus* nonnullis ejus factionis civibus comitantibus eum: At quum inde haud concordes receſſiſſent projectis ſupra urbis foſſam juxta Gambaram vicum pontibus ligneis conſertiſque eveſtigio manibus ab hora nona ad vigeſimam uſque acerrime invicem pugnaverunt: quare agnatus quidam *Franciſci Cararienſis*, quum ſcalas muro ibi erectas, civitatulam inva-
48 v. ſurus aſcenderet ferventi aqua, ſaxiſque, per Gibellinos dejectis, è ſcalis exanimis decidit; ſed Guelfis nonnullis ei ſuccurrere adniſis, & jam galeam, facilius ut reſpiraret, ex ejus capite auferentibus, Gibellini ingens adeo ſaxum ſuper ejus caput conjiciunt quo animam protinus exſpiravit. Cæterum hujus tanti viri, qui in divæ *Agathæ* æ-

Civitas. Civitatula. Porta paganora. Gambara vicus in urbe. Petrus Advocatus. Salodium Joa. Marti. Petr. Gamb. Porta turris longæ. Lini forum. Franciſcus Cararienſis. Porta Bruſata. Gambara urbis vicus. Carararienſis in divæ Agathæ æde ſepultus.

A de ſepultus eſt funere pompabiliter (ut decuit) celebrato, diverſa bellicæ rei impedimenta, ut aliam Gibellinis oppugnationem incuterent Guelfi rurſum, ſed tamen fruſtra pararunt: Nam paulo poſt *Otho tertius Parmenſium* tyrannus quingentis cum equitibus, & mille peditibus *Brixiam* auxilio Gibellinis adventavit. Quare paratum contra adverſarios tantum cives prælium, modo adverſus *Othonem* prope urbis portam *Joanneam* Guelfi convertere compelluntur: Et eo loci acriter utrimque pugnantes, in ſuburbia tandem (ad pilas vocitant) *Othonem* ſuis cum copiis trudunt: unde per arcis portam ad Gibellinos eveſtigio intravit. Sequen-
B ti vero die egreſſis inde una cum *Othone* in civitatem Gibellinis, ibi per triduum acerrime pugnatum eſt, adeo ut Guelforum plurimi de ſe tunc quaſi actum plane opinarentur: Nam tot in civitatulam confluxerant undique Gibellini, ut duplicato numero Guelfos præcellere viderentur. Quare occidente ſole eo die, qui tertius ab incœpta pugna fuerat, *Achilles* cognomento Advocatus una cum *Fauſtino Lantana*, & aliis nonnullis civibus Guelfis ad *Carlarienſem* properans hujuſmodi habuit ſermonem. *Tulimus diu inclyte Franciſce bellorum incommoda non vulgaria, quibus ut obſtaretur ad te uti ad ultimum ſperandum nobis*
C *præſidium confugeramus; ſed vel quod de ſceleribus noſtris Dii pœnas ſumere velint, vel, quod magis credimus, fortuna, quæ non ſemper mortalibus arridet, nos nunc fallere deſtinaverit: niſi tu adhuc forte tua prudentia provideas, quomodo tam atrociſſimi belli calamitatem ultro ferre poſſimus minime certo videmus. Quapropter age quæſumus, ſi quid tibi eſt alius præſtandi ad hoc nobis præſidii, id amplius non differas: Parum enim ſuper eſt, quin tanta jam affecti clade ſimul omnes pereamus.* Quibus auditis *Carlarienſis* reſpondit. *Doleo ſatis eum me non eſſe virum cives ampliſſimi, quem & deſideratis,*
D *& forte opinati eſtis: Verum amicus ſemper vobis fui, ſum, ac ſedulus fore profiteor: Quanquam omnibus inimicis veſtris, quorum ingentem novi numerum, ipſe non ſim potentior, nec ab illis vos remque veſtram pro voto ſervare valeam. Quapropter vobis ac Deo in primis rei veſtræ tutelam commendans, in patriam meam ipſe ut potero jamjam abire curabo.* Ferunt hoc in loco quidam, *Achillem* virum calidiſſimum eam orationem exorſum, non quod Guelfi contra Gibellinos gloriam obtinere diffiderent, ſed quod ipſe quinque millia aureorum nummum, quos *Othoni* alias conceſſerat, ab eo quum *Brixia* potiretur, facilius exigere poſſet. Unde *Achilles* cum Guelfis ipſis inde receſſit, fœdera cum
E Gibellinis tandem initurus: At quum ad intempeſtam quaſi noctem factiones ipſæ paciſci fruſtra tentaſſent, univerſa civitas armorum ſtrepitu commota conſurgit, & unuſquiſque ea, quam auferre poterat, ſupellectile onuſtus ad urbis portam Joanneam, ut cum *Carlarienſe* emigraret, acceſſit. Quod ubi *Carlarienſis* vidit ſua probitate fretus arcium præfecti (caſtellanos appellant) Arcis vi- 49
delicet ipſius Joanneæ portæ, & portæ Nazareæ, ac ejus quæ ſancti Alexandri eſt appellata, omnibus ſibi obtemperantibus juſſit, ut nullam earum aperirent, ne quiſquam forte civium in caput ſuum
F ab urbe diſcederet. Deinde *Ugutioni* cognomento *Contrario* ſuarum copiarum præfecto imperavit, ut una cum copiis ipſis à ſtatutis ſibi locis non recederet: quodque interim pro civitatis bono, fide, fortitudine, ac omni virtute ſua agere omnino deberet. Ipſe autem quinque tantum equitibus comitatus ea nocte latenter *Brixia* diſcedens *Guſſagum* notiſſimum oppidulum veſtrum applicuit: Unde paulopoſt pluribus factionis Guelfæ armatis viris ſecum una deductis *Paduam* verſus extemplo migravit. Cives vero Guelfi omni ſpe deſti-

Otho Parmenſium tyrannus. Porta Joannea. Pilæ ſuburbanus locus. Achilles Advocatus. Fauſtinus Lantana. Judicia divina. Fortuna ve. Reſponſum. Aſtutum, callidum nota. Urbis portæ Ugotio contrarius. Guſſagum. Induciæ.

tuti suum posse evadere interitum, de fuga tantum
cogitabundi usque in diei crepusculum ad Joanneam
portam omnem noctem ipsam excubiis transierunt:
quam orto jam sole clausam adhuc cernentes do-
mum reversi sunt, quousque circiter quartam diei
horam, illam omnibus patere vulgaretur. Quo
circa iterum egredi cupientes, ad eam omnes con-
fluunt; sed rursum clausa reperta evestigio redie-
re. Enimvero dum hæc ita efficiuntur relatum
est, aliam scil. nazaream portam cunctis patere:
Ad quam pari voto confluentes clausam etiam in-
veniunt. Quare per horam ibi eos manentes Gi-
bellini per omnes urbeculæ portas illos armis in-
vasuri egrediuntur; sed quum ad opportuna loca B
Guelfos *Cararienfis* copiis præmunitos invasissent,
etiam præter expectationem dimicare coacti sunt:
unde nonnullis eorum cæsis, reliqui fugam arri-
pientes domos quamplures in civitate succende-
runt. Quod quum rescisceret qui ad Nazaream
portam excidii evadendi causa confugerant paulo
respirantes versus proprias domos pedes reducunt:
ubi vitam cum morte potius quam in posterum au-
Catharina Mediolani dux Brixiæ dom.
fugere, sese commutaturos statuerunt. His au-
tem gestis ad *Othonem* & Gibellinos fide impetrata
nuntios de pace, vel de induciis saltem compo-
nendis mittunt: Itaque per sequentem mensem
Scelestus occisus à familiaribus.
qui septembris fuit, induciæ sic datæ fuerunt: C
ut portæ, & propugnacula urbis Catharinæ *Me-
diolani* ducis & matris olim *Joannis Mariæ* ob sce-
lera sua à cubiculariis confossi, nomine muniren-
tur: in cujus etiam manibus Guelforum duces de
fide servanda juramento astricti permiserunt: Ita-
que sequenti die, qui fuit XVI. calendas octobris an-
ni, de quo supra, quum jam recessisset ab urbe *U-
gutio* propugnacula & urbis portæ ipsius Cathari-
næ nomine muniuntur. *Achille* vero Advocato
Achilles Advocatus.
suggerente à civibus Guelfis maxima mox colle-
cta extorta fuit. Nam libras tres & solidos qua-
Pecuniam a Guelf. extortam nota: & æstimum Brix.
tuor Imper. pro quoque denario censùs nostri æsti- D
mi unusquisque Guelforum ipsi *Achilli* exactori
tunc solvere coactus fuit. *Otho* mox suis cum co-
piis evestigio discedens universam civitatem turbi-
nibus ipsis pacatam, quietamque satis dimisit.
Cæterum quum de mittendis ad *Catharinam* lega-
tis Guelfi tractarent sequentibus festis nataliciis re-
Petrus Gambarensis Quintianum opp.
latum est civitati, *Petrum Gambarensem* maximam
Gibellinorum copiam *Quintiani* congregare *Bri-
xiam* tandem invasurum, ut factionem Guelfam,
49 v. omnemque ejus characterem penitus aboleret.
Quamobrem nonnulli Guelforum ad urbis magi-
stratus à *Catharina* jam deditos profecti rem ipsam
sibi molestissimam, veluti perfidiam adversus se E
machinatam turbato satis vultu exponunt, adden-
tes talia se nequaquam esse passuros. Illi vero, co-
piam ipsam extemplo disgregare pollicentes, ut
boni animi essent, eos satis adhortabantur. Enim-
Paul. Sabell. J. Crucifer.
vero Guelfis inde reversis, *Paulum Savellum* & *Ja-
cobum de Cruce* cum equitibus quadringentis ma-
gistratus ipsi in urbeculam acceperunt. Quibus
ad cal. usque Januarias ibi manentibus, *Petrus
Gambarensis* cum ipsa Gibellinorum turba, circi-
ter ejus diei quartam horam ad *Nazaream* portam
applicuit: ea tamen adhuc cum reliquis urbis por-
tis clausa. Quo rescito per quosdam ex Guelfis ad F
J. Agnellus Concionem attende.
portam brusatam est itum: ubi *Joannem Agnel-
lum* urbis præfectum, *Paulum Savellum*, & *Jaco-
bum de Cruce* eo accitos, ita allocuti sunt. *Fidem
vestram præfecte ducesque spectatissimi, talem esse sem-
per rati fuimus, qualem tantum magistratum tantos-
que duces deceret, qui in ipsa fide omne sui affectus
robur constituere; sed longe nostra nos (ut nobis vi-
detur) de fide vestra fefellit opinio. Nam contra
pollicitationes vestras, Petrus Gambarensis multis
cum hostibus ad internitiem nostram, vobis (ut acce-
pimus) annuentibus, jam Nazaream portam aggressus,*

A *civitatem invadere molitur. Quod tantorum viro-
rum fidem nunquam decuisse negari non potest. Qua-
re, si promissam fidem, si honorem vestrum, & in-
clytæ Catharinæ ducis statum stare, vobis est gratum,
Petrum Gambareusem, omnibus cum civitatis hostibus
procul ab urbe repellere velitis. Civitas enim omne de
se periculum potius tentabit quam in tanto discrimine
diu manere velit.* Præfectus mox ratus se excusa-
re. Ite inquit, & rem vestram (ut libet) cu-
rate. ego si quidem promiseram, quæ à perfidis
interrupta servare non valeo. Itaque discedenti-
bus inde Guelfis rumor ubique obstrepit, *Gamba-
rensem* cum fautoribus suis urbem circuisse & per
B pilarum portam jam civitatem invadere. Quare non-
nullis hosti obviam factis, ad flumen de *Bova* nuncu-
Flumen de Bova. Mulieres & pueri præliantur.
patum pugna conseritur, & horis tribus varia
utrinque fortuna dimicatur, intervenientibus etiam
quandoque cum sudibus & cunctis pueris & mu-
lieribus. *Paulus* autem *Savellus* dum hæc ageren-
tur, & *Jacobus de Cruce* suis cum copiis civitatu-
la egrediuntur, & per omnem civitatem debac-
chantes exceptis duntaxat vicis ab urbis porta tunc
Albaræ porta. Cantonbagnolum.
Albaræ nuncupata, ad locum usque Cantonbagno-
lum appellatum, & inde ad flumen ipsum *Bovæ*
vocitatum omnia diripiunt, cædunt, atque suc-
cendunt: demum in urbeculam revertuntur, præ-
C liantibus adhuc ad idem flumen Guelfis cum *Gam-
barensibus* ipsis. Qui partim cæsi, partimque fusi,
atque fugati, vexillum suum, vexillifero interfe-
cto, Guelfis tandem relinquere sunt coacti. Qua-
propter plerique postea ex montanis & ex planitie
Guelfi civibus ipsiusmet factionis magnam confe-
stim opem attulere: arma siquidem annonam com-
meatum, & rei bellicæ impedimenta multa, at-
que nonnullos ad prælia fortissimos viros civitati
quam ocyssime tradidere. Cæterum exeuntes
Porta paganora. Mar. Mart. Urceæ vet. Terentianum oppid.
quasi antelucanum per urbis portam paganoram
vocitatam, Gibellini, Guelfos in sancti *Nazarii* vi-
D co armis aggrediuntur: ubi *Marcus Mantinengus*
una cum multis *Urcearum* veterum & *Terentiani*
oppidulorum incolis cum Gibellinis ipsis manum
conseruit, & quindecim ex eis viriliter confossis,
reliquos terga dantes in urbeculam aufugere com- 50
pulit. Aliis autem factionis Guelfæ viris valida
super *Carciæ* ripas, & quocunque ad omne suspe-
ctum discrimen munimenta constituentibus, ne
eos Gibellini tam de improviso in posterum ag-
Bergom. Cabrinus Fondulus.
grederentur, mille ducenti ejusdem factionis *Ber-
gomates* lanceis, clypeisque plurimum armati, &
Cabrinus Fondulus Cremonensis valida militum ma-
nu civibus Guelfis auxilio deinde adventavere.
Gibellinis vero à *Catharina Mediolani* duce opem
Pandulfus Malatesta. Facinus Canis.
E flagitantibus *Pandulfus Malatesta*, & *Facinus Ca-
nis* cum copiis suis ad opitulandum mittuntur. Ve-
rum triduo antequam *Brixiam* appulerint: *Pan-
dulfus* urbis Guelfos per *Ludovicum Catellum* do-
mesticum suum clam admonet, se de magna au-
reorum nummum copia ducis *Catharinæ* credito-
rem esse. Iccirco si vellent ei (quoad possent)
urbem dare, benignum, optimumque se illis prin-
cipem fore pollicitus fuit. Illi iterato simul con-
Stratagema nota.
silio, *Pandulfi* voto tandem acquievere. Cæterum
ne adversus *Catharinam Pandulfus* perfidia usus vi-
deretur, ita initum est inter eos fœdus, ut ipsi
F *Pandulfo* tria in urbem prælia mitius tamen illa-
turo resisterent, & induciis ultimo postulatis, ipsum
in urbem exciperent. Quo quidem ad unguem
Pandulfus Malatesta Brixiæ Domin.
executioni dedito, *Pandulfus Brixia* potitur: qua-
re ipso, & *Facino* urbeculam ingredientibus, Gi-
bellini per Paganoram & Brusatam portas ad ci-
vitatis propugnacula, repagula, & munimenta,
pedites irruunt, ex quibus XV. interemptis, reli-
qui in urbeculam illico sunt reversi. Altero vero,
ac tertia die, quum utrinque etiam dimicatum
essent, urbis Guelfi *Pandulfum* & *Facinum* ad col-
loquium

A loquium per nuntios evocant. Itaque ad portam Brusatam publica fide convenientes pacis fœdera confirmarunt, rato *Facino* propterea *Catharinæ* urbem magis esse roboratam. *Pandulfus* vero, quum ad succurrendum una cum *Facino Veronæ Catharinæ* imperio accerseretur, portarum Joannææ, Nazaræ, & Alexandrææ præfectis custodibusque mutatis, ut jam nutanti *Veronæ* succurreret, equitavit. Occurrente autem ei nuntio, prorsus actum de *Verona* esse, *Pandulfus* cum *Facino* revertitur, atque *Facinus* ipse jurat, *Brixiam* quum applicuerit penitus deprædari; sed *Pandulfus* ad eam quum appropinquarent, Portarum præfectos clandestinis admonet nuntiis, ut
B pontibus elevatis, *Facinum* pluribus quinquaginta equitibus stipatum intrare non permittant: Itaque profectus ad Nazaream portam *Facinus*, præfecto ibi jussit, pontem sibi declinare, ut ipse cum copiis suis urbem ingredi posset. Cui Præfectus respondit: si libet quinquaginta cum equitibus tantum intrare, tibi dabitur iter: sin minus, pontem declinare non est nostrum. *Facinus* mox indignabundus *Mediolanum* versus emigravit, paulo post intrante *Pandulfo*, qui habito de re sua cum civibus colloquio, in agrum usque *Mediolanensem*
C *Facinum* eminus est secutus. Itaque urbs tunc exonerata militibus, hac una pace fruebatur, ut nemini fieret injuria: quamquam nec Guelfi civitatulam, nec civitatem Gibellini (nisi quidam forte medium inter utramque factionem tenentes) intrarent. Quum autem reverteretur *Brixiam Pandulfus* ad cal. apriles MCCCCIIII. in Divi *Antonii* æde extra urbem tantisper consedit, dum præmissa per *Franciscum* (ut *Malvetius* & alii quidam ferunt) *Gonzaga* cum Gibellinis de principatu compositione urbem ipsam per Joanneam portam ad cal. maji sequentis ingrederetur. Arx tamen *Pilarum*, & quæ in *Chinnææ* collis vertice existit, nomine ducis adhuc *Catharinæ* tenebatur. Oppida quoque Gibellinæ factionis in agro plurima *Pandulfo* parere penitus recusabant. Paulo vero post, debacchante in urbe peste, *Pandulfus* una cum militibus suis ad *Comum* abequitavit: ex quo arcium præfecti custodesque civitatem incursionibus vexarunt: quapropter quidam factionis Guelfæ civis, *Lorettus* nomine, & cognomento *Beccarius*, uno tantum comite fretus, turriculam portæ, quæ inter duos urbis muros non longe à Divæ *Claræ* cœnobio sita est, noctu ascendit, & binos ibi custodes sopore jacentes quum jugulasset, evestigio descendens pontem declinavit, per quem alii quamplures illico acciti intravere, & profundam satis latamque inter utrumque murum fossam per transversum validissimis repagulis contra utramque arcem, pilarum scil. & Chinnææ collis, muniere, ut altera alteri nullam fere opem afferre posset. Quibus gestis, munitissimam quandam aliam extra muros ipsos fossam, & propugnaculum aliud ex ruinis ibi ad radices collis construxere, explanatis aratro prope fossam campis, quos &, ut citius conduruerscerent, irrigarunt, atque ferreis proinde muricibus (trigulos vocitant) illos ad loca transeundi suspecta sparsim straverunt, ut exeuntes forte ad se ex utraque arce hostes, armis etiam latentibus offenderentur: Itaque ipsis arcibus obsessis, ea quæ pilarum appellatur, extemplo potiti fuerunt.

Anno MCCCCIIII. Franciscus Gonzaga.

50 V. Pestis.

Lorettus Beccarius.

Stratagema Murices triguli.

LIBER NONUS.



D PANDULFUS interea quæ superiori libro diximus, urbem *Comum* jam deprædatus & castellum sanctum *Angelum* nuncupatum una cum præda ipsa se recipiens, à numeroso validoque equitum peditumque *Mediolanensium* exercitu illum invadente præda ipsa, ac omnibus fere turmis suis est spoliatus, ut vix sex cum equitibus *Brixiam* mox advolaverit: quem cives videntes, miseratione moti, magna pecunia donavere, qua postea opportuna supellectile se communivit, atque conjectis demum multis in arcem super Chinnæa bombardarum lapidibus *Segundonum* in ea adhuc pro *Catharina* præfectum per nuntios admonet, eamdem arcem sibi *Pandulfo* concedat. Ille non prius de cessione ipsa diffinire respondit, quam *Pandulfum* coram alloqueretur. Quamobrem *Pandulfus*, habita fide, ad illum audiendum super collem accessit, cui *Segundonus* ita exorsus inquit: *homo sum Pandulfe, & nihil hominis magis proprium esse, quam curare de bono nomine, semper existimavi. Unde mihi consilium duxi, arcem tibi hanc nunquam cedere, nisi optimum mihi nomen possem servare. inducias ideo ad mensem peto, ut de re* Catharinam *commonefaciam: quæ si auxilia præstiterit, non deficiam: sin minus, quum duodecim millia aureorum nummum quos ea mihi debet, dederis, tu arce, ego vero & nomine, & reliquis partibus meis non carebo.* Mox omnia quum *Pandulfus* affirmasset, *Segundonus Mediolanum* mittens suppetias à *Catharina* de re certiore facta postulavit. Illa *Facinum* cognomento *Canem* quibusdam cum cohortibus ei auxiliaturum extemplo accivit; sed Guelforum sibi obviantium calliditatem, constantiamque reformidans, prope *Palatiolum* jam profectus *Mediolanum* etiam re deserta revertitur. Completo itaque mense, arce ipsa *Pandulfus* juxta initum fædus potitus est: verum aureos ipsos duodecimmille cives nostri *Pandulfo* ære exhausto condonarunt. Itaque arce obtenta, jussit eam *Pandulfus* triduo cunctis patere, ut omnibus pariter confidere significaret: cæterum triduo elapso familiarem quendam suum in
E ea præfecit. Post hæc vero, contractis stipendiariis multis, inter quos *Martinus Faventianus* ejus copiarum dux adfuit, oppida Gibellinæ factionis in agro nostro in dies invadit, diripit, & prosternit: ut non multo post ea omnia ditioni suæ adjecerit. Multi tamen ex potentioribus Gibellinis ei subesse penitus reluctantes, exilium sponte suscipiunt, quorum bona fisco suo *Pandulfus* statim decernit: Asula tantum sexdecim millibus aureorum nummum à *Pandulfo* per cives redempta. Enimvero, quum à *Joanne Suardo Bergomi* principe vicos multos, multasque villas ac oppida, bello & armorum vi *Pandulfus* arripuisset, *Bergomum* tandem triginta nummum aureorum millibus ab ipso *Joanne* emit: quam omnem pecuniam patres no-
F stri, vectigalibus omnibus (quæ datia, gabella, imbotatusque appellantur) solo tantum anno sibi remissis, persolverunt. Quo tempore hæc civitas *Octaviano*, *Prandino*, & *Bartholino*, cognomento *Testorino* pictoribus floruit, quorum virtuti & muneri in colorandis imaginibus nemo adhuc par usque inventus fuit: quamquam *Gentilis* pictor *Florentinus Pandulfo* tunc principi Sacellum, in præsentiarum usque *Pandulfi* capellam vocitatum & ipse graphice pinxerit. & *Jacobus Brixianus* civis no-

Segundon.

Adlocutionem attende.

Nominis curam nota.

Facinus Canis.

Donant cives Aurum.

51

Martinus Faventian.

Fisco.

Asula per cives Brix. a Pandolfo redimitur.

Joan. Suar. Bergomum pecunia Brixiano. emptum.

Pictores Brix. celeb.

Canon. reg.

noster olim prædicatorum religiosus primus canonicorum, qui regulares nuncupantur, ordinem in *Lucensi* agro fundavisse fertur, quem postea *Eugenius* quartus pontif. amplissimo privilegio confirmavit.

ForumJulii Anno MCCCCXIII.

Cæterum *Veneti* adversus *Hungaros* in *Foro Julii* absque copiarum Imperatore bellum agentes, anno dominici adventus MCCCCXIII. *Pandulfum* magno stipendio exercitus sui præfectum eo accersunt:

Thadeus Martinengus. Anton. Nassinus in ForumJulii per Pandulfum adducuntur.

quo *Thadæum Martinengum*, & *Antonium Nassinum* cives nostros, quos factionem Guelfam deprædaturos, & urbem *Cabrino Fondulo Cremonæ* jam principi prodituros resciverat, abduxit, ac de re ipsa certior factus ipsos inde *Fanum* navi in compedibus misit. Nec non *Brixiam* reversus *Valle Camonica*, & *Caballina*, civium auxilio, brevi potitus fuit. Sequenti vero anno quum agri *Piceni* (*Marcam* vocitant) princeps *Brixiam* tercentis cum equitibus adventasset,

Ancellagus Apuliæ rex. Civitas Bri. donat.

quia *Ancellagi Apuliæ* regis sororem sibi desponsatam haud post multo ducturus erat, galea argento, auroque redimita, mucroneque, & calcaribus auro superfusis, ac pateris sex argenteis pondo XII. deauratis, ingeniosissimoque opere fabrefactis civitas nostra illum donavit.

Martinus V. Papa. Anno MCCCCXVIII.

Martinus quoque ejus nominis quintus pontifex Max. in *Germania* apud *Constantiam* creatus *Mediolanum*, & inde *Brixiam* XII. cal. novembris anni MCCCCXVIII. multis cardinalibus, præsulibus, & id genus viris stipatus, *Brixiam* applicuit: qui eo à *Brixianis* honore susceptus est, ut quum triduo *Brixiæ* mansisset, suum insigne vexillum eis donaverit, & super palatii magni podio Plateæ ibi supereminenti benedictionem, & à peccatis absolutionem concesserit, atque ita per *Castenetulum*, & *Montem clarum* oppidula abiens, omni fere civitate eum rursum comitante, agri nostri fines excesserit.

B. Corad. Born. Fr. Carmig. Philippus Vicecomes. Mediolanensis Dux.

Qua tempestate Beatus *Coradinus Bornatus* civis noster ordinis prædicatorum religiosus eminentiss. doctrina & sanctitate perfloruit. Cæterum *Franciscus*, *Carmignola* cognominatus, militiæ *Philippi Mediolanensium* ducis præfectus, ipso *Philippo* jubente in agrum *Brixianum* validissima admodum manu irrumpens XV. cal. Septembris sequentis, omnia fere in planitie & in monte oppida occupavit.

51 V Claræ, opp. Nic. Thol. Isæum. Nocia. Galvanius.

Claras tamen oppidum præmunitum *Nicolaus Tholentinas Pandulfi* ductor, & *Isæi* oppidi *Sebinensis* arcem: Arcem vero *Nociæ* oppiduli humilioris *Galvanius* ex eo loco oriundus & civis noster sua industria conservavit. Verum quum hybernassent per ea agri loca, quæ occupaverant, *Carmignolæ* turmæ XVI. cal. Maji sequentis in castra ducuntur,

S. Faustinus de Sajeso. Vites consumptas.

prope ædiculam, quæ sanctus *Faustinus de Sajeso* in suburbiis nuncupatur. Unde quum ad urbis fere portam *Joanneam Carmignola* trecentis cum equitibus, vites omnes ac segetes consumendo adventasset,

Pilosus sagittarius.

civis quidam noster, agnomento *Pilosus*, qui scorpione, alias balista, ad urbis tutelam utebatur, ubi illum conspexit, ocyus rimatur, & conjecta extemplo sagitta collum *Carmignolæ* transfixit.

Gasparinus Vicecomes.

Quamobrem eo saucio *Mediolanum* delato, *Gaspanirus* ex vicecomitum familia vir strenuus, illius loco successit, & reliquas postea vites ubique in suburbiis excidit:

Gavardum Vallis Sabii. Boarnum. Voberna. Cominus Montinus. Galvanius Nocia. Jo. Advoc. S. Jacobus prope Mellam. Brixiæ obsidionem nota. Momplan.

Nec non *Gavardum* transiens, in vallem *Sabii* sui exercitus partem perduxit: ubi *Boarni*, alias *Vobernæ Sabiique* arces, quæ à *Carmignola* defecerant, capto *Comino Montino*, subito vendicavit. Inde ad *Nociæ* arcem quum accessisset evestigio debellavit, & populatus in prædam vertit: *Galvanio Nocia*, & *Joanne* advocato eo loci captivis. Reversus vero ad ædem sancti *Jacobi* prope *Mellam Gasparinus* castrorum partem *Momplani* metari jubens, fontes, & fluvium *Bovæ* appellatum, urbi accommodatos alio derivavit: Atque ita perversos tutabatur, ut puteorum, qui etiam perrari tunc erant, aquis

A

cives tantum frui aliquot mensibus potuerint: nisi fons, divi Salvatoris appellatus, in forum cognomento novum, defluens alicui forte adjumento extiterit.

Fons divi Salvatoris. Flerium vicus suburbanus. Sævitiam. Crudelitatem. Scrobes, Luparia. Crudelis etiam Mulieres. Sagittarios.

Post hæc relicta ad ipsius derivationis tutelam manu validissima, *Flerium* vicum in suburbiis, quo *Carmignola* tunc *Mediolano* reversus applicuerat, exercitus ipse contendit, & inventis scrobibus nonnullis (luparia vocitantur) per cives in suburbiis effossis & desuper ad hostium præcipitium tectis, quatuor ex urbis militibus captos in illis ad cervicem usque viventes *Carmignola* sepelivit: Septem quoque mulieres, uti exploratrices captas, capillis, vestibusque enudatas

B

Brixiam remisit. Pridie vero cal. sextiles apud Nazaream portam, accurrens septem supra viginti cives captivos suo etiam mucrone interfecit: nec multo post talem sævitiam in quasdam civitatis mulieres *Flerii* repertas exercuit, atque duobus *Pandulfi* sagittariis extra urbem captis quum dexteras amputasset, illos, suspensis cingulo dexteris, in receptæ alias sagittæ ultionem, ad ipsum *Pandulfum* in urbem remisit:

Nic. Thol. Ludovicus Melioratus.

Quibus patratis *Nicolaus Tholentinas* quum audivisset, *Ludovicum* cognomento *Melioratum Firmianæ* civitatis pluribus centuriis *Pandulfo* auxiliaturum cum centumquinquaginta equitibus & peditibus centum claris *Brixiam*

C

advolavit. Inde contractis civium, & *Pandulfi* militum copiis, propugnacula ad aquarum perversionem ab hoste ædificata illico invasit, quibus subversis, & captis custodibus, aquas tandem per alveos suos in urbem reduxit: venerat interea *Ludovicus Melioratus*, cum equitum quinque & peditum duobus millibus (*Blondo* teste) ad foveam

Blondus historicus.

usque, alias à *Barnabove* (ut superius docuimus) extructam, non longe à *Carpenetulo* agri hujus oppidulo non obscuro: qui confestim à *Carmignola* occurrente captus, & *Regiatum* omnibus fere cum turmis suis est deductus. 52

D

Nicolao vero *Tholentinate Brixia Claras* suis cum cohortibus revertente, *Carmignola Navas*, *Buetium*, & *Concisium* castra conduxit.

Regiatum oppidulum. Navæ. Buetium. Concisium. oppidula.

Dein subtractis iterum fontibus, fluviisque *Brixiam* defluentibus, propugnacula rursum munitissima ad eos custodiendos, ne ad urbis commodum cederent, struxit, atque per agri oppida, villas, & loca, castra ut hybernarent, demum distinxit.

Nicolaus Pederocha. Nic. Capre. Petrus Advocatus. Delaidus Gaidus. Michael Ducchus. Jacobus Sajanus, historic. Carol. Mal. Tartarinus Capreolus. Gratiolus Gavardus.

Hæc autem cum gesta sint videntibus civibus de se actum iri, *Nicolaus Pederocha* jurisconsultus, *Nicolinus Capreolus*, *Petrus Advocatus*, *Delaidus Gaidus*, *Michaël Ducchus*, cum duodeviginti aliis civibus atque patritiis *Pan-*

E

dulfi, & consilii *Brixiæ* decreto (ut *Jacobus Sajanus* jureconsultus civisque noster est author) noctu Urbem exiere, à *Venetis* & *Carolo Malatesta Arimini* principe, *Pandulfi*que fratre obsessæ urbi suppetias forte ducturi: qui prius non rediere, quam *Tartarinus Capreolus* patruus meus, & *Gratiolus Gavardus* à *Pandulfo* ad *Philippum* fœdera petituri legati convolarent.

Galeatio Portulaca. Paul. Plan.

Unde discordes à *Philippo* in urbem reversi una cum *Girardino Pandulfi* cancellario, & *Baldo Florentino* fœdera ipsa tractantibus, additis etiam *Galeatio Portulaca*, & *Paulo Planio*, capitula de concedenda ad *Philip-*

F

pum urbe iterum retulere. Quare consentientibus *Pandulfo*, & civibus, *Philippus* hisce fœderibus urbe potitur: Ut scil. Vectigal (Datium, vel Gabellam vocitant) pro consuetudine prisca solveretur. Si autem bona fisco *Pandulfi* adscripta redimi vellent, persolutum jam ipsi *Pandulfo* pretium redempturi exhiberent. Magistratus vero urbis relinquique eorum assessores sinceri & communes, non factionales dari deberent. Quibus omnibus firmatis, & oratoribus in patriam reversis

Philippus vicecomes. Brixiæ Do. A. MCCCCXXI.

Carmignola urbem *Philippi* nomine XIIX. cal. apriles MCCCCXXI. intravit, & ubique muris, fossis, & armis omne genus munivit. Duodecima vero

dic

die post *Nicolaus Pederocha* jureconsultus, *Petrus Advocatus*, *Delaidus Gaidus*, & *Michaël Ducchus*, qui una cum *Nicolino Capreolo Venetias*, & *Ariminum* pro suppetiis (ut diximus) habendis accesserant, *Nicolino* ipso *Fani* per *Carolum Malatestam* in compedibus detento *Brixiam* sunt reversi: moxque *Pandulfus* omni cum supellectile sua, suas ruinas gallica cantilena lamentatus ad *Carolum* fratrem *Ariminum* emigravit: Post quæ proclamatum in urbe fuit: quicumque rebellium *Pandulfi*, ab eo bona aut emisset aut forte dono accepisset, citra octavam diem possessionis jura magistratibus ostenderet, alioquin ea nihil sibi prodesse decerneret. Quapropter alii visis (ut dictum est) eorum viribus, in possessione firmati: alii etiam empta reddere sunt coacti. Qua tempestate Frater *Bernardinus Senensis* ex ordine minorum, qui postea sanctus est habitus *Brixiam* applicuit, & in loco sancti *Francisci* habitavit: ædem Divi Apollonii extra urbem instaurari, & multa peccata, sed præcipue usuras à civibus linqui, suis concionibus atque exhortationibus impetravit: Anno autem ab his gestis secundo *Carcietæ* arx una cum urbeculæ mœnibus pontibus & propugnaculis ab ipsa arce usque ad extremos urbis muros, & item ab ipsa arce usque juxta ædem divi *Lucæ*, & ab inde usque sub arce magna in collis *Chinnææ* apice jussu *Philippi* extructa est: pariter quoque turris Longæ, & quæ sancti *Nazarii*, nec non sancti *Alexandri* arces nuncupantur, fuerunt constructæ. Ob quam rem, & salis, & molarum cæterorumque vectigalibus à *Philippo* universæ civitati conduplicatis, ut quinquaginta millia aureorum nummum ultra solitum cives ipsi persolverent: Civitas nostra legatos ad principem ipsum frustra bis misit: nam *Mediolani* per mensem manentes, instantesque *Philippum* ulla prece videre, nedum alloqui non potuerunt. Quo factum est, ut *Carmignolæ* etiam consilio, qui oratoribus ipsis *Mediolani* compertis jus & justitiam apud *Philippum* jam periisse affirmaverat, è tyrannide Philippica subterfugere, ubi ocyus possent, invicem statuere, atque in patriam extemplo reversi, omnia ut successerant civibus ad amussim retulere. Cæterum quum civis quidam imprudenter forte de *Philippo* locutus esset, à *Jacobino de Isæo* cive nostro inter *Philippi* proceres præstantissimo, laqueo suspensus perhibetur, hoc titulo ei superimposito. QUIA CONTRA VENTUM MINGERE VOLUI, CRUCI SUSPENDOR. Tali igitur, tantaque tyrannide, & intolerabili servitutis jugo lacessiti cives, & præcipue Guelfi, quibusdam factionis suæ *Venetias* destinatis, Urbem *Venetis* obtulere: modo auxiliari manu contra *Philippum* civitati succurrerent. Quamobrem *Veneti* prudentia usi, legatos in primis ad *Philippum* mittunt, ut se ab armis abstineret pro *Italiæ* salute, expposituros, parcere *Florentinis* quos acerrimo bello vexabat, mitiusque in suos agere dignaretur: quod si secus foret se curam *Italiæ* & oppressorum illico suscepturos. *Philippus* autem ubi *Venetorum* legatos obaudisset, & distichum hoc ænigmaticum atque comminatorium:

Floribus excussis, ranas per prata vagantes
Urgebit coluber proprias remeare paludes:

in divi Marci templo *Venetiis* inventum esset: *Veneti* ipsi *Florentinis* jam confœderati, *Carmignolam*, qui à *Philippo* ad eos (divino forte nutu) recesserat ac *Joannem Franciscum Gonzagam Mantuæ* principem cum equitum quinque millibus octingentisque peditibus *Brixiæ* auxiliaturos adversus *Philippum* statuere. *Brixiani* vero, præsertim Guelfi XVI. cal. apriles MCCCCXXVI. qui dies erat dominicus, resurrectioni Christi, immo etiam *Brixianorum* tunc dedicatus per urbis portam, Albaræ

D. Bernard.
Ædes D. Apoll.
Carcietæ Arx.
52 v.
Salis molarumque vectigalia.
Imprudentis locutio.
Jacobinus Isæates.
Titulum suspens. nota.
Tyrannidemque
Veneti prudentes.
Ænigma. Nota.
Jo. Francisc. Gonzaga.
Anno MCCCCXXVI.

A nuncupatam, inter pilarum, & sancti *Joannis* portas tunc sitam, nonnullis cum monticolis & *Venetorum* peditibus urbem antelucanum invadunt, & eam partem, quæ civitas appellatur, illico obtinentes opportunis omnibus munire: mox enim ejus vias doliis humo plenis, transversis trabibus, repagulis, & catenis reparavere, ne quis subitus forte impetus rem perverteret, priusquam ipsæ *Venetorum* vires advenissent. Quod profecto maximo in discrimine versabatur: nam triduo differentibus adventum viribus ipsis, Civitas nostra soli Deo, & Guelforum animositati in tanto turbine extitit commendata. Cæterum quum per eandem

B Albaræ portam *Venetorum* exercitus quarta die intrasset: *Nazaream* arcem subito vendicantes, arcem *Joanneam*, & *Palatæ* turrim ita vexarunt, ut postera die illas in ditionem acceperint. Factis postea ubicunque ad *Carciettam*, civitatulam, & pilarum arcem repagulis & fossis, *Nicolaus Tholentinas*, *Aloysius Vermes*, *Aricus Taccha*, & alii quamplures *Florentinorum* duces, atque commilitones septemmillia equitum, & peditum quinque millia adducentes, *Venetis*, & urbi auspicatissimo fuere auxilio: nam quum civitatem intrassent, fossas ejus omnes conduplicavere à Nazarea porta ad aditum usque

C Arebufoni, & inde supra in summitatem usque collis, propugnaculis, castellis, aggeribus, & aquis ad omnen fere viam apprime muniere. Dein conjectis in pilarum arcem quam creberrimis bombardarum lapidibus, eam vi tandem obtinuere. Postea *Carcietæ* quoque arcem disjectis propugnaculis, murique summitate bombardis non leviter corrosa, ruderum cumulo in fossa excrescente, adacta scalarum multitudine murum conscendunt, & in resistentem ac mœnia defensantem hostem immittentes eam tandem expugnatam una cum vico quem burgum appellamus & arce sancti *Alexandri* pridie nonas Septembris consecuti sunt: Nonis autem ejusdem *Gonzaga Venetorum* etiam no-

D mine in urbe receptus alveum alium (redefossum vocitant) extra fossas à Nazarea porta ad navile usque succedentem fieri jussit, inter quem & fossas *Venetorum* castra, ut essent tutiora constituit. Cæterum Idibus ejusdem *Philippi* exercitus ad eum usque alveum appropinquavit, urbeculam quoad posset ingressurus, quæ illius suppetias voto adhuc supplici præstolabatur. Quod quum *Venetorum Guelforum*que copiæ viderent, *Philippensibus* obviant, & manu mox conserta acriter hinc inde pugnantes, pluribus cæsis, reliquos tandem fugarunt. Ex quo civitatula vetus *Venetorum* di-

E tioni copulata, eorum quoque nomine extemplo munitur. Quare & urbis portam, Matolfam nuncupatam, juxta divi *Barnabæ* templum, muro diu occlusam, eo diruto aperiunt, ut civibus eundi redeundique aditus per eam pateret: Quod vel optimum consilium est visum: Nam multa inde commoda civitas nostra sortita fuit. Conjectis demum multis in civitatulam novam quæ totius urbis centrum tenet, bombardis, *Philippenses* ibi custodes quassati dierum decem inducias cum *Venetis* ita componunt, ut si per temporis auxilia *Philippus* ipsis non afferret, ipsi urbem *Venetis* concederent. Miserunt igitur *Mediolanum* ad au-

F xilium sumendum *Philippenses*: quod quum minime consequi possent, consummato induciarum termino, urbeculam ipsam pro fide *Venetis* tradidere: qua etiam munita, *Carmignola*, *Petri Lauretani*, & *Fantini Michaelis Venetorum* provisorum nutu, universos cives admonuit, ut ea die, quæ quoque dominica erat IIII. cal. octobris, hora XXII. in magnum divi *Petri* templum venisse deberent, ad perpetuam cum *Venetis* fidelitatem, & amicitiam in eorum manibus pro *Venetis* omnibus acceptantium juramento affirmandam.

Veneti Brixiam intrarunt qua postea sunt potiti.
Nicol. Tholentinas.
Aloysius Vermes.
Aricus Taccha.
53
Carcietæ Arx expugnatur.
Redefossum.
Porta Matolfa.
Carmignola.
Petrus Lauretanus.
Fantinus Michael.
Jusjurandum nota Brixianæ fidelitatis & amicitiæ cum Venetis

dam. Quare omnes fere natu & ætate majores ubi eo loco perveniſſent literis ſacris (miſſale vocitatur) de more manutactis, votum jurejurando adimplevere: Modo tamen jam promiſſa *Brixianis* à *Venetis* ipſis obſervarentur, quibus quidem vel præcipue continebatur: Ut cives noſtri in primis eo affectu, quo cives *Veneti*, ab ipſis *Venetis* haberi, tractarive deberent. Quod *Franciſci Foſcari* tunc *Venetorum* principis ad cives noſtros literæ diei XXII. Maji. MCCCCXXVI. vel maxime ſignificant. Quodque à quibuſcunque oneribus eſſent exempti, vectigalibus tantum quæ portarum & Imbotatuum datia appellantur, exceptis, nec non omnes agri *Brixiani* minores magiſtratus fidelibus civibus conferri deberent, ut privilegium ſub anno MCCCCXXVII. & litteræ ducales ſub quinto Julii MCCCCXXIX. manifeſtant.

Venetorum promiſſa Brixianis.

Imbotatus, & datia portarum. Magiſtratus, vel officia Brix.

A

B

Cæterum initis (ut dictum eſt) utrinque fœderibus poſitæ ſunt ad tria majoris arcis latera bombardæ, quæ ingentia in eam ſaxa continuo jactitabant: Inde foſſa quammaxima à porta pilarum foris uſque juxta angelum ſancti *Petri* in oliveto
53 v.
effecta eſt, propugnaculis & caſtellis præmunita. Propugnacula quoque duo alia lignea, tamen validiſſima, alterum intus apud divi Martini ædiculam ipſam mira olim incruſtatione ornatam, & tunc ſub ipſa arce (ad planellos vocant) everſam, alterum extra urbem prope urbeculæ veteris mœnia extructa fuere: præter alia tria eminentiſſima circa arcem ipſam poſtea ædificata, è quibus omnibus appulſæ in eam bombardæ quatientes exteriorem vetuſti muri ſpondam confregere: atque tertio cal. novembris illata, quamquam in casſum, ipſi arci crudeliſſima oppugnatione machinam quandam (jaculum magnum nuncupabant) in ſancti Martini ædicula noſtri erexerunt, quo ingentes in aëra lapides ejecti in arcem per tecta deſcendebant. Quapropter arcis præfectus quarto Idus ejuſdem, quæ dies etiam dominica fuit, fœdera cum noſtris inivit, ut nec ipſe extra, ſicuti factitaverat, nec ipſi in arcem amplius conjicerent, decem tantum diebus auxilia à *Philippo* expectaturus: quæ niſi per id temporis adventaſſent arcem ditioni *Venetæ* mox ipſe relinqueret. Miſit igitur pro auxiliari manu præfectus ipſe ad *Philippum*, quam haberi non poſſe certior factus peracto induciarum termino relicta *Venetis* arce fidem ſervavit. Obtenta itaque per *Venetos* omni urbe, in agros *Mantuæ*, *Veronæ*, & *Vincentiæ*, ſuas omnis copias ad hybernandum miſere, eis tantum exceptis quibus *Carmignolam* præfecerant, quæ in *Vallibus Sabii* & *Trumpiæ* ſequentem hyemem duxere, *Carmignola* ipſo ſtationem in urbe faciente. Cæterum calendis Januarii ſequentis *Florentinorum* præfectus (Commiſſarius vocabatur) *Brixia Florentiam* reverſus eſt, & ſeptimo Idus ejuſdem *Sabaudiæ* legati *Venetiis* domum ſuam redituri *Brixiam* applicuere: Intrante prope diem *Fantino Dandolo* primo ex *Venetis* urbis noſtræ Prætore. Tum IIII. Idus ejuſdem *Nicolaus Carthuſienſis* ordinis & ſanctæ crucis presbyter cardinalis *Martini* quinti pontificis Legatus, *Venetiis Brixiam* venit, *Mediolanum* pro componenda inter *Philippum* & *Venetos* pace acceſſurus. Quamob rem multi etiam ex *Venetis* in agrum noſtrum profecti ſunt nonnullorum oppidorum *Philippo* hactenus obtemperantium poſſeſſione, juxta pacis conditiones *Veneti* Imperii nomine potituri. At XII. cal. Februarias Cardinali *Brixiam* cum olivæ ramulo in pacis ſignum, revertenti, *Venetias* primo, deinde *Romam* ad pontificem redituro, quum reverenter clerus omnis noſter una cum præſule, omnibuſque religionem quampiam profitentibus ad *Mellam* uſque crucibus & vexillis obviam factus eſſet: Te Deum laudamus, & id genus

C

D

E

F

Sabaudiæ legati. Brixiam applicuere. Fantinus Dandalus primus prætor Brixiæ Venetus. Nicolaus Carthuſienſis cardinalis. Brixiam venit.

laudum pſallentes omnes cecinere. Ubi autem recederet, magiſtratus, & multi ex civibus noſtris, inter quos *Achillem Advocatum*, *Tartarinum Capreolum*, & *Bertraminum Rumanum*, *Jacobus Sajanus* hujus rei ſcriptor non parcus tantum nominat, eum ex ſenatusconſulto poſt celebratum tripudium per agri oppida una cum *Oldrando Lampignano Philippenſe* comitati ſunt, ut ea proprio nomine ſuo habita muniret. Verumenimvero oppidani, & milites ibi, clauſis Janais, & pontibus elevatis, nequaquam *Venetis* obſequi, nec in oppidis ipſis illorum nuntios, aut amicos ſe ſuſcepturos ſunt proteſtati. Quapropter Cardinalis una cum comitibus antedictis *Brixiam* eveſtigio reverſus eſt, *Mediolanum* iterum redíturus. Quod quum in caſſum tentari *Carmignola Venetique* proviſores ſuſpicarentur XIIII. cal. Junii expanſo divi Marci formidabili vexillo cum omni equitatu, peditatuque urbem exiere agri oppida *Philippo* parentia debellaturi. 54

Achilles Advocatus. Tartarinus Capreolus. Bertramin. Rumanus. Jacobus Sajanus hiſtoricus. Oldrandus Lampignanus.

Ut omnem igitur vim ſuam in primis congregarent, juxta *Caſtenetulum* cum multis rei bellicæ impedimentis caſtra compoſuere. Quo non multo poſt *Gonzaga*, *Nicolaus Tholentinas*, & *Laurentius Cotoneola* & alii nonnulli *Venetorum Florentinorum*que ſtipendiarii, ſuis cum copiis delectis, & commeatibus advenere. Unde IX. cal. ejuſdem diſcedentes inter *Montemclarum* & *Calviſanum* oppidula, *Philippo* adhuc obtemperantia caſtrametati ſunt. Quo etiam *Urſus Urſinus*, *Petrus Jam Paulus*, & *Aricus Taccha* ſuis cum turmis illico adventavere. Erat autem hic univerſus exercitus XX. millia equitum, & peditum XII. millia, omnium mercenariorum, præter delectos, & alios hujuſcemodi pugnatores, quorum numerus (ut *Sajani* verbo utar) numeroſiſſimus admodum fuit. Manſerunt itaque ibi omnes quoad *Calviſanum*, *Quintianum*, *Longena*, & *Machelaum*, cum nonnullis ibi finitimis, propinquiſque oppidis caſtellis & villis in ditionem *Venetorum* venere. *Montiſclari* tamen & *Gotholengi* oppidula per eos minime tunc parta fuere quod ibi omnis fere *Philippi* exercitus cõnſtaret. Qui *Venetis* obſtans loca ipſa tantiſper tutatus eſt: dum conſerto invicem prælio, *Philippenſes* in agrum *Cremonenſem* verſi fugam arripuere. Cæterum tertio nonas Junii *Carmignola Platinam Cremonenſis* agri oppidulum accedens illico ſubjugavit, atque nonis, & VIII. idus ejuſdem menſis cum *Philippenſibus* acriter pugnans, illos in proximiores *Cremonæ* vicos turpiter fugavit. Quare caſtellum (de ſancto *Joanne* in cruce nuncupant) adeptus, Caſale majus quod *Venetis* rebellaverat expugnavit, *Binam* (alias *Bebriacum*) antiquiſſimum ac nobile oppidulum, & omnia inter *Cremonam*, & *Ollium* amnem noſtrum loca pariter occupavit. Deductis vero ad *Sumum* in *Padi* ripa oppidum, utriſque exercitibus dirum conſeritur prælium, & multis utrimque cæſis *Philippenſes* inde emigrantes *Binam* ſuccendêre. *Carmignola* vero Caſale majus rediens *Quintianum Venetis* rebellaſſe intellexit. Quare *Pratumalboinum* profectus eſt, ut *Quintianum Venetis* reconciliaret: quod quum in longum id duci oportere poſtea cognoſceret, *Binam* reverſus eam fortiter inſtauravit, pontemque ſupra *Ollium* propugnaculo quodam extructo communivit. *Senicam* quoque agri hujus oppidulum circum quaque vallo roboravit. Demum *Urato* in *Ollii* ripa caſtello quoque veſtro à *Philippenſibus* oppreſſo raptim ſuccurrit: unde *Philippenſes* eveſtigio receſſerunt. At *Carmignola* inde *Iſæum*, & inde non inconſulto abiens *Montemclarum* multis in ejus arcem conjectis bombardis, oppidulum ipſum V. nonas Octobres expugnavit, & *Gotholengum* paulo poſt fœdere vendicavit. Interea *Philippen-*

Caſtenetulum. Laurentius Cotoneola. Mons clarus. Calviſanum. Urſus Urſinus. Per. Jam Paul. Exercitus. XX. millia equitum, peditumque XII. millia. Sajanus hiſtor. Brix. Quintianum. Longen. Machelaum. Gotholengum. Platina op. Caſtellum. S. Angeli. Caſale majus. Bebriacum Binave. Sumum oppi. Senica. Mons clarus.

lippenses Uratum iterum vexatum advenerant: cui statim auxilio prælato, illos *Carmignola* adhuc pedem referre coegit. Verum quum ad *Machelavum* uterque exercitus *Venetorum* scilicet & *Philippi* IIII. Idus Octobris adventasset, consertis manibus acrius solito oppugnaverunt. At multis utrinque cæsis pluribusque sauciis ea tandem opima spolia *Carmignola* reportavit, ut præsagio quodam id nomen *Machelaum* quod à machi id est pugna & alaos quod græce errantem vel cæcum significat, ei oppidulo impositum videatur.

Spolia opima. Machilaon. Carolus Malatesta.

54 v. Nam fractis undique *Philippensibus*, *Carolum Malatestam*, cum tribus equitum millibus & peditum quadringentis, ac septingentisquanquaginta sine stipendio viris, & *Cæsarem Martinengum* civem nostrum, Philippi ducem, Vexilla quoque plaustra, jumenta, commeatus, omniaque pro rebellica *Philippi* impedimenta (teste etiam *Francisco Philelpho*) cepit, reliquis omnibus fusis atque etiam ultra *Ollium* turpissime fugatis.

Cæsar Martinengus. Francisc. Philelphus hist.

Quare *Pompejanum* & *Urceas* veteres oppidula sequenti die *Carmignola* quum accessisset, obtinuit. Unde *Quintianum*, *Orianum*, *Catenianum*, *Virolæ*, *Villa Clara*, & complura in ea parte loca *Venetis* jam rebellantia ob formidabilem *Carmignolam* extemplo fuere conversa. Decimo autem septimo cal. novembris *Urceas novas* oppidum munitum aggressus, appulsis per sexdecim dies bombardis, hac tandem conditione obtinuit, ut duomillia & quingenta aureorum nummum pro bombardarum jactura sibi *Carmignolæ* oppidani persolverent, Plaustraque vini centum & quingentas tritici sarcinas in ejus castra deducerent, levi quodam pretio vendituri. Vini autem plostrum (ut exteri etiam intelligere possint) mille octingentis, Sarcina vero (Somma appellata) trecentisquinquaginta libris ponderatur.

Pompejanum. Urceæ veteres. Quintianum. Orianum. Catenianum. Virolæ. Villa clara. Urceæ novæ.

Quibus gestis *Rocafranca* in ripis *Ollii* castello potitus est, atque circa *Pontollium Clarasque* una cum *Venetis* provisoribus castra conduxit: Quæ quidem oppida nonnullis in Clararum arcem conjectis bombardis altera die vendicavit: Missis itaque quatuor equitum, duobusque peditum millibus ultra *Ollium* ad deprædandum *Civedatum* agri *Bergomensis* oppidulum, *Palatiolum* oppidum nostrum reliquis cum cohortibus invadens obtinuit. Verum instantibus imbribus & hyeme provisores *Brixiam* petiere copiis per diversa agri loca ad sequens usque ver distributis.

Rocafranca. Pontollium Claræ. Civedatum Bergo. Palatiolum.

Cæterum nonnulli ex *Carmignolæ* militibus *Valles Camonicam*, & *Caballinam* discurrentes, *Cemum*, *Cimbergum*, *Bornum*, *Buenum*, *Monticulum*, alias *Montechium*, *Luerum*, *Pisonias*, *Gandinum*, una cum vallibus ipsis, ab oppido usque *Brenno* septentrionem versus per miliaria decem occupaverunt. Erant autem inter eos discurrentes *Carnarus* quidam, & *Scaramutia*, viri quambellicosissimi, & peditum centuriones qui arcem de *Mu*, quam *Betinzonus* ex *Federicorum* familia possidebat, aggredientes IIII. Idus Januarii MCCCCXXVIII. una cum nonnullis ibi circum villis obtinuere.

Valles cam. & Caballina. Cemum. Cimbergum. Bornum. Buenum. Monticulum. Pisoniæ. Gadinum. Brenum. Carnarus. Scaramutia. Mu. Betinzonus de Federicis. Anno M CCCCXXVIII.

Qua propter *Philippus* pro componenda inter se & *Venetos* pace, Legatos *Venetias* misit: Quo quum etiam *Nicolaus* sanctæ crucis cardinalis à summo pontif. pro re Legatus accessit, pridie nonas maji sequentis pax ipsa publicata fuit: quo etiam die *Veneti* provisores *Palatiolum*, *Isæum*, & *Clugianas*, ejus cardinalis arbitramentali sententia freti muniere. Inde *Bergomum* urbem accedentes, illam cum *Martinengo*, & *Rumano*, reliquisque *Bergomensis* agri oppidis, castellis, & locis in ejus sententiæ executionem accepere. Obtinentibus igitur *Venetis Brixiam*, *Bergomumque*, cum agris, & oppidis per eos in agro *Cremonensi* partis eorum copiæ jussu provisorum & *Carmignolæ* xv. cal. Junii ad stativa se

Nico. S. crucis Cardi. Pax. Clugianæ Bergomum. Martinengum Rumanum.

A

recepere. Itaque finitum est id bellum *Philippo* superato; sed nostra etiam civitate satis dolente: 55 Nam tali, tantaque tunc peste civitas nostra laboravit, ut à calendis martiis ejusdem anni ad octobrem sequentem octo millia hominum *Brixiæ* extincta fuerint.

Pestis atrox.

Transacto quoque secundo anno, quum *Florentini Lucensibus* bellum indixissent. his auxilia petentibus *Philippus* attulit: Quare *Florentini Venetos* admonent, *Philippum* à pacis fœdere defecisse: promiserat enim in prima pace *Philippus Florentinis* nequaquam obesse: quapropter *Veneti Philippum* in agro *Cremonensi* & in *Abduæ* glarea, octobri MCCCCXXX. vexarunt: eo pariter nos *Venetorum* loco vexante: Nam nihil non intentatum linquebat, ut *Brixiam* à *Venetis* omnino vindicaret. Per id quoque temporis tot imbres fuere, ut *Carcia* suum excedens alveum finitimas domos inundaret atque submergeret. *Carmignola*que *Abdua* fluvium aquis nimiis excrescentem pro voto trajicere (ut *Bartholomeus Cortesius* testatur) non potuit. luna insuper XVII. Januarii tota per horam deficiens omnes eam videntes pavore perculsit. Beatus quoque *Antonius Locadellus* civis noster prædicatorum ordinis certus propheta est cognitus.

B

Anno M CCCCXXX. prodigia. Imbres pluviæ. Carcia. Abdua flu. Bartholomeus Corte. Brixianus historicus.

Cæterum facto jam vere, *Carmignola Covum* & *Antiniacum Philippensis* ditionis oppidula invadens xv. cal. Junii capit. Inde *Venetorum* classem triremibus, & (ut ajunt) galionibus XXVIII. munitam *Cremonam* usque per *Padum* adventasse intelligens, ad padi littora abivit, eidem classi quoad expediret auxiliaturus. Superveniente vero *Philippi* potentissima classe utraque manum conserit, & suscepta à *Philippensibus* cruenta victoria, *Venetorum* classis ibi universa succubuit. Quod quum *Carmignola* vidisset, illic *Fontanellam Philippi* in *Ollii* ripa castellum aggressus capit; sed facta hyeme propriam domum inde recessit. Unde etiam à *Venetis Venetias* honesto modo accitus ibi non inmerito (ut ferunt) XII. aprilis sequentis uxore *Brixiæ* captiva omniqueejus suppellectile subhastata, capite est mulctatus. Qua hebdomade agri nostri vites ea pruina aruere, ut nihil fere uvarum ipso anno produxerint.

C

Covum. Antiniacum. Navale prælium & Victoria cruenta. Fontanella. Carmignolæ Venetorum Militiæ præfecti finem nota. Vites.

D

Mox *Gonzaga* & *Georgius Cornelius Venetus Brixiam* applicuerunt, *Venetorum* militem ibi gubernaturi, Unde XVI. cal. sextiles *Bordolanum Casalebutanum*, & *Soresinam Philippi* in agro *Cremonensi* oppidula castris aggressi obtinuere, & *Cabrinum Cabrioti*, qui sumpta ab eis magna pecunia defecerat, ibi inventum *Brixiam* pede suspendendum emiserunt. Posthac *Trivolum* vicum apud *Chremam* oppidum abunde præclarum *Rumelengum*que oppidum ei propinquum dum accessissent obtinuere. Sed inde *Gonzaga* discedens *Mantuam* petiit, ubi toto fere anno postea mansit. Rebellaverat interim eis *Fontanella*: quam rursum bello partam solo adæquarunt. *Soncinum* deinde oppidum munitissimum quum invasissent, bombardis multis multisque aliis rei bellicæ machinis atque oppugnationibus ipsum diu vexatum suæ ditioni adjunxere. Postea *Malpagam Bergomensis* agri tunc dirutum ferme castellum quum etiam occupavissent, lues in equos ita grassata est, ut supra duomillia ex eis interierint. Unde instante posthac hyeme præsignata jam sibi stativa omnes petiere.

Georgius Cornelius. Bordolanum Casalebuta. Soresina. Trivolum. Chrema. Rumelengum.

E

Fontanella prostrata. Soncinum captum. Malpaga equorum luesvelpestis.

F

Verum vere reverso, *Veneti* vallem *Tolinam* aggressi ceperunt; Sed perfidia incolarum omnes fere eorum centuriæ ibi à *Philippensibus* partim captæ, cæsæ partim, partim quoque auro & argento eximi sunt permissæ: Inter quos *Georgius Cornelius*, *Cæsar Martinengus* civis noster, & *Thadeus Marchio* à *Cortesio* connumerantur. Ob quam cladem multis *Brixianorum Bergomatm*que perterritis: Vallis *Camonicæ* pars magna *Venetis* rebellavit: quo veriti ne plures etiam

Vallis tolina. 55 v. Georgius Cornelius. Cæsar Martinengus Bri. Thadeus Marchio. Cortesius civis hist. Vallis Cam.

ex

ex ditione sua sibi rebellantes consurgerent, è suspectioribus obsides inde traxerunt. Post quæ contractis pluribus è *Patavino*, *Vicentino*, *Veronæo*, & *Brixiano* agro delectis, eos in *Vallem Monicam*

Aloysius Severinas.

duce *Aloysio Severinate* extemplo misere. Quibus illam ejusce Vallis partem, quæ rebellaverat, protinus vindicaverunt. Quare *Philippo* cum *Venetis* iterum de pace tractante uterque exercitus ad propria rursum advolavit: *Veneti*que ipsi, &

Eugenius IIII. Pontif. Max. Sigismundus Imper. Pacis conditionem nota.

Philippus Romam ad *Eugenium Quartum* pontificem Max. & *Senas* ad *Sigismundum* imperatorem, ibi tantisper residentem quousque suscipiendæ coronæ tempus daretur, legatos pro componenda pace misere. Pontifex vero, & Imperator pacem ipsam ita composuere, ut *Philippus* agri *Brixiani*, *Bergomensis*que locis post inchoatum pacis tractatum captis inprimis decederet, & nobiles militesque præstantiores uterque sine pretio

Anno MCCCCXXXIII.

liberaret: Qua sexto Idus Maji MCCCCXXXIII. *Brixiæ* solemniter publicata obsidibus omnibus atque captivis proprios habitare lares potestas facta fuit. Verum enimvero, vel quod nulla (ut inquit poëta) sequentibus castra sit fides vel quod fata sic disposuerint, pax etiam ipsa parum duravit.

Marsilius Cararienſis. Genuenses

Nam contra *Venetos Marsilio Cararienſi* apud *Patavium* quum *Philippus* auxilia præstitisset, atque *Genuenses* (ut aliqui scribunt) *Venetis* confœderatos bello vexaret.

Joannes Franciscus Gonzaga Mar. Brevium Anno MCCCCXXXVII.

Joannes Franciscus Gonzaga jam Marchio à *Sigismundo* creatus, uti *Venetorum* Gentium capitaneus *Brevium* in *Abduæ* ripis castellum v. cal. aprilis MCCCCXXXVII. accessit pontem ibi ut castra trajiceret constructurus: quo quum plures trajecissent à *Philippensibus* invasi repelluntur, capiuntur, cæduntur, atque in Abduam etiam præcipitari coguntur. Unde *Gonzaga*

Brignanum

cum reliquis reversus. VIII. cal. Majas *Brignanum* in *Abduæ* glarea oppidulum aggressus capit, & tenet: Inde per *Cremonensem* agrum discurrens, universa pene ibi in prædam convertit.

Gonzaga

Sabaudiæ interea dux *Philippo* subsidiarias mittit Phalanges: Quibus fretus formidabilia in Abduæ glarea adversus *Venetos* & *Gonzagam* castra constituit. At *Gonzaga* veritus, ne appropinquantibus illis ad se succumberet,

Bulgarum Talgadum Palatiolum Pontolium

Bulgarum & *Talgadum* vicos inter *Palatiolum* oppidum, & Cherum amnem profectus, fossis, repagulisque pro facultate se communivit. Qua tempestate

Bergomen. Donatus de S. Miniate

Donatus de S. *Miniate* civis noster in ordine prædicatorum non parva claruit sanctitate. Cæterum IIII. idus septembris quum *Philippenses* eum aggressi essent in agrum nostrum per *Ollii* pontem, *Pontollium* appellatum, impedimentis fere omnibus relictis, inde aufugit. Illi autem *Gonzagam* dimittentes, *Bergomensis* agri planiciem, montesque, & valles fere omnes occupaverunt. Sed instante adhuc hyeme omnes ad solita hyberna convertuntur. Perterritus vero rebus ipsis *Gonzaga* divi Marci Vexillum *Brixiæ* magistratibus & provisori *Veneto* designavit, se sua tutaturum inde professus. Vere autem facto MCCCCXXXVIII.

Anno MCCCCXXXVIII. Franc. Sfortia Nico. Forte. Picininus.

Francisci Sforciæ, qui *Venetorum* stipendio militabat, subornatione, *Florentini Venetis* jam confœderati ab illis ad *Philippum* defecere. *Nicolaus* vero *Fortebracius*, cognomento *Picininus* omnium *Philippi* copiarum Capitaneus designatus, post

56. Casale ma.

nonnulla ingentia à se gesta facinora, Casale majus ditionis *Venetæ* in agro *Cremonensi* oppidum adortus cum reliquis locis ibi contiguis expugnavit. Unde VI. nonas Julii per *Marchariam Gonzagæ* oppidum, eo annuente, quum *Ollium* trajecisset,

Marcharia Gatta mel. Aqua nigra. Balneolum.

Gatta Mellata Venetorum Capitaneus, qui in agri nostri villa Aqua nigra nuncupata tunc stationem habebat, *Picinino* occurrens, *Balneolum* etiam hujus agri oppidulum advolavit. Sed *Picininus* ob innumeras copias fortissimus *Gattam*

A

floccipendens, iter suum prosecutus, *Binam*, *Pontevicum*, *Gotholengum*, *Calvisanum*, *Quintianum*, reliquaque in ea parte oppida, & loca, *Monteclaro* dumtaxat prætermisso trium spatio dierum occupavit.

Bina. Pontevic. Gotholon. Calvisa. Quintian.

Quo facto in *Benacensem* riperiam profectus, Vallem *Tenesim* obtinuit. *Salodium* municipium oppidumque præmunitum paulo post invasurus. Ob quam rem *Gatta Gojonum* Vicum applicuit, castraque ibi per *Pedemontem* extendens, pedites multos & delectos in *Salodio* & *Gavardo* ad ipsorum oppidorum tutelam collocavit.

Benacensis Riperia. Vallis Tenesis. Salodium Gojonum. Pedemont. Gavardum Cives Brix.

B

Cæterum pridie nonas ejusdem cives supra duo millia tum equites tum pedites in *Venetorum* Castra adventarunt, *Gattæ*, quem propediem cum *Picinino* pugnaturum arbitrabantur, opitulaturi. At *Picinino* id tentare non auso, quod ante civium adventum perquisiverat, sex ibi dies tum supersedere. Quum vero *Gonzaga* pluribus turmis fretus in *Picinini* castra applicuisset, *Gattam* de conserenda cras pugna *Picininus* monet: Ille tunc innumeras *Picinini*, & *Gonzagæ* copias reformidans, omni cum *Venetorum* exercitu illinc in suburbia se recepit, atque paucis post, urbem etiam ingressus

Thadæus Marchio.

Thadæus quoque Marchio *Venetorum* ductor in divi *Alexandri* vicum, burgumve, & in veterem civi-

C

tatulam suis cum copiis applicuit, *Antonio Marcinasco* una cum suis in pilarum suburbiis remanente.

Antonius Marcinas Petrus nov. Bartholomæus Coleo

Cæterum *Petrus Novarinus*, & *Bartholomæus Coleo Venetorum* societatis duces, alter *Urceas novas*, *Palatiolum* alter abiere. *Picininus* autem omnem *Benacensem* à *Salodio* infra riperiam interim occupavit: quæ quum vidisset *Gonzaga*, *Valegium* finitimum cum *Veronensibus* oppidum una cum *Aloysio Verme Philippi* ductore aggressus extemplo obtinuit.

Valegium. Aloysius Vermes. Monsclarus.

Picininus quoque *Montemclarum* nonnullos invasuros pariter mittens, noctu incolarum perfidia, arce tantum prætermissa re-

D

cepit, ac mox nonnullis in ipsam conjectis bombardis illa subito est potitus. *Thadæus* Marchio interea *Brixia* per *Navarum*, *Cayni*, & Vallis *Sabii* viam *Boarnum* accessit, *Salodium* inde iturus ut *Valegii* ac universi agri *Veronensis* tutandi gratia lacum trajiceret. Sed quum *Boarnum* adventasset, nuncium ei litteris est allatum, *Turrim*, *Lagisium*, & *Bardolinum* oppidula, cum universa *Veronensis* agri riperia à *Venetis* ad *Gonzagam* defecisse.

Navz. Caynum. Boarnum. Turris. Lagi. Bardolinu. Cavalcabos Vallis Sabii. Pons Caralis

Quapropter *Brixiam* reversus, *Petrum Novarinum*, *Cavalcabovem*, & *Bartholomæum Coleonem*, qui *Brixiam* venerant, ad destinata eis loca remisit XI. vero cal. sextiles *Picininus Salodium* occupavit. Quare vallis *Sabii* extemplo ad eum defecit. At

E

ipse *Balneolum*, & pontem caralem percurrens, in *Ciciago* tandem, & *Terentiano* oppidulis castrametatus est: cui *Castrozagum*, *Pontollium*, *Travajatum*, *Rocafranca* & *Uradum* in ripis *Ollii* de se deditionem illico fecere.

Ciciagum Terentianum. 56 v. Castrozzagum Pontollium Travajatum Rocafranca Vradum. Barth. Coleo Paris Lodronius Palatiolum. Claræ. Rhoatum.

Bartholomæus autem *Coleo* quadringentis equitibus, & peditibus mille fretus in vallem *Camonicam* accessit, castella quædam, & arces ibi à *Philippensibus* obsessa liberaturus. Quo *Paris* etiam *Lodronius* multis cum nostris *Trompiensibus* aliisque monticolis eam ob causam adventavit. Ii igitur omnes conserta cum *Philippensibus* pugna, non modo arces ibi & oppida sunt tutati verum & *Philippenses* illos, qui supra mille-

F

quingentos erant, omnis captivos abduxerunt. At *Picininus Ciciago Palatiolum* castra movens, oppidum ipsum quibusdam in arcem conjectis bombardis obtinuit. Mox *Claras* quum adiisset, à *Clarensibus* evestigio susceptus *Venetorum* ibi stipendiatos, sexcentum scilicet equites & pedites ducentos *Clarensium* (ut fertur) suggestione est deprædatus. Inde vero quum *Rhoatum* bombardis invaderet *Gatta*, & cives supra quatuormillia *Passeranum*, *Paternum*, & *Bornatum* advolarunt,

Rhoa-

Rhoato eo die auxiliaturi: Quod quum *Picininus* rescisset, prope *Claras* vespere se reduxit; Sed tertia post die reversus, *Gattam* & omnes ibi cives, & *Franciacurtanos* armis aggreditur. Quare consertis manibus acerrime utrimque pugnatur; at favente nostris Marte, hostes cæduntur, capiuntur, aut in fugam vertuntur, ut nisi *Clarenses*, *Palatiolenses*, & *Colonienses* fusos fugatosve *Picinini* milites suscepissent (capti jam erant ducenti equites, & totidem fere cæsi) de *Picinini* exercitu, ac de *Philippi* dominatu eo die actum multi sunt rati. Cæterum *Gatta* & cives quum in urbem reversi essent, *Picininus* resumptis viribus, *Rhoatum* iterum bombardis tormentisque aliis bricolis vocitatis aggreditur: quo *Brixiæ* relato, *Gatta* rursus & cives *Picinino* occurrunt, oppidum omnino defensuri; Sed quum *Rotingum Franciacurtæ* (Rotingum.) A castellum applicuissent: rescitis Picinini maximis viribus, non ultro accedere, sed ad urbis tutelam recedere maluerunt. Quapropter instanti magis in dies cæptis *Picinino* III. cal. Septembris oppidulum ipsum salvis incolis omnibus de se deditionem facere est coactum. Unde *Picininus* compluribus in montem *Brionem* militibus missis, plurima (Mons Brio.) inde bona, supellectiles, jumenta, & captivos, qui ex omni *Franciacurta* illuc aufugerant, abduxit *Monticellum* quoque nobilium olim *Brusatorum* (Monticellum Brusatorum.) castellum postea invadens, eo paulo post universa cum *Franciacurta*, Valle *Trumpia*, & omnibus (ut uno complectar verbo) totius agri nostri oppidis, castellis, villis, & locis, exceptis *Urceis* novis, militibus pleno, potitur. Sed reliqua hujus belli, quum multa sint, sequenti libro servamus.

LIBER DECIMUS.



OSTQUAM PICININUS omnem fere agrum nostrum (ut superiori diximus libro) occupavit, tentarunt mox *Gatta* & cives per *Mintii* Vadum sub *Piscariæ* oppidi pistrina molendinave (Mintius. Piscaria op.) in *Veronensem* agrum accedere, auxilia *Veronensibus* etiam laborantibus præstituri, atque idem ab illis postea suscepturi; Sed inventis ibi tum fluvii aqua profunda nimis, tum *Gonzagæ* militibus quammultis, ad urbem infelices, ut neque fræna interim equis solverent, sunt reversi. Cæterum *Picininus Urceas* interea (Urceæ novæ.) aggressus, multis in ejus muros conjectis bombardis, suæ (ut ajunt) discretioni tandem accepit: Quæ sane talis fuit, ut salvis tantum in eo militibus, reliqua in prædam essent conversa: Ob quod (57 Guelminus Capreolus. Burgum novum.) Genitor meus *Guelminus Capreolus*, ibi nomine civitatis ceu rei bellicæ alter gubernator, *Burgum novum* in agro *Placentino* oppidulum à *Picinino* captivus in compedibus mittitur: Unde centum supra mille aureis nummis postea se exemit. Id (Anno MCCCCXXXVIII.) autem IX. cal. octobres MCCCCXXXVIII. *Picininus* patravit. At sequenti die *Gatta*, *Novarinus*, *Cavalcabos*, *Coleo*, & civium mille nostrorum per *Navas*, & Vallem *Sabii*, invitis etiam accolis ipsis, *Lodronum* oppidum primo, quo pertransiri *Paris Lodronius* concessit, acceptis tamen prius aureis millequingentis, quos *Aloysius* (Aloysius Capreolus.) *Capreolus* patruelis meus *Antonio Marcello Veneto* provisori mutuo dedisse retulit: deinde per *Tridentinum* agrum transeuntes, *Veronam* tandem petiere, ubi satis auxilii utrique urbi præstiterunt, relictis ad *Brixiæ* tutelam reliquis tantum civibus, & *Thadæo* marchione cum equitibus sexcentis, & (Theosalvus. Grassus.) *Theosalvo*, ac *Grasso Veneto* centurionibus. Sexto autem cal. ejusdem *Picininus Brixiam* advolans, quæcunque opposita hostiliter debellavit, atque non longe à pilarum porta prælio cum civibus & militia nostra acriter conserto, nostros, pluribus utrinque cæsis ac vulneratis, per portam *Joanneam* (Brixiæ Obsidionem Nota.) in urbem ter reverti coegit. Cæterum ut obsessam magis urbem ad deditionem arctaret, *Picininus* (Uradum. Cobeatum. Concisium. Mella.) *Uradum*, *Cobeatum*, & *Concisium* vicos in Mellæ ripis postea accessit, & fluminibus inde ad ipsam labentibus alio confestim perversis, urbem mox suo exercitu cinxit, ne commeatus & opportuna ei aliunde deferrentur. Tum propugnacula tria (Monplanum. Villa divæ Euphemiæ.) contra urbem erexit: unum *Monplani*, alterum super *Dignum* collem, non longe à sanctæ crucis ædicula, tertium vero in villa divæ *Euphemiæ* ad ter- B tium lapidem ab urbe. Postremo in locis sanctorum *Floriani*, *Salvatoris*, *Apollonii*, & *Matthæi* sibi suisque ductoribus stationes communivit, atque ibi bombardis adversus urbem affixis, octavo novembris sequentis eam orientem versus oppugnare cœpit. Cives autem æquatis jam solo reliquis extra urbem ædificiis, ne hosti propius forte venturo concederent, Divi *Apollonii* ædem ab *Italiano Forjuliensi*, occupatam bombardis ve- (Italianus Forjuliensis.) xare cœperunt, hoste etiam urbis muros ad eam partem, quæ mombella vocitatur, & ad turrim longam, ac ravarottum juxta divi *Andreæ* sacellum bombardis plurimum quassante, atque sternente, nec non fossam ibi aquis privante, alveo inde in navile usque protracto. Tum prælia ad C muros frequentans *Picininus* cuniculos etiam subterraneos fecit, quibus in fossam latenter, deinde super aggerem, milites ejus quum venissent, eum ita complanarunt, ut etiam equitibus eo usque commodus esset accessus, civibus anxiis minime id prohibere valentibus, at effectis per cives aliis citra mœnia & è regione fossis, fortissimisque repagulis, non satis hactenus à se factum *Picinino* videbatur. Quapropter frequentioribus certaminibus, & bombardarum ictibus, urbem civesque D sedulo vexans, murorum haud parum prostravit, civibus cujusvis ætatis, professionis, & sexus, die, noctuque strenue repugnantibus, seque & urbem aggeribus novisque repagulis continuo præmunientibus. Enimvero *Aloysius Vermes* & *Gonzaga* quum alia apud *Ravarottum*, ut urbem furtim ingrederentur, antra suffoderent, vigilantes cives advertunt, & alia è regione illis obfodiunt, pulvereque à bombardis adimplent, quo quum hostes appropinquassent, igne admoto, eorum multi combusti sunt; multique à civibus obtruncati. Ingeminari tunc cœpit utrinque (ut E verbis jam *Blondi* utar) obstinatio: Brixianis ti- (57 v. Blondus historicus.) more: illis spe, audaciam, confidentiamque addere, ut supra vires vel facerent alternatim vel injuriam propulsarent: nec momento unquam per eos dies est cessatum à præliis: quin imo *Philippenses* creba conserebant, ut occurrentes, pugnantes- (Crudelitatem Nota.) que de ruinis oppidanis vel jaculis conficerent, vel bombardis: ex quarum ictibus bini quandoque terni stupendo mortis genere in multas confracti, lacerique partes ante procumbentium sub aggeribus civium, consanguineorumque catervas jaciebantur: Cecidit ea de re tunc & *Joannes Capreo-* (Joannes Capreolus.) *lus* patruus meus ictu bombardæ brachio lævo saucius. Succedebant tamen illico in pugnam integri

Agidarius. Virtutem attende, vel probitatem Brixianorum, cujusvis generis, ætatis, & gradus. Mulierum Virt. Medicinæ gratis dantur Civitatis Decretum: & sepeliuntur cæsi pro patria libertate.

Brixiani, inter quos *Agidarius* quidam fuisse fertur, male habito genitori filius: frater fratri (quodque alias raro auditum crediderim) concursantes aut cibis deferendis, aut vulneribus alligandis mulieres, si curantibus corpora suis datum illis locum patere hosti conspexissent, scutis ipsæ & telis armatæ, virorum officia adimplebant, fueruntque plurimæ quibus charos ante ipsa ora occisos non prius fuerit tollendi, aut ad sepulturam efferendi cura, quam hostibus ternarum quaternarumve horarum pugnandi ardore defatigatis pedem cives sine urbis periculo referre vidissent. Juvit autem hanc rem decretum in urbe tunc factum, quod scilicet medici & medicinæ gratis publice exhiberentur, cæsique pro libertate tuenda pariter publice sepelirentur. Sed ad oppugnationem hostibus pariter cruentissima erat pugna multis gladio dejectoque saxo, in ipso *Brixianorum* rem cominus gerentium conspectu cadentibus, plurimis dum ad fossæ supercilium turmatim properarent, in prælium descensuri ab civium bombardis rapide laceratis, vigesimum jam & secundum diem eo in assiduo labore, incommodoque agitati erant parentes nostri. Quamobrem *Picininus* forte opinatus, ut adhibita vi majore, aut urbs caperetur, aut cives deterriti facerent deditionem: constituit, die crastina accuratissime oppugnare. Primum ne hostis apparatu, qui in castris fieret, viso intelligeret, quo in loco ea intentanda esset violentia, bombardarios omnes jussit cœptam ubique ad mœnium operturas diligentiam frequentissimis quam posset immissis lapidibus geminare, *Italianus* vero ponti, quem sub propugnaculo fecerat ignem subjecit. Mane postmodum divi *Andreæ* solemnibus celebratis, egressi tentoriis, ut erant à *Picinino* jussi meliores quoque ad Mombellanæ turris tumulum ruinasque rapidum convolarunt: priusquam stratam cratibus fossam prætergressi cumulum pomerii, licet ascensu difficilem conscenderunt, quam occurrentes ex tempore cives, prohibere potuerint. Clamoribus exinde exciti cives immixtique milites, qui omnibus in locis intenti prælium expectabant, in hostem ruunt. Concrepant utrinque bombardæ, & tantis tympanorum tubarumque clangoribus, ac virorum vociferationibus non in prælio magis quam ab undique spectatoribus, adhortatoribusque perstrepebatur, ut nullus aurium ad excipienda imperia esset pugnanti usus, oportueritque manu duci, aut significatione alia dirigi, quos duces retrahere aut impellere voluerunt.

Mulieres item, & senes. Ob cædem. Perempti vel desiderati.

Accessit etiam inermis multitudo mulierum, senumque, cæsos vulneratosque suos ne in prælio semivivi aut exanimes calcarentur sublevantium. Quæ turba in castris, quam in urbe major, omnia planctu, ejulatibusque replevit. Eo namque in prælio, quod ad meridiem est protractum, præter innumeram vulneratorum multitudinem, quorum pars postea diem obiit, ducenti sunt ex *Philippensibus* desiderati, cum in urbe xx. cives, & fere totidem ex mercenario milite ceciderunt.

58. Id quum advertisset *Picininus*, paratas in prælium turmas, stantesque in equis milites quos oppidani integros fessis pugnatoribus successuros suspicarentur in novam ad apollonianam misit: Quare *Mombellana* ocyus intermissa, in illam totus incubuit exercitus. Ea pari conatu principio intentata in vesperamque perducta, eo fuit acrior, quod non iisdem qui cœpissent militibus, quemadmodum prima, ad extremum est continuata; sed quum primo immissi maxime enixi lassarentur, alii invicem integri succedebant.

Brixianorum virtutem, vel Probit. attende.

Nec tamen efficax fuit pugnatorum vicissitudo: quin parem *Mombellanæ Philippensium* sed civium minorem hæc oppugnatio habuerit stragem: quum vulnera u-

A trobique fuerint plura, tum frustrati ea binæ oppugnationis spe *Philippenses*, tumulum, & mœnium quod erat reliquum prius demoliri quam aliam intentarent oppugnationem constituerunt. Castiganda vero *Mombellani* tumuli summitate tantam adhibuerant diligentiam, ut ea in fundum majori ex parte tracta, facilis fuerit armato equiti ad mœnia conscensus: & ne fossores ac postea ituri in prælium milites jactis superne lapidibus sudibusque vulnerarentur: quantum à fossæ fundo per singulos dies ipsa processit tumuli complanatio: tantundem cratibus pluteisque integebant. Ad turrim autem longam vineas turresque ea ratio-

B ne egerunt, ut aggerem sarmentorum fascibus congesta alternatim terra, antemurali obductum, ex quo cives bombardis in *Philippenses* pro fossa secundum mœnia pugnantes jaciebant: aut captum retinerent, aut eo demolito sese illa molestia liberarent: & *Italianus* postquam propugnaculum subjecto igne non satis, ut speraverat, ruere vidit, tumulum pomerii proximum & ipse complanavit, adactisque ad mœnia illa in parte integra vineis, ea primum aliquot in locis perforavit: deinde quod cives alias intus cerneret munitiones opponere, suos ipse milites mœnia scandere, & castellis, quæ in urbem prominerent erectis,

C fossores ab opere jussit deturbare. Nam *Brixiani* defensioni aggerem passus xx distantem à *Mombello* ad *Ravarottum*; sed in ea parte, quæ *Italiani* conatibus erat opposita, densiorem, eo duxerunt consilio, ut mœnibus in hostium potestatem factis, sese eo munimento nihilominus tutarentur. Difficili vero ea in longitudine operi, cui tota inniteretur civitatis salus, sese cives adeo anxii, adeoque amentes populariter mancipavere, ut quantumvis multos, mulieres, puerosque, æque ac viros, jaculis, telisque desuper immissis *Forojuliani* milites, & ipse in primis ductor vulnerarent nullo intermissum sit momento: quousque

Mulieres Puerique pugnant.

D trabes immixta que vinaria vasa ruderibus plena, in valli speciem à civibus posita mœnium munimenta nullatenus desiderari sunt passa. Id quum perfectum vidissent opus *Philippenses*, mœnia longo succisa labore, quantum denso opponerentur aggeri, ligneis pontibus sustentarunt: & quia pomerii tumulus, atque etiam ipsa in eo sita muri fundamenta de soli natura viam illis munitionibus à populo *Brixiano* oppositis contiguam quæ civium agros, & ipsa mœnia intercedit, supereminerent in spem venerant, ut mœnibus supposito igne impulsu intra urbem cadentibus & via & fossa illis completæ apertum planumque equitibus præbe-

E rent ingressum ad civium stationes. Id etiam, quod acciderat, nullo humani ingenii opere averti posse existimarunt cives: quorum plurimi impendentis, ut rebantur, exitii pavore attoniti, post compressa aliquamdiu dentibus murmura, in audaciam perruperunt adhortandi, ut extremam deprecati calamitatem sese hosti permitterent; 58 v.

Desperatis tyrannidis.

sed præteritæ *Philippi* tyrannidis recordatio, & clarissimæ libertatis atque justitiæ spes seditiones compressit.

Spes libertatis & justitiæ.

Quare civibus in pristinam animorum magnitudinem adductis, & ad ingenium conversis provisum est, ut ille quemadmodum & cæteri hostium conatus inefficax redderetur. Postquam

F eo in duodecim dierum opere satis omnia disposuerant *Philippenses*, oppugnationem denuo intentare statuentes, bombardarios nocte perpetua assidua immittere eo jusserunt consilio, ut cum major fieret ex ictibus demolitio, tum etiam territi intentique vigiliæ cives lassarentur, & futuræ, quam ignorarent, oppugnationi debiles redderentur. Accessitque illorum consilio majus oppidanis incommodum, quod multi dum refractas instaurant munitiones, isti venientibus in incer-

tum

tum per noctis obſcuritatem lapidibus occubuerunt. Conſtituerant vero *Philippenſes* eodem tempore quatuor in locis, quæ ſtadiorum duorum longitudine comprehenſa eſſent oppugnare, ad *Mombellanam*, ad turrim longam, ad Apollonianam, ad propugnaculum ravarotti; Sed reſciverant & vario, quod fiebat in caſtris, apparatu perſpecto intellexerant oppidani, quantis conatibus hoſtes iterum invadere conſtituiſſent. Quamobrem idibus decembris, qua die colitur virgo *Lucia*, magiſtratus, & cives poſt ſacrificium laudis, votis rite nuncupatis convenerunt, ut prætor urbem luſtraret, unde minus periculum immineret, inermes, ac imbelles hortando, ut in muris eſſent, ne urbs per inſidias caperetur, Præfectus vero præſens periculis occurreret. *Thadæus* cum equitatu ravarotti periculis præſto eſſet: Mombelli vero cuſtodia cuidam *Jacobo*, & turris longæ defenſio *Mucino*, & *Andreæ Leoni* uti oppidanorum capitibus demandatæ fuerunt: Quo in defenſorem delectu quum *Petro Grimano Veneto* civitatulæ novæ commiſſa eſſet cuſtodia, eo munere ſe abdicans civibus renunciavit. Igitur quum *Italianus* nocte intempeſta caſuri intra civitatem, ut opinatus fuerat, atque actis in adverſam partem trabium brachiis curaverat, muri uſtentacula comburerunt: cives paratas clam in id neceſſitatis longurias adigentes murum ad hoſtium opera ruere impulerunt: cujus caſu complanati ſub Apolloniano tumuli, actique cuniculi, tantus *Italiani* labor evanuit. Et exorto vix mane, *Picininum* eductum tabernaculis, tentoriiſque exercitum, accitaque undique auxilia, ſupra XV. armatorum millia acie ſtructa in civitatis conſpectu à Mombellano ad Apollonianum tamdiu conſiſtere juſſit quoad teſſera prolata, juſſu in primam oppugnationem ordine deſcendiſſent: primiſque pugnantibus cæteri tempus ſuccedendi expectando, deſides quieſcebant. Ingreſſi foſſam, qui in mombellanam deſcenderant oppugnationem, vices & ipſi inter ſe partiti in tumulum evaſerunt: quibus quum à civibus impigre reſiſteretur ſuccedebant integri feſſis, vulneribuſque confectis. Id quum aliquandiu eſſet factitatum, intellexerunt *Philippenſes*, ea in viciſſitudine ſpatium reſpirandi civibus tanquam de induſtria datum iri: quamobrem mutato conſilio concurrerunt denſiores in globumque coacti pariter cives, ſummo conatu erupe-runt in ruinas. Quumque Mars atrociſſimus inſæviſſet, quos loci cœpit anguſtia rem in fronte conto, veruto, uncis, malleis, gladiis, ſecuribuſque geſſerunt, & ferventem aquam, liquefactamque igne picem mulieres, propugnaculis demittebant: Quum tamen jaculi, ſudes, & lapides magno utrinque nixu eminus mitterentur. Unicæ tunc ex omni bellico apparatu eo in loco bombardæ quieſcebant, utriſque veritis, ne ſuos conficerent hoſti immixtos. Immiſerant cives in *Philippenſes* priuſquam tumulum conglobati conſcenderent, ex turris longæ promurio,
59 aliquot bombardæ lapides: intentis per ocium oculis caventes quæ potuerant lædere. Illis autem poſtea in tumulo eo acervatis, & mentem oculoſque in hoſtium ora, aut in tela undique volitantia defixis, unicus inter confertiſſimos devolans ex ea bombarda lapis ſeptem corripuit lectiſſimos milites, quos viſu horribile, in plurima ſingulos fruſta adeo laceravit, attrivitque: ut cujus corporis fuerint crura, caput, ac brachia, incertum fuerit perquirentibus, quin volaſſe per aëra ferunt membra armis, ut erant illorum viventium tecta, & in epiſcopi hortis, qui centum ſupraque à Mombellanis mœnibus diſtant paſſibus, binas illorum caſſides, in quibus carnem cum cerebro hæſiſſe fuiſſe repertas. Id conſpicati milites, nullo retineri potuerunt, *Picinini* jurgia adhortationibus miniſque immiſcentis Imperio, quin ſeſe in caſtra referrent: qui quum pugnæ depoſito ardore mortuos, vulneribuſque affectos gravioribus deferri vidiſſent: periculum cui objectati eſſent, animo metiti, gravia in Imperatorem ſuum jurgia dixere, quod tot præſtantes viros ob ineptam libidinem ſuam, potiundæ per vim urbis noſtræ expoſuerit internecioni. Altera per id tempus geſta ad turrim longam oppugnatio pauciores habuit *Philipenſium* mortes, quod vineis, caſtelliſque recipiendo antemurali, licet fruſtra ſint niſi; ſed imo antequam adveſperaſceret intermiſſa eſt, quod ceſſatum eſſe à Mombellana, juſſu *Picinini* milites crediderunt, quos tamen in tertiam, quæ ad ravarottum committebatur acerrima traxit *Picininus*. Ea enim ad auroram cœpta in ſerumque diei perducta, tantis utrinque animis, tanto ardore eſt commiſſa, ut poſtquam haſtis, contiſque pugnaverant, gladiis, frameiſque longiuſculis, & demum pugionibus manu ſe præſentantes, rem gererent. Confluxerant eo ex civitate mœnium ab *Italiano* ſucciſorum quibus urbem nudatam apparuerat fama attoniti omnis ordinis, omniſque ætatis etiam inermes viri & mulieres, quarum nonnullæ armis tectæ hoſti repugnabant: quum cæteræ ſaxis ſudibuſque vel incertum projiciendis poſſibilem operam exhiberent. Uſi ſunt etiam oppidani calce tritiſſima, quam quum fictilibus crudis impoſitam in hoſtium ora ſuperne immiſiſſent: aut oculis per galearum rimulas læſi, aut ipſo obtenebrati fumo *Philippenſes* pugnæ inhabiles reddebantur. Ubi vero manu, teliſque tam pertinaciter eſt pugnatum, *Brixiani* tandem non ſolum vim vi repulerunt; ſed non mediocrem quoque terrorem hoſti intulerunt. Pluribus igitur utrinque datis, acceptiſque vulneribus, ac multis paſſim cæſis, *Picininus* receptui canere juſſit, & equitatu in hybernacula dimiſſo edixit, ut armati mane ad eaſdem redirent oppugnationes, peditatum vero continuit, ſtationibus ad tumuli complanationes, bombardarumque cuſtodiam obſervandis. Exinde diluculo prodeuntibus, ut juſſi erant equitibus, ſigna ad eum, qui obvenerat, locum pro foſſæ ſupercilio ductores ſtatuerunt, & canentes buccina tubicines turmatim ſingulos convocabant: *Picininus* vero ira quam ſpe plenior, non ductores magis, quam ipſos adhortabatur milites: opimam caperent, diriperent civitatem: Guelforum matronas virgineſque pro ſcortis, aut cum paterna, & viri hæreditate habituri uxores: tempore uterentur, & occaſione, quam nullam in ſæculo majorem habituri eſſent: quippe quibus non *Brixiæ* modo urbis dudum opulentiſſimæ; ſed ingentes detur diripere *Venetorum* pecunias, quas illi, maximo exercitu hic alendo pridem impendiſſent, ſe nihil, & ipſum *Mediolani* ducem aliud victoria ex illa expectare, quam eo * exercitu in civitatis inimiciſſimæ excidio divitiis oppleto ducere ad ſubigendas propero curſu reliquas hoſtium civitates. Tum prima ad turrim longam initur 59 v.
oppugnatio, vineæ, turreſque quemadmodum pridie adiguntur. Vis maxima fit circumducto promurali aggere capiundo: nec minore vi reſiſtunt cives: cadunt ex *Philippenſibus* multi, plurimi vulnerantur. Sed tantam hora tertia, qua pugnari cœptum erat, *Brixianorum* fortitudinem ſuo incommodo intellexerunt hoſtes, ut re infecta ante meridiem mœrentes pedem retulerint. Ferunt hic quidam, in *Picinini* caſtris famam exiiſſe, duo numina ſuper muro ad Apollonianum in pugnantium ſpeciem ab ipſis hoſtibus viſa: quæ Divos *Fauſtinum* & *Jovitam* fuiſſe, poſtea eſt exiſtimatum. Cæterum majoris nixus, majoriſque animorum ardoris Martem, præſentia ducum, & in primis *Italiani* manu pluſquam verbo agentis ad

Marginal notes: Divæ Luciæ Dies. — Jacobus. Mucinus. Andreas Leo. Petrus Grimanus. — Mulierum Pugnam nota atrociſſimam. — Gladiis, frameis, Pugionibusque bellare. — Viri Mulieresque omnis Ordinis ætatisque pugnant. — Calx Fictilibus immittere. — Adlocutionem attende. — * Forte: eum exercitum oppletum. — Divi, Fauſtinus, & Jovita pugnant pro patria Brix.

ad ravarottum faciebat: nam quingenti selecti equites, qui pro cristis, quas triplici, quadruplicive versicolori penniculo ornare consuevissent galeas, tumentibus bombice, & penna sacculis intexissent: ictus lapidum nullius excepturis, in fossa, & sub pluteis ravarottum inter, & jacentem murum ab *Italiano* succisum, in insidiis latitabant: dumque oppugnanti ravarottum peditatui intentius oppidani resisterent, illi quantumvis armorum, quibus toti tegebantur, pondere gravati procurrentes per ruinas & ipsa per fracta mœnia penetrarunt: nulloque in ea, quæ murum inter & novum erat aggerem, areola occurrente, scutati se civibus de aggere jacientibus opponebant: Cæteri sequebantur, non hastis solum verutis, & malleolis ad vulnus, sed impositis conto uncis ferreis, harpagonibusque attrahendis ex aggere *Brixianis* armati: quibus item immixti erant, perforatæ in cannæ speciem fusilis æneæ manualis bombardæ (sclopetum vocant) gestatores: armatum hominem emissa impellente igni cum glande plumbea transfigentes: pugna evestigio conseritur atrocissima. Illis in locis ubi impositum aggeri vallum male conjunctum, viam in urbem habere videbatur faciliorem, mortes crebræ, vulnera utrinque inferebantur crebriora: Et quantum hosti prævalebat jaculis, dejiciendisque saxis oppidanus tantundem majori objiciebatur incommodo. Quod oppugnantes de tenui ac prope ruinis completa aggeris fossa, illum stantem in aggere suffodiebant: qua in corporis parte, aut nulla, aut est debilis armatura. Trahebantur etiam nonnulli uncis per declivem aggeris resupini: quum tamen plurimos confoderent glandes plumbeæ sclopetorum. Nec loco, ut crederent, cives adduci potuissent: nisi novo usi instrumento *Philippenses*, sulphureis bombardarum pulveribus plena, sed costis circulisque male compactis rimulosa, & casu ipso quaquaversum hiantia vascula in aggerem projicientes, ignem evestigio admovissent, quo dissipatum inter ipsa civium crura pulverem, rapidissima corripiente flamma semiustulati sunt multi: & cætera turba illico sese præcipitem ex aggere proripuit. Liber tunc, & defensore nudatus patuit *Philippensibus* agger: nec tamen in tanta viriliter oppugnantium multitudine quisquam conscendit, fumo exinde sulphuris, qui caliginis densitate aggerem absconderat, in area sublato, Matronæ, & inermis debilium puerorumque turba, quæ civibus, dum pugnaverant, arma subministrasset, denudatum propugnatore locum conspicati clamores attollunt ac maximos ululatus, flentesque orare vitam ne satis servare
60 ducerent: qui post parum se ante ora in oculis suis ab hoste violari, abduci, constuprari supremo affici dedecore, sint visuri. Quibus exciti vocibus duri, fortesque *Brixiani* in locum redeunt, præliumque solito acrius instaurant. Accurrit undique, & ad ravarottum pugnare, & stationes alibi servare solitus miles sacerdotesque, & religiosi sago militari sumpto egregiam tunc operam præstiterunt. Et quum parum esset recens, adventantibus, aggerem servare, novis & item ipsi instrumentis usi, congestas in fasces scissulas flammanti face immixtas superne demittentes: fictilia etiam trita calce plena in subjectos pedibus dejecerunt. Quæ res quantum *Philippensibus* obstiterit incredibile dictu: Multis ipso vapore compresso anhelitu consternatis plurimis, atque etiam omnibus ita fumo obcæcatis, ut tela, ictusque omnes, vel in incertum vel in suos mittere cogerentur. Id quum pervidissent cives imperplexos anxiosque cuneo fracto per declive corruunt. Acer ibi Mars, durissimum committitur prælium; sed multis utrinque cadentibus, terga primi dede-

Sclopeti.

Novum attendebelli instrumentum.

Matronæ, Puerique, debiles, clamant, lugent, flent, &c.

Sacerdotes præliantur. Nova item bellandi instrumenta Calx &c.

A re *Philippenses*: quos oppidani ardentibus animis insecuti, de ruinis, deque ipso pomerii tumulo præcipites expulerunt. Postera die *Picininus*, *Brixia* per vim potiri desperans, bombardis ad proxima municipia comportari jussis exercitum solitis in hibernaculis continuit. Tunc cives defensam tutatamque ab hoste potentissimo urbem in optimum maximum Deum Jesum referentes, supplicationes publice in multos dies jussas, cum aurea flamma cæterisque sacris nostris solemniter haberi præsentes omnes cum magistratibus curaverunt: cui muneri ineptior armis togatorum ordo cum mulieribus intendit: cæteri aut demoliendis, corrumpendisve castellis, vineis, pluteis, cratibus ab
B hoste in fossa & pomerio oppugnationi adhibitis, aut instauranda pro tempore mœnium fractura, operam impenderunt: Nec tamen aberat quin animosi *Brixiani* militibus immixti, quum portis, & magistratu frustra prohiberentur, quibus murorum paterent fracturæ, in lacessitum inter hibernacula hostem redderent inquietum. Quamobrem nudiustertius quam fuerat oppugnatum, *Picininus* tentoriis evulsis, hibernaculisque, & cætera, quæ in castris ad oppugnationem erant materie igni consumpta obsidionem solvit, & tanquam diu, ac longe absfuturus in pedemontem pri-
C mo ducere simulans cohortes duas sub collis recurvi sinu (ad petram galli vocant) in insidiis reliquit. Quo die majorem populus *Brixianus*, quam dura in omni obsidione illa calamitatem accepisset, nisi præmissis exploratoribus, hostem in insidiis latere intellexissent. Id igitur quum parum feliciter, quemadmodum & alios conatus successisse vidisset *Picininus* milites fecit certiores, futuram plus minus decendio apud euphemianum moram proinde omnes interea & vulnerati milites curam medelæ susciperent attentiorem & cætera in novam profectionem usui futura compararent. Ipse perficiendis muniendisque castellis, quæ apud
D Monplanum & ad crucis, euphemianumque instituta docuimus sese totum dedit. Eo tempore quum ab occisis *Philippensium* ductoribus *Brixianis*que pariter noscendi occisorum numeri suscepta esset cura, compertum fuit desideratos fuisse ex civibus octingentos, & ex mercenario eorum milite ducentos: in castris vero quum fossores, bubulcive occubuissent: incerto eis numero, sed ut existimabant, plusquam quingenti, occisos constitit supra duomillia mercenarios, in quibus fuerunt ducenti præstantes rei militaris peritia, & originis nobilitate milites, quorum nomina erant præclara castellis abunde munitis *Picininus* exer-
E citum in *Pedemontes* hibernatum dimisit: Marchio *Mantuanus*, in circuitu *Bænaci* stativa cepit. Sed *Veneti*, *Gatta* in summum belli ductorem (capitaneum vocitant) jam declarato copias pro temporis brevitate reparaverunt, & opis ferendæ civitati nostræ tunc non immemores, illum si forte qua advenerat cum importando commeatu reverti posset, intentare jusserunt: qui *Penedam*, *Turbulas*que in *Bænaci* summitate castella ducens quæ *Mantuanum* omnia in *Veronensibus*, & circum *Bænaci* oram capientem æstate præterita ob locorum exilitatem sprevisse creditum est, ea primum com-
F munivit. Exinde admonito *Paride Lodronio*, ut obvius prodiret frumenti vim maximam ibi coegerat: quum *Picininus*, *Mantuanus*que copiis *Ripam Tridentinum* oppidum navigio transportatis præsidia imposuere *Archo*, *Tenio*que castellis episcopo *Tridentino* consentientibus. Eodem etiam duxit per montes altissimos *Italianus* equites sexcentos, pedites mille, & tamen ausus est *Gatta* noctu immittere cum centurionibus quatuor commeatum. Sed quum hi superato *Tenii* saltu, in tutum evasisse crederent. *Italianum* in cavo rivi fundo habuerunt

Deo Jesu Christo aguntur Gratiæ.

Petra galli.

Decendium.

Perempti, vel desiderati.

60 V.

Gatta, capitaneus Venetorum.

Peneda, Turbulæ.

Ripa Tridenti, Archum Tenium.

buerunt obvium. Quamobrem quum in montis vicini cacumen cum ſarcinis ſeſe recepiſſent: plurimis ſuperati præliis parte cæſa cæteriſque omnibus vulneratis, poſt triduum in poteſtatem hoſtium cum ſarcinis pervenere. *Turbulæ.* *Gatta* autem apud *Turbulas* hiberna ducente, & copias enixiſſime cogente. Marchio *Picininus*que omnem præſidii etiam illa via *Brixiæ* afferendi ſpem *Venetis* noſtriſque patribus præcidere cupientes, ad ſuburbia noſtra ſunt delati. Et Vallem *Sabii* per idus Januarias, cum ſex militum milibus conceſſere: nec prius inde ſunt *Nocia, Caynum, Toſetium.* profecti, quam tribus caſtellis ad *Nociam*, ad *Caynum*, ad *Toſetium* erectis, ea præſidio firmavere. Et ut omnis obſtructa eſſet via commeatibus *Brixiam* *Cæſar Martinengus.* importandis, *Cæſarem Martinengum* civem noſtrum, artibus belli præditum, *Monplani* eſſe jubent. *Vallis Trumpia Monplani.* cui Vallem *Trumpiam* ſubjecere. *Italianus* vero ex *Tridentinis* montibus movens, *Lodronum* petebat. Quod quum eſſet nuntiatum ſexcenti pedites ſubſidio *Paridi* confeſtim ab urbe ſunt miſſi, qui ad eum per vallem *Trumpiam* properantes: quum ad ſupereminentem caſtello ad *Nociam* per *Picininum* excitato collem applicuiſſent, equitum *Picinini* cohortem forte conſpicati, ſine ulla hoſtilis impetus ſuſpicione liberius quieſcere eos aggreſſi multos cæcidere, plurimos abduxere captivos. Tam multi autem ex factione Guelfa *Trumpienſes* ſecuti erant ipſum peditatum, ut qui ex urbe profecti erant ſexcenti, ad *Paridis* conſpectum mille conceſſerint, coegerat pariter *Italianus* *Gibellini.* ex *Mantuanis*, *Tridentinis*que, & Gibellina *Brixianorum* factione agreſtes duo millia. Et eo cum trium millium peditatu, ac ſexcentis equitibus ſeſe *Picinino* Marchionique *Mantuano* jungendi ſtu-61 dio properans, primum in *Paridem* ducere cœpit; *Sarcha fluv. Rumianum.* ſed quum *Sarchæ* fluvii ponte qui eſt in *Rumani* oppidi agro, traductis copiis montem conſcenderet proximum: *Paris* per notos vallium receſſus ſeſe inſinuans præſidium, quod ille ad pontem dimiſerat, invaſit: quo magna occidione cæſo, ut nec *Italiani* filius vivus fuerit reſervatus: ruentem in ſe *Italianum* fortiter ſuſtinuit. Tum pugna commiſſa eſt atrociſſima, ſtudioſis partium ſanguinem magis, quam prædam hoſtium ſitientibus. Itaque feſſus, & inferior pugnando *Italianus*, quum tribus ibi certaſſet horis in montem, quo advenerat, eſt reverſus: *Caligo.* extremam cujus aciem nunquam pugnando deſtituit *Paris*: Et niſi aëris caligo advenisset, cladem eo die *Philippus* maximam accepiſſet. Mane autem quum orta dies pugnandi audaciam *Brixianis*, & *Paridi* feciſſet, in illos delati, multos prius interfecere, quam voluerint pedem referre. Tandem qui viribus alioquin paribus à locorum inſcitia ſe impares cernerent *Philippenſes*, *Galeatius Archityran.* fugam attoniti fœdiſſimam fecere: Et captus eſt, ac de fuga retractus *Galeatius* archityrannulorum unus: Veneruntque in *Venetorum* poteſtatem ex eo exercitu circiter mille: quum totidem utriusque diei præliis cecidiſſent. *Italianus* autem per aſpera montium juga, *Ripam* oppidum revertit inermis: quem diverſis itineribus ſecuti ſunt trecenti ex equitatu, & mille pedites, qui manibus hoſtium prolabi potuere. Id quum intellexiſſet *Gonzaga* & *Picininus* copiis, quæ in agro noſtro *Hydrum Sabiens.* ubique hyberna ducebant, accitis, in ſuprema vallis *Sabienſium*, id eſt *Hydrum* duxerunt: Et lo-*Lodronum.* corum aſperitatibus, quæ ſunt maximæ, ſuperatis, caſtra ad *Lodronum* metati, id oppidum dierum quindecim oppugnatione ceperunt: exinde obſederunt *Rumanum*, quod *Paridis* erat caſtellum, loci quidem natura munitiſſimum, præſidioque firmatum validiſſimo, quum viribus capi non poſſe intelligerent, & hyems aſperrima per Februarii, quæ inſtabant, calendas, obſidionem continuari prohiberet, ad *Benaci* oram cum copiis ſunt reverſi. Interea *Lauretanus Venetæ* claſſis in *Bænaco* præfectus, quum expectata diu ſupplementa Senatus non mitteret, *Sirmionem* aliquando oppugnavit: *Sirmio.* quod oppidum quum Marchionis, lectiſſimi milites defenſarent, cum ea copiarum paucitate nequivit capere: nec caruerunt Senatores *Veneti* infamia, neglecti invidia, magis quam impotentia ſupplementi: & tamen *Brixiæ* laborum anxii. quam, niſi opem, præſidiumque afferrent, vel fame ipſa compulſam, brevi defecturam exiſtimaverint: aliam in *Bænaco* deſtinant *Claſſis in Bænaco miranda.* claſſem: numero quidem navium, vel militiæ robore haud quaquam multifaciendam; ſed quæ ut fuit progenitoribus noſtris æque poſteris miraculo ſit futura: nam triremes quinque cum ſcaphis xxv. adverſo *Atheſi* ad *Veronæ* mœnia partim funiculo ductæ, ſexaginta paſſuum millia majori multo labore ad terni murique pagos, binis, quaternisve jugatis bobus adhibitis ſunt attractæ: ſiquidem nullo hominum robore, nedum duci, ſed neque contra fluvii rapacitatem poterant ſuſtentari. *Lacus divi Andreæ.* In planitie vero, quæ pagos & proximum lacum (divi *Andreæ* appellant) ſex paſſuum millia intercedunt: triremes ſubjectis lapſibus, & lintres, ac ſcaphæ vehiculis facile ſunt perductæ: 61 v. quum tamen lacum vix mille oblongum paſſus contis ductæ facilius navigarint: Lacum tumulus ducentos paſſus molliter faſtigiatus propior adjacebat, & ſaxa rupes in muri ſpeciem ſuſpenſa rivo haud quaquam lato ab tumulo diviſa illum quingentos paſſus ſupereminebat. Adhibitis itaque ingentem in numerum lapicidis, foſſoribusque, tumuli dorſum in proximas lacus aquas ſarculis demoliti ſunt: quantum triremis exigeret latitudo: exinde ſaxeo rupis ſupercilio in rivum decuſſo, detruncatos arborum ramos, & virgultorum faſces magnopere comportarunt. Qua ex materie poſtquam ab aquis ad ſummum ſaxi dorſum facta eſt paſſus mille leni faſtigio via, eam ſuperjecta tellure ita æquarunt, ut lapſibus vehiculiſque quemadmodum in planicie ſuppoſitis triremes primo, dehinc naves cæteræ, machinationibus in monte ſummo firmatis, fuerint attractæ. Inde ad *Nacum* rus planicies bina patens paſſuum millia, quum *Nacum. Peneda.* eſſet parvo tranſacta labore, in proximum *Penedæ* caſtelli collem quingentos paſſus minime mollitis ſurgentem, ſuperiori ratione ſummis laboribus eſt ſucceſſum: nec minoris fuit aut curæ, aut laboris, graves pondere, & facile, ſi ſaxo impactæ eſſent diſſolvendas per clivum paſſus mille in præceps urgentem dimittere ad *Bænacum*. *Turbulas* *Turbulæ.* tamen vicum piſcatorium deductæ triremium altera, quam reſarciri oportuerat, in littore retenta, cæteræ fuerunt aquis expoſitæ. Quod autem Marchio *Mantuanus* triremem in *Bænaco* haberet, qua primo *Brixiano* bello *Veneti* traducendis copiis uſi erant, & ganzeras, galeonosque apud *Ripaltellam* parari faceret: *Gatta*, & proviſores ſervanda claſſe ea ratione *Turbularum* ſinum clauſere, ut palis quernis triplici ordine in hemicyclum utrinque ad ripam perductum dejectis, caſtelloque ad portam, quæ relicta erat, impoſito, tutus ab hoſtibus redderetur. Viſum eſt *Venetis* eam claſſem alendis ſpe civibus noſtris, conſervandaque opportunitate nuntiorum ad illos per montes mittendorum ſatisfacere: Nec ignorabant, in ea, quæ *Philippo*, & Marchioni *Mantuano* eſſet. cum copiarum magnitudine, tum penetrandi in eorum intima facultate, nedum aliquam opis afferendæ clauſis *Brixianis* progenitoribus noſtris ſpem eſſe reliquam; ſed timendum, ac prope expectandum: ut de *Verona*, *Vincentia*, & *Patavio* æſtate futura defenſandis laborandum foret. *Verona. Vincentia. Padua.* Copiis itaque comparandis intenti, quum nullæ, niſi collectitiæ, quarum quo major, eo oneroſior,

 atque

Venetorum desperatio. Brix Fides. Epistolam ad Brixian. attende, à Venetis ad Philippum ut deficiant exhortatoriam.

atque infructuosior futurus erat usus, sese offerrent: ad eam devenerant animorum consternationem, ut de imperio terrestri retinendo aliquamdiu fuerit desperatum: *Brixianorum* tamen fide non frustra allecti, meliori tandem fortunæ se committentes, eam postea optimam (ut infra dicemus) sunt assecuti. Verum dum hæc & alia hujusmodi quam multa gererentur, hæc ad majores nostros epistola telo veruto in urbem fuit allata. *Egoviri Brixienses fortitudinem vestram magnifaciendam censeo: qui victorem, & adeo innumero-*
62 *sum Cæsaris Philippi non paucis diebus exercitum ferre potuistis: cujus nedum vires, immo aspectum* Bononia, *quæ tam vehementem ducit spiritum, cæteræque convicinæ ipsius urbes non tulerunt. Hinc capere testimonium potestis, magnæ in vos ex* Cæsare Philippo *dilectionis: noluit enim (vestra teste sententia) nisi quam maluistis agri & mœnium vestrorum stragem, quam, si statim perditis omni ex latere auxiliaribus membris, armatæ* Venetorum *gentes electa fuga, non salute vestra, vos deseruere: quo consilio pati, aut eligere debuistis? fecistis ut fortes & sapientes decet: quod civium & togatorum animi arma, armatis tot Venetorum gentibus prævaluerunt: quicquicquid enim ad hanc rem opere adjecistis virtus attulit: deinceps quidem, si tali eritis proposito, pertinaciæ, non virtuti adscribendum censeo: Desipueritis verum præter omnium mentes & solita vestra ingenia in non parva vestra discrimina: sed ab errore isto discedentes à tam infelici lapsu pendere caveatis. Revertimini ad piissimum Cæsaris Philippi sinum: Cui superest dominii vestri ratio, sub quo tam diu feliciter vixistis. Demirabor ego minime, si id feceritis: sic faciendo nulla pericula præponetis. Salutem res ipsa reip. urbi vestræ & vobis afferet. Hic stupor ille est, quo anxius impellor, quod tam diu tardaveritis: Quur damna ejus dominii causa quod vos per inescationes subtraxerat, expectatis: à quo demum tam pulchre decepti estis? Revertimini item dico si liberos & opem diligitis, si demum salutem quæritis ad eum quem vobis natura prætulit. Cujus sub imperio urbs vestra & hi qui urbem faciunt per sacram Italiam tanti fiunt. Et si quando dubitatio ulla commissi, tum etiam peccati quanticunque (ut pingui loquar minerva) vos occupat: Peccat enim in creatorem, & deum suum omnis homo: lætatur nihilominus, si peccantem pœnituerit, & ridet cœlum: Legatum huc fecit Magnificum virum Cæsarem Martinengum, cum potestate (ut brevibus dicam) ligandi, & peccata qualiacunque solvendi. Eundem adeatis, qui civis, qui frater, qui lachrymatur, & dolet, qui honores &*

Cæsar Martinengus.

A *fortunam vestros ut suos cupit. Ejus quem loquor, ab exemplo quanta sit Cæsaris Philippi clementia intelligite. Intelligatis velim, quam clemens princeps vester sit, ad quem vos invito: qui si dirigendas causas vestras & gubernandas fratri vestro commiserit, non ne pravo spiritu, stultoque sensu ducimini si dubitaveritis clementi & sancto animo illum erga vos non esse? Sedet arbiter, qui vestra tueatur jura, qui honores & commoda sustinebit. Invitati estis: Mensa per opportune se vobis offert. Hæc si mihi detur optio immo nimium felix & admiranda fortuna: quid malim: quidve fecerim scio: Scitis & vos qui inter cæteros Italiæ populos sapere consuevistis. Non est peritura*
B *causa vestra, quæ judice amico defendatur; sed quia fortunam hanc optimam & præfelicem forte amplecti neglexeritis. Nolit Deus illam vos negligere, cujus potentia magnis & optimis quibuscunque rebus (ut hæ futuræ sunt) manum imponit. Sponte etenim opportunitas se offert, quam quæritare debuistis: nam primam fortunam negligere desipientis* 62 v.
est: hæc sane non prima, verum summa vobis est: quam ne videatis plurimæ cogitationes vanæ vos cogunt. Non ex vobis dico; sed præsidentibus vestris, qui pro interitu vestro satagunt exquisite. Verum primum omnium in spe Vani subsidii quod speratis intelligo: Id ipsum tunc prope erit, quum ad Cæsarem Philippum redieritis: Illinc vera dabuntur præsidia: Illinc vanis cogitationis finis erit: Illinc immortalis honor, &
C *salus: Unde ex Venetis vobis commeatus? unde gentium præsidia dari queunt: si universi aditus, & Lodronum in manibus Cæsaris Philippi sunt? Quod etsi omnino deesset: an ignoratis per mille Philippi equites armatas Venetorum gentes plurimas sæpenumero fuisse pulsatas, & aliquando fugatas? Quo igitur in statu res vestra sit, animadvertite: quibus laqueis ad perniciem per præsidentes vestros capiamini. Iterum animadvertite. Nisi forte famem, dedecus, omnemque ruinam (quod absit) malueritis experiri. Valete.* Huic epistolæ, etsi præter bellum à peste vexati plurimum, in extrema quoque commeatuum caritate majores nostri consti-
D tuti essent, ut tritici sarcinam sexaginta, vini vero plaustrum triginta nostratibus libris emerent: & quod testatur *Sabellicus*, lues ita in miseram grassaretur civitatem, ut septuaginta pene quotidie efferrentur funera, & fame in ultimum discrimen adducti, à nullo infando cibo abstinerent: non incongruum tamen responsum *Mediolanum* usque miserunt: Quod quum non minus longum sit, quam opportunum, sequenti Libro referendum linquemus.

Famem, calamitatemque Brixianorum attende extremam.

M. Antonius Sabellicus historicus.

LIBER UNDECIMUS.

Responsum attende.



ACCEPTIS quas superiori libro ostendimus, litteris hoc patres nostri accommodavere responsum. *Magnas tibi quisquis es, gratias haberemus, si impræsentiarum tua nobis opus esset admonitione: Quam quidem si paulo prudentius excogitasses, aut ante illa, quæ his proximis temporibus acta sunt tibi explorata fuissent, longe alia utendum oratione censeres. Ac ne quod egimus, quodque acturi sumus pertinaciæ aut temeritati adscribendum putes, paulo altius repetendum videtur. Bellum cum Illustrissimo duce* Mediolani, *quem nescio quo pacto Cæsarem Philippum appellas, quum ab ineunte ætate Philippus Maria sit appellatus, neque gessimus unquam neque gerere voluimus: nisi extrema necessitas pia arma induisset: Amissis opibus, & fortunis nostris, quas*

E *per vim præsidentes ejus nobis eripiebant, corpora nostra in libertate, quam nemo unquam bonus nisi cum* 63
anima simul amisit, vendicare voluimus, & patriam nostram à nefanda avaritia, atque libidine, & servitute liberare: Nam in miseria vivere morte miserius judicabamus: Quis enim civium nostrorum erat qui in tanta sævitia spiritum ducere posset? Nulli nostrorum miserias deplorare licebat: & quod omnium miserrimum est: accepta injuria nec penitus flere: At nunc si ad inclytam urbem Venetias proficiscare nullus est adeo potens ac nobilis, quin illius Illustrissimi Senatus justitiam ac severitatem contremiscat, si quem ullo afficit incommodo. Quod si princeps ille tam pius (ut ais) vel minimam partem nostrarum calamitatum, quæ in dies magis ac magis atrociores fiebant audire voluisset, merito quod fecimus id factum existimaret. An soli sunt Brixiani, qui juste ab eo defecerunt?

Miseria fugienda.

Tyrannidem attende, & libidinem causam esse rebellionis, Libertatis amor, ac patriæ.

fecerunt? En adest (ut de cæteris nunc taceamus) inclyta Genuensium civitas quæ quum viam ad Siciliæ, & fere totius Italiæ regnum labore & sanguine suo præbuisset, ingenti immanitate ejus, qui præerat, nec non & magno libertatis amore commota cervice tandem intolerabile jugum excussit. Neque vero Genuenses, quia fidei socialis esset obliti, defecerunt: si generosi fortissimorum hominum animi tantas privatim injurias, tantas publice contumelias ferre nequibant: Legisti ut opinor (te enim litteratum ostendis) neminem diu violenta imperia continere potuisse. At enim dicis ea mala injussu ducis esse facta. Num te fugit: qui non vetat peccare quum potest, jubet? *Nos igitur reliquum quod supererat sanguinis tutari cupientes auxilium imploravimus ab Illustribus & præstantissimis, qui justitia, qui clementia, qui sanctitate morum cunctos mortales per hoc tempus anteirent: qui tot sæculis non solum eorum sacrosanctum Imperium bonis moribus, & honestissimis artibus conservarunt; sed terra marique ita auxerunt, cum magna christiani nominis gloria ut non injuria priscis Romanis non modo virtute pares, sed ex aliqua parte superiores quoque videantur. Romani sæpe eo morbo laborabant ut paucis annis quiescere non possent, quin inter se dissidentes, aut seditiose rebus novis studerent, aut bella civilia tractarent: Veneti vero ea semper virtute fuerunt, ut tot sæculis nulla inter eos superbia extiterit, quæ illorum remp. non dicam everteret sed etiam turbare posset. Qua ratione plerique populi patrum memoria & nostra illos sponte dominos asciverunt. Nulla enim (ut quidam vir doctus ait) certior, aut stabilior, regnandi ratio est, quam qui regna obtinent, ab omnibus dignissimi omnium regno judicentur. Hinc ab initio non libidine dominandi bellum gallicum gessere; sed ad dandam Italiæ pacem, & ad eam liberandam vel metu, vel servitute, omnia priusquam ferrum experiri maluerunt: & deus velut æquus arbiter, unde fuit pium desiderium pacis, eis civitatem nostram & victoriam dedit: & ipse Cæsar Philippus accipiendo conditiones* 63v. *pacis se parte regni mulctavit: & Brixiam totiens ab se alienavit, ut non sine causa de jure suo decidisse videatur. Quæ quum ita sint, huic tam justo, tam pio, tamque sacro imperio * fidem inviolatam servamus, ac semper servare deliberamus, ut majores quam ipse affers laudes meruisse videamur. Quantum discrimen interesse putas inter statum, quem sub principe illo nostra civitatis tenuit, & eum, qui nunc est? Nimium, ac nimium interest: Quum (ne sim longior) ille prior omnia nostra commoda ad suam referret utilitatem: hic noster posterior omnia fere sua commoda ad nostram utilitatem putat referenda. Digne igitur Imperium ad meliores semper transfertur: Operæ pretium est visere domos, ac villas, quas sub hoc æquissimo Venetorum Imperio confecimus, quas dirui, evertique ab imis fundamentis Cæsaris Philippi voluntate conspeximus. Quanto autem in triumpho civitas nostra sub umbra inclyti senatus Veneti extare quandoque cœperit si unquam vidisti non recte tanta tamque grandia beneficia inescationes appellas: Quamquam in Siculorum proverbio est:* Ut pisces hamo sic homines beneficio capiuntur. *Et si qua impræsentiarum fortunæ violentia tangimur hercle immortalem nobis gloriam, & ingentis felicitatis cumulum allaturam non dubitamus: Nec minorem posteritati nostræ laudem & socialem fidem constantissime servatam quam Saguntini erga populum Romanum sumus relicturi: ut amplissima Senatus beneficia bene collocata esse videantur. Magnaque laus & admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter adversos: non fractum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem. Exercitus præterea noster non (ut dicis) in fugam conversus; sed consilium nostrum est secutus: nam ut nihil aliud explicemus annonæ ratio habenda fuit, & conducere rebus nostris putavimus, si Veronam peteret, & meliori fortunæ, quæ se nobis, deo auctore, offert conservare: Quam rem ita esse, nisi parum vides, tu quoque non ignoras. At enim vide quam pulchre fugam appellas: gentes illæ tunc abierunt, quum haud dubie hostium castra hinc abessent: quæ si etiam in portis opperiremur, freti scilicet virtute nostra deo duce confidebamus etiam cum tenui præsidio intra* moenia vim hostium arcem*, aut pulchram per vulnera quærere mortem: quam grave & prudens fuerit consilium nostrum, vel hinc cognosces: quamprimum enim eo usi fuimus, hostes fortunæ se offerenti defuisse, & male rebus suis consuluisse cum magna sui mœroris significatione judicaverunt: Unde nos sanctiore vinculo principibus nostris devincti sumus, qui libertatem nostram & gloriam suam virtutis nostræ præsidio potiusquam armis suis defendi oportere censuerunt. Nos inter belli tumultus & tanta præliorum discrimina magnificos & clarissimos duces habuimus: In quorum altero præcipuam benignitatem, in altero vero quandam admirabilem, & prope divinam* 64 *pacis ac belli sapientiam magnitudinemque animi cives omnes admirantur. Hos patriæ nostræ patronos ducesque optimos nihil unquam (ut ais) de interitu nostro, sed de patriæ nostræ salute & libertate, ac de sua semper laude cogitantes, secuti sumus: eorum nos Justitiæ, & liberalitati maximæque amicitiæ: illi fidei, ac publicæ virtuti nostræ se crediderunt. Pro viribus itaque enitendum duximus, ut illi fides virtusque nostra inviolata ac sincera servetur: Veluti nobis mitissimum ac justissimum principatum administrarunt: Omitte igitur proloqui, & legationem fortissimi ac Clarissimi viri Cæsaris Martinengi in medium afferre, quam non sponte susceptam arbitramur: Nam quum in ampla laude apud nos cum nobilissimis viris majoribus suis natus, & artibus belli præditus sit, & ab inclytis principibus nostris sic ornatus, sic illustratus fuerit patriæ potius majestati cedit, ut prius nobiscum liber sit, quam nos sibi ut turpiter serviamus. Nec in postremis laudum suarum ponet, si patriam vel abjectis istis armis, quæ nunc invitus induit, juste potius tueatur, quam si magnis cum copiis, sicut facit, obsideret: Themistocles Atheniensis princeps (ut nosti) maximis rebus gestis, castris contra patriam motis hausto tauri cruore, perire solus, quam cum patria maluit: Nec Quintus Sertorius maximi vir animi & altissimi consilii, oblatis sibi Mithridatis opibus, & regnis, adduci unquam potuit, ut cum servitute populi Romani regnare pateretur. Quare quum nostra apud Cæsarem pietas non minus posse debeat, quam apud Coriolanum unius Veturiæ matris imperium valuit: nisi fallimur, plus apud eum poterit authoritas nostra, & virtus, & fides sua, quam illius voluntas, qui contra ea, quæ convenit secum eum invitum, ac reluctantem contra patriam traxit ad bellum gerendum: Cujus Imperio si divina & humana jura servantur non magis parendum videtur, si contra patriam infesta signa juberet inferre, quam si sibi ipsi mortem conscire voluisset. Quæ quum ita sint, pro sua & majorum dignitate Cæsar non tam legatione illa tua uteretur, ut nos socialem fidem deseramus, quam nostra, si patriæ crediderit, ut se nobiscum & cum suis omnibus vendicet in libertatem: apud inclytum enim Senatum Venetum sic pro illius dignitate acturi sumus ut lumen, & decus patriæ, & ornamentum gentis suæ, sicut speramus, in posterum appellari possit: Hunc igitur in modum Cæsar ipse nobis omnibus, si etiam illa tua legatione uteretur, longe alia, quam tu putes, consilia daturum opinamur: si potestas fiat sibi libere atque impune consulendi: neque aliud quicquid persuasurum nobis Cæsarem putamus: nisi quod Cicero meminit in sexto de repu. libro:* Omnibus qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerintque, certum constat in cœlo ac diffinitum

Nota vetandum peccatum.

Venetorum laus.

Regnandi rationem attende.

* fid. Venetorum.

Imperium merito transfertur ad meliores.

Nota beneficio capi homines.

Brixianorum & Saguntinorum comparatio. Fortuna adversa toleranda.

* Forte: arcere.

Magnanimitate nota Brixianorum.

Patriæ Amorem nota.

tum locum, ubi beati sempiterno ævo fruantur. *Quum igitur patriæ de se benemeritæ honestius auxilium præstetur? Qur non eos potius sequetur qui justitia, qui sanctitate morum dignissimi omnium sunt, & habentur? Qui vel totius Italiæ Imperium teneant, ac moderentur? Non ne videt quanta Cæsari Philippo tuo bellorum imminent discrimina?*
64 v. *Non audit tot clarissimarum urbium, tot ducum, tot dominorum societates? ea denique arma non dico parari; sed jam parata esse, quæ totam Italiam vocare possint in libertatem? Quid cælum quoque spondeat: quidque astra polliceantur non ignoras. Ex oraculo præterea non Apollinis, sed dei nostri, qui nec fallere vult, nec falli potest, divinitus responsum accepimus à sanctissimis viris ecclesiæ Romanæ & nobis, ac socio nomini aut honestam pacem, aut clarissimum triumphum, cum insigni clade hostium portendi. Sed quum tu hæc nobis scribebas, non putasti nobis cognita esse præsidia, quæ deo bene juvante illico affutura non dubitamus. Et prudentius tibi profecto consulueris si nobiscum vivere quam cum hostibus perire malueris: Credendum est enim semper melioribus, & iis præsertim qui civium non obsidum frequentia delectantur: qui urbes fidei suæ commendatas demoliri non jubent; sed ex miserrimis felicissimas, opulentissimasque efficere conantur. Ut igitur totius civitatis nostræ sententiam, mentemque, ac voluntatem intelligas: cum principibus nostris & vivere, & mori deliberamus, qui pro nobis non contra nos opes & vires suas satis exponunt: & nullis laboribus, nullis periculis, nullis sumptibus parcere videntur, ut tuto in pace vivamus. Quibus vel sic gratias habebimus: si nec unquam eos fidei nostræ, nec nos principatus ipsorum pœnitebit. Vale.* Post ea, quæ superius diximus, apud *Veronam*, *Vincentiam*, & *Patavium*, *Veneti* quid egerint quum ad aliorum magis quam ad nostram attineat historiam, brevitatis gratia nunc prætermittam, quæ tantum in agro, vel in finibus pene nostris gesta fuerint relaturus. Quum igitur Venetorum classis apud *Turbulas* reparata esset, *Franciscus Sfortia* cum equitibus quatuor millibus, & duobus millibus peditum à *Venetis* ductus maximo labore atque industria à loco *Montebelli* in *Bænacensem* agrum per montes tandem applicuit: ratus *Petrum Zenum* ejus classis præfectum ad *Gardam* & *Lagisium* recuperanda cum classe venturum; Sed oppida illa validissimo præsidio firmata quum invenissent: eorum tunc potiendorum penitus diffisi, *Sfortia Veronam* versus recedens, *Suavium*, & alia nonnulla in agro *Veronensi* loca vindicavit. Septembri vero sequente *Picininus Vigasio* solvens in *Pedemontem* duxit, ubi *Cavalcabovem*, & omnes fere alias *Venetorum* centurias compertas fugam arripere compulit: atque inde *Maternum Bænacense* oppidum, ea tunc peste laborans, ut aves etiam morbo ipso perirent, advolavit. Sed erat *Venetus* miles apud *Maternum* prælio intentus, & uno in tempore *Brixiani Guelfi* montem, mercenarius vero peditatus cum equitatu inferiora aquis contigua tenuere, & classem tam propinquam littore *Zenus* tenuit: ut in una acie eodemque tempore simul pugnaverint omnes.
65 Pugna par utrinque ab tertia solis exorta hora in vesperam est perducta: & pedem attente referens *Forojulianus* in suos in densissimum coactos globum, per arduum, qui montem *Bænacum*que interjacet, callem reduxisset salvos: nisi in multis, quos habent *Bænaci* littora, finibus tam arduus relinqueretur aquas inter & exesas rupes trames, ut rarefactus eo in transitu de globo miles, immissis ex classe insequenti jaculis expositus fuerit: vulnerabantur namque multi, & hoste tunc de industria solito magis urgente, plurimi capiebantur.

Credendum.

Princeps nota.

Gratias attende habendas.

Montebellum.

Garda. Lagisium: Petrus Zenus.

Suavium.

Vigasium.

Pedemons. Cavalcab.

Materni Pestem nota.

A Qua victi difficultate *Philippenses* in fœdam versi sunt fugam. *Italianus* equo dejectus, & umbra noctis tectus, *Salodium* se recepit, & præter occidionem, quæ ex paganis est facta, præstantes in equitatu milites ad quinquaginta, quorum *Nicolaus Guerrerius*, *Antonius Triultius*, & *Gerardinus* tertius, notiores fuere, ac quadringenti ex omni multitudine capti, & noctu *Maternum*, inde *Brixiam* sunt perducti. Visum est tunc *Venetis* mittendi *Sfortiam* & *Gattam* ad oppugnandum *Tiennum*, ut eo capto *Brixiæ* commeatibus facilius succurrere possent. Id quum rescisset *Picininus*, *Ripam* nonnullis cum ductoribus se contulit:
B quos inter *Carolus Gonzaga*, *Cæsar Martinengus*, & *Aloysius Severinas* notissimi erant. Quorum, quum nostras ibi copias exploraturi accessissent, copiæ ipsæ invadentes, nonnullos cædunt, multos capiunt, & aliis in fugam versis, *Picininus* cogitur suscipi in *Tiennum*: unde nocte sequente, veritus ne primo forte sole ibi caperetur, sacco inclusus à delecto dilecto suo inde *Ripam* uti prædæ sarcina est translatus. Qua etiam nocte *Gonzaga Veronæ* urbeculam scalis quum esset ingressus, universa urbs ipsa, exceptis castri veteris, & sancti Felicis arcibus, nulla expectata oppugnatio-
C ne, à *Venetis* ad *Gonzagam* defecit. Hoc quum relatum esset *Sfortiæ*, qui *Tiennum* (ut docuimus) obsidebat, dimisso ibi *Gatta*, ut bombardas in tutum duci juberet: *Veronam* cum copiis nonnullis evestigio accurrens, ab hoste (quod maximum factu videtur) illico liberavit. Quumque *Philippus* intelligeret *Brixiam* in extrema inediæ, pestis, & belli calamitate laborare, ea ratus est brevi se potiturum: modo *Florentinos* à *Venetorum* auxilio diverteret: Quamobrem *Picininum* multis cum copiis in *Ethruriam* misit: Relicto *Italiano* cum galeonis quindecim, octo
D ganzariis, & pluribus aliis in *Bænaco* navigiis: ut *Venetæ* classi obstaret, quæ triremibus sex, & belingariis duobus constabat, ne miseræ civitati nostræ commeatibus aliquando succurreret. Cæterum quum ad id extremi civitas perducta esset, ut potiusquam fame, peste, & bello perire, populus de cedendo adversæ fortunæ per deditionem cogitaret: patricii id conspicati oratores suos, populo adhærente, ad Venetos & *Sfortiam* destinarunt, ultimum de civitatis redemptione examinaturos: qui (deo favente) in piscatorum schemate per montes ad *Bænaci* littora & ad *Venetam* classem quum tandem applicuissent, mise-
E randam legationis suæ causam *Zeno Venetæ* classis præfecto deplorantes exposuerunt. Qua propter, 65 v.
Zenus per *Ponalem*, & *Ledri* vallem frumenta quædam in obsessam urbem traduci tentans, ab hostili classe invasus, navali prælio vacare cogitur. Itaque consertis manibus, vario marte, variaque fortuna utrinque pugnatum fuit. Tandem (auctore deo) cui civitas continuo supplicabat, *Veneta* classis adversam profligavit, ut octingentos inde pugnantes una cum præfecto, & comitibus suis captivos abduxerit. Mox *Petrus Brunorius Venetorum* ductor *Ripam* ibi oppidum bombardis op-
F pugnare cœpit. Unde oratores nostri, visa prospera fortuna, pacato satis animo velut sua expediti legatione in patriam sunt reversi. Verum *Sfortia Verona* in agrum nostrum Mintio per pontem trajecto ducens, *Bænacensem Riperiam*, *Pedemontem*, & *Franciamcurtam* recuperavit: Prætermisso tamen *Salodio*, quod classis *Veneta* (captis ibi propugnatoribus trecentis) jam in prædam acceperat. Post quæ *Sfortia* obtentis multis in planicie oppidulis, *Urceas Novas* adduxit, ubi invento hoste felicem pugnam cum eo habuit: Nam multis cæsis, captisque bismille equis, & mul-

Salodium.

Nicolaus Guerrerius. Ant. Triultius. Gerardius tertius.

Tiennum.

Ripa.

Carolus Gonzaga. Cæsar Martinengus. Aloysius Severinas. Picinini strategema Nota.

Verona.

Classis varia instrumenta.

Oratores in schemate Piscatorum

Ponalis, Ledrique vallis.

Petrus Brunorius. Ripa.

Riperia. Pedemons. Franciacurta. Salodium.

Urceæ novæ.

multis rei bellicæ impedimentis, aliisque commeatibus nonnullis, reliquos in fugam concitavit: Quapropter *Urceæ*, *Sonzinum*, *Palatiolum*, *Pontollium*, *Martinengum*, & alia complura tam *Bergomensis* & *Cremonensis*, quam *Brixiani* agri loca in *Venetorum* pervenere ditionem. Mox tot in urbem frumenta fuere advecta, ut libris tantum quinque nostratibus sarcina, id est somma vaeniret. Cæterum *Claræ*, quod oppidum sæpius *Venetis* rebellaverat, ultimum ex *Brixianis* in illorum voluit venire ditionem: *Marcaria* enim antea, *Cannetum*, *Lunatum*, *Piscaria*, & omnia *Gonzagæ* oppida & loca extra vallum, quod *Serallium* vocitant, exceptis *Goito*, *Capreana*, *Castrozufreto*, *Castiono*, *Sulferino*, & alio oppidulo *Volta* nuncupato, in ditionem *Venetorum* deducta esse legimus. Dum hæc apud nos gererentur, *Picininus* apud *Anglare* inter *Perusium* & civitatem *Castelli* urbes eo die qui dicatus est Solemnitati Apostolorum *Petri* & *Pauli*, ab ecclesia, à *Florentinis* fusus est atque in *Perusium* fugatus, capto patriarcha quodam *Philippi* fautore cum equitum quatuor millibus, & postea obtruncato: Qua tempestate tris soles apparuisse ferunt, & tam vehementem flavisse ventum, ut arbores straverit, everterit domos, & naves complures demerserit. Porro *Sfortia* omnia usque *Abduam* obtinens, præter *Caravatium* primarium in ea regione duriusque oppidulum, illud bombardis invasit: Ubi ab oppidanis lethaliter in crure *Leone Sfortiæ* fratre sagitta vulnerato, *Sfortia* ipse juravit, oppidum id omni exterminio tradere, nisi extemplo de se faceret deditionem. Quamobrem oppidani perterriti *Sfortiæ* evestigio paruere. Cæterum *Venetorum* classis in *Benaco* *Gardam* *Lagisium*, & *Turrim* ibi in ora *Veronensi* oppida convertit in prædam; Sed parto jam per *Sfortiam* omni fere *Cremonensi* agro, quatuor mensium induciæ cum *Philippo* sunt constitutæ, & miles ad stativa conversus est. Itaque pacatis aliquantulum rebus nostris, quæ per annos fere duos tot tamque sævissimis bellis, fame, & lue, perturbatissimæ fuerant. justitium jam lassum XXVI. Julii millesimi quadringentesimi & quadragesimi juri concessit: Et civitas nostra Urbis vexillum sic inscriptum, BRIXIA MAGNIPOTENS CAETERIS VRBIBVS FIDEI PRAEBVIT EXEMPLVM, *Venetias* ad principes ipsos oratoribus infra nominatis dedit: quod in æde divi *Marci* pendens in tanti facinoris memoriam adhuc videri licet. Mox principes ipsi pro quadam tantæ fidei nostræ remuneratione, hujusmodi privilegiis civitatem nostram decorarunt. ut scil. à vectigali in primis, quod Macina appellatur, & à quibuscunque aliis oneribus, juxta municipalia statuta, perpetuo foret, ac sit exempta: quod magistratus omnes agri hujus civibus ipsis, qui se bene gesserunt, conferantur: quodque donatio seu alienatio de aliqua re *Brixiana* fieri non possit, in ejus civitatis præjudicium: quod idoneam pro civium nostrorum habitatione domum in urbe *Venetiarum* civitati nostræ largiri debeant, & quod præter alia multa commoda, quæ promiserunt, beneficia ecclesiastica diœcesis nostræ, ut *Brixianis* conferantur, apud summum pontif. principes ipsi omnem sibi possibilem operam præstarent. Cujus quidem privilegii tale est exordium. *Franciscus Foscari Dei gratia dux Venetiarum, universis, & singulis præsentes litteras inspecturis Salutem & sinceræ dilectionis affectum. Dignitatis nostræ officium censemus, ut fideles nostros de repub. nostra benemeritos gratiis ac favoribus complectamur, eos quoque in justis petitionibus suis exaudiamus: quo (si possibile est) major. beneficii crescat appetitus, cæterisque sint exemplum. Sicut enim omnibus plurima, & exploratissima rerum experientia notum est: Fidelissima civitas nostra Brixiæ dudum lacessita laboribus, maximis vexata præliis, innumerabilibus angustiis & obsidionibus oppressa, potius elegit tot clades, discrimina, & pericula, ac calamitates perferre, quam naturalem, & perpetuam in rempub. nostram fidem, & devotionem relinquere, & anguigeræ tyrannidis jugum subire. Quibus ex rebus habentes animos eorum civium cognitos & perspectos, ut suorum benegestorum memoria ad posteros nostros perpetuo sit transitura, deliberavimus auctoritate consilii nostri rogatorum, & additionis, spectabiles ejusdem civitatis oratores ad nostram præsentiam missos: videlicet Petrum, & Ambrosium jureconsultum, ambos ex Advocatorum familia: Petrum Salium: Albertinum Urceatem: Bartholomæum Averoldum: Joannem Robertum: & Aloysium Capreolum, dilectos cives nostros in supplicationibus justis, parte ipsius fidelissimæ civitatis porrectis exaudire, & illas admittere, prout in responsionibus nostris ad unum quodque continetur. Mandantes quibuscumque magistratibus, & aliis, ad quos spectare & pertinere posset, præsentibus, & futuris cum dicto nostro consilio, ut eas responsiones nostras ad capita inferius descripta observare, & observari facere inviolabiliter debeant.* Quorum capitum tenor talis est &c. *Data in nostro ducali pallatio die* IX. *aprilis indictione tertia* MCCCCXL. Reversus autem *Perusio*, quo aufugerat, *Mediolanum Picininus*, ita cum *Philippo* egit, ut initio hyemis sex millia equitum, peditumque duo millia in nostram *Venetorum*que perniciem rursum congregaret: Quos XIII. Februarii sequentis, *Ollio* trajecto juxta *Rudianum* duxit: faventibus tamen *Clarensibus* & *Cerpelono* *Sfortiæ* familiari, qui *Claras* cum equitibus octingentis præsidio ibi constitutis *Picinino* perfidia prodiderunt. Quapropter omnia inde ad occasum, & austrum hujus agri loca à *Venetis* ad *Philippum* post paulum defecere: quod falso quodam rumore potius, quam *Picinini* virtute gestum perhibetur: nam quum *Venetiis Sfortia* tunc ageret, fama increbuit, eum uti perfidum ibi à *Venetis* captum. Quamobrem multi veriti, vel nunquam, vel sero nimis *Venetorum* vires *Philippensibus* resistere, in *Picininum* subito consenserunt: *Cerpelonus*que *Picinini* jam ductor ascitus Vallem *Camonicam* armis invasit: Et *Aloysius Severinas Bergomensem* agrum in prædam vertit: Atque *Picininus* ipse *Urceas novas* obsedit. Cæterum reversus *Veronam Sfortia*, & inde *Brixiam* properans, crudelem cum *Picinino* pugnam inter *Cignanum*, *Manervium*, & *Offlagam* oppidula, XXV. Junii conseruit, ut centum cæsi, saucii vero tercentum utrinque fuerint milites. Quare *Picininus* tertio Julii sequentis *Ollium* ponte apud *Pratum Alboinum* cum omni exercitu trajecit, *Claris* oppido tantum usque ad *Sfortiæ* adventum illi fidem servante: qui quum eo duxisset, daturum se oppidanos ipsos in prædam comminatus, *Martinengum* traduxit: quod equitibus mille, & peditibus quadringentis obsedit. *Picinino* tamen eo protinus advolante, talis committitur pugna, ut & ea & aliis præcedentibus plurimum affecti principes, populi, & milites ipsi, novas petierint pro tractanda pace inducias. Quamobrem *Sfortia* à *Venetis* & *Philippo* belli pacisque arbiter constitutus, loca omnia *Venetis* principio anni MCCCCXXXVIII obtemperantia eis in primis jussit restitui. Itaque *Soncinum*, *Rumenengum*, *Covum*, *Martinengum*, & *Anteniacum*, Casale majus, *Veneti Philippo* consentiente munierunt. Sed *Pontivicum*, *Castrum Baldum*, & quod sanctus *Joannes* in cruce appellatur, oppidula *Philippo* remansere: Postea *Sfortia Venetias* pro pace ipsa concludenda iturus XVIII. Augusti *Brixiam* applicuit: Hinc *Caprianam* agri *Mantuani* oppidulum quum accessisset, ibi tantisper

Soncinum. Palatiolum. Pontollium. Martineng. — Claræ. — Marcaria. Cannetum. Lunatum. Piscaria. — Prodigia solis, & Ventorum. — Caravatium. — Leo Sfortia. — 66 — Vexillum Brixianor. Venetiis, in æde divi Marci pendens. Privilegia Brix. fœcunde locis à Venetis concessa. Vectigalia. Magistratus. — Domus Venetiis. Beneficia ecclesiastica.

Petrus Advocatus. Ambrosius Advocatus. Petrus Sal. Albertinus Urceas. Barthol. Averoldus. Joannes Robertus. Aloysius Capreolus. Oratores Brix. Ann. MCCCCXL. — 66 v. — Picinini ultimum in Brixianos bellum. — Clarenses. Cerpelonus Perfidia. — Fama. — Vallis Camonica. — Urceæ novæ. — Pugnam attende inter Cignanum, Manervium, & Offlagam. — Induciæ pro tractanda pace: Arbitrio Sfortiæ.

tisper mansit, quousque omnium partium oratores ea de causa ad ipsum profecti sunt. Cæterum quum *Blancam Philippi* filiam sibi nubere, *Cremonam*que pro dote accipere curaret, urbem ipsam XXIIII. octobris MCCCCXLI. intravit, ubi *Blanca* solemni conjugio ei est copulata. Id civitas demum nostra intelligens, tanto illi connubio gratulata, Legatos cum muneribus ad eum misit. Ille una cum uxore peractis quamplurimis gratiis vigesimo novembris in arce *Cremonæ* de pace ipsa suam sententiam tulit, quæ decimo sequentis *Brixiæ* tenera cum omnium lætitia pompabiliter est publicata, tertio autem Maji MCCCCXLII. *Sfortia* ipse & *Blanca Venetias* profecti honoratissime à *Venetis* suscipiuntur. Anno postea ab ortu Christi MCCCCXLV. cal. Augusti *Petrus* cognomento *Montus Venetus*, vir quidem moribus, doctrina, & religione præclarus, qui repertorium in utroque jure perutile opus, ac multa castigatissima edidit consilia, *Brixiæ* episcopus urbem primo ingrediens, à civitate nostra plausu magno suscipitur. Per quod tempus *Lafrancus Orianus* jureconsultus, civisque noster, multa in Cæsareo, pontificioque jure dogmata conscripsit, perpetuis inde temporibus approbata anno vero sequenti *Philippus* dux *Vitilianum Boromæum Venetias* ad senatum legavit, decemmillia aureorum ea de causa depositurum, ut *Veneti* ad reddendum ipsi *Philippo Cremonam Sfortiam* quovismodo inducerent. Quibus *Sfortia* quum minime assensisse videretur: *Philippus* castra sua ad *Cremonam* Calendis Maji sequentis destinavit: Itaque deducto juxta *Soncinum* exercitu, id una cum *Rumulengo* evestigio cepit. Castellionum quoque cum toto *Cremonensi* agro (*Cremona*, ad cujus tutelam *Veneti Gerardum Dandulum*, & *Scaramutiam Forliviensem* cum peditibus trecentis miserant, Casalique majori omissis) solo bimestri vindicavit. Ac demum Casale ipsum quum obsidione cinxisset, *Venetorum* exercitus opem *Sfortiæ* allaturus in quandam *Padi* insulam, non longe ab ipso oppido est ductus, *Michaële Cotoniola* Capitaneo: Et ibi ponte capto, cum *Philippensibus* tam acriter tamque gloriose pugnavit, ut opima inde spolia reportaverit: Nam circiter centum ex hostibus interfectis, totidemque *Pado* submersis, equisque quatuormillibus captis, cum *Antonio Landriano*, & *Antonio Trivultio Philippi* ductoribus, *Franciscum Picinini* filium, *Rusminum Trivultium*, & *Aloysium Vermem* paucis cum mercenariis fœdam arripere fugam coegit. Hac autem parta victoria, in *Abduæ* glaream duxit *Cotoniola*: quam non multo post quum obtinuisset, *Abduam* trajecit, *Cassanum*que castellum in ejus fluvii ripis munitissimum expugnavit, atque nonnulla ibi circum oppidula pagosque & vicos sex dierum spatio cepit: Mox *Petrum Advocatum*, & *Antonium Martinengum* patricios nostros eum comitantes equestri dignitate insignivit, & instante hyeme militem per stativa divisit. Verum enim vero sequenti vere *Sfortia* à *Venetis* ad *Philippum* quum defecisset, *Philippus* ipse ventris profluvio fati munus implevit. Quo tempore civibus nostris hospitale magnum erigere instantibus *Petrus Montus* præsul primum lapidem sub sancti Spiritus titulo VII. cal. apriles in fundamentum cerimonialiter posuit. Quum autem *Sfortiam* defecisse, & *Philippum* ab humanis decessisse *Veneti* intellexissent *Cremonensem* agrum per exercitum invadentes, *Placentiam*, *Casale majus*, *Soncinum*, & omnia fere Municipia oppida, & loca *Mediolanum* usque cepere. Atque ad ejus portas persæpe cursitantes prædam multam, multosque captivos abduxere. Mox capto etiam *Brevio* oppido, omnes *Briantiæ* montes, valles, & planitiem in prædam ver-

[Margin notes, left column: Blanca Sfortiæ nubit. — 67 — Anno MCCCCXLV. Petr. Montus Brixiæ episcopus. — Lafrancus Orianus jure consf. — Cremona. — Gerardus Dandul. Scaramucia. — Michaël Cotoniola. Spolia opima. — Ant. Landr. Ant. Trivul. Franciscus Picininus. Rusminus Trivultius. Aloysius Vermes. — Cassanum. Petrus Advocatus. Ant. Marti. — Philippi mors. — Hospitale magnum. Brix. — Placentia. — Brevium. Briantia.]

A tentes, *Leuci* quoque pontem expugnaverunt: Nec non paulo post valle Sasina in prædam versa, *Leuco*, *Mandello*, *Bellano* & omnibus circa lacum larium oppidis (*Como* excepto) potiti sunt. Quapropter *Mediolanenses* congregato exercitu in agrum nostrum ducentes, juxta *Senigam* pontem supra *Ollium* projecerunt: Quo quum, trajecissent, Vicum, sanctum *Gervasium* appellatum, præda & igne vastarunt. Ob quam rem *Venetorum* exercitus ad tutandum agrum ipsum revocatus octavo augusti *Soncinum* adventavit: quem *Laudenses Placentini*que formidantes, *Venetis* post B non multo se dediderunt. Quamobrem *Sfortia Mediolanensibus* jam confœderatus, *Mediolano* ad *Cremonam* movit: *Venetorum* autem exercitus *Laudum* versus abduxit: Ille vero *Abduam* juxta *Picigitonum* quum trajecisset, Casale majus advolavit: Cæterum post multas utriusque exercitus cunctationes, *Sfortia Placentiam* aggressus expugnavit, atque per sacrilegia, perque omne crudelitatis genus eam in prædam vertit. Accedente vero hyeme Castra solvuntur, & pace rursum tractata uterque miles stativa petit. Sed *Mediolanenses Venetis* indignati sequenti vere bellum indixerunt. C Qua de re *Sfortia* in *Moncianicam*, *Vailatum*, & *Brignanum* ducens, oppida ipsa vindicavit, repedante evestigio *Claras Venetorum* exercitu. At *Bartolomæus Colleo Sfortiæ* ductor (de quo plura *Cornazanus* scribit) cum equitibus millequingentis ad *Venetos* mox deficiens, rem utrinque paulo præter omnium expectationem suspendit. Per id tempus *Thadæus Estensis* marchio *Brixiæ* vita functus pompabiliter sepelitur. Paraverant interim classes in *Pado Veneti* & *Mediolanenses*, quibus prope Casale majus XVII. Julii sequentis asperrime certantibus, *Veneta* classis profligata fuit. Quamobrem uterque postea exercitus non longe à *Ca-* D *ravatio*, *Trivino* & *Morengo* municipiis castrametati sunt: ubi tribus diversis diebus acerrime pugnantes XV. Septembris *Venetorum* exercitus profligatus penitus fuit, captis *Antonio Donato*, *Gerardo Dandulo Venetis* provisoribus, & *Roberto de Monte Albo Guidone Rangono*, *Gentili Leonesso*, *Theosalvio*, *Ludovico Malvetio* pluribusque aliis *Venetorum* ductoribus: atque aufugientibus inde *Brixiam Cotoniola*, & *Cæsare Martinengo* paucis cum familiaribus suis. Quamobrem agri omnes videlicet *Cremonensis*, *Bergomensis*, & noster tanto perculsi conflictu (urbibus tantum exceptis) *Sfortiæ* se se inclinaverunt. Hinc ipse victoriam E prosequens, ut *Brixiam* obsideret XXII. ejus mensis valido cum exercitu in suburbiis Nazareis castrametatus est: civibus nostris circa muniendam magis urbem die noctuque laborantibus. Orta vero inter *Mediolanenses* & *Sfortiam* seditione, quia illi quærebant *Laudum* ante omnia vindicare, hic autem cœptum jam obsidione perficere intendebat: indignatus rem suam cum *Venetis* composuit, & soluta illico obsidione, contra *Mediolanenses* prope *Laudum*, sed frustra tamen adduxit: quippe urbs ipsa à *Mediolanensibus* jam accepta fuerat & præmunita. Cæterum *Venetis* & *Sfortia* in F *Mediolanensium* perniciem forti conjuratione invicem copulatis, *Sfortia Abduam* trajecit, & *Placentiam* invadens recepit: *Tortonam*que *Marlianum*, *Abiagrassum*, & alia in ea regione oppida paulo post obtinuit; relicto prorsus *Venetis* agro *Brixiano*. Atque mox urbibus, municipiis, oppidis, villis, & locis omnibus inter *Ticinum* & *Padum* amnes jure bellico acquisitis apud *Mediolanum* ad quartum lapidem, id est ad *Claræ Vallis* Cœnobium, & *Malignanum* duxit cum *Francisco Picinino* & *Jacobo* fratribus ductoribus suis. Quo tempore *Petrus Montus* pontifex noster, & usdetus *Sartianus* ordinis minorum, & Apostolicus legatus

[Margin notes, right column: Leucum. Vallis Sasina. Mandel. Bel. Lacus larius Comum. Mediolan. Senica. — 67 v. — Sanctus Gervasius. Soncinum. Laudenses. Placentini. — Sfortia cum Mediolan. Cremona. Picigiton. — Placentia. — Anno MCCCCXLIX. — Moncianic. Vailatum. Brignanum — Bartholom. Colleo. Ant. Corn. — Classes in Pado. — Caravat. Trivinum. Guido Rangonus. — Gentilis Leonessus. Ludovicus Malvetius. — Cæsar Martinengus. — Seditionem nota. — Tortona. Claravallis. Malignam. — Franciscus & Jacobus Picinini. Monasterium]

legatus

legatus novum divæ *Claræ* monasterium apud ædem divi *Christofori* (ita requirente civitate) virginibus prope religiosissimis consignaverunt. Per quod etiam tempus *Venetorum* excercitus glaream *Abduæ* cum *Caravatio* & *Fontanella* vindicavit: reducta *Chrema* bombardis plurimum oppugnata. Mox tales ventorum flatus cum pluvia *Mantuam*
68 *Cremonam*que vexarunt, ut ne dum tegulas, sed parietes & turrium cacumina quædam impetuose projecerint. Cæterum die quarta Septembris anni ejus *Sfortia* urbe *Laudo*, *Veneti* vero XI. post *Chrema* concorditer sunt potiti: *Carolo* tamen *Gonzaga* prodente, qui pro *Mediolanensibus* in *Laudo* urbe agebat. Profuit hoc *Sfortiæ* tantum ut omne *Mediolanense* dominium (solis *Mediolano*, *Tortona*, & *Alexandria* demptis) sibi in ditionem adjunxerit. Quamobrem *Mediolanenses* cum *Venetis* de pace habenda convenerunt: qua inscio *Sfortia* secundo Octobris publicata, *Venetorum Mediolanensium*que *Sigismundus Malatesta* Capitaneus elevatus adversus *Sfortiam Mediolanum* obsidentem, in vallem, quæ sancti *Martini* dicitur, evestigio duxit, *Paulo Venerio Venetorum* provisore *Mediolani* recepto. Neque tamen resistere potuit, quin obsessi & pereuntes fame *Mediolanenses Sfortiæ* viribus aliquando concederent: ut cæso *Venerio* cum ejus Cancellario XXVI. Februarii sequentis id est anni MCCCCLII. *Sfortia Mediolani* dux acclamatus, & à populo in urbem ipsam fuerit introductus: qui paulo post omnium civium consensu confirmatus, cum *Florentinis* fœdere se conjunxit, & *Jacobus Picininus* ab illo ad *Venetos* defecit. Hoc autem anno urbis nostræ foveæ ab agrestibus nostris absque ulla civitatis impensa expurgatæ fuere. Qua tempestate in *Liguria* carnes, *Romæ* sanguinem pluisse, infantem dentibus sex natum, Cometem toto fere mense Junii visum ferunt. Apud *Benacum* vero non procul à *Salodio* mons magno hiatu ad imum scissus, & *Petrus Montus* præsul noster *Romæ* mortuus est, doctrinæ suæ operibus relictis. Cæterum quarto nonas Maji superioris anni confœderatione inter *Venetos*, *Sabaudiæ* ducem, *Montisferrati* Marchionem, & *Aragoniæ* regem proclamata, *Federicus tertius* Imperator quum *Romam* coronandus accessisset, *Gentilis Leonessus*, *Veneti* exercitus gubernator appellatus, *Brixia* ad *Balneolum* in primis & postea ad *Manervium* expanso militari vexillo, omnique exercitu ipso stipatus contra *Sfortiam Mediolani* principem movit, & dimisso inter *Soncinum* & *Rumelengum* ejus principis exercitu, *Cremonensem* agrum per *Covum Antiniacum*, & *Fontanellam* transgressus, *Abduam* per pontem *Rivoltæ* trajecit, & *Mediolanum* usque cursitavit. Cæterum *Sfortiani* ad *Zivinoltam Cremonensis* agri rus quum movissent, *Gentilis Martinengum*, *Soncinum*que paulo post reduxit: ubi cal. Junii crudeliter utrinque certatum fuit: Victores tamen *Sfortiani* agrum nostrum invaserunt, & *Pontivicum* subito cum nonnullis circumvicinis pagis & villis occupaverunt: *Gentile* tamen *Soncinum* & ipso invadente: mox uterque exercitus inter *Manervium* & *Cignanum* ducentes, manu conserta non parvam de se stragem dederunt. *Bartholomæus Colleo* tunc *Brixia* ad *Asulam* cursitans magnam inde prædam abduxit. *Sfortiani* post hæc apud *Quintianum*, *Gentilis* autem ultra *Urceas novas* in *Soncinensi* via castrametati sunt. Tum *Sfortia* missa ad *Gentilem* in *Montisclari* campis per tubicinem cruenta chirotheca, eum ad pugnam conferendam invitavit: quod quum *Gentilis* præfixa pugnæ die acceptasset, *Sfortia* tamen paludibus delitescens fefellit. Hyeme autem rigente, omnes in agro nostro stativa petiere. Verum *Joannes Antonius Gattæ* filius *Venetorum* ductor oppidulum *Castionum à Stiveriis* appellatum deprædari tentans pilula plumbea ex hasta ærea perforata (Zarbotanam vocitant) in capite vulneratus quasi ad necem fuit. Intrante autem vere MCCCCLIII. *Manervii* arx tribus diebus bombardarum ictibus quassata partimque diruta, cum oppidulo suo in *Venetorum* ditionem rediit: *Gentilis* tamen ea in expeditione telo veruto è Scorpione saucius cal. Aprilis *Brixiæ* interiit: & in divi *Alexandri* æde honorabiliter est sepultus. Paulo vero post, conflictantibus invicem *Mantuano* Marchione & *Carolo* fratribus, tantum imbrium & grandinis è cælo ruit, ut à penultimo aprilis usque ad VII. Junii nunquam per naturalem diem vel pluvia vel grando cessaverit: Et id quidem non sine magno frugum fructuumque interitu. Per quod tempus ædes beatæ *Mariæ* cognomento gratiarum extra urbem cujusdam *Georgii* eremitæ auspicio initium habuit. Enimvero *Jacobus Picininus* exercitus *Venetorum* Capitaneus designatus *Quintianum* multis bellicis machinis invadens, diebus septem expugnavit: Quod quum in prædam vertisset, ad *Pontivicum* movit. Quamobrem datæ sunt inter *Venetos* & *Mantuanum* induciæ: Quibus adhuc pendentibus Marchio ipse prope *Carpenetulum* transiens *Gaidum* contra fidei verecundiam invasit, atque cum eo *Sfortia* statim convenit. *Jacobus* vero *Picininus Pontivici* agens ad *Manervium* primo, postea ad *Portianum* oppidula, quæ defecerant, movens, omnia in prædam vertit: ut frumentum, vina, arbores, domus, bestiæ, & agri hujus homines tum aeris intemperie, tum bellis maximopere sint affecti. Cæterum *Sfortia*, erecto contra urbem apud *Montironum* propugnaculo, cum *Jacobo Picinino* sibi occurrente ibi crudeliter pugnavit: ut milites supra quingentos utrinque partim occisi fuerint, partim ad necem fere vulnerati. Captis autem nocte per *Sfortianos* prope *Castellionum Venetorum* exploratoribus sopore præoccupatis omnis fere illorum exercitus fœdissime profligatus est, & maxima jactura affectus, ut vix pauci etiam evaserint, quos prædam quandam abducentes quum *Sfortiani* persequerentur, illos in suburbia jam perductos invaserunt, & omnem prædam valida manu vindicaverunt. Hæc autem XVI. Augusti MCCCCLIII. gesta fuerunt. Postea *Renatus* rex genere *Francus Sfortiæ* fautor *Bartholomæo Colleoni* juxta *Gaidum* se opposuit: Quare *Pontivicum* à *Sfortianis* evestigio expugnatum est, & hominibus fere per mortes privatum. Similiter & *Quintianum*, & omnis fere agri nostri planities, exceptis tantum *Urceis*, *Claris*, & *Roato*. Quumque *Venetorum* exercitus *Portiano*, ubi castrametatus erat, *Pontivicum* versus moveret: *Urceas* & *Claras Sfortia* occupavit, atque *Roatum* nonnullis diebus obsidens bombardis multum affecit: Quousque omnis *Abduæ* glarea, & *Bergomensis* ager, exceptis *Martinengo*, *Ripalta*, *Chrema*, & *Trivino*, *Sfortiæ* se dediderunt. Quamobrem & *Roatum* VII. Novembris sequentis itidem sequi necesse fuit. Paulo vero post & *Martinengum Sfortiæ* concessit: rigente tamen mox hyeme uterque miles stativa petiit, & uterque potentatus de pace habenda extemplo tractavit: Quapropter idibus Aprilis anni sequentis pax ipsa ita firmata fuit, ut quæ cujusque ante id bellum fuissent redderentur, præter *Abduæ* glaream, quam *Sfortia* de *Venetis* ceperat, quum esset antiquissima *Mediolanensium* jurisdictio: sed ut pax ipsa firmior haberetur, summus Pontifex suam interposuit auctoritatem, hac lege, ut si quæ deinceps dissensiones, discordiæve orirentur, earum tollendarum jus potestasque *Romano* Pont. traderentur: utque si quis arma alteri intulisset, is statim communis omnium hostis haberetur. Atque ita tot bellorum turbines divina miserante clementia sedati fuere.

Monaster. Divæ Claræ. Chrema oppidum. — Prodigia Ventorum. Man Crem. Laudum. — Carolus Gonz. Mediolanens. cum Venet. — Sigismund. Malatesta. — Vallis S. Martini. — Anno MCCCCLII. Sfortia dux Mediolani. — Jac. Picini. Urbis foveæ expurg. — Prodigia, carnes sang. pluisse mons. Salodium Ben. — Federic. III. Imper. Gentilis Leonessus. Balneolum. Manerv. Pontivic. Asula. — Pugnæ invitationem nota. — Gattæ filius. Castionum à Stiveriis.

Zarbotana. — Anno MCCCCLIII. — Manerv. Gentilis. Sepul. in D. Alex. æde. — 68 v. — Prodigia Imbrium grandinumque. — Divæ Mariæ gratiarum ædes. — Jacobus Picininus. Quintian. — Gaidum. — Manerv. Portianum. — Montiron. — Renatus Rex. — Pontivic. Urceæ. Claræ. — Roatum. — Pax firmata. Abduæ glarea.

LIBER DUODECIMUS.

Bartholomæus Colleo Capitaneus Venetus. M. CCCCLV.



SEDATIS (UT SUPERIORI libro dictum est) bellis, *Bartholomæus Colleo* universalis militiæ *Venetorum* Capitaneus declaratus anno salutis nostræ MCCCCLV. VII. cal. Junii sceptrum à *Joanne Mauro* senatus *Veneti* nomine agente in magna urbis nostræ platea solemni pompa accepit & divorum martyrum nostrorum *Faustini* & *Jovitæ* reliquiæ XI. Decembris maxima religione sunt recognitæ. Mox sæviente admodum peste, *Carcia* fluvius noster tanta inundatione inter aeris siccitatem exuberavit, ut proprium excedens alveum, vicos omnis apud ejus

Pestem attende. Prodigia Carciæ.

69 ripas aquis immergeret: atque omnia ibi alluvie ipsa subverteret. Biennio vero post *Bartholomæus Maripetrus Brixiæ* antistes urbem cal. Maji pompabiliter intravit, & ad episcopum suum honoratissimus accessit: Quo anno *Paschalis Maripetrus* à *Venetis* dux creatus est, vivente adhuc *Francisco Foscaro* duce, qui magistratu ipso privatus die sequenti affectam mœrore animam exspiravit. XI. autem octobris MCCCCLIX. nummuli ærei (denarii minuti, alias planetti appellabantur) jussu *Venetorum* cum incredibili *Brixianorum* jactura nobis sunt interdicti. Qua tempestate Magnus *Turcus Bossinam*, rege perempto, quum occupasset, *Veneti* magnam classem contra illum parantes, multa à civitate nostra armorum & id genus accepere subsidia: & *Jacobus* de *Petris Brixianus* hæreticorum inquisitor *Jacobum Marchianum* ordinis minorum religiosum cantatiss. quia de Christi sanguine quædam prædicaverat, ad summum pontificem pro disputatione super eo facienda citavit: Quum autem *Pius* pontifex max. in *Anchonam* navigasset, præpotentem admodum classem adversus *Turcum* ipsum ducturus: *Christophorus Maurus Venetorum* dux multis cum patriciis navigium (bucentaurum appellant) ut pontifici se conjungeret VIII. Julii est ingressus: Cæterum adversa ventorum procella quasi periclitantes *Venetias* remigrare compelluntur: ne evidentissimo perirent naufragio: Quod omnibus christianis futurum exitium portendere multis persuasissimum fuit. Sequenti vero anno episcopus noster *Maripetrus*, rabidæ catulæ sibi domesticæ morsu ictus XL. inde die ab humanis decessit, dicens, *Vixi, & securus mei possessor fui: Cursum quem deus dederat, peregi: Valete Brixienses mei: exemplo meo discite.* Post hæc *Borsius Ferrariæ* dux *Brixiam* applicuit, & hic regio honore susceptus triduo mansit: Quumque civem nostrum, qui sibi accipitrem furto subtraxerat, invenisset, non aliud de illo supplicium sumi voluit, quam quod & olfaticum canem à se etiam oblatum susciperet, dicens, non nisi nobilem animum tali volucre delectari: sed sine olfatico cane delectationem ipsam imperfectam esse. Anno vero MCCCCLXVI. *Dominicus* de *Dominicis*, vir ingenio, ac doctrina præclarus, qui multa in theologia & in mathematicis edidit volumina Episcopus noster urbem primo maximo apparatu intravit, & equum magno pretio æstimatum *Petro Advocato* equiti aurato patricioque nostro donavit. In executione vero decreti *Venetorum* summatim continentis, urbem nostram novis mœnibus circumdari debere, impensa tripartita: ipsorum videlicet principum, civitatis nostræ, & agrestium nostrorum. XXII. Januarii sequentis, divisis primo per sortes ejus con-

Barthol. Maripetrus Episcopus Brix.

Francisci Foscari ducis depositionem.

M. CCCCLIX. Nummuli ærei proscripti.

Turcus magnus.

Pius pontif. Portentum nota contra christianos.

Bartholomæi Maripetri necem & exhortationem. Borsius dux Ferrariæ, Magnan. & liberalis.

Anno M. CCCCLXVI. Dominicus de Dominicis Episc. Brix.

Brixiæ novam attende instaurationem.

A ficiendi muri partibus, missaque sancti Spiritus per archiepiscopum *Corcyrensem* episcopi nostri suffraganeum celebrata, primum lapidem in civitatis parte archiepiscopus ipse solemniter posuit. è regione fere sacelli in pomeriis divo *Andreæ* dedicati. Majo autem sequenti *Bartholomæus Colleo Brixia* discessit & XV. millibus equitum peditumque collectis in *Florentinos* duxit; Sed occurrentibus ei prope *Imolam* Florentinis cum *Alphonsi Aragonensis*, & *Galeatii* vicecomitis auxiliaribus copiis, vix sospes recessit. Augusto vero mense tot tantique imbres fuerunt, ut eis multi mortalium fuerint enecti.

Bart. Colleo.

B *Turci* quoque Forum julii populabundi quum mox invasissent, civitas nostra *Venetis* laborantibus auro multo succurrit. anno tamen sequenti videlicet LXX. supra millesimum & quadringentesimum *Turci* ipsi *Florentinorum* & *Genuensium* auxilio freti *Chalcidem Euboeæ* (*Nigropontem* vocant) *Venetorum* munitissimum in mari oppidum diebus XI. quum expugnassent, omnes fere in eo christianos trucidaverunt. Quo tempore *Laurentius Calcaneus* jureconsultiss. & civis noster claruit, multaque in jure Cæsareo pontificioque laudatissima consilia scripsit. Et *Antonius* municeps

Brixia contra Turcos Venetis succurrit.

Nigropontis amissio.

Laurent. Cal. jurecon. Brix. Ant. The. Brix. Cytharæ.

C noster à nostratibus *Theutonicus* ab aliis *Brixianus* cognominatus, cytharœdus sui temporis præstantiss. quippe qui, ut olim *Amphion* celeri pollice dulces nervos percurrens resonantia verba canoris fidibus loquacique testudine movere atque 69 v. exprimere videbatur, magno à *Sfortianis Mediolanum* ductus est salario, & *Joannes Antonius Garufa* civis noster ingeniosis. *Venetias*, quæ arte vitrearia nunc, ut olim Sydon nobilitantur, vitrearius ductus, ea ejus artis Illustri investigatione clarus evasit, ut quasi officinarum ibi omnium protoartifex calices, & alia multa puro argento æquipenso persæpe vendiderit: quippe nullum natura

Vitrea.

D protulit gemmarum, nullum flosculorum genus, quod adulterino vitreo *Garufa* noster non effingeret, ac mentiretur. Grando quoque insolitæ magnitudinis è cœlo cecidit, cujus granum uncias XII. expendere expertum fuit: Altero vero anno post *Sixti* pontificis max. creationem, dum bravium alipedibus civitas nostra de more exhiberet, Terræmotus bis urbem ipsam quassavit, & cometes magnus postea mortales graviter affecit. Dehinc mensibus VII. nummi argentei, grossi grossonique appellati, *Venetorum* jussu in maximum civitatis nostræ dispendium sunt abrogati, & in

Grandinis. Terræmotus. Cometes.

Nummi argentei proscripti.

Frigore, & pruina, Terræmot. Vites absumi.

E exilium proscripti. Glacies item, nives, gelu, & pruina, majorem vinearum nobis partem absumpsere: Biennio vero post *Christinus Daciæ* Rex *Romam* solvendi voti gratia pergens in urbem nostram applicuit, & hic celebri honore susceptus *Aloysium* advocatum insignem comitem creavit. Quo anno insolita temporum siccitas perennes quoque fontes exhausit. *Turci*que transacto per superiorem *Pannoniam Danubio*, provinciam deprædaturi, quum *Venetos* ad rem suam tutandam cogerent, his addicta civitas nostra octomillibus aureis succurrit: *Sforcinus* insuper olim *Sfor-*

Christinus rex Daciæ.

Aloysius Advocatus comes. Siccitas.

F *tiæ* adulterinus, & alius quidam ducis *Burgundiæ* filius *Brixiam* adventavere, *Venetias* contra *Turcos* tandem ituri. Monetæ tum aliorum principum, jussu *Venetorum* proprio pretio cum non parva civitatis nostræ jactura sunt diminutæ. Qua etiam tempestate *Asula* & *Urceæ novæ* novis mœnibus foveisque sunt instauratæ. ***Ludovicus Sfortia*** & ***Joannes Borromæus Galeatii*** **ducis *Mediolani*** ad *Ve-*

Brixia aurum contra Turcos Venetis erogat. Nummi. pecuniæ, vel monetæ. Ludovicus Sfortia. Joannes Boromæus.

Venetos legati, *Venetiis* revertentes quum *Brixiam* applicuissent, ille in palatio ab urbis præfecto, hic ab *Aloysio Capreolo* patruele meo honoratissime in domo excipitur. Anno demum MCCCCLXXV. *Judæi* qui *Tridenti* agebant, arrepto furtim puero quodam, cui *Simon* erat nomen VIII. cal. apriles, qui dies passionis domini fuit, eum mactaverunt: Quod quum rescisset *Joannes Salius* patricius noster, & jure consultus, ibi tunc Prætorem gerens variis atrocibusque, sed meritis quidem suppliciis illos interfici jussit: Sequenti anno omnis fere annona in agro nostro grandine etiam instar ovi gallinacei prope deleta fuit. Imagoque beati *Simonis Tridentini* in æde divæ *Mariæ* Carmelitarum picta lachrymas ab oculis emittere visa fuit, tota fere civitate nostra tantum visura prodigium eo etiam noctu cum facibus properante: & quod rarissimum in natura tunc contigit, mulierem scilicet superfœtare. Nam *Serena Capreola* soror nostra, *Leonardi Confanonerii* uxor quum perfectum edidisset infantem tribus dein mensibus etiam peperit alium qui ambo quidem diu vixere: Quidam insuper Magni *Sultani Babyloniæ* principis legatus, linteis tantum indutus, sed pedibus nudis *Brixiam* adventavit, *Mediolanum* profecturus: Qui saccaro & aqua tantum vescebatur, vir quidem procerus, venustus, barbam tamen nutriens, & ad gracilitatem tendens: Interpretemque *Judæum* secum ducebat, vel potius ab illo ducebatur. Per quod tempus *Justinianus Luciagus* civis noster, doctrinæ cultor, *Homeri Iliadem per Laurentium Vallensem* in latinum versam, gravissima epistola sua præsignitam impressoribus, ut studiosis copia ejus fieret, tradidit propagandam. Et *Christophorus Martinionus* civis quoque noster, theologorum sui temporis cantatissimus, & carmelitarum antistes (generalis appellatus) suorum conventum (capitulum vocitant) de more habiturus ex *Hispania*, *Galliis*, *Germania*, *Hibernia*, atque ex omni fere christiano orbe in urbem nostram quingentos sui ordinis viros suo jussu conduxit, & omnibus vere pœnitentibus omnium peccatorum remissionem à pontifice max. primus nostratum obtinuit: quamobrem V. millia aureorum mox erogata cœnobio huic instaurando impendi mandavit: quod postea perfectum est, *Angelo Capreolo* ejus cœnobii priore venerando. Quibus etiam temporibus forum magnum & publicæ urbis viæ lateribus utrinque sunt stratæ. Et *Bernardinus* municeps noster à nostris *Ponchiarolus*, ab aliis *Brixianus* appellatus, quum *Italorum* omnium præcellentissimus pilæ agitator haberetur, à *Galeatio Sfortia*, *Mediolani* Duce primum, & post hujus necem ab *Hercule* principe *Ferrariensi*, *Ludo* ipso magnopere delectantibus non parvo conductus est stipendio. Interfecto autem per *Andream Lampignanum* ob illatam injuriam *Galeatio* ipso, tanti facinoris nuntium *Mediolano Brixiam* horis quinque cum magna omnium admiratione allatum est. Anno vero MCCCCLXXVII. Pestilens febris à medicis non satis intellecta cives multos absumpsit: & in contagionem versa XXX. millia ex civitate nostra hominum in mortem traxit: *Laurentio Brusato* cive nostro tantæ calamitati solo ad ultimum usque spiritum gratis obstante: quapropter peractis Deo optimo max. cum aurea flamma supplicationibus, Divo *Rocho* talis morbi propulsatori sacellum erigere civitas hæc voto promisit: quo nuncupato statim convalescere cœpit: at sacellum postea in non humile templum, ut extra urbem nunc extat, commutavit. Ipso quoque anno locustæ numeri prope infiniti per agrum nostrum debacchantes multos fructus frugesque consumpsere. Quum autem ea, quam prædiximus, lue infectos, & ad divi *Bartholomæi* hospitale in suburbiis delatos, non tam honeste ob loci angustiam susceptos civitas nostra intellexisset, illud paulo post maxima commoditate instauravit. Quo tempore *Calphurnius* rhetor, utraque lingua doctus, & *Gratianus* seraphicus theologorum sui temporis nulli in *Italia* secundus, viri *Brixiani* à *Venetis* in gymnasium *Patavinum* doctores magnis sunt conducti salariis. & *Martinus Butius* de *Collibus* municeps noster electissimam chartarum per tabelliones faciendarum publicandarumque formam edidit: quæ non minus utilis quam grata est tabellionibus cunctis. *Bonifacius* quoque *Bembus* & ipse civis, latinis græcisque literis eruditissimus in *Ticinense* gymnasium à *Sfortianis* primo, demum ab *Innocentio* pontif. Max. *Romam* publicus rhetor conducitur: mortuo jam *Bartholomæo Parthenio Bænacensi* ibi antea rhetore: *Petroque Lazarono* etiam *Brixiano* publico *Papiæ* rhetore permanente. Agebatur autem annus MCCCCLXXXIII. quando *Robertus Severinas Venetorum* locumtenens appellatus obsessa in primis *Ferraria*, erogatisque per civitatem nostram subsidio *Venetorum* duobus aureorum millibus, *Mediolanum* velle invadere simulavit: Quare magnam inde exercitus sui partem ad *Urceas*, *Pompejanum*, *Curtianum*, & *Glareolam* duxit, atque ibi mense fere cum magna incolarum jactura continuit: Quousque summi pont. *Alphonsi Calabriæ* ducis, *Florentinorum*, *Bononiensium*, ducis *Mediolani*, Marchionis *Ferrariensis*, & *Mantuani* equestres turmæ centumviginti, & pedites innumeri in *Venetorum* nostramque perniciem apud *Aquamlongam* agri nostri pagum *Ollium* trajecerunt, & *Asulam* municipium cum multis propinquis oppidulis & vicis non sine magna civium agrestiumque nostrorum jactura occupaverunt. Quapropter *Robertus* vel conctando, vel de fuga magis sibi consulendo, ad *Pedemontes* supra navigii flumen extemplo se recepit. Sed *Ludovicus Sfortia*, *Mediolani* gubernator appellatus, qui in hostium castris secundus imperabat, non sine ignominia copias suas divertens, castra ipsa dissolvi coëgit, agro multum nostro ea propter squallente relicto, & multis abductis prius captivis, multisque per prædam bonis direptis, ut obsoniorum caritate ovum gallinaceum nummis sex tum venderetur: & ego omni ejus anni redditu meo *Glareolæ* spoliatus ducentorum aureorum damnum ac ultra perpeti coactus fuerim. Fuit etiam tempestate illa talis tantaque aëris siccitas, ut semestri quasi nil pluerit, & puteos antiquissimos ad pedes usque XII. suffodi oportuerit. Inter hæc autem *Paulus Orianus* jureconsultus, & civis noster, in *Patavinum* gymnasium à *Venetis* magno stipendio doctor est ductus. Et *Christophorus Barzizius* municeps noster literatiss. argutum de fine oratoris opusculum mihi adscripsit. Divi quoque *Constantii* sacrum cadaver è *Conchis* apud *Pallotium* juris vestri montem *Brixiam* est delatum, & in divæ *Catharinæ* æde pretioso sepulchro reconditum. Quum vero apud *Roveretum Venetorum* in valle agra oppidum non obscurum contra *Theutonicos*, qui *Italorum* merces in *Bolciani* nundinis abstulerant, *Robertus* duxisset, civitas nostra quingentos pugnatores ea in expeditione *Venetis* sponte persolvit. Cæterum ipse *Robertus* arrepta turpi fuga in *Athesim*, quo die beati *Laurentii* festum celebratur, multis cum militibus submersus est: Mox prope *Petram* castellum repertus, *Tridentum* à *Theutonicis* est allatus. Tum secuta est inter *Venetos* & *Theutonicos* hujusmodi conditionis pax, ut mercatoribus *Italis* ablatæ olim merces, quæ extabant illico redderentur, quæ vero forte refluxissent, justo illis pretio solvi deberent. Per id

Marginalia: Anno M. CCCCLXXV. Judæi. — Joannes Salius Brix. — Prodigium Grandinis. Imago beati Simonis Prodigiosa. — Magni Sultani legatus. — Justinia. Lu. — Christophorus Martin. Carmelitarum capitulum. — Indulgentia plenaria. Forum & viæ stratæ. Bernardinus pilæ agitator — Galeatii necis nuncium. Anno M. CCCCLXXVII. Pestilens febris. — Lauren. Bru. — Divi Rochi ædem ex voto. — Locustæ. — D. Barthol. Hospitale. — Calphurnius rhetor. Gratianus theologus. — Bonifacius Bembus rhetor. — Petrus Lazaronus rhetor. — A. M. CCCCLXXXIII. Robertus Severinas. — Urceæ. Pompejanum. Curtianum. Glareola. Exercitum attende. magnum. — Asula. — Cladem, caritatemque attende. — Paulus Oria. — Christophorus Barz. — D. Constantius. — Roveretum Brixiani Venetis sponte succurrunt. — Roberti Severinatis necem. — Pacis conditiones.

Hastiludium. Ludo. Mar. Francisc. Quar. D. Maria à Miraculis.

id temporis panni argentei bravium maximo pretio dignum, quod nobilis nostra juventus pugnæ simulacro (hastiludium vocitant) exposuerat, *Ludovicus Martinengus* vendicavit: quædam illius portiuncula *Francisco Quarantæ* equiti aurato, civique nostro ex honesta causa assignata. Quo etiam tempore visa est quædam beatæ virginis & matris *Mariæ* imago in divi *Nazarii* vico multis florere prodigiis: quamobrem civitas ædem illi celeberrimam condere decrevit, quam miro opere cœpta mille auri talenta ad sui perfectionem videtur expetere.

Macellum. Forum piscar. Apothecæ in foro magno.

Forum quoque cupedinis, sive macellum sub foro piscario nonnullis annis supra fundato, & apothecæ omnes in foro magno cum pariete multis antiquitatibus ornato per hoc tempus erectæ sunt.

Hyemis temperies. Joannes Bentivolus.

Porro sequenti hyeme post *Roberti* submersionem talis tantaque aeris temperies fuit, ut Christiano natali amygdalorum flores, & siliginis aristæ Februario mense in segetibus sint repertæ. Quo tempore *Joannes Bentivolus Bononiensium* primarius XII. equitibus auratis eum comitantibus, *Brixiam* quum applicuisset, honorabiliter susceptus, triduo hic mansit.

Aestas prodigiosa fere. Imbres & grandines. Anno M. CCCCLXXXIX. Præfectus Roma. Federicus Impera.

Plane sequenti æstate imbres & grandines tot talesque fuere, ut non modo fruges fructusque conculcati, sed etiam ipsæ arbores direptæ, tecta rescissa, multa omnis generis animalia fuerint interempta. Anno autem Genethlii Christiani MCCCCLXXXIX. Præfectus *Romanus* à *Venetis* conductus suas turmas in agro nostro armatas illorum jussu publice recognovit. Per quod tempus *Federicus* Imperator quum in *Italiam* per *Ripam Benacense* oppidulum descendisset, Juventus nostra pretiosum panni serici bra-

71

Calimerius Cepula. MarcusBallinus. Joannes Britannicus.

vium hastarum concursui exposuit: quod partim *Calimerius Cepula*, partimque *Marcus* cognomento *Ballinus* strenue agentes sibi vendicarunt, *Joannes* quoque cognomento *Britannicus* municeps noster sane litteratus in *Persium*, *Juvenalem*que editiones, & grammaticæ regulas emisit: in quas

JacobusArmannus. Vincentius pictor.

tamen *Jacobus Armannus* & ipse municeps noster abunde eruditus crisim edidit peracutam. Cæterum *Vincentius Brixianus* in arte picturæ alter *Apelles*, spirantes fere imagines effingens ad urbis ornatum publico ære conducitur. Enimvero quum civitas nostra intelligeret nihil dignius, quam saluti consulere, tantum pecuniarum congessit hoc tempore, ut decem millibus aliquando misellis opportuna pecunia per semestrem gratis succurreret, ac etiam num magis succurrat:

Pietatis mons. Virginum Brix. Monasteria.

Quod quidem munus *pietatis montem* appellavit. Crevit autem his temporibus tantum apud nostrates religio, ut sex priscis Virginum monasteriis: Divis S. *Juliæ*, *Cosmæ*, *Catharinæ*, *Claræ veteris*, & *novæ*, *Mariæ*que de *Pace*, quatuor alia S. *Crucis*, *Mariæ ab Angelis*, *Hieronymi*, & sancti *Spiritus* addita fuerint: in quibus omnibus octingentæ fere erogationibus continuo enutriuntur virgines.

Joann. duc. D. Nazarii, & Bernardinus Fabius episcopi. D. Laurentii ædes. Bartholom. Puteus. Divæ Agatæ præpos.

Joannes quoque *Duchus Coronensis*, & *Bernardinus Fabius Pharensis* episcopi, & cives nostri, ille scil. divi *Nazarii*, hic vero divi *Laurentii* templa non parva cum pecunia sua instauraverunt. Quod & *Bartholomæus Puteus* divæ *Agathæ* ædi præpositus, & alii nonnulli municipes nostri imitantes suis in ecclesiis sunt prosecuti.

Mendicantium Monasteria.

Prætereo mendicantium prisca quinque monasteria, quibus per hæc tempora quinque alia superaddita sunt: Quæ omnia sexcentos prope viros ex elemosynis in diem alere manifestum est. Sileo reformata virorum mulierumque monasteria, quorum unum scil. mar-

D. Faustini & Jovitæ. Sigismund. Bucca jurec.

tyrum nostrorum *Faustini*, & *Jovitæ* à laicis fere presbyteris ad monachos regulares, *Sigismundo Bucca* jureconsulto cive nostro, & ad summum pontif. oratore, lepide pertransivit. Neque tamen religione tantum, sed egregiis quoque facinoribus illustrata est temporibus iis civitas nostra:

A

Hastilud. Bernard. Martineng. Aloysius Advocatus.

Bernardinus enim *Martinengus*, & *Aloysius* advocatus patricii nostri aurei panni bravium longitudine ac pretio maximum quum hastiludio exposuissent, *Aloysius* ipse dimidium, dimidiumque *Robertanus* quidam præ cæteris hasta ludentes consecuti fuere.

Laura Cere.

Sed ea litterarum doctrina floruit tunc civitas ipsa, ut non modo viri, quorum opera plurima atque doctiss. in gymnasiis publice leguntur, sed etiam *Laura Cerete* civis nostra non parvum elegantissimarum scripserit epistolarum volumen: eo certe inter virorum opera dignius, quo multos una ipsa mulier etiam dignissimos excesserit viros, ut antiquarum fœminarum decus,

B

Palatii novi principium. A. MCCCCLXXXXII.

& præsentium ornamentum ab eruditissimis viris merito sit appellata. Cæterum tempestate illa quum superbissimas admodum ædes ad forum magnum supra *Carciæ* alveum civitas nostra construere decrevisset V. Martii MCCCCLXXXXII. *Paulus Zane* episcopus noster, magna cleri & populi caterva comitatus, magistratibusque urbis assistentibus primum in fundamento lapidem posuit. Quibus ædibus quamquam supra XX. millia aureorum nummum impensa jam sint: excogitatæ tamen symmetriæ quarta nondum effecta pars existimatur & quædam nova bacchanalium superstitio sub religionis specie in *Benacensi* riperia exor-

C

ta, paucis post diebus etiam extincta fuit: Omnis namque ætatis, omnisque sexus homines sacella quædam intrantes sacerdotum (ut fertur) fascina-

71 V.

tione perciti præterita omnia sua & occulta delicta psallentes prosilientesque ceu amentes palam fatebantur, in deteriora cum sacerdotibus ipsis continuo prolapsi. Detecto autem punitoque auctorum crimine, omnia illico resoluta fuere:

Propugnaculum Nazareum.

Sequenti vero anno propugnaculum magnum (revelinum vocitant) ad Nazaream urbis portam eo auspicio est cœptum ut paucis post annis fuerit consummatum.

Solis eclip. Maximiliani regis legatus.

Quo anno X. Octobris die sol passus est eclipsim: & quidam *Maximiliani* regis legatus ex *Alemania*

D

Brixiam applicuit, *Mediolanum* pro educenda ad regem ipsum uxore *Joannis Galeatii Insubrum* ducis sororem accessurus.

Turris ad Arcem.

Post mensem Turris quædam magnitudine soliditateque spectabilis ad arcis magnæ munimentum novissime erecta sponte corruit; sed paulo post maxima cum *Jacobi Cultrini* architecti nostri impensa, ut nunc extat, fuit instaurata: qui quum novum *Timavi Brentæ*ve alveum *Venetis* disposuisset, rhedamque centum auri drachmis æstimatam uxori suæ fabrefecisset, à *Venetis* ipsis magno pridem ductus salario, in Græciam, ubi mortuus est, ad arces construendas, aliaque contra *Turcos* munimenta præparanda est

E

B. Bernardinus Feltrensis.

missus. Biennio vero post, *Bernardinus Feltrensis* minorum concionator theologus admodum venerabilis, singulis bimestri diebus publicas propeque divinas conciones ad civitatem nostram ea spiritus infusione habuit, ut ejus hortatu vetustissimum currendi ad bravia morem abrogari, tabu-

Bravii cursus amotus.

lasque lusorias, & refertos impudicitia libros comburi obtinuerit, multaque futura, quæ postea successere cum magno audientium terrore, quasi propheta prædixerit.

Bartholom. Michaelis Mercanti filius.

Huic autem *Bartholomæus Mercantus Michaelis Mercanti* civis nostri filius XIII. annos natus supra omnium fidem disertam plane habuit orationem.

F

Clarensis Cardinalis Brix.

Quo tempore audivimus Cardinalem nostrum *Clarensem* Regis *Hungariæ* secretarium *Budæ* ejus provinciæ metropolis vita fuisse defunctum; & *Anton. de Brixia* ordinis prædicatorum inquisitor concionatorque theologus cele-

Joannes Casatus jureconsultus Brix.

berrimus sermonarium suum opus edidit omnibus gratum. Paulo vero post quum *Baptista Zenus Venetus* Cardinalis in urbem nostram venisset, *Joannes Casatus* Jureconsultus civis noster non incon-

Carol. VIII Francorum Rex.

gruam ei publico *Brixianorum* nomine habuit orationem: *Carolus* autem *Octavus Francorum* rex tum

in

in *Italiam* ducens quum *Neapolitanum* regnum quasi percurrens occupasset, ei mox revertenti *Venetorum* ac *Ludovici Sfortiæ Mediolani* ducis turmæ *Francisco Gonciaga* Marchione *Mantuano* totius rei præfecto nonnullisque *Brixianis* ductoribus, in agro *Parmensi* obviam factæ cum illo invicem conflixerunt, ut magna utrinque cæde facta uterque victus & victor evaserit: quousque ad *Novariam* urbem ambo exercitus sunt deducti: Unde *Baptista Mantuanus* carmelita, vates clariss. in suo *Italorum* contra *Gallos* trophæo inquit. *Brixia magnorum genitrix animosa virorum.* Interea mel sylvestre frondibus in *Ticinensi* & *Placentino* agris per circiter stadia viginti, occidentibus vergiliis, Manna esse vulgo delatum fuit, quo uti *Mose* Dei populum alias ducente manna pluisse habetur: ita alterum prope *Mosem* regem ipsum futurum existimabant. Postea vero quam *Italiam* ultro penetravit: Ipsa armis commota plurimum atque quassata, nulla in ea civitas, nullus locus, aut aperto Marte, aut exacta à subditis per principes ipsos pecunia, aut alia quamvis calamitate non affectus evasit: Civitas namque nostra & ager militibus tum *Italis* tum *Germanis* hac passim transeuntibus ita affecta fuit, ut omnis annona & commeatus non nisi duplicato fere pretio emeretur. Sed inter cæteras hæc universalis fuit & monstrosa pernicies. Pustulæ purulentæ magnitudine Lupini crassioris in orbem extensæ, ægrotationis prænuntia: in artubus pruritus & dolor tristis: febris accensa vehementius: cutis fœdis exasperata crustulis horrorem afferebat, intumescentibus undique tuberculis: quibus rubor primo lividus, mox nigricans color apparebat. Post dies aliquot ab ortu admixto sanguine humor exprimebatur: capitula spongiolas diceres exhausto liquore. Quadriennium in aliquibus excessit, obducta cute cicatricibus illius sedem indicantibus. Ab inguine mulieribus, à glande viris sæpius incepit, mox per universum corpus vagabatur. Sensere id malum præsertim incontinentes, contactu tamen inficiebat quoque vicinos. Audivimus omnem fere terræ orbem invasisse genus id contagionis, morbum Gallicum nuncupatum, quem hactenus ut elephantiasim ante *Pompeum* magnum, & ante *Tiberium Claudium* mentagram *Italia* neutiquam creditur esse passa. Deductis autem ad *Novariam* *Caroli* & *Venetorum* (ut diximus) castris civitas nostra statuit deligere pugnatores quingentos, qui ipsius urbis ære militantes in *Venetorum* auxilium protinus advolarent; sed quum interea castra solverentur, restituta jam *Ludovico Sfortiæ Novaria*, non ultro ad rem ipsam processum fuit. Verum reverso in patriam *Carolo*, *Italorum* exercitus ad propria hyberna concessere. Novembri sequente quum supra temporis naturam grandinasset, etiam mense Decembri, quod vel nunquam, vel raro fuisse perhibetur, crebris fulgoribus vehementer tonuit. Sequenti vero Majo *Mella* fluvius noster montanis imbribus ita excrevit, ut submersis omnibus finitimis prædiis, in foveas usque urbis maximo impetu deflueret, viasque, ac domos intra urbem & ipsius *Mellæ* alveum ita inundaret, ut absque cymbula à loco ad locum nemo trajicere posset. Primo autem Junii sequentis *Nicolaus Ursinus Petiliæ* comes à *Venetis* conductus *Brixiam* applicuit, & à civitate nostra multis obsoniis donatus illico fuit. Ultimo Julii sequentis publicata solemniter apud nos fuit confœderatio paucis supra diebus habita inter summum pont. Regem *Romanorum*, Reges *Hispaniæ*, Regem *Angliæ*, *Venetos*, & *Ludovicum Sfortiam Mediolani* ducem, annis XXV. duratura: Quo die comes *Petilianus* suos omnis milites *Gaidi* recognovit. Per id temporis inaudita fere nos ipsi vidimus, *Maximilianum* scil. regem *Romanorum* è *Germania Genuam*, inde *Pisas*, & *Liburnum* venisse, atque mox *Ticinum*, & inde in *Germaniam* in venatoris specie rursus esse reversum *Parthenopes* vero reges sex biennio & semestri sibi successisse, *Ferdinandum* scil. *Alphonsum*, *Ferrandinum*, *Carolum*, & iterum *Ferrandinum*, postremoque *Federicum* constat: qui omnes nunc reges, nunc profugi cum omnium admiratione videbantur. Cæterum Martio sequenti reliquiæ sanctorum *Optatiani* & *Vigilii* episcoporum olim nostrorum ex ara veteri in novam divi *Laurentii* per *Bernardinum Fabium Pharensem* episcopum, & referendarium apostolicum, civem nostrum, maxima cum religione sunt translatæ: Verum tantam iisce temporibus fatorum iræ intemperiem influxerunt, ut continuis, maximisque imbribus torrentes omnes & flumina irreparabili impetu exundantia ubique aggeres, pontes ingenti etiam mole constructos, vicinasque domos prostraverint: quod ultra *Mellæ* testimonium prænotatum, & *Clysis* agri etiam nostri è lacu *Hydrensi* non obscurus amnis apprime confirmavit, cujus avidissima inundatione, exesis ripis, annosa admodum quercus, universali (ut creditum est) infossa diluvio, detecta atque refossa est, pedes LXX. proceritate, diametro quinque apud radices excedens. Agros item diu cultos, prædia, vastissimas sylvas, longis temporibus consitas, prostratis arboribus terraque super ipsis ea alluvie congesta, ita omnia æquata esse, ut ubi alterum fuisset, difficile propemodum atque fere impossibile comprehensu esset. Enimvero alia temporibus iis horrenda magis sunt narrata prodigia: sanguinem in urbe *Senensi* & aliis quibusdam in locis pluisse: *Romæ* quandam urbis murorum partem sponte corruisse: vexilla pontificis vento evelli & in *Tiberim* submergi: *Hadriani* molem (castellum sancti *Angeli* vocitant) fulmine quassatam, magna ex parte corruere: Turmas bellantium in aëre sæpius audiri: magnos ignis cœlestis globos diu per aëra vagari: Erucas non modo herbis virgultisve, sed etiam hominibus esse infestas: in agro *Parmensi* falcem igneam in cœlo tres supra cruentas, tresque alias infra coloris prasini stellas habentem atque horribilem hominis faciem cum omnium conspicantium terrore in aëre multum mugire: *Alexandrum* VI. pontif. max. cœlesti fulmine afflatum: magna fide viri testabantur. Hæc autem variis multisque solis ac lunæ hujusce tempestatis defectibus, atque aliorum siderum dispositionibus portenta esse astrorum periti augurantes prædixerunt: nos tamen ex admirabili divinæ dispositionis examine ea fuisse censemus: nam si propter peccata (ut in evangelio fertur) surgunt, adversa ejusce-modi cuncta jure provenisse, deterioraque proventura esse dubitari non potest: quippe religione profanata, Justitia corrupta, fide violata, extincta charitate, sacrilegia, tyrannides, rapinæ, extorsiones, luxuriæ, omniaque ejuscemodi flagitia magis ac magis in dies crevisse, atque etiam num crescere videntur. Unde cuidam quoque municipi nostro, volenti equos in festo dominicæ resurrectionis locare *Judæis*, equi duo, ob neglectam ab eo religionem, subitaneo & ignoto mortis genere periere. Interea tamen *Catharina* regina *Cypria*, suasu *Georgii Cornelii* fratris tunc præturam nostram agentis pridie nonas augusti MCCCCXCVII. *Brixiam* applicuit, maxima suorum civitatisque nostræ pompa. Nam quum *Castenetulo*, ubi consilio fratris pernoctaverat, discessisset onerarios more principum mulos præmisit, circiter quinquaginta. Sequebantur eos rhedæ quamplurimæ cum onerariæ tum servis & id genus onustæ. Inde equites, carrucæ inde insignes, quibus comites regiæ uti nymphæ vehebantur. Mirum est cogitatu, qua

Baptista Carmelita vates. Mel Sylvestre prodigiosum. Manna reputatum. Vergiliis occidentibus.

Italiam calamitatibus affectam nota.

72

Morbus Gallicus.

Brixia Venetis succurrit.

Prodigiosa grando, &c.

Mellæ inundatio.

Miranda nota.

Comes Petilianus.

Confœderatio magn.

Maximilianus rex Germanicus.

Ann MCCCCLXXXXVII.

D. Optatianus & Vigilius Episc. Brix. in æde divi Laurentii

Bernardin. Fabius Brix.

Imbres & pluviæ prodi.

Clysis.

72 v.

Prodigia attende horren.

Sanguis, &c.

Fulmen.

Bella in aëre.

Ignis cœl.

Erucæ.

Falx ignea.

Papa fulmine afflatus.

Adversa unde opiniones nota.

Religio neglecta.

Reginæ Cypriæ adventus.

A. MCCCCLXXXXVII.

qua forma, qua venustate incederent, reginæ omnes videbantur. Misit civitas obviam equites utriusque generis Juvenum catervas, sericis, argenteis, & aureis vestibus, monilibus aliisque superbissimis ornatibus comptas. Misit & clerum solemniter apparatum ad portam usque Nazaream: quam urbem intravit. Misit quoque jurisconsultorum circiter LX. in exornata majestate collegium, quorum quatuor juvenes forma & magnanimitate conspicui reginam pedites comitabantur, præcedente instar triumphantis curru quatuor candidissimis asturconibus aut forte tracta veredis: triumphalibusque arcubus, & trophæis per vias quibus itura erat mirum in modum dispositis. Ædes *Ludovici Martinengi* quibus tandem recepta est regina, quo apparatu illustres fuissent, longum nimis foret exarare; sed tantæ majestati regiæ convenisse non dubitamus. Manenti autem trimestre circi-

73 ter spatium apud nos ipsi reginæ choreis, saltationibus, ludis, sonisque, & tripudiis omnifariam civitas nostra in dies magis blandiebatur, atqui aurei panni bravium maximo pretio dignum cum aureis XXV. sacculo appensis, publico multorum dierum hastarum concursui, ne quid regiæ voluptati deesset, *Brixia* nostra exposuit: dispositis jam in amphitheatri speciem super foro magno ligneis gradibus, ut omnibus habilior foret prospectus. Quod quum *Galeatius Severinas* rescis-

Galeatius Severinas.

set, *Mediolano* multis cum pugilibus vel athletis *Brixiam* advolavit, & ludo ipso triduo expedito, bravium ipsum à suis partum obtinuit. Quæ omnia civitas nostra sic gessit, ut animi sui promptitudinem in *Venetos* principes suos magis etiam significaret. Adde & ipsi reginæ *Joannem Baptistam Planium* jureconsultum civem nostrum elegantem publico nomine habuisse orationem. Per quæ tempora *Carolus Valgulius* civis noster utraque lingua peritissimus *Cleomedem* de contemplatione orbium excelsorum, *Aristidem Dionem* de concordia, & *Plutarchi* præcepta connubialia, cum quibusdam aliis è græco in Latinum vertit. *Theophilus* quoque cognomento *Bonus*, monachus, civis noster, & vates non obscurus, de vita civili & solitaria facundum poëma descripsit. *Thomas* insuper appellamento *Beccarius* civis noster, inter gladiatores admodum formidabilis, quum juvenem *Cremonensem* quendam *Marcinum* nomine, & ipsum gladiatorem acerrimum audivisset turpia quædam de civitate nostra deferre, duello propterea postulato eum ad veniam delationis peccatique sui deprecandam statim senex compulit. Cæterum anno XCVIII. supra millesimum & quadringentesimum, quum *Carolus* VIII. *Francorum* rex ab humanis decessisset, illique *Ludovicus Aurelianensis* dux esset suffectus, *Venetorum* ad hujus gratulationem legati magna cum pompa *Brixia* pertransiere: quumque inter *Florentinos Pisanos*que crudele tunc bellum ageretur, *Veneti Pisanis* faventes suarum gentium recensionem apud *Manervium* non parva cum incolarum jactura habuerunt: Et *Marcum Martinengum* civem nostrum, ductorem perquamstrenuum, equitemque insignem ipsarum gentium gubernatorem aliquamdiu esse voluerunt. Civitas autem nostra principibus suis semper deditissima trecentos electiss. ære publico pugnatores *Venetorum* partibus opitulaturos eorum in castra destinavit. Cæterum XXI. Februarii M. CCCC. IC. allatum est nuntium, *Venetos* cum *Ludovico Gallorum* rege esse confœderatos: unde tribus continuis noctibus multæ in exultationis signum faces per urbem, & agrum accensæ fuerunt: quæ quidem confœderatio admirabili cum pompa XXV. Martii sequentis *Brixiæ* est proclamata. Sed interim *Turcus* magna cum classe mari quum *Venetos* invasisset: *Anton. Grimanus*

Joannes Baptista Planius jureconsultus Brix.

Carolus Valgulius Brix.

Theophilus Bonus.

Tho. Becca.

Ludovicus. Aurel. Dux Rex Francorum.

Marc. Martinengus Br. exercitus Veneti guber.

Brixia Venetis auxiliatur.

Venetorum & regis Franciæ confœder.

Turcus.

Ant. Grimanus.

A *Venetæ* classis præfectus adversus illum malo auspicio accessit: Amissis namque oppidis quibusdam, insulis, & triremibus XII. millia aureorum civitas nostra *Venetis* erogavit. Qua tempestate *Pamphilus Saxus* vates concinnus Illustratæ *Brixiæ* poema ad vos patres adscripsit: *Melchior* interea *Trivisanus Venetus* provisor *Brixiam* applicuit, quem secutus est postea *M. Antonius Maurocenus*, una cum regis Gallorum legato. Unde *Venetorum* exercitus mox ad *Pontollium* ductus in castra fuit, Gubernatore comite *Petiliano*. Post vero in *Abduæ* glaream quum duxissent, multis in arcem *Caravatii* conjectis bombardarum lapidibus oppi-

Brixia Venetis erogat.

Pamphilus Saxus.

Bellum contra Ludovicum Sfortiam Mediolani ducem.

Comes Pet.

B dum ipsum vi obtinuerunt. Demum *Trivinum Fontanella*, & *Soncinum* cum reliquis ejus regionis oppidulis & locis, se se *Venetis* credidere. Paucis autem diebus post fuso à Gallis apud *Alexandriam Ludovici Sfortiæ* exercitu, cui *Galeatium Severinatem* præfecerat: *Ludovicus* ipse assumpto thesauro, omnique pretiosa supellectile, *Mediolano* in *Germaniam* emigravit. Mox *Cremona*, *Picigitonum*, & *Casale majus* oppida munitiss. *Venetis* concessere. Tum *Ludovico Gallorum* regi, quum *Mediolano* potiretur, quatuor *Venetorum* legati ad congratulandum destinati sunt, qui *Bri-*

73 v.

Galeatius Severinas.

C *xiam* primo, deinde *Mediolanum* ad regem applicuerunt: ipse vero, quum *Augustinum Capreolum* propatruelem meum equestri dignitate ornavisset, in *Franciam*, relicto quodam *Benini* domino *Mediolanensis* status gubernatore: illi autem legatione perfuncti *Venetias* per *Padum* rediere. Cæterum *Ascanius* cardinalis *Sfortiæ* frater favore *Mediolanensium* fretus urbem ipsam paulopost armis ingreditur. Quamobrem & *Petilianus* pro *Venetis* in *Abduæ* glaream duxit: & *Sfortia* ipse *Mediolanum* reversus, à civibus princeps acceptus fuit, ejectis omnibus *Gallis* extra arcem magnam repertis. Sed conserta mox inter *Gallos* & *Sfortiam* in

Augustinus Capreolus eques Brix.

Ascanius Cardinalis Sfor.

D agro *Mediolanensi* acerrima pugna, is à *Suevis* mercenariis suis hosti perfidia & auro (ut ferunt) corruptis est proditus, & *Ascanius Venetias* captivus ducendus cautissima custodia *Brixiam* devehitur: Sed illum *Veneti Gallis* postea requirentibus reddiderunt. Quæ omnia justa Dei ultione permissa nemo non affirmabat, quod tyrannide & perfidia etiam in domesticos & subditos suos pro virili fratres ipsi usi viderentur: Sed non sine magno civitatis & agri nostri dispendio illa pertransiere: nam ex annona & commeatu, atque ex rei bellicæ impedimentis in *Venetorum* castra vehendis universa gens nostra maximopere fuit affecta. Reverso ta-

Sfortia ducis interitus causam fuisse tyrannidem.

Brixiani Venetis quantum faverint nota.

E men (ut dictum est) *Mediolanum Sfortia*, *Brixiani* à magistratibus certiores facti, *Cremonenses* de rebellione esse suspectos XXII. millia pugnatorum ad *Pontivicum*, ut si opus foret ad retinendam principibus *Venetis Cremonam*, sola die miserunt. Illi tamen vel tanta fide, tantaque liberalitate nostra ferme seposita vel sua forte necessitate (nam & ipsi bellis pluribus ære exhausti fuerant) adducti novas exactiones, novumque & post Augustum Cæsarem nunquam auditum vectigal, cum maxima populorum indignatione super omnium agris anno christi CCCCC. supra millesimum impositum

Agrorum vectigal novum. Anno MD.

F semel tantum exegerunt: qua tempestate ab humanis decessit *Franciscus Samsom* civis noster, theologus, & ordinis minorum antistes XXIII. annis generalis vocitatus: qui X. millibus libris nostratibus prædia huic nostro divi *Francisci* conventui jam emit, & pro cœnobio instaurando V. millia aureorum: pro libris vero, & vestibus ac pro nonnullis aliis ad sacrificia opportunis alia fere tot millia impendit. Inter quæ argenti puri crux extat octingentis aureis æstimata. *Pylades* quoque municeps noster utraque lingua consultus, utilia quædam edidit opuscula, quorum annotationes in *Alexan-*

Franciscus Samson Br. Theologus Minorumque Antistes.

Pylades Brix. liberatiss.

Prodigiosa. Æstus & frigoris.

A *Alexandrum* de Villa Dei mihi præturam *Lunatensem* agenti destinavit. Cæterum quædam tum nobis insueta & propemodum acciderunt ingrata: æstate ipsa supra xx. homines fervore solis æstuantes, hieme quoque totidem fere algore affecti, pluribus cum vitibus sunt interempti: Ventorum etiam flatu magnum infumibulum de loco ad locum per aëra transferente. Ea demum siccitas vere proximo invaluit, ut quatuor fere mensibus cum maximo rei agrestis detrimento nihil pluerit.

Venti. ficcitasque.

Christi imaginem nota prodigiosam.

Quo tempore immensum & supra captum mentis humanæ excellens prodigium apud nos in urbe vidimus: Effigiem illam Christi, quam in pariete porticus ab æde divæ *Mariæ* ad divi *Petri* templum ducentis, satis graphice pictam, à compluribus probatæ fidei viris visam, nunc firmo intuitu spectare transeuntesque nunc semiadopertis pupulis paulopost connivere.

B 73

Vagatus est illico per urbis regiones præpes rumor, per suburbana, per vicos, per omnia agri oppida. Trepidavere omnes tam prodigiosa signa exitiale quid (ut assolet) secuturum, ut & clerus, & senatus (Nam & ego & alii censores collegæ mei Præsulem nostrum ea de re quid agendum adlocuti fuimus) id penitus animadverterent. Mox turmatim confluxere simplices fœmellæ, ob devotissimam in superos indulgentiam plangentes, frequentissimaque voce misericordiæ populare nomen acclamantes, resupina pectora palmis percusserunt.

C

Alia infulam reticulumve è capite abductum: alia ex collo monile: hæc ex digito annulum: illa rursum paupercula ab humeris velum, & nasitergium misella nonnunquam Deo summo optimoque jecit: nedum obtulit. Vidisses torques, murenulas, & armillas argenteas, & aureas: vidisses interulas, tunicas, & vestes, zonas, balteos, & cinctos magno quoque pretio dignos in sospitatoris nostri tholo suspensos. Quippe relatum est, invocato casta fide redemptore, quamcumque ægritudine laborantes extemplo curari, ut omnibus morbis vicaria ipsa numinis pictura præsentaneum videretur esse remedium.

D

Cæterum ea ita miraculis corruscante, alius è regione procidens paries xvi. ex illis, qui ob religionem illuc confluxerant, mulieres puerosque obruit, & suffocavit.

Joannes Taberius Brix. Rhetor.

Enimvero civitas nostra adolescentes suos moribus & doctrina bene institutos affectans, *Joannem Taberium* civem nostrum *Romanis Atticis*que litteris callentem, consummatisque moribus virum magna cum omnium expectatione publicum rhetorem ea tempestate conduxit. Poteram sane huic libro, & hisce chronicis nostris jam calcem imponere tum quia liber ipse satis longus est & copiosus, tum quod pulchrius forte visum esset, nostram hanc una cum anno MCCCCC. claudere historiam, quam alium ex sequentibus huic libro participare annum. Sed quum pauca his scriptis memoratu digna supersint, ea hic omnino addenda putavi.

Aurei numeri quid notabile.

Aureum igitur numerum, qui à primo sui numero hoc anno supra centesimum annorum immediate incepit, annis jam millenoningentis non amplius ita incœpisse exploratum habemus: Quibus quum *Galli Senones* in *Italiam*, duce *Brenno*, descendissent, multa præclara gessere facinora: Pulsis namque (ut primo libro diximus) *Ethruscis* regionem hanc incolentibus, *Mediolanum*, *Comum*, *Bergomum*, *Brixiam*, *Veronam*, *Vincentiam*, & *Tridentum* condiderunt.

Galli patrimonium repetere videntur.

Nunc autem quasi ad ipsum patrimonium repetendum Galli redeant, *Mediolano*, *Como*, & aliis complurimis potiti urbibus, alias etiam vendicare velle videntur.

Cardinalis Rotomag.

Quamobrem cardinalis *Rotomagensis* regis *Gallorum* ad *Maximianum* regem in *Germania* legatus, cum equitibus MDC. penultimo septembris hujus anni urbem nostram incedens maxima pompa est receptus.

Leonardus Lauretanus Venet. dux.

Cæterum quum *Leonardus Lauretanus Augustino Barbadico*, qui ab humanis decesserat, *Venetorum* dux esset suffectus, civitas nostra ad ei gratulandum sex destinavit legatos: *Ludovicum Martinengum: Matthæum Advocatum: Stephanum Ugonem: Joannem Baptistam Planium: Franciscum Capreolum*: & *Alexandrum Provallium*: Qui CXX. equitibus comitati, mulis onerariis XXI. præcedentibus, aureos circiter mille æris publici vestri, præter proprios suos, ea legatione impenderunt. *Advocatus* ipse, *Ugo*, & *Provallius* equestri tunc dignitate à principe ipso donati sunt: *Martinengo*, *Planio*, & *Capreolo*, munus ipsum accipere omnino recusantibus: quod utinam faustum felixque nobis sit ad futura tempora præludium.

Ludovicus Martinengus. Matthæus Advocatus. Stephanus. Ugo. Joan. Baptista Planius. Francisc. Capreol. Alexand. Provallius.

Habetis nunc patres notabilium rerum vestrarum historiam, annos circiter bis mille penitus continentem: Quam si scribendo, vobis rem gratam feci, habeo quod cupivi: Sinminus, hoc saltem non ingratum obtinui, quod ut vobis gratificarer, lubens diu elaboravi. 73 v. Cæterum de aliis multis pro voto non scripsi: quoniam de illis quid memoria dignum non inveni.

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Ad Altobellum Averoldum, Polæ Antistitem, Romandiolæque Vicelegatum.

Descriptus ex codice chart. Biblioth. Othobonianæ V. VIII. 44. in 4. & collatus cum al. cod. Brixiensi opt. notæ. 1501.



E QUÆ ab Urbe *Brixia* condita usque ad annum Christi millesimum quingentesimum primum ex nostratibus comperi, memoratu digna duodecim libris cum hactenus sponte exsolvissem; visus sum facturus operæ pretium, si quæ postea non obscura omnino successore, Te Pontifice optimo [a] exigente, scriptis quoque mandavero.

a suadente

1502. Anna Regina.

Anno igitur sequenti cum *Anna* Regina *Hungariæ* ex *Francia* ad jugalem thorum accederet, ei *Brixia* transituræ Pontifex & Sacerdotes cum omni civitatis concursu obviam accessere: atque sub aurea umbella per Jurisconsultos sericis vestibus, & pelliceis magno pretio orariis collo pendentibus ornatos in urbem pompabiliter ea tribus suscepta est diebus.

Aurea umbella.

Qua majestate tanto luxu abundavit civitas nostra, ut *M. Scauri* libido eam invasisse videretur, ut & nos conqueri possimus, didicisse hominem provocare naturam, & auxisse artem, vitiorum irritamenta. In poculis libidines celare juvit, & chrystallinis auratisque bibere calicibus, vera luxuriæ gloria æstimata est, quod posset statim totum deperire.

F

Mensæ quoque, vel disci ex olivarum radicibus tuberibusque variis multarum rerum figuris suapte natura signati, civibus nostris tam frequenti, tamque grato usui venere, ut non modo citreis & cupressinis, verum etiam eburneis pretio plerumque compararentur. Insuper & abaci visi sunt argenteis auratisque ornati plurimum vasis, malluviis, gutturniis, trulleisve, & manalibus urceis, cadis, candelabris, cyathis, salinis, cochlearibus, crateris, ampullis,

pullis, capidibus, phialis, aliisque bifruculis, & epitrapetiis. Missos facio parietes, columnas & structuras marmoreas, non tantum æreis & argenteis, sed aureis sæpissime comparatas. Prætereo etiam bullas, armillas, moniliave, coronas, reticula aurea, gemmas, margaritas, & annulos, quorum tanta incessit libido, ut à mortalibus numina, aut reges à populo, aut à plebe patricii & senatores (ut antiquitus servabatur) minime discernantur. At plebeja fere quæque virgo, dum [a] nuberet, ad millenas, nobilis ad vicies usque millenas libras nostrates, & ultra aliquando magnatum aliqua nomine [b] daret: quod quidem in omni terrarum orbe maximum matrimonii æstimatum est patrimonium. Lineæ aut laneæ vestes non modo, sed sericæ, argenteæque, & aureæ ad omne etiam barbaricum schema, interulæ vel subuculæ tam virorum, quam mulierum, orificiis alias collaribus serico & auro crispis, jugatisque ad talos fere usque protensæ, latissimæque, ac manicatæ, ut non unum, sed plura earum singulis corpora tegerentur. Suppara diploides posthac gestantur, & [c] caligæ, quibus licet [d] pudenda tegantur, non tamen celantur, sed ejus forma extra percipitur, quod intus celatur. Renones quoque, quos *rotonos* vocitant, saraballa, mastrucæve, togæ, pallia, quæ nunc *sterniæ*, chiroditæ, vel tunicæ, etiam caudatæ, virgatæque, laticlavi, celotia, chalases, epitogia, chlamydes, zonæ, lora, & omnia tam peregrina, quam domestica indumentorum genera, insuetis etiam nominibus appellata, adjectis quoque fimbriis, quæ quidem omnia facilius depingi possent, quam latinis dictionibus exarari, ita usui, immo abusui evenere, ut profestis quoque diebus non modo primates & nobiles, verum & populares ipsi plebeique & rustici ea, frequenti æmulatione [e] induerent. Sed omissis instar Mercurialis galeri capititiis, inter hujuscemodi deliramenta hoc fuit maximopere damnandum, quod cujuslibet generis panno in frustula de industria lacerato, ad caligas & indumenta ipsa conficienda, illa diversis coloribus consuebatur. *Faldia* quoque genus indumenti suppositis cyclis, ut eo patulo indutæ prægnantes uterum celent. *Neapoli* inventum perhibetur, & hucusque ad impudicas & adulteras [f] (credo) quasdam fœminas; quasi gangræna prorepsit. Rhedas insuper eo usu mulieres nostræ habent, ut non tantum ad Hymenæos & choreas, verum etiam ad templa, ad Christologorum conciones, & ad ipsa sacrosancta mysteria quinis, senis, ac septenis ejusmodi vehiculis, serico etiam tegmine ornatis, optimisque asturconibus attractis pompabiliter confluant. [g] (Verum hoc tempore *Terentius Florenicus* civis noster, juvenis admodum, sed tamen perdoctus, argutissimam elegantissimamque in quosdam Britannicos grammatocphorus scripsit apologiam, qua & se, & inprimis *Joannem Taberium* præceptorem suum, civem quoque nostrum plane litteratissimum, ab ipsis lividissimis calumniatoribus, insuperabilibus argumentis & expugnavit, & tutatus est.) His præterea temporibus aliud memoria dignum contigisse accepimus. Est locus in agri nostri finibus, id est in Vallis Monicæ summitate, qui ineptis hominibus, lamiisque semper abundavit, cujus incolarum multos nunc uxores invicem permutavisse relatum est: & qui hebetiorem dabat, addebat & capram, ut non minoris capra ab accipiente, quam alteri nobilior traditæ uxoris conditio æstimari videretur. Quod tamen nefandum fertur amotum, ibi fundata divi *Francisci* sacra religione. Hac quoque tempestate homo quidam ex Persis nomine *Secala*, alias Sophi, vel etiam Haly, uno omnium ore prædicabatur Christi legem vel eversurus, vel magis

a nubat.
b dedat:
c caligæ braccatæ.
d pudenda intus.
e induant.
f (puto) quasdam fæminas quæ capillos etiam solutos expansosque gestant, quasi
g (Sequentia desunt in codice Othoboniano) Terentii Floenici Apologia. J. Taberius.

A forte instauraturus. Nam undique fama increbuit, eum XII. millibus equitum cataphractorum, & XXX. millibus sagittariorum, innumerabilique peditum multitudine præmunitum adversus Turcas incedere gloriosum. Cætera non humana tantum, sed divina virtute eum prævaluisse, rumor extabat; quod scilicet arcana revelaret, ænigmata solveret, mortuos suscitaret, & alia multa de se mirabilia ostenderet: quæ omnia ex Saturni Jovisque conjunctione, jam quibusdam annis effecta, multi provenisse auspicabantur: quod & quando *Maumethes* ortus est, licet in diversis signis, vel signorum domibus, eorum siderum fuerit
B omnino conjunctio. ([i] Cæterum audivimus tunc *Antonium Codrum*, cognomento *Urceum* ex *Urceis* oppido nostro oriundum, virum sane tum Græcis, tum Latinis litteris celeberrimum, qui doctissimis editionibus suis immortalem sibi famam comparavit, *Bononiæ*, ubi publice profitebatur, esse defunctum) Monachæ insuper in loco divi *Urbani* sub arce magna à quadam olim meretricula ad concionem Theologi cujusdam prædicatoris conversa, hac tempestate exordium habuere. Per hæc etiam tempora tres in urbe celebrati sunt hymenæi; unus scilicet à *Francisco Capreolo*, *Bar-*
C *tholomæi* jurisconsulti filio; reliqui à *Ludovico* & *Francisco Martinengis*, *Antonii* equitis præclari nepotibus, adeo insignes & rari, ut quia publico non tantum civium & agrestium nostrorum, sed etiam finitimorum fuere applausu, inter publica merito referri possint. Quorum singulorum ornatus octingentos aureos nummos, id est DCCC. auri drachmas, jussit impendi. Quippe ultra saccareas omnium animantium figuras, quæ pro esculentis, bellariisque copiosissime adfuerunt, Plautinas, vel Apulejanas Comœdias referri luculenter vidisses cum dignissimo omnis antiquæ scenæ apparatu. Vidisses hastarum concursum præci-
D puum, & singularem, in quo *Petrus* cognomento *Bona*, *Apollonii* filius, civis noster admodum juvenis, duos cataphractos concursores eadem lancea, altero licet cursu, equis extulit, & in terram, ceu mars alter, prostravit. Quorum alter *Nicolutius* nomine eo spectaculo, & antea plures prostraverat concursores. Eo facinore non tantum cives nostri, sed magistratus omnes urbis ductoresque, & *Nicolaus Ursinus Petiliæ* Princeps, militiæ *Venetorum* Præfectus, qui pugnæ simulacro præfuerat, non minus obstupuerunt, quam exhilarati sint. Quippe acclamantium voces, & tubarum sonitus præ lætitia stadiis octo circum-
E quaque intonuisse feruntur. Anno autem [l] MDII. sexto Kal. Martias tanta nix in hunc descendit agrum, ut pedes fere tres altitudine excesserit, totque ac tantæ pluviæ æstate & autumno sequentibus fuere ut *Mella* (*Melo*) vel *Cartia*, & alii torrentes, & omnes, suos excedentes alveos, urbem & agrum fere omnem alluvie maxima diu afficerent. ([m] Sepulcrum celebre ea inundatione secus *Mellæ* alveum detectum fuit, in quo jacebat muliebre cadaver thorace æneo miro opere fabrefacto, & aurata casside armatum. quod quamquam cujus esset, aliter comperiri nequiverit, illud ta-
F men alicujus *Longobardorum* Reginæ fuisse, docti & rerum experti unanimiter convenerunt.) Flaccatas quoque tum herbas nunquam exsiccari, sed corrumpi, & in cœnum verti diuturna solis absentia coegit. quod ex influxu Saturni & Martis in signo Cancri junctorum [n] pervenisse, astrorum & mathematicæ periti affirmaverunt. Hyeme vero sequenti tanta fuit aëris siccitas, ut nemo tam senex inventus sit, qui aliqua superiorum temporum æstate solem, & aquam hyeme, tanta, ut nunc, cupiditate optaverit. Eam tamen Bacchus sui copiam ipsi vindemiæ præstitit, ut quinque

i Hæc desunt in codice Othoboniano. Antonius Codrus de Urceis Novis, vates celebris.
Franciscus Capreolus, Ludovicus Martineng. Franciscus Martinengus.
Petrus de Bonis.
Nicolaus Ursinus.
l MDIII. A.C. 1503.
Alluvies maxima Mellæ.
m Hæc ex cod. Brix. desumpsimus. Sepulcrum secus Mellæ alveum; Cadaver muliebre armatum.
Absentia solis diuturna.
n provenisse
Hic affirmantur verba Columellæ dicentis, Valles quæ inundationibus concreverunt, aptas esse vineis.

[A] que vel sex vini amphoræ minoris solito unius pretio venderentur. Quippe memini ego aliquando pluris emptam fuisse unam, quam XII. tunc emerentur. Creverat iterum adeo & nostrorum juvenum insolentia, ut singuli barbam enutrientes, in fora, in templa, & in quemcunque locum gladiis, pugionibus, & ensibus frequenter armati accederent: cæderent multos, multique perirent; quod quidem magistratuum discordia contigisse opinio fuit. Quod etiam his temporibus memoratu dignum novimus, silentio non præteribo. quanquam nescio an propter ingenii acrimoniam laudi, an propter luxuriam vituperio sit [B] dandum. Ita enim fabriles artes ad sui fastigium ascendêre, ut præ artificio ferrum puro sæpe argento fuerit æquipensum: immo serram clavemque ferreas cum obryzo auro in sui pretium æqua quandoque lance appendere vidimus. Omissis vero pictoribus, aurificibus, & lapicidis, qui *Apellem Praxitelem*que æmulantur: sunt & qui tapeta, vel peristromata ([a] zalonos vulgus appellat) ita omnium rerum figuris contexunt, ut ipsa ars naturam non modo æmuletur, sed effingat. [b] Armorum quoque genus omne nostra in urbe tam eleganter, ut ensis, pugio, & gladius argento puro æquipenso creberrime comparetur. Atque [C] *Augustinus Capreolus*, propatruelis meus insignis eques, mucronem sic dignum viginti puri argenti drachmis sibi gestandum emit: ut *Italorum* armamentarium *Brixia* nostra jam sit appellata. Quippe & *Consalvus Agidarius*, militiæ *Hispanorum* Præfectus Maximus, loricas non modo, vel thoraces, verum & galeas, femoralia, peltas, vel parmulas, bipennes, secures, gladios, enses, venabula, dolones, spicula, vel sclopetos, arcus ferreos, arcubalestras, pretio trium millium aureorum à nostratibus nunc emisse fertur. *Æsculapium* interim meum *Marcum Faustinum* Physicum à paucis cognitum, sed ab amicis & expertis summopere lau[D]datum superi a mortalibus evocarunt[c]. Cæterum tam pluviosum adversumque anni sequentis ver fuit (nam LX. circiter dies vel pluit, vel auster flavit, obumbrato fere semper à nubibus sole) ut præ tristitia multi inopinato & repentino fato deperierint: Pituitæ tussisque asperitatem omnis fere passus sit: frumenta etiam post messem pluris quam alias unquam sine belli suspicione tali tempore vendita fuisse senes omnes affirmaverint. Decreto autem per senatores Aureæ flammæ circum ferri crucem & amburbalia cum sacerdotibus & antistite solemniter celebrari, cœli serenitas divi[E]nitus extemplo impetrata est, fortissimo licet siderum influxu, vel divina potius in vitia mortalium ultione; plures dein quoque imbres ceciderunt. Magna quidem & suprafidem crucis nostræ virtus diu ac sæpenumero manifesta est: nihil tamen divinæ restitit justitiæ. Nam si boni essemus, bona omnia crucis medio nobis tribueret Deus; sed quia mali sumus, meritæ nobis pœnæ divina agente justitia crebro infliguntur. Vetustas persuasit plura ob religionem bona antiquis fuisse concessa, & numina aliquando pro mortalibus, ut *Castorem* & *Pollucem* pro *Romanis* pugnasse. Quis igitur ambigat nos non Crucis, sed culpa nostra vel non impetrasse, vel [F] impetratum forte votum parum possedisse? Quod hoc quoque ævo memoria dignum censetur, silentio hîc duximus non omnino prætermittendum. Flos inter cæteros in omni *Italia* nunc frequentissime cultus, omnibusque passim pergratus, purpureus est, aut candidus, non tamen[e] recenti rubore non superfusus. Pentafolius aliquando, centifolius tamen pluris semper æstimatus. Herba vel frutice forte semper virente, fuste geniculato, cujus instar allii folia abducuntur. Satum

[a] zalenos.
[b] Sequentia descripsi ex cod. Brix.
Augustinus Capreolus eques.
Consalvus Agidarius Ferdinandus Hispanus.
Marcus Faustinus Physicus.
[c] 1504. Januarii.
[e] Decenti.

aliter quam translato in pinguem terram ejus germine, nunquam convaluisse novimus. *Caryophyllum* vulgo ab odore (credo) universi appellant. Cæterum tot imbres cum tepido austri flatu, fulgoribus, & tonitruis à pridie nonas Novembres, quo ninxit, ad VIII. Kal. Januarias usque frequentavere, ut nec octo diebus, nec binis interim unquam cessaverint, ut nusquam visa glacie, nimia luxuria florentibus amygdalis, segetes ipsæ multas emiserint ubique aristas; palmites & botri, nedum gemmæ, è vitibus exorti, variaque pomorum genera eo brumali tempore genita à plerisque fuerint visa. Greges & armenta, herba magis quam fœno depasta etiam sub die cessantibus imbribus lætiora quam sub tectis viderentur: tanta erat aëris teneritudo atque benignitas. Annona tamen pacis tempore antea nullo carior fuit; milii namque sarcina, quæ vulgo *Soma* appellatur, [d] *Marcellis* XX. & ultra quinque interea vendebatur. Quod pretium hactenus triticum attigisse raro est visum. *Marcellus* autem ex puro argento nummus est (ut etiam posteri intelligant) drachmæ æquipendens. *Soma* vero mensura gerulus unus satis [e] oneratur. Sed pluris etiam annonam tunc veniisse non dubitamus, nisi clarissimorum *Francisci Bragadeni*, & *Dominici Contareni* [f] præsidium nostrorum maxima providentia obstitisset; quæ talis & in urbe, & in agro fuit, ut nec *Genutius Cippus*, nec *Elius*, ambo prætores, neque Scipiones ipsi pro sua ipsa *Romana* magis fecisse habeantur, quam Magistratus ipsi pro Republica nostra facturi viderentur. Quippe, & ipsis quoque agentibus, à gestandis armis penitus est cessatum. Quo tempore *Marcus* cognomento *Civilis*, civis noster, quædam, licet versu materno, dignissima tamen scripsit in Christiana Philosophia, & *Altobellus* præclara ex *Averolda* agnatione, civis etiam noster, *Polæ* Episcopus, à *Julio* Pontifice Maximo, *Bononiæ* ac totius *Provinciæ Romandiolæ* Vicelegatus est constitutus, & ad [g] sacratum divi *Nazarii* templum nostrum cum magna potestate remittendi delictorum pœnas ad nos est missus. Qui ad civitatis nostræ nutum libras (ut à quæstore accepimus) [h] plus minus XV. & CCCC nostrates ipsius templi Fabricæ libentissime erogavit. Quamquam dedicatio, vel sacratio ipsa ab Archiepiscopo *Naupactensi*, ordinarii Episcopi nostri suffraganeo, ob æmulationem quandam eodem die fuerit repetita. *Bernardinus* quoque *Fabius*, & ipse civis noster, Episcopus *Pharensis*, Patrimonii Provinciæ gubernator ab eodem Pontifice Maximo est constitutus. Terræmotus vero quum & *Brixiæ* & pluribus aliis *Italiæ* locis substrepuisset, *Bononiam* urbem ita quassavit, ut multa ibi templa, ædes, & turres partim excindi, partim etiam frequentatis agitationibus cum maximo omnium terrore (ut *Dominicus Fuscus* Ariminensis carmine suo testatur) ad ruinam impulerit, Februario, tum Martio, & Aprile sequentibus frigore cum gelu aliquando exasperante: qua tempestate civitas nostra pro depascendis misellis mille aureos nummos, censu potentioribus imposito, inopibus ipsis alacriter condonavit.

Paulo vero post in *Benacensi Riperia* tam crudeliter grandinavit, ut ejus granum unciis XVIII. fuerit æquipensum, stragem maximam in omni annona ibi perpessa. Hac ipsa temporis calamitate cum multi ac multi civium in dies ab humanis decederent, *Franciscus* tamen *Martinengus* centum auri drachmis (rem dictu mirabilem) lecticam sibi conficere non dubitavit, *Stephano Lamberto*, cive nostro, fabro lignario non obscuro pariter & architecto. Die autem XVII. Junii sequentis aliud accidit mirandum. Tritici somam ad

[d] Marcellis XXXI. & ultra quinque in urbe, in agro autem etiam ultra quinquaginta interea vendebatur.
[e] Oneratur. Interea quoque ab oppido ad oppidum, aut à villa ad villam transferri pene nequaquam est permissum, sed pluris.
Franciscus Bragadenus Prætor.
[f] l. Præsidum.
Marcus Civilis.
Altobellus Averoldus Episcopus.
[g] Sacrandum.
[h] Plus minus occc.
Bernardinus Fabius.
Reliqua in codice Othoboniano desiderantur. Nos vero ex cod. Brix. desumpsimus.
Franciscus Martinengus.
Stephanus Lambertus.

ad horam usque ejus diei tertiam libris novem nostratibus; postea vero eadem die libris tantum IIII. & soldis XVI. venditam fuisse. Atque ita omnis frumenti, milii, & lobadis pretium sensim postea est diminutum. Post vero XIIII. diem sequentis Augusti inter primam & secundam noctis horam luna magnam passa est ecclipsin. In oppidulis *Palatiolo*, & *Cocalio* peste ita grassante, ut vix tertia eorum incolarum pars mortem evaserint. *Paterni* demum identidem ferme contigit, cum aliqua civium etiam nostrorum pestis ejus infectione, clade. Maxima tamen per menses ab ipso Augusto tres siccitate invalescente, ut exhaustis præcipue in *Francia Curta* cisternis, & omnibus fere puteis incolæ ibi (nunquam hactenus auditum) aquam ad coquendos cibos emerent: pestis etiam ipsa quasi extincta fuit. Cæterum afflante postea Zephyro, & abundantibus pluviis duodecimo Kal. Januarii sequentis contra temporis naturam Jupiter tonuit. Pluviæ autem ipsæ paucis brevissimisque tempusculis cessantes, dies circiter XV. tepidæ magis, quam frigidæ perdurarunt. Februario autem, Martio, & Aprili ea secuta est siccitas, ut omnia fere aruerint prata: paucissimis admodum auditis, quod contra morem fuit, tunc canere Philomelis. Majus vero quamquam imbrosus contra astrologorum prognostica, copiosissimæ annonæ iter præbuit: eo namque lucennio nullus est visus apud nos pinguior annus: tanta enim frumenti, vini, & olivi copia, & vilitas fuit, quantam hominum aliquis unquam fuisse recordaretur. Sed super omnem fructum ita abundarunt Persica poma, ut eorum etiam nobilium centum uno marculo, id est decima parte drachmæ argenteæ venderentur. Cæterum si maximi optimique historicorum omnia tam bona, quam mala facinora ad posterorum exemplum libris mandaverunt, nos quoque illos imitari non ab re esse non dubitamus. Quapropter quod in urbe nuper accidit, vel raro, vel nunquam auditum facinus, huic historiæ nostræ inferendum omnino duxi. *Hieronymo* igitur ex clara *Maurorum* familia cive nostro per *Trajanum Averoldum* ex clara etiam stirpe civem nostrum (ut vox est) fere trucidato, dum funera tractarentur, *Ludovica Burgina*, quæ interempti ipsius conjux, ad secunda accelerans vota, *Julio Luciago* jureconsulto & equiti civi quoque nostro inter fictas lacrimas, falsaque suspiria, & gemitus simulatos, sese despondisse ac nupsisse fertur, subsannabilem de se fabulam omni civitati præsenti futuræque perpetuo relinquens. Septembri mense, qui persequutus est, glacies (quod perraro accidit) inventa fuit. Sequenti vero Novembri magis contra temporis naturam tonuit graviter, & fulguravit, ac toto fere eo mense pluit, ita ut torrentes omnes alveos suos excesserint, & *Mella* ad *Mandalotiam* usque rumpens, ultra omnium memoriam vias, campos, & prædia damnificavit. Quo tempore & *Julius* Pontifex Secundus *Joannem Bentivolum Bononia* præsentialiter pepulit, & *Veneti* omnes aliorum Principum nummos cum magno subditorum damno proscripsere. Hieme potius tepida, quam frigida, ac sine pluvia, & nive penitus transeunte: verum ab XI. Kal. Febr. ad VIII. ejusdem ferme semper nebulosa; ver postea temperatum fuit. Æstas calida, & sicca, similiter & primum Autumni dimidium. Annonæ tamen caritas, sed vini optimi copia fuit, cujus tamen non modica pars paulo post vindemiam ad

Pestis in Palatiolo & Cocalio oppidulis.

Paternum oppidulum Franciæ Curtæ.

Hieronymus Mauro, Trajanus Averoldus, Ludovica Burgina, Julius Luciagus J. C. & eques.

Julius II. Pontifex. Jo. Bentivolus.

1605. Februarii.

A sui corruptionem devenit. Ros melleus, quem vulgus *Manna* appellitabat, pluribus in agri nostri locis, pluribusque diebus visus est, & repertus. Oleæ vero (quod rarissimum contigit) vermiculis fere unicuique eorum congenitis, vel intempestivæ deciderunt, vel amarum corruptumque oleum reddiderunt: propter tamen ejus paucitatem dimidio plus solito venundatum fuit. Quod quidem ab ejus æstatis autumnique ferventissimo æstu provenisse experti arbitrabantur. Qua & tempestate *Mathias Ugonius* civis noster, & *Famæaugustæ* Episcopus dignissimus, librum *de Patriarchali præstantia* edidit apprime doctum.

B Cæterum quod memoratu dignum arbitror (quamvis extra nostrates videatur) silentio non prætereibo. Cum æstate ipsa Rex *Gallorum* varia ederet *Mediolani* spectacula, lis inter *Italos* & *Gallos* de singulorum mulieribus exorta est. Affirmabant enim *Galli* suas magis quam *Italorum* esse pudicas. *Itali* è contra pertinacius asseverabant. Hinc datum esse à Rege duellum, uni scilicet ex fortissimis suis *Gallis*, & *alteri* ex viris nostris ibi ad ludos ipsos, & spectacula inventis: eo per Regem ipsum prius declarato, ut qui in ipso duello alterum vinceret, suarum mulierum victoriam trophæumque reportaret: qui vero victus esset, suarum etiam ignominiam referret.

C Itaque peracto duello *Gallus* victus, & *Italus* victor evasit. Cæterum, quod faustum felixque sit semper, cum *Baptista Mantuanus* Carmelita, ille neotericorum vatum quam maximus, elegantissimum *Brixiæ* panegyricum heroico carmine scripsisset, *Franciscus Arigoneus* civis noster, ob utriusque linguæ peritiam equestri ordine à *Pannoniæ* Rege donatus, aliud de *Brixiæ* laudibus pergratum civitati poëma conscripsit. Verum enim vero cum *Carolus Valgulius* civis noster, & stemmate, & virtute præclarus, multa fortunæ commoda & ornamenta sprevisset, ut sacratissimæ philosophiæ

D expeditior, quietusque magis vacaret, quo nihil gratius, nihilque magis homini expetendum seculo censuit: *Isocratem* de pace, *Plutarchi* musicam, *Arianum* de gestis *Alexandri* & *Atticis* in Romanam linguam, præter multas alias celeberrimas elocutiones suas, & scite, & fidelissime convertit. Quo tempore multus variusque apud nos rumor increbuit, *Maximilianum Romanorum* Regem Imperialis coronæ accipiendæ gratia *Romam* profecturum. Sed quo fato destiterit, adhuc nobis incertum extat: nisi quod Principes nostri *Italiæ* indemnitati consulentes, illius consilium sua prudentia forte averterunt. Hæc autem ab hu-

E manati Dei anno primo supra millesimum & quingentesimum usque ad octavum exclusive aliis XII. Chronicorum nostrorum libris me addidisse sufficiat; cum & annis & longa ægritudine, multisque curis anxius vix stare, ne dicam scribere possim. Superest ut Deo optimo maximo gratias agam, cujus ope, elargitioneque id, antequam, omni scribendi munere sum functus, obtinui, quod & optabam, & in ipsorum Chronicorum nostrorum procemio vaticinatus fui. Jam enim venere plures, ne dicam unus, qui præstantiores doctrina, feliciorique ingenio urbis nostræ magnificentiam suis monumentis ad posteros mandavere. Sed alios

F omnes, præcipue doctos, perpetuo hortatos velim, temporum suorum annalia, historiamque singuli describant. Nam nihil ad bene cauteque vivendum aptius esse novimus, historiæ ipsius cognitione, & notitia.

Ros melleus.

Mathias Ugonius Episcopus. Liber de Patriarchali præstantia.

Duellum Galli militis, & Itali.

Baptista Mantuanus Carmelita poeta edidit Brixiæ panegyricum. Franciscus Arigoneus equestri ordine donatus à Pannoniæ Rege.

Carolus Valgubius. Isocrates de pace, Plutarchi musica, Arianus de gestis Alexandri.

Maximilianus Romanorum Rex. 1507.

Descriptus ex codice Brixiensi apud PP. Oratorii.

LIBER DECIMUS QUARTUS.



Tsi superiori libro nostro ut jam senex, & sideratus à scribendi munere me vacaturum pollicitus fuerim; ne tamen, quod alios perficere hortabar, ipse vita adhuc comite neglexisse videar; quæ etiam post tertium decimum historiæ nostræ librum memoratu digna in dies eveniunt, literis adhuc mandare operæ pretium duxi; hortatus præcipue à *Joanne Caballo* physicorum nostrorum in primis honorando. Ut à superis igitur incipiamus, die 2. Martii anni MDVIII. præter naturam temporis Jupiter tonuit, fulminavit & grandinavit; adeo ut senes ipsi tali tempore talia nunquam antea vidisse affirmaverint. Decimo autem, & XI. sequentibus aliquantulum ninxit, frigore multum exasperante; quod etiam tali tempore perraro esset visum; ut hiems, & æstas invicem confundi viderentur. Secundo vero Aprilis adeo grandinavit, ut multis pendentium florum decussis, & segetibus conculcatis, sequenti quoque die ea ipsa grandine multis congesta locis inveniretur. Cum autem maximus *Germanorum* exercitus, *Maximiliano* futuro Imperatore agente, *Italiam* hostiliter invadere conaretur, & jam *Ripam* Tridentini agri non longe a finibus nostris, & ditionis *Venetæ* castellum oppugnaret, & Regis *Galliæ* fortissimum commilitium parvipendentes, Civitas nostra pro Principum nostrorum, & totius *Italiæ* salute mille delectos pugnatores, contra *Germanos* ipsos sponte & liberaliter misit. Ejus autem roboris suppetiæ ipsæ nostræ *Venetis* fuisse habentur, ut paulo post Principes ipsi tergentes *Goritiam*, & multa alia oppida, & loca æstimatione magna gloriose adepti fuerint. Cæterum dum ista geruntur, quæ prius in ædicula divi *Petri* in monte *Ursino* diu delituerant, divi Salvinii præsulis nostri reliquiæ in Templum divi *Petri* in Oliveto die primo Maji honorifica pompa sunt translatæ, industria, & cura *Hieronymi Caballi*, civis nostri, & ejus templi Antistitis diligentissimi. Datis autem superioris belli triennalibus utrinque induciis *Jo. Jacobus Triultius* Reg. *Gall.* in ipsa expeditione Præfectus castri, & commilitio solutus per agrum nostrum in patriam suam rediens, juxta urbis nostræ mænia meridiem versus in triumphantis speciem quatuor millibus equitum, & totidem peditum comitatus, prædam satis abducens die XII. Junii. sequentis feliciter transivit: *Nicolao Ursino*, & *Bartholomæo Liviano Venetorum*. Præfectis cum copiis ad stativa similiter redeuntibus. Ut tamen postea relatum est, *Livianus* ipse antequam stativa peteret, *Venetias* se contulit, non parva classe navali comitatus; ibique à Patriciis ipsis, & Principibus ovans, & ceu triumphans maxima pompa susceptus. Post hæc auditum raro prodigium, & audivimus, & vidimus. Die XX. Julii circa diluculum Jupiter adeo fulminavit, ut Turrim Chinnææ Collæ occidentem versus, pulvere, quo tormenta concitantur, plenam, ipsius fulminis ictu funditus eradicaverit: Cujus lapides velut bombardæ quoque impulsi D. *Claræ* Monasterium ibi propter, multas Utinorum domos, D. *Nicolai* ædem, pistrinum, seu molendinum, & multas alias domos, officinas, & Apothecas, vel prostraverint, vel saltem graviter offenderint; occisis etiam quibusdam viris, & mulieribus, pluribusque aliis lethaliter percussis. Crudele

Jo. Caballus physicus 2. Martii 1508.

Grando in

Exercitus Germanorum Maximilianus. Tridentum. Ditio Veneta. castellum.

Pergentes. D. Petri ædicula in monte Ursino. S. Silvinus Epi. Cal. Maji.

Hier. Caballus D. Petri Antistes. Jo. Jacobus Triultius Reg. Gall. Præfectus.

Nicol. Urs. Bart. Livianus.

Prodigium.

A omnino, perniciosissimumque prodigium: nam præter occisos ipsos, atque percussos, plus minus decem millibus aureorum nummûm in is ipsis & combusto pulvere jacturam illatam fuisse uno omnium ore prædicabatur. Paulo vero post nostra insuperabilis animi Juventus sericum L. aureorum nummûm pretii bravium hastarum conversioni posuit; quæ ad experiendos concursores ipsos trimestre fere duravit; nec prius consummata est, quam quatuor alia honesta ipsi ludo exposita, & per nonnullos ex ipsis athletis parta fuerunt bravia: invicti certe animi, & virium juventutis ipsius non tenue exemplum. *Nic. Ursinus*, de

B quo paulo supra, quanquam natione *Romanus*, & *Veneta* nobilitate clarus esset, civitate nostra donari per internuncios tamen requisivit. Quare congregato Senatu die primo Martii sequentis, omnium Comitiorum suffragiis *Brixiana* Civitate donatus est. Enimvero Principes nostri magnos durosque contra se venturos hostes veriti, & in colle Digno, ad S. Crucis ædiculam, & ad portas turris Longæ, Pilarum, & Joanneam eversis, & eradicatis ibi domibus, aliisque vicinorum ædificiis, gravi concivium ipsorum dispendio, propugnacula quædam lignis, & terra tantum condiderunt. Nec dum opus ipsum perfectum fue-

C rat, quum *Galli* hostili manu ingressi sunt Trivinum, & alia quædam in *Abduæ Glarea* loca, Prætoremque *Venetum* cum uxore, & filiis omnibus inde captivum abduxerunt; alia insuper variæ supellectilis præda simul ablata, cæsisque utrimque plus minus ducentis militibus, oppidum ipsum *Galli* occupant: & Casali Majore in *Padi* ripis Castello munitissimo potiuntur. Interea *Veneti* multa agri *Brixiani*, *Cremonensis*, & *Bergomensis* oppida & vicos milite, ac bellicis machinis, & tormentis muniere, *Petiliano*, & *Liviano* ducibus; qui cum *Gallos* in loco ad *Cavam* nuncupato non longe à *Cremona* castrametari intellexissent, super

D arma Olii ripas, *Pontevicum* prope * confederunt, recedentibus vero *Gallis*, duces ipsi cum exercitu, tormentis, & machinis in *Abduæ Glaream* trajecerunt, ductis *Cremona Brixiam*, & inde *Venetias* quadraginta quinque demum abductis obsidibus nobili stirpe ortis, conjectis tandem multis in *Trivinum* bombardis, ejus mænia, propugnacula, & turres prostraverunt, omnemque incolarum supellectilem deprædati *Venetorum* milites quidam oppidum ipsum (miserabile facinus) octavo Maji succenderunt: multis *Gallis* cum eorum ducibus captivis *Brixiam*, & postea *Venetias* abductis. Exercitum *Venetorum* triginta millibus

E equitum, & totidem peditum constare tunc audivimus: *Gallorum* autem tertia parte illorum minus; ut quadraginta millia utriusque ordinis non excederent. Tubicen tum *Regalis Gallorum* nomine die XIII. mensis prædicti hujusmodi monitum *Petiliano* fecit. *Rex meus dicit, agros, & incolas non ultra esse affligendos, sed de utriusque exercitus fortuna jam tandem experiendum. Quapropter sequenti luce manum conferre intendit.* Petilianus tunc. *Rex tuus o Tubicen sui juris est, & nullius mortalium voluntati subjectus. Ego vero stipendiarius sum, & impendio Venetorum suppositus, ut sine eorum consensu recte respondere non valeam; sed si coa-*

F *ctus pugnavero, me excusatum iri non dubito.* Quo accepto responso Tubicen inde recessit. Sequenti itaque luce non longe à *Pandino* oppido confuso Marte pugnatum est; nam velites, parmularii, peltati,

conventu.

Nic. Urs. Rom. clarus Veneta Nobilitate, donatus Brixiana civitate.

Trivinum à Gallis occupatum.

Prætor Venetus captus.

Casale Maj. Castellum.

Comes Petilianus, Barth. Livianus. Præfecti Venetorum.

* consederunt.

Cava. Ponticum.

Trivinum oppidum à Venetorum militibus, subversum.

Exercitus Venetorum 30000. militum equitum, & totidem peditum.

Regis.

imperio.

Pandinum oppidum.

peltati, lancearii, sclopetarii, hippotoxotæ, & alii omnes cum peditibus, tum equites eodem congressu concertavere; exceptis plerisque *Venetorum* equitibus cataphractis, ductoribusque nonnullis, qui terga dantes, celerem fugam subito arripuerunt: non autem reor, ut seipsos autem servarent, sed ne totum *Venetorum* exercitum eodem conflictu perire forte permitterent. Præter vero captivos multos, quorum *Livianus* Dux antedictus extitit unus, circiter XVI. mille utriusque ordinis desiderati fuere; inter quos *Jo. Maria Martinengus Barchi* Comes, & *Petrus* cognomento *Bonus* cives nostri virtute insignes apprime desiderati sunt, quorum omnium cadavera pientiss. Rex sua impensa sepeliri fecit.

Duellum militum Venetorum cum Gallis. Barth. Livianus captivus. 16000. milites Venetorum a Gallis interempti, inter quos Jo. Maria Martinengus, Barchi Com. & Petrus Bonus.

Cedentibus tamen, ac penitus profligatis *Venetorum* militibus, immo multis eorum cum *Gallis* contra *Venetos* conversis, *Galli* victoriam prosequuntur, ut sexto inde die *Bergomum* cum agris ejus, *Cremonensi*, ac nostro etiam adepti, *Brixiam* usque pervenerint: non quidem cum castris, verum cum deditionem sibi nostram petentes; Regisque nomine pollicentes, feliciorem longe nobis sortem cum Rege ipso perpetuo futuram, quam cum *Venetis*. Quod si eis negaremus, civitati nostræ exitium minitati sunt. Quibus ad consulendum super tanto negotio inducias trium dierum cives nostri petiere. Quo die *Hebræorum* bona juvenes quidam *Brixiæ* sunt deprædati, rei bellicæ munitionem altera die diripientes. Pendentibus igitur ipsis consultandi induciis, senatus noster cum multa jurium additione congregatur, argutissimeque disputatur, quid de tanta rerum mole, & in tam ancipiti, periculosaque fortuna, casu agendum sit. Concluditur tandem, melius fore, felici Regis fato salubriter cedere, quam imprudenter, & damnose fore repugnare. Cum præsertim, & tormentis opportunis intus, & militum auxilio foris civitas ipsa careret, agerque fere totus tot tantisque exercituum incursionibus, & impedimentorum demolitionibus aridus videretur. Quamobrem scriptis illico per cives nostros ipsis deditionis conventionibus, & pactis, ipsisque per Regem ipsum *Triviati* oppiduli nostri in castris tunc degentem, *Marco Martinengo* cive nostro amplissimo procurante, approbatis die XXII. Maji MDIX, *Brixiæ* dominium per legatos accepit, omnibus omnium arcium, & portarum præfectis jus omne illico dedentibus; *Sebastiano Justiniano* Prætore, & *Marco Dandulo Præfecto* Urbis, *Gallorum* è vestigio captivis. Prætorem autem ipsum, quia in Magistratu moderate se gesserat, civibus nostris rogantibus benignus Rex postea donavit; *Marco* ipso Præfecto *Mediolanum* inde transmisso. Die vero sequenti *Ludovicus* Rex ipse magna stipatus pompa urbem nostram intravit, à civibus veneratus, ac religiose cum omnium ordinum sacerdotibus sub umbella susceptus, quinque millibus peditum, & decem millibus equitum comitatus; quorum quadringenti ferme principes auratis vestibus, monilibus, & id genus ornati gradatim incedebant, factus plane admirabilis, & nobis nunquam antea visus. Quod faustum, felixque sit semper, & procul à *Venetorum* lapsu, qui si majorum suorum virtutem, justitiam, benignitatem, & fidem in omnes continuo prosequuti essent, præsentem status sui cladem cum tanta subditorum inopinata mutatione forte non sentirent. Uti enim virtutibus ipsis regna surgunt, crescunt, & servantur; ita etiam contra cadunt, ruunt, & funditus evertuntur; eo præcipue quod principum gesta tempore pacis, subditorum documenta sunt tempore belli. Quare tanti *Venetorum* interitus sola causa fuisse videretur eorum à parentibus, & majoribus suis degeneratio: quamquam ea omnia cælorum influxu

Victoria Gallorum. Jureconsultorum. Degeneratio Venetorum à majoribus.

A contigisse aliqui arbitrentur; cum præcipue Mars in revolutione in angulo contentiones, & bella significaverit, & Luna Virgine hora oppositionis luminorum ante solis adventum in Arietem in domo inimicorum inventa, sanguinis effusionem, & oppidorum, villarumque depopulationem portenderit. Quum autem *Gallorum* maximum facinus prope futurum esse, duodecimo Chronicorum nostrorum libro, annis jam novem vaticinati sumus. Cæterum residente ita apud nos Rege omnis annona maximum sui attigit pretium: jam, ut de piscibus tantum exemplificetur, truttæ piscis libra tribus puri argenti drachmis, caruciorum drachma, &

B ranarum dimidia vendebatur. Mansit *Brixiæ* Rex ipse tunc diebus quinque, & militibus ditionis antea *Venetæ* exauctoratis, postea cum exercitu maximo in castra *Piscariam* versus abivit. Regalis *Brixiæ* præses, *Petiliani* militum *Venetorum* usque tunc magni Præfecti bona fisco jam tradita, sub hasta vendi jussit. Mirum tum accidit, creditu sane difficile, omnes nostrates tribus diebus *Francigenas* vendicasse; omnis enim sexus, omnis ætas, & omnis fere ordo schemata, mores, ne dicam idioma *Francorum* illico susceperunt. Quod autem vel raro, vel forte nunquam accidisse legitur,

C hic prætereundum non duco. Hoc anno tot muscas vidimus, quot alias unquam viderimus, vel ipsas intellexerimus. Nam non tantum stabula, fora fructuaria, cupediaria, vel macella, coquinæ, & triclinia, vel cænationes, sed viæ omnes, horti, templa, & ipse aër muscis cuicunque animalium generi permolestis mirum in modum abundavit. Enimvero ut ad ipsum Regem, quem *Piscariæ* (ut supra) reliquimus, tandem revertamur, ipse debellatâ *Piscaria*, *Verona*, *Vincentia*, & *Padua* urbibus in deditionem acceptis, sed *Maximiliano Romanorum* Regi ex commilii fœdere illico di-

D missis; necnon aliis rebus cum *Maximiliano* ipso in supremam *Venetorum* perniciem (ut rumor erat) compositis, *Cremonam*, & *Cremam* oppida in ipsa expeditione parta visitavit. Demum *Mediolanum* sospes, ac gloriosus applicuit, decem millibus equitum; peditibusque multis intercapedinis tutelam relictis; qui duro cum civium, agrestiumque incommodo, & in agro, & in urbe diu permanserit. Interea tamen cum *Sigismunaum Buccam* Jurisconsultum, *Cæsarem Martinengum*, & *Hieronymum*, qui * *Bartholomæi Capreoli*, Jureconsultos cives nostros equestri auro donavisset, *Petrum Portulacam*, & *Jo. Bapt. Planium*, Jureconsultos cives

E nostros Regalis Consilii munere, & salariis honorifice decoravit, eosque *Mediolani* manere Rex ipse constituit. *Ludovicum Nassinum* vero etiam Jureconsultum, ac civem nostrum omnium regalium, & extraordinariorum proventuum citra Alpes Quæstorem instituit, magnoque honore, ac lucro honestavit. Manentibus autem ipsis in urbe *Gallis*, ut quidam primatum nostrorum gratificarentur, singuli singula fecere convivia, in quorum singulis trecentas circiter puri auri drachmas impendisse publice ferebantur. Nec mirum quidem, nam in eorum quorumque convivio porcos septem, ut

F eorum coctis, auratisque capitibus convivium opulentius redderetur. Nefrendes quinquaginta, vitulos quatuordecim, verveces vigintiquinque, lepusculos, vel cuniculos centum, pavones vigintiquinque, turtures centum, qualeas quingentas, capones ducentos, pullos Columbinos quadringentos, anseres centum, anates ducentos, turdos quingentos, perdices ducentas, phasianos centum, omnia variis saporibus condita, propriisque pellibus ac pennis, & plumis rursum induta in cibum ad convivas ipsos allata uno omnium ore prædicabatur. Omitto bellaria saccharea, & alia, quæ pro apparatu, & ornamento cujusque eorum magnis

Mores Francorum in Brixianos versi. nunquam ipsi. Muscarum multitudo. Pischaria, Verona, Vicentia, Padua à Gallis captæ. commilitii Maximil. Romanor. Rex. permanserit. Sigismundus Bucc. J.C. Cæsar. Martineng. Hieron. Capreol. equestri auro à Ludov. Francorum Rege condonati. * filium. Barthol. Portul. J.C. Jo. Bapt. Planius J.C. Lud. Nassinum J.C.

a convivæ
b in singulis prandiis
c Non minus quam.
Carolus de Ambagia, Carol. de Careto, Hier. Moronus, Jo. Zane Episc. Mathias Ugonius Ep. Christoph. Mangianin.

gnis pretiis interfuere opportuna. Conviviæ [a] autem ipsi in singula prandiis [b] non [c] quam quingenti discumbebant. Quorum primi fuere *Carolus de Ambasia* Regis *Francorum* citra montes locum tenens generalis, Magnus Magister appellatus, Reverendiss. D. *Carolus de Caretto* Cardinalis Finarius, & Regius *Brixiæ* locum tenens, *Hieronymus Moronus* Senator Regius, *Brixiæ*que Prætor, ac Commissarius, & *Jo. Zane* Episcopus noster cum *Mathia Ugonio*, & *Christophoro Mangianino* civibus nostris, & Pontificibus Reverendissimis. Tum quos jam circiter annos quadraginta in agro nostro non vidimus, [d] *Zigi*, permittentibus *Gallis* in agrum, & in urbem specie vatum futura prædicentium turmatim venere, more suo multa furtim surripientes. Sunt autem *Zigi* ex *Sarmatis* homines, qui ultra *Tanaim* fluvium, & *Mæotim* paludem habitant, ponentem [e] versus; quique per orbem sæpius vagantur, sinentibus aliis principibus ad vitam sibi furto, raptuque sustentandam; licet Christianam Religionem profiteantur, & ad artes, & bella corpore ingenioque satis accommodati sint. Eorum igitur adventus non sine damno, & rerum amissione nostratum pluribus fuit. Porro cum æstate ipsa adeo grandinasset, ut in *Franciæ curtæ* ora pro decem millibus vini faciente plaustris ex peritorum arbitratu, uvas decussisset', ea postmodum successit aëris temperies, ut sequenti autumno pomorum genus omne repertum sit quasi ad maturitatem super iterum pervenisse. *Veneti* vero resumptis viribus *Paduam*, & *Vincentiam* jam à *Germanis* Commilitio *Gallorum* partas, post multa prælia, & urbium ipsarum debellationes tandem cum vindicassent, *Veronam*que ultra Athesim hostibus premerent, *Galli* resistere illis conantur; & non tantum exercitu fortissimo, tormentis, & machinis illis obviant; sed etiam illorum vires enervare censentes, *Paulum Zane*, *Venetum*, *Brixiæ* Pontificem cum aliquibus aliis obsidem *Mediolani* aliquandiu relegarunt. Cæterum ut urbem nostram tutius possiderent, cristas, & pinnacula murorum arci magnæ oppositorum demoliti sunt, & turrim superiori anno fulmine disjectam, longe validiorem rursum condiderunt, urbis fossas aqua statim adimplentes. Arx igitur, quæ antea valida satis erat, novis propugnaculis, muris, & aliis munitionibus inexpugnabilis cunctis est visa. Hoc quoque anno ligna à focis ita pretio crevere, ut tertia parte plus solito emi experti simus. Eorum namque meta drachmis triginta duabus puri argenti versim vendebatur. Est autem lignorum talium meta (ut etiam futuris magis præsentia aperiantur) hujusmodi. Truncantur ligna in frusta vel stipites longitudine brachiorum duorum, id est unciarum vigintiquatuor pro quoque eorum; quæ frusta, hastulæ, seu hastellæ etiam vulgo appellantur. Harum tot simul construunt, ut brachiorum sex latitudinis, & totidem altitudinis locum compleant: & talis est, quam dicimus lignorum metam, tunc inauditum sui pretium ascendentem. Ita insuper edules aliæ solitum sui pretium excessere, ut una tanti venderetur, quanti ejusdem speciei sex vendi consueverant; & præcipue capi, quorum par aureo nummo, idest puri auri drachma aliquando venditum fuit. Interea die quartodecimo Aprilis, anni millesimi quingentesimi decimi salutis nostræ fulgor quidam stellæ cælestis instar sereno aëre circa horam meridiei quasi perpendiculariter, & singulorum capiti imminens cunctis intuentibus, horis ferme quatuor, manifeste apparuit, non quidem sine admiratione, & timore nostratum; quod præcipue ejusmodi signa raro videantur, & aliquid adversi mortalibus sæpe portendant. Paucis autem diebus post tam acriter grandinavit, ut plus minus viginti millibus aureis nummis orientalem agri nostri plagam, & tantundem occidentalem damnificasse uno omnium ore pervulgaretur; frumento tamen multifariam contra naturam temporis in dies multum vilescente. Postea *Carolus de Ambasia*, *Gallorum* in *Italia* Vice-Rex, & *Jacobus Triultius* exercitum contra *Venetos*, præmissis scaphis, vel naviculis circiter triginta, totidem plaustris devectis tormentis, machinis, & aliis rei bellicæ impedimentis abductis, noviter commoverint, *Brixia* partim, & partim per suburbia, & reliquum agri nostri transeuntes. Quoniam vero singularia omnia notatu digna videntur; quod nunquam auditum hactenus censeo, hac nostra Chronica historia non prætermittendum putavi. *Mantua* namque, *Brixia* dum prædicta gerentur, ad accipiendos hic, & reducendos illuc lateres pro fornace quadam (ut dicebatur) conficienda ad infundenda, conflandave tormenta: eo quod terræ vitio lateres Mantuani tantum accensi metalli calorem sustinere non valeant: quod nostri sæpius perpeti perhibentur. Nonnulli postea ex illis, qui jam, ut diximus, deprædati fuerant *Judæos*, ad prædam ipsam restituendam exactissime damnati sunt. Quorum unus apprime nobilis, & equestri auro insignis de Urbis proditione accusatus, demum ipse confessus, miserrime obtruncatur, ejusque caput regii præsidis jussu super populi turrim in civium quorumcumque terrorem hasta suffixa exaltatur.

d Zigeuni.
Zigni in octava tabula Europæ Ptol. scribuntur.
e occidentem
J. Ziges in ripa occidentali paludis Mæotidis juxta flumen Zicum, quorum civitas est Higris, quæ dicitur Tabaudi.
hostiliter.
Paulus Zane Episc. superius nominatur Jo. Zane.
1510.
noviter commoverunt.
Brixiæ geruntur.
suffixum.

F I N I S.



INDEX

INDEX MEMORABILIUM.

Brixia

Clysis


F I N I S.

CORRIGENDA.

Pag. 14. F pro minervæ lege *Minervæ.* pag. 26. in margine pro Bernardus Magnus *lege* Magius. pag. 34. D pro *Galliam in Cenomaniam* lege *Galliam id est Cenomaniam.* pag. 38. C pro aminantium *lege* animantium. pag. 46. F pro voluerunt *lege* noluerunt. pag. 48. A pro mortialium *lege* mortalium. pag. 50. C itersficit *lege* interficit. pag. 54. E percivitatem *lege* per civitatem. pag. 60. A pro pax *Bucca* lege *Pax Bucca.* *ibid.* C pro novit *lege* vovit. pag. 63. B pro *Defendu* tum lege *Defendutum.*

Sequentes versus, solummodo ad antiquitatem Editionis primæ demonstrandam, a possessore, nescio quo, die 26. Januar. Anno MDXVI. in hunc librum manu scriptos, hîc posuimus.

Divitiis concors si BRIXIA creverat olim,
Et populo, & donis fortunæ erat omnibus aucta.
Nil mirum, si nunc, quia discors lapsa, flagellum
Sentit, & Italiæ *reliquis hæc urbibus una*
Fit speculum, quales pariat discordia fructus.





ALEXANDRI SQUADRONI,
Regienſis J. U. D.

FASCICULUS LAUDUM REGII LEPIDI,

Ubi

Urbis hujus Antiquitas, Incolæ, variæ in ea rerum Mutationes, ejuſque Ornamenta & Viri Illuſtres ſuccincte ac nervoſe enarrantur.

Acceſſerunt

LAURENTII SCHRADERI,
Halberſtadienſis,

DESCRIPTIO ET MONUMENTA
Ejuſdem Inclytæ Urbis,

REGII LEPIDI,
Variarum Illuſtrium Perſonarum & Rerum memorias ſervantia.

Editio Noviſſima, Emendatior, ac Indice copioſo inſtructa.



LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, Civitatis atque Academiæ Typographi.

PRÆFATIO
HUJUS NOVÆ EDITIONIS.


Asciculus hic, quem Tibi, *Benevole Lector*, exhibemus, Auctorem agnoscit *Alexandrum Squadronum*, Regiensem J. U. D. Virum apud orbem Literatum magni nominis. Is amore patriæ, apud antiquos Auctores valde celebratæ, & amicorum, ut ejus habet Dedicatio, hortationibus motus, laudabilem hanc operam suscepit, ut Liber, *Superiorum Permissu*, anno 1619. *Regii*, apud *Flaminium Bartholum* prodiret *in Quarto*, & lucem videret publicam. Cum vero idem ob elegantiam suam singularem jam desideretur sæpius, ejus vero copia haberi possit difficillime, moniti à Viris Gravissimis eumdem prælo nostro subjecimus, & in id incubuimus, ut *Fasciculus* priori editione prodiret nitidior. Errata prioris Editionis sustulimus; Nomina propria, ut eo facilius pateant, diversis à contextu exhibemus literis; numeros paginarum editionis prioris in margine apposuimus, ut, quæ ex illa ab aliis scriptoribus citantur, hic inveniri possent eo facilius. Cumque laudabili huic Operi semel manum adjecerimus, jussi sumus e Laurentii Schraderi *Monumentis Italiæ* Urbis inclytæ *Regii Lepidi* Descriptionem & Monumenta, ejusdem quippe cum *Fasciculo Laudum* argumenti, huic novæ editioni addere. Tandem Nominum & Rerum notabiliorum Indicem, quo prior plane carebat editio, subjecimus, qui unico fere intuitu exhibebit, quæ hic contineantur. His, *Benevole Lector*, utere felix. Vale, nobisque fave.

DEVOTIS
ADVENIS AD REGII
VIRGINIS MIRACULOSÆ IMAGINEM
COLENDAM VENIENTIBUS
ALEXANDER SQUADRONUS,
REG. S. P. P.


Uotiescunque Opifex, & materia ità pari sunt fœdere conjugati, ut ad propositum thema ordinandum ingenium, & opus æque conveniant, tum quælibet desumpta Provincia ad quietum, tranquillumque portum directo gressu appellit. Sublimitas verò negotii, quasi navis, haud dubiè, nisi Dux peritus insigniter ad Clavum sedeat, impacta ad scopulos vento debet, Marique ludibrium. Quare ego hæc animo sæpe, ac sæpius pervolvens, imperitiamque meam agnoscens, Fasciculum *hunc* Laudum, *quem mihi ad dimidium jam contexueram, ex multis in Urbem* Regium *divinitus collatis donis, tanquam ex Viridario cunctis distincto floribus, ad aliquem felicem exitum perduci posse, cum desperarem, inceptum laborem penitus omiseram, cum multi amicorum, ac inter omnes morum probitate clarus, politiorisque litteraturæ* Prosper Guidellus *Reg. Presbyter, insignisque Collegiatæ* S. Prosperi *Can. omnia prosperè successura pollicendo ad eundem conficiendum (ut feci postea pro viribus) me pia benevolentia cohortatus est, immo propemodum impulit. Nunc verò & ea, qua Patriam prosequor, Charitas (cum juxtà illud Oratorum Principis pro*

iis, quas eidem debeo, gratiis, hanc agere videar) & præsens magni Festi tempus, effecerunt, ut non dicendi inopia, non rei magnitudo, non ingenii imbecillitas me detinere potuerint, quin hunc eundem in lucem prodire permiserim. Cogitantique mihi, quibusnam id operis potius deberetur, vos, Viri Advenæ humanissimi, visi estis, quibus hoc præ cæteris dare, donare, ac dicare (ut facio) debeam; fretus, vos (cum hunc fueritis subodorati) si ullo unquam tempore aliquem lingua maledica in hanc Urbem debacchari fortasse audieritis, ità facturos, ut ille videat, unde obtrectationis materiam collegerit, stoliditatemque suam, venenum propriæ linguæ in se ipsum convertendo, agnoscat. Oblatum igitur munusculum licet vestris non ità naribus redoleat, libenti animo accipere (quæ vestra erit humanitas) ne dedignemini, dum vobis à Sacra Virgine vota auguror exoptata. Domi Kal. Aprilis 1619.

CANDIDO, ET AMICO LECTORI.

ANtequam, Candide, ac Amice Lector, primum hunc mentis meæ foetum legere incipias, te admonitum volo, quòd Legalis Philosophiæ pervolvendo Authores, qui mihi in ea scientia, quam institui, ut sequar, necessariò legendi fuerunt, orationis elegantia, quæ admodum tenuis erat, in me exaruit, ut scias, quod non dicendi facundiam profiteor, sicque me excusatum habeas, quotiescunque elocutionis lapsum cognoveris. Hæc volebam, nè ignorares. Vale, & felix vive.

AD REGII LEPIDI MIRACULOSAM VIRGINIS EFFIGIEM ALEX. SQUAD.

Dum precibus, supplex, nunquam cessantibus, orat,
Ut Nati fiat mollior ira, Parens;
Olli respondet Natus, Dulcissima Mater,
Una vales Mundum conciliare Deo.
Illa rogans repetit; Miseros ne desere, Nate,
Qui sperant in te, præsidiisque tuis:
Cui Natus, REGIUM factum est tua REGIA, Mater,
Unde potes facili spargere dona manu.
Sic Regium remanet miseris in rebus Asylum,
Sic Vada, sic Zephyri, sic quoque Portus erit.

IN EANDEM CAM. SQUAD. PRESB. REGIENS.

QVEM Pater Omnipotens æternò mittere duxit,
Humani ut generis lux foret, atque salus,
Hunc GENUIT, Sancto conceptum flamine, Mater
Perpetuo Sacra Virginitate fruens:
Hunc quoque ADORAVIT, grates cui reddere gaudet,
Quandoquidem veri sit dator ille boni.

AL SIG. DOTTORE ALESSANDRO SQUADRONI CON L'OCCASIONE D'UN SUO LIBRO INTITOLATO FASCICULUS LAUDUM REG. LEPIDI. MADRIGALE DI GIOVANNI ANTONIO FIORENTINI Regiano.

Misti trà l'herbe i fiori,
Misti trà i fiori i frutti
Scorgo nel FASCIO, onde'l mio REGGIO honori,
ALESSANDRO gentile,
Si, che'l FASCIO non hà fascio simile.
S'egli odorato alletta,
Gustato anco diletta,
Tanto si fan graditi
A'l herbe i fiori, à i fiori i frutti uniti,

AL MEDESIMO NELLO STESSO SOGGETTO. SONETTO D'ALESSANDRO MIARI REGIANO.

Lice, Alessandro, che tua man s'adopre
Saggia, & industre in dispiegare historia.
Che sorga, e passi à l'immortal memoria,
Ch'oscura antichità forse ricopre;
FASCICOLO è di fior; D'huomini, e d'opre
Florido Reggio fù; Tal è; Si gloria,
Ch'al nobil suo soggetto ancor di gloria
Lampa s' accenda, e c'hor per te si scopre.
D'arti, di pregi alto valor quì chiuso
Si mira, e ammira; A'l'Ethiopo adusto
N'andrà famoso, e splenderá frà gl'Indi;
E ciò sotto il favor, non solo augusto,
Mà Divin di MARIA, che quinci, e quindi
In mille rai di gloria è un Sol diffuso.

ALEXANDRUM SQUADRONUM SUUM OPTIMUM CIVEM, ET J. U. D. REGII LEPIDI CIVITAS ALLOQUITUR.

Si mea (tempus edax) vel adhuc natalis origo
Ignota in tenebris semisepulta jacet,
Duratura diù tu nobis Mœnia ponis,
Mœnia non ullis succubitura minis.
Quod retulisse tibi possum pro munere munus?
Clarus es eloquio; Clarior inde toga.

N. N. Regiensis faciebat.





1 ALEXANDRI SQUADRONI, *Regiensis J. U. D.*

FASCICULUS LAUDUM REGII LEPIDI.

VRBIS hujuſce encomia, quam *Strabo*, *Cornelius Tacitus*, ac *Cicero*, cæterique Illuſtres ſcriptores REGIUM LEPIDI appellarunt, aliqua ex parte vobis, Viri Advenæ humaniſſimi, deſcripturus, primum ab ejus antiquiſſimo Natali incipiendum duxi, cum antiquitas authoritate, & gratia apud omnes nationes plurimum valuerit. Atque licet Hiſtoriographos, Chronographoſque complures in ejuſdem Urbis Origine exquirenda anxiè laboraviſſe, verumque ab illis Conditorem ignoratum fuiſſe invenerim, maximum antiquitatis teſtimonium erit, cum ità longè vetuſtiſſima ſit, ut quis ejus Fundamenta jecerit, & quo tempore, at-
2 que unde inditum nomen, nullo pacto queat inveniri, ità ut ſi quid antiquitate ſit laudandum, maximis hac de cauſſa laudibus *Regium* efferendum eſſet. *Ponticus Virunius* funebris Orationis occaſione in quandam *Heliſabetam Vicedominam* habitæ hæc dicit: *Ante bellum Trojanum Regium Civitas erat & populoſa, & memorabilis, longius multis ſeculis ante quàm Roma conderetur.* Hoc probat per *Euſthatium* Interpretem *Homeri* in Commentariis *Dionyſii Libyci*, aliorum *Græcorum*que authoritatibus; De quo ſi quod fortè antiquitus monumentum in Patria extabat ad nihilum redactum eſt, Barbarorum telis cum noſtra Civitas inter alias velut inſignis ſcopus, ſemper expoſita, domeſticiſque diſcordiis miſerè lacerata fuerit. Hanc tamen *Hetruſcos* coluiſſe ante *Romanorum* immenſum Imperium ex dictis Livii *primæ Dec. lib.* 5. Annalibuſque antiquis, ac *F. Leandri Alberti* Bononienſis authoritatibus comprobatur ſua totius *Italiæ* deſcriptione. Quæ dein ad *Gallorum* potentiam, inde in *Roma-*
3 *norum* jura tranſivit, quod Doctiſſ. Vir. *Vidus Pancirolus* Reg: ſua nondum typis data Chronica Hiſtoria affirmat. Poſt hæc magnus Dux *Brennus* Gallorum trecentis millibus ſecutus, Annis ante noſtram ſalutem 320. circiter *Mediolanum*, aliaſque *Galliæ Ciſalpinæ*, quæ nunc *Longobardia* appellatur, Civitates deſtruxit, Caputque Mundi *Romam*. Haud multò poſt inter multas anteà à propriis militibus Urbes conſumptas quaſdam inſtauravit, ſicuti *Livius*, *Corius*, ac *F. Paulus Morigius* in Hiſtoriis *Mediolanenſium* autumant; Inter quas quod & *Regium* reſtituerit tunc temporis, credunt complures Chronographi, ſicuti etiam idem *Leander*, idemque *Ponticus* referunt; ea potiſſimum de cauſſa, quod *Regii* Portam apertam fuiſſe ſcimus antiquitus, quæ licet
A clauſa ſit, adhuc *Brennonis Porta* vocatur, ac quædam vetuſta Chronica enarrant, quòd ibi priſco tempore Marmor legebatur his notis: BRENNVS. MAGNVS DVX. aliis exeſis nimia temporis edacitate litteris, ſtatuamque ibi 4
diu ſtetiſſe tanti Reſtauratoris monumentum idem *Ponticus* affirmat. Non multò poſt tum externorum hoſtium variis incurſionibus, tum inteſtinis ſeditionibus hæc Civitas adeò devaſtata remanſit, ut ruinis ſemiſepulta tamdiu jacuerit, donec *Marcus Æmilius Lepidus* Conſul Rom, non *Lepidus* Triumvir, uti *Blondus*, ac alii, fa-
B bulantur, quod probat optimè idem *Pancirolus*, idemque *Leander* Ciceronis *Fam. lib.* 12. Huc accedit, quod ad ea uſque tempora, quibus Triumviratus factus eſt, *Regium* Civitas memorabilis erat, ut colligitur *ex lib.* 5. *Geographicorum Commentariorum* Strabonis, qui ad tempora *Octaviani*, *Marci Antonii*, ac ejuſdem *Lepidi* Triumvirorum, ſcriptor celeberrimus claruit, qui de Nobilioribus *Galliæ Ciſalpinæ* Civitatibus dum loquitur, inquit: *Hac tempeſtate eximiæ dignitatis trans Padum eſt Mediolanum, Civitas quodammodò Alpibus finitima, & propinqua Verona eſt am-*
C *pliſſima Civitas, his inferiores Brixia, & Mantua, & Regium, & Comum*, quod ad rem no- 5
ſtram idem *Leander* allegat) cujus *Lepidi* Conſ. nomen adhuc retinet, ut dixi, qui hanc, Colonia Nobilium *Romanorum* huc adducta, Annis circiter ante noſtram ſalutem 184. non modò reſtituit in priſtinum, verum ſuperbiſſimis auxit Ædificiis, quam non *Regium*, ſed à proprio nomine ÆMILIAM appellavit. Inter alios hoc affirmat ſenior *Ludovicus Pariſetus* Reg. in ſuo Epodion, qui centum ab hinc Annis, & eo amplius Poëta celebris floruit, ſicuti etiam in qui-
D buſdam antiquis æreis Numis legimus: REGIVM OLIM AEMILIA. Quod unum haud multum retinuit nomen, namque *Cicero*, qui paulò poſt tempora ejuſdem *Lepidi* Conſ. vixit, hanc non *Æmiliam*; ſed *Regium Lepidi* ſemper nominat, ut dixi, quod ideò factum eſt, uti plerique volunt, quià *Lepidus* tantam augendi *Æmiliam* curam habuit, ut hic *Galliæ Ciſalpinæ* Forum poſuerit, ubi per hyemem à bello revocatus reſidebat, locumque reſidentiæ *Burgum* 6
Æmiliolum etiam num vocamus, ac credunt complures, quod ubi in præſens *Antonii Affaruſii*
E (hic ad omnium virtutum genera propenſus Adoleſcens) ſitum eſt Domicilium, ibi aliquod ejuſdem *Lepidi* Conſ. magnificum Ædificium extiterit, eodem namque in loco vinarias Cellas dum foderent, inter alia, multa priſcorum Qui-

ritum monumenta reperta sunt. Immo cum ex Historiis, rerumque documentis colligatur, quoslibet *Romanorum* Procerum locum (*Pluteum* veteres appellarunt) quo majorum monimenta servabant, habuisse (hoc Juvenalis *Sat.* 2. idemque Panc. *Cap.* 23. lib. cui titulus: *De rebus olim apud antiquos in usu, nunc verò deperditis, ac aliis recentiori ætate inventis*, prodiderunt) ibidem hujusmodi locum stetisse existimant. Forumque hoc cum præcipuum negotiatorum, & litium esset, brevi à regendo *Regium Lepidi* est appellatum, nostramque Urbem *Romanorum*
7 Coloniam fuisse, præter *Ptolemæi*, præfatorumque scriptorumque testimonium; comprobatur, namque sicuti scimus, *Romanorum* Coloniæ in eo, quo adducebantur loco, ibi Forum, Theatrum, Campum Martium, & alia *Romæ* Ædificia ponere consuevere, ut quodammodo non Civitatem, sed locum tantum mutavisse viderentur, sicut in hac Urbe fecerunt, quod & idem *Parisetus* opinatur; Mutato verò rerum, atque fortunæ tempestatibus Urbis statu, mutatis ædificiis, licet Theatra, nec alia id genus, remanserint, adhuc tamen Campus Martius restat. *Mediolani* pariter, ac *Veronæ*, & aliis in Civitatibus, quæ ab antiquo *Romanorum* Coloniæ extiterunt, est locus, quem & nos habemus, ut dixi, cui nomen est Campus Martius. *Rhegium* Romanos Proceres coluisse testantur etiam vetustissima marmora, quæ, & in Cœnobio monachorum *D. Petri*, ac *D. Augustini*, Divique *Prosperi* viciniis, & aliis in locis adspicimus, illudque præcipuè *Rubinorum* in ædibus hisce literis incisum:

8 CN. BIENVS. L. F. POL.
BROCCVS. VI. VIRAL
AEDILICIVS. II. VIR
REGIO. LEPIDO

Sed alias referamus Urbis hujusce laudes. Sanctam Christi fidem à *D. Apollinari* Episcopo, & Martyre (hic erat Principis Apostolorum Discipulus) *Regiensium* non pauci susceperunt, Anno à Partu Virginis 60. ut in ejusdem Sancti vita, universo deinde Populo haud multò post ad veram fidem converso, inter insignia Dæmonibus erecta Templa, alia solo adæquata fuerunt, alia verò Dei cultui dedicata; Tum *D. Apollinari* Præceptori, qui vivens multis claruerat miraculis, ingenti omnium studio Templum nunc *Divi Augustini*, immortalis beneficii memoria, dicatum fuisse fertur. Septem tantum Antistites ante *D. Prosperum Aquitanicum*, quem salutis Anno 444. Ecclesiam *Regiensem* rexisse scimus, inveniuntur. Hisce de caussis, creditur, & qui-
9 à procedente tempore citrà, sicuti Annalibus proditum est, ac *Corius* in Historiis *Mediolanensium* enarrat, *Regium* variis hostium incursionibus, *Gothorum* præcipuè, ac *Longobardorum* penè consumptum, & derelictum remansit, quod *D. Ambrosius*, qui Anno Domini 360. vixit, octava Epist. affirmat, dum inquit: *Scito Quadernam, Bononiam, Regium, Mutinam Urbes semidirutas me vidisse.* Ac etiam quondam Ecclesiarum ædificia a Barbaris hominibus in *Regiensium* Urbe cremata fuisse, & cum his instrumenta, aliaque monumenta in cinerem redacta, *Caroli Magni* antiquo in Statutis hujusce Civitatis inserto Indulto, habemus; Cæterum, utcunque sit, præter ea, quæ supra dixi, Urbem nostram tum *Regium*, tum *Æmiliam* vocatam fuisse, & in *D. Prosperi Aquitanici* vetustioribus officiis, & in præfati *D. Apollinaris* lectionibus, apertissimis verbis, comprobatur. Hunc *D. Prosperum* præfatum, in Catalogo Sanctorum legimus temporibus *Leonis Primi* Pont. *Eutychetis*, ac *Nestorii* errores
10 tum maxime pullulantes acerrimè disputando re-

A cidisse, ceu qui fuit omnium liberalium artium Dogmate peritus, & tàm humanæ, quam Divinæ Philosophiæ studio imbutus. Qui *Leo* per visionem fuit Divinitus admonitus, ut *Prosperum* Regiensium Episcopum ordinare deberet, ejusdem Urbis Præsuli *Elpidio* non ità multò post morituro successurum. Quod cum *Prosper* aliquamdiù recusasset, tandem summo Pontifici obtemperavit, & dum sanctus iste vir Civitati huic jam proximus esset, *Elpidius*, qui tum Episcopus erat, humanis exemptus est, Populusque *Regiensis* pro eligendo Episcopo cum solicitaretur, *Regiensi* Presbytero cuidam seniori, & sanctissimo, o-
B mnia, quæ *Romæ* gesta fuerant, Divinitus revelantur, *Prosperum* scilicet ipsis à Deo jam datum, à *Leone*que Pontifice consecratum. Quod cum Populus didicisset, omnes sancto Episcopo unanimiter occurrunt, in Pastoremque lætanter accipiunt. Dum viveret Sanctus hic, opera quamplurima, & carminibus, & oratione soluta com- 11
posuit, ac præ cæteris Chronica *B. Hieronymi* à tempore *Valentis* Imperatoris usque ad finem temporum *Theodosii Secundi* prosequutus est. Chronica etiam à conditione primi hominis juxtà Divinarum Scripturarum fidem usque ad mortem *Valentiniani* Augusti, & captam à *Genserico Romam*
C contexuit. Librum adversus Opusculum Cassiani, *Librum Epigrammatum*, ex dictis *S. Augustini*, cui fuit amicissimus, metro partim, partim prosa oratione exaravit. Tria Volumina *de Vita Contemplativa*; Tria alia de *Prædictionibus*, & *Promissionibus*, & alia plura litteris mandavit, quæ longum esset enumerare. Hic ubi vitæ finem adesse sensit, Sacratos Viros, Urbisque Primates convocat, quos pia oratione ad Divinum cultum constanter retinendum exhortatur; Dein eum, Populum in posterum, Patrem, verumque Tutorem in Cælis habiturum pollicetur. *Regium* igitur regio fortu-
D natissima, tanto donata Protectore; hujus Sanctiss. 12
Viri dum ossa veneratur, & auxilii, & eloquii, velut vivat adhuc, continua prosperitate potitur. Cæterum ad alia transeamus tempora. Annis post nostram salutem 800. circiter *Carolus* cognomento *Magnus*, Romanorum, ac Francorum, & Longobardorum Rex gloriosissimus, *Regium* Imperiali munificentia Gymnasii publici Privilegiis decoravit, Ubi omnium Artium, & Scientiarum Studium floruit generale, sicuti ex Annalium monumentis, cæterisque rerum documentis perspicue dignoscitur, ac præcipue ex tex. apert. *in c. Bonæ memoriæ il* 2. *de Elect. & Elect.*
E *potestate*, & ibi *Baldus* notat in verb. *Regii*, quod Civitas *Regii* habet Prærogativas, sive Privilegia Studii; Collegiumque emicuit, in quo insignes Viri Juris Scientia superioribus sæculis eminentissimi cooptati fuerunt, quod in ejusdem Collegii Albo, seu Matricula (ut vocant) videre est, quorum ordinata series, ex Publici Archivii incendio licet obliterata remaneat, à Pace tamen 13
Constantiæ citrà Collegium idem viguisse ex eodem Albo constat; in quo Clarissimi illius temporis Juris Consulti recensentur, inter quos *Albertus Cambiator* pro hac Civitate apud *Fredericum*
F *Ænobarbum* Cæsarem in eadem pace Nuncii officio est functus, ut *in Extravag. de pace Const.* & alibi. Longum ab illo tempore esset continuatis temporibus insignes Juris Consultos *Regienses*, qui variis in Gymnasiis, ac in Patria publicè Jura profitendo nomen suum æternitati consecrarunt, enumerare, at solum inter Egregios hujusce Civitatis, ejusdemque Collegii, Juris Scriptores, sat erit recensere

Jacobum Columbinum magni nominis glossatorem, ut post Jasonem, & Alvarotum in *Prælud. Feud.* tradit Cott. *memorab.* suis.

Guidonem de Rubertis Seniorem, qui ob insi-
gnem

gnem nominis famam *Patavium* accitus, ad jus publice dicendum, ibidem, dum Magistratum ageret, Jura ejusdem Urbis municipalia, quæ adhuc extant, condidit.

14 *Accursium*, alterum à *Florentino*, Glossatorem Legum, ut sæpissimè refert *Jacobus de Arena* Doctor antiquus Tract. *de Cessio.* & Gandinus Tract. *de Malefic.* titulo *de Bannit. in fine*, qui in Patria Jura publicè interpretatus est.

Guidonem Suzarium Juris enucleatorem clarissimum, qui Tractatus *de Jure Emphyt. de Indiciis*, & *Tortura*, ac alia multa composuit, de quo *Speculator*, & ibi Joannes Andreas *tit. de Advocatis* §. 2. *in fine.* Jura in Academia *Regiensi* professus est.

B *Petrum Suzarium*, qui *Regii*, & alibi publicè ll. edocuit, cujus Sarcophagum in *D. Dominici* Cœnobio Marmore Antiquo elaboratum videmus, qui varia & ipse composuit, quem *Bartolus* non uno in loco allegat.

Guidonem de Baysio, Archidiaconum nuncupatum, insignem Juris Canonici Enucleatorem, qui in Gymnasio *Bononiensi* emicuit præclarissimus, qui præcipuè in *Decretum*, & *Sextum* Egregia Commentaria reliquit, cujus Glossæ tantæ Authoritatis fuerunt, ut pro lege haberentur, quod probat Joannes Andreas *in princ. Sexti.*

15

C *Philippum de Cassolis* Baldi Præceptorem, qui cæteros Doctores omnes fama antecibat adeo, ut Doctor Doctorum nuncuparetur. hunc *Baldus* vocat famosissimum legum Doctorem *Consil.* 105. *Vol.* 3. & alibi. cujus eminentissimi Viri *Tract. de Testam. & Success.* extant. hic *Bononiæ*, *Patavii*, *Ticini*, aliisque in locis Jura profitebatur.

Carolum Ruinum recentiori Ætate, cujus quinque responsorum Volumina, ac subtilia *Commentaria in quatuor vespertinas Lecturas*, ut vocant, consiliaque edita sunt, qui in Gymnasiis *Ticinensi*, *Patavino*, *Ferrariensi*, ac *Bononiensi* primarius Legum professor extitit.

D *Ludovicum de Pinotis* Jurisconf. Eminentissimum, quem *Dec. Cons.* 439. præstantissimum Doctorem appellat.

16 *Julium Scarlatinum*, cujus multa responsa Voluminibus Diversorum inserta extant. Hic Jura *Bononiæ* interpretatus est, quem Concivem, & Discipulum carissimum appellat idem Ruvinus *Cons.* 119. *in princ. lib.* 1.

Nicolaum de Martellis, qui Elegantissima in Jure reliquit monumenta.

E Juniorem *Ludovicum Parisetum* Vatem præstantiss. qui Libros *de Immortalitate Animæ*, ac alios Epistolarum carminibus exaravit, Librumque, cui titulus *Theopeia*, aliaque multa ingeniosæ Doctrinæ argumenta, in lucem edidit.

Hieronymum Prævidellum, qui *Bononiæ* frequenti Auditorio Jura professus est, cujus extant *Tractatus de Peste.*

Vidum Pancirolum præfatum, qui in Gymnasiis *Taurinensi*, & *Patavino* primo loco toto vitæ suæ cursu ll. interpretatus est, hic elegantissima Responsa, Librumque *de notitia utriusque Imperii* edidit, ac alterum præallegatum, cui

F titulus: *De rebus olim apud Antiquos in usu, nunc verò deperditis, ac cæteris recentiori Ætate inventis.* Tertulliani Operibus *Commentaria* adjunxit,

17 prædictamque *Hist. Chronicam Rerum Regiensium* reliquit, & *de Illustribus tum Antiquis, tum recentioribus J.C. ac Antiquitatum Juris indagationibus* Tractatus, nec non alia composuit.

Petrum Joannem Ancharanum, qui *Quæstiones Fam.* in lucem prodidit subtilissimas.

Alpheum Prampolinum, cujus gravissima *Juris Responsa* viginti duobus distincta voluminibus manuscriptis propediem sub typis erunt.

A

Bonifacium Rugerium Comitem, ac Equitem, qui *responsa* edidit, multoque Annorum spatio jura publicè in Patavino *Gymnasio* professus est.

Jo: Baptistam Bovium, cujus librum *de Statutaria Urbis præscriptione* habemus.

Gherardum Mazzolum Comitem, & Equit. cujus *Responsa* edita extant, qui *Januensium*, *Florentinorum*, & *Lucensium* summo cum honore Auditoratus gessit.

Joannem Baptistam Laderchium virum nunquam satis laudatum. Hic licet *Imolæ* oriundus esset, 18
factus tamen ex Privilegio nobilis Reg. in hoc eodem Collegio receptus est, cujus *Responsa* edita habemus, ac alia, unà cum cæteris legalis Philosophiæ ingeniosis monumentis propediem sub typis erunt.

Nec reticebò *Sebastianum Pighinum*, qui in hoc itidem Collegio emicuit insignis nominis Juris Consultus, qui post varios Magistratus honorificè gestos, Cæsareæ Majestatis *Caroli V.* Consiliarius fuit, ac Concilio *Tridentino* cum præsedisset, ob animi egregias dotes in amplissimum S. R. E. Cardinalium Collegium adscriptus est; majora quidem posteà, ni mors eum nobis rapuisset, accepturus. Nec penitus silentio involvam Antistites, qui ex eodem Collegio exierunt RR^mos videlicet

Albriconem de Albriconibus Regii Episcopum.
Gulielmum Folleanum Reg. Episcop.
Guidonem à Baysio, alterum à superiore, Reg. Episcop. 19
Guidonem Robertum Reg. Episcop.
Laurentium Pinotum Reg. Episcop.
Ugolinum Sessium Reg. Episcop.
Thebaldum Sessium Reg. Episcop.
Simonem Paganum Episcop. Volateranum, dehinc Forilliviensem.
Hieronymum Savium Episc. Ariminensem.
Jo: Andream Bocciacium Episc. Mutinensem.
Philippum Zobolum Episc. Cymaclensem.
Bonfranciscum Arlotum Reg. Episcop.
Franciscum Martellum Reg. Episcop.
Petrum Antonium Vicedominum S. Angeli primum, posteà Avelini Episcop.

Quot vero eodem è Collegio Juristarum primis *Italiæ* Cathedris, Illustrissimisque Magistratibus, & à secretis apud Ser. *Atestinos* Principes, exterosque functi fuerint, cum innumeri sint, Eloquentes Viri has partes sibi deposcant.

Verum haud credat aliquis in præfatum *D. Prosperum*, in hanc Urbem per Sanctos collocata Divinitus, dona terminari, namque & post Ci- 20
ves nostros *D. Jucundam*, *Divumque Maximum* Episcopum (hic vivens inter alia multos à mortuis excitavit) qui Ecclesiam *Regiensem* Anno Salutis nostræ 524. sanctissimè rexit. Devotus *Apollinaris* & ipse hujus Urbis Episcopus Anno 816. *Lunensis* à *Saracenis* Provincia cum subverteretur, ubi *S. Venerii* Abbatis Corpus quiescebat, illuc profectus, dum ante ejusdem Reliquias pernoctaret, correptus somno *B. Venerium* præcipientem vidit, ut ejus inde ossa tolleret, in tutiorique loco reconderet. Tum *Apollinaris* visione gaudens sancta ossa collegit, sicque Deo volente, *Regium* detulit; ubi per hujus S. viri merita complures diversis morbis conflictati in dies valetudini restituuntur. Posteà Anno 915. Martyrum Sanctorum Corpora *Chrysanti*, & *Dariæ*, quæ à Rege *Berengario* Romà *Papiam* delata fuerant, ab eodem Rege, qui tùm per insidias Regno privabatur, *Adelardo* Regii Antistiti hæc instantissime petenti gratiosè concessa sunt, qui ea Viro Sacerdoti certo, aliique *Rhe-* 21
gium deferenda commisit; quorum alter impositis humeris *Papia* egrediens, noctis silentio,

dum nimia aquarum inundatio haberetur, quasi portans, à quo portabatur, legimus ad hospitium, visu mirabile, siccis pedibus eum pervenisse. Sequenti die *Regium* appropinquantibus, ubi sedes eorum (Deo ordinante) præparanda erat, *Regiensis* Populus festanter occurrit, variisque multi cum detinerentur infirmitatibus, eorum tacto tantum Feretro, liberati extiterunt.

Præfatis temporibus à *Longobardis* ad *Gallos*, à *Gallis* ad *Germanos* hæc Civitas devenit, quorum jugo feliciter excusso jucundam libertatem acquisivit, qua Annorum spatio circiter 300. potita est. Tum, cùm mero, ac misto Imperio, quò in Facinorosos animadverteret, Ecclesiæ *Regiensis* Episcopo Principis datus est titulus, atque hinc eum ad celebrandum incedentem, adhuc Vir nobilis Galeam, Gladiumque qui manibus infert, ad Antiquæ Potestatis memoriam
22 renovandam præcedit. Hæc Respublica tum armis, tùm etiam litteris, quamplurima gessit, quæ inter alios *Jo. Battista Pigna* in Historiis Principum *Atestinorum* Serenissimorum, *Corius*, idemque *Pancirolus*, cæterique vicinarum Urbium Historiographi, optimè descripta reliquerunt. Inter eximias Civitatis hujusce dotes non præteribo, *Maximilianum* Imperatorem istius nominis *II.* Physicorum Collegio, quod etiam tùm celeberrimum extabat, Authoritatem Philosophiæ, & Medicinæ Lauream Doctoralem conferendi impertitum fuisse cum Privilegiis omnibus Gymnasiorum publicorum, sicuti sæpè ad dictos gradus promoventur, qui earumdem scientiarum palæstram ingressi commendabile Doctrinæ testimonium præstiterint, & more, & stylo in Gymnasiis generalibus servari solitis, Doctorali Laurea decorantur. Ex hoc itidem Collegio Viri Clarissimi continuatis Temporibus citra in hanc usque diem & extiterunt, & extant, quos omnes si commemorare hoc loci velim, haud dubiè longus essem. Attamen nequaquam tacebo *Joan-*
23 *nem Baccanellium* Philosophum, & Medicum celeberrimum, qui Artem medicam doctissimis, quas edidit, lucubrationibus auxit.

Jacobum Araldum, qui *Librum Quæstionum* 72. ac alium *de febribus* in Lucem posuit.

Thomam Cambiatorem Philosophum, qui in *Aristotelem* subtilissima Commentaria composuit.

Gabrielem Malegutium inter Poëtas Doctissimum, qui in Physica multa typis commisit, Carminibusque librum *Pratica* nuncupatum.

Nec inter innumeros Viros, quos *Regium* procreavit in omni Virtutum genere præclarissimos, reticebo *Sebastianum Corradum*, qui adeo politioris humanitatis Studio excultus erat, ut *Bononiæ* publicè docendo non mediocrem sibi, & Patriæ comparaverit Famam, cujus extant inter alia *in Ciceronem ad Atticum Commentaria* Elegantissima.

Dionysium Rugerium, qui pulchram hexametris Carminibus, quæ est edita, *Pastoriam* reliquit.

Vincentium Chartarium, qui laboriosissimum *de Imaginibus Antiquorum Deorum* librum prodi-
24 dit in lucem.

Salicetus est hujusce Patriæ, quod ipse ait *in l. Sancimus §. fin. C. de don.*

Felinus pariter, ut ipsemet scriptum reliquit *in c. Rodulphus §. declarantur de rescript. num.* 14.

O quot Militares Viri, Strenuique Duces iis adjungi possent. Cæterum cum omnes laudari non possint, aliquosque prolixum, unum tantum ex nobili *Mutorum* Familia vobis apponere decrevi, nomine *Cacum*, qui super alios Ætatis suæ Viros robore, & Corporis vastitate, velut Gigas, eminebat, qui *Gibellinorum* Princeps cum

A ferrea Clava, quam tanquam alter *Hercules*, manu gerebat, obvios quoscunque cum prosterneret, hostibus formidabilis adeò evaserat, ut omnes ejus aspectum non parum timerent, adeòque ejus nominis claritatem apud exteros Fama diffuderat, ut pro Terribili, Antonomasticè, *Cacus Regiensis* intelligeretur, & extat adhuc non dissimile Proverbium. De hujus fortissimi Viri 25
vita complures scripserunt, ac optimè inter alios *Joannes Villanus* Hetruscus Historiographus. Verum superius dicta de *D. Prospero* Antistite, cujus sanctiss. Viri amplum etiam Miraculorum Volumen, in Archivio ejusdem *D. Prosperi* Ec-
B clesiæ, ut vocant, *à Castello*, reperitur, non sufficiunt: namque mirabilis adeò fuit Deus in eo, ut Reliquiis venerandis ejusdem, quod Annis usque 701. *B. Thomas* Regii Episcopus extrà Muros ædificarat parvum Templum, de hinc in immensum Annis Domini 1197. illud extructum, in diesque magis crescentibus oblationibus, crevit ibi & sublime Cœnobium, quod inter *S. Benedicti* Abbatias tùm primum obtinuit locum; Amplissima Peristylia, Cavediaque cubicula, amœnissimaque Ambulacra, aliaque id genus superbissima ædificia, omnia variis Columnarum ordinibus suffulta: assiduè ducentum Monachos con-
C tinebant, ubi complures marmoreæ Effigies admirabantur, Novique ac Veteris Testamenti Hi- 26
storiæ omniumque Mensium signa, egregia depicta manu, conspiciebantur. Sublime surgebat ibidem Palatium sectis lapidibus undequaque incrustatum, ubi fama est vel quemlibet Principem commodè excipi potuisse, cujus ab altera parte amplissima erat Abbatis Habitatio, quam splendido instructa apparatu plurima Cubicula circumdabant. Prætermitto Viridaria omnia, limpidissimos fontes, magnum Peregrinantium Hospitale, aliaque innumera loca, quæ Monasterium mirificè exornabant, ac præcipuè ingenti
D Templo contiguam Turrim in altitudinem ducentorum cubitorum sublatam, quæ in summo Cacumine per noctem lumen habebat, quod Peregrinis tunc ad Hospitale accedentibus iter monstraret; locusque hic circumseptus cum muris esset, *Regii* Præsulem, aliquandò hostium furores dum timeret, tutum continuit. Tantæ universum Cœnobium magnitudinis fuit, ut civitati æquandum esset, singulaque invisentem Abbatem, ne nimis defatigaretur, equo invehi 27
oportebat, qui continuo, ad Corporis sui custodiam 60. Equites, ac 40. Pedites, alebat, sicuti refert *Petrus de Mutis* Regiensis ejusdem Ab-
E batiæ Monachus, author, quem *Corius* cognomento *Gazzadium* in historiis *Mediolanensium* multis in locis allegat, quod etiam affirmat *Jo: Antonius Flaminius* Imol. & *Alex. Miarius*, & Doct. *Isachius*, Regienses, in ejusdem *D. Prosperi* vita. Cum vero omnia sub sole mutabilia sint, neque in uno Statu consistant, quin immò, ut facies Cæli, & Maris, ità rerum, atque fortunæ tempestatibus omnia varientur; sic illa tantæ nobilitatis Ædificia, *Feltrinus Gonzaga*, quam nunc habemus in Civitate Urbiculam dum struceret, solo miseranda ruina, quorum aliqua adhuc extant vestigia, Anno salutis nostræ 1352. æqua-
F vit. Post hæc, quæ supererat, Turrim *Alfonsus primus Atestinus* Anno 1501. demoliri jussit. De hinc alia magnifica Suburbia, quæ *Regium* cum totum undequaque obvallarent, amplissi- 28
mum faciebant, ab *Hercule II. Atestino*, dum & ipse Urbis incolumitati studeret, Anno 1551. funditus eversa remanserunt. Hæc de præteritis sufficiant. *Regium* maxima in Sanctos veneratione excellit, in Pauperesque pietate. Illius erunt argumenta fortissima ubique locorum Monasteria, pulcherrimaque Templa undique extructa; Hu-

Hujus ditiſſima Hoſpitalia, Mons Pietatis tota
Italia celeberrimus, quibuslibet gratis cum præ-
ſtet; Conſortium Presbyterorum, Domusque
Charitatis, quæ aſſiduè indigentibus quæcunque
impertiuntur neceſſaria, cæteraque hujuſmodi
pia loca magnæ *Regienſium* fidei tot teſtimonia
probatiſſima, à qua virtutes reliquæ omnes, tan-
quam à ſole ſydera, lumen accipiunt. Sic *Abra-
ham* prius fide à Deo probatus eſt, cum filium
immolaret, & maximus ille Vates *David*, dum
adverſus Hoſtem propugnare vellet, *Venio*, in-
quit, *ad te cum funda in nomine Domini.* Hinc fit,
ut *Regii* animorum incredibili Concordia, qua,
29 ut *Plato* affirmat, Civitati nil melius, vitam
homines ducant, ſummamque in rebus admini-
ſtrandis prudentiam cernamus, atque ad viven-
dum, aut benè vivendum neceſſaria nullo un-
quam tempore deficiant. Omitto Cælum ſalu-
berrimum, affluentiam omnium rerum, Viro-
rum affabilitatem, ergà hoſpites, & externos,
amorem incredibilem, aliaſque Patriæ hujuſce
dotes, cum de his ſatis idem *Ponticus*, idem-
que *Leander*, ac optime inter ſcriptores præfa-
tus *Pancirolus.* Erecta per Templa ubique mo-
numenta vobis parte ex aliqua demonſtrant, quæ
ſint Familiæ, à quibus Civitas hæc plurimum
nobilitatis contrahit, ubi alios in re litteraria, a-
lios innumeros in Arte militari, alios cæteris
nobilioribus diſciplinis ornatos floruiſſe, videre
eſt; Ubi *Fabios*, ubi *Tullios* invenietis, qui for-
tunam ipſam contrà ſe pugnantem ſola animi vir-
tute ſuperarunt; Qui honoris cupiditate invita-
ti, ut ſe, ſuamque Patriam maximis ornamen-
tis afficerent, rerum altiſſimarum cognitionem,
30 ingenio, labore, ac doctrina ſunt conſequuti.
Sicuti etiam *Sanſovinus* inter Nobiles *Italiæ* Fa-
milias multas hujuſce Urbis enumerat. Verum
genericè, aut ſpecificè ad omnes ſingulares Vi-
ros *Regienſes*, vel generis nobilitate, vel animi
dotibus inſignes, qui adhuc luce fruuntur, ora-
tionem ſi converterem, mihi dies deficerent,
Anni, Luſtraque, & humeris pondus impar de-
ſumerem; Præſertim cum *Regii* præter Eccleſi-
aſticis dignitatibus præditos, Excellentiſſimoſ-
que & Artium, & Medicinæ DD. Theologos,
Concionatoreſque graviſſimos, Equiteſque, ac
alios Viros nobiles, Feudatariæ Familiæ, & ſan-
guinis claritate, & divitiarum ſplendore illuſtriſ-
ſimæ plus triginta hodierna die dinumerentur.
At ſolum inter tot, ac tantos Heroas, in præ-
fatum celeberrimum Juris Conſultorum Colle-
gium, in illudque in præſens eos, qui floreant,
Doctores numerando, mentem revolvo, non eo-
rundem tamen inſignia omnia officia, titulos,
Magiſtratus, honoreſque cum id & per ſe pate-
31 at, & in ejuſdem Collegii Albo perſpiciatur,
cumque brevitati, quæ eſt amica Modernis *l.* 1.
& ibi Bartolus *in* 1. *not. ff. quod met. cauſa l. fin.*
§. 1. *C. de appell.* quoad fieri poteſt ſtudendum,
hunc ordinem attendam. Qui variis in locis ho-
nores, Magiſtratuſque gerunt in præſens, ut
plurimum, tantum hoc * aſſeriſco, in margine
notabuntur; Ceteri & ipſi in Patria nominis cla-
ritate conſpicui Civiles honores adminiſtrant,
ut infrà, inter quos Excell. DD. ſeriem, qua
cooptati fuerunt, obſervando primus ſe offert
Inſign. J. C.

Franciſcus Denalius ejuſdem almi Collegii De-
canus. Hic olim totius Ditionis, ac Ducatus
Montis Ferrati generalis Capitaneus fuit, nec
non & in ampliſſimo Rotæ Criminalis *Januenſi-
um* Tribunali Auditor, ac Prætor, in aliiſque
Civitatibus *Italiæ* rerum Criminalium Judex, qui
ſuſcepta prole liberorum floret ornatiſſima, ſu-
perſtitum, inter quos tres extant DD. in hoc
cooptati Collegium, quorum duo Illuſtriſſimis

A functi ſunt Magiſtratibus. Hic in politioribus 32
litteris eſt clarus, Muſiſque præſertim. Amicus
adeò, ut in utraque lingua Imp. Authoritate lau-
ream Poëticam meritus fuerit, Stylo conſcripta
lepidiſſimo edidit quamplurima, ac præ cæteris
librum, cui titulus *Poëmata Franciſci Denalii*, a-
liumque *Palinodia* vocatum, *Centones Laudes*que
D. N. I. Vernaculaque lingua Carminum Volu-
mina compoſuit, ac magnum Conſiliorum librum,
ſubtili eruditionis genere refertum, mirificè in
foris verſantibus profuturum, quæ brevi ſub ty-
pis erunt. Nunc in Patria Civiles honores ad-
miniſtrat

B *Jo. Baptiſta Rotellius* Collegii Prior in præſens,
Priorque Civitatis. Hic quos geſſerit Magiſtra-
tus tum *Januæ*, *Mediolani*, *Mantuæ*, *Ferrariæ*,
tum aliis in locis in eodem Collegii Albo con-
ſpicitur. Nunc in Patria Civiles honores admi-
niſtrat.

* *Smeraldus Manentus* Presb.

* *Papinianus Denalius* prædicti celeberrimi
Decani filius, qui inter alia *Januæ* Auditor, e-
juſdemque Civitatis Vicarius fuit generalis, nunc 33
in Aula *Romana* Protonotarius Apoſt. honorificè
commoratur.

* *Phœbus Denalius*, Comes & Eques Palati-
C nus, Decanique prædicti filius: præter alia mul-
ta, olim *Bononiæ* Auditor, ejuſdemque Civita-
tis Prætor, & Capitaneus extitit, *Januenſium*
Rotæ Auditorem, ac Prætorem geſſit, *Raven-
næ*, aliiſque *Flaminiæ* Urbibus præfuit, nunc
Ducis noſtri Sereniſſ. eſt à ſecretis, Signaturæque,
ut vocant, Conſiliarius.

Livius Gambazzochius, alias *Rolius.*

Hercules Pancirolus in Patria Civiles honores
adminiſtrat.

Paulus Rugerius Caſtionenſium inter alia Præ-
tor fuit, in præſens Sanctiſſ. Inquiſ. off. Con-
ſult. gerit, ac in Patria Civil. hon. adminiſtrat.

D *Joſephus Patalius* olim *Riparoli* Præturam geſ-
ſit, nunc in Patria Civiles honores adminiſtrat.

* *Alexander Malegutius.*

Alexander Ancharanus, qui etiam in Philoſo-
phia doctoralem Lauream conſequutus eſt, in
præſens Sanctiſſ. Inquiſ. offic. Conſultorem ge- 34
rit, ac in Patria Civiles honores adminiſtrat.

* *Furius Camillus Lanceus.*

Nicolaus Foſſa in Patria Civiles honores admi-
niſtrat.

Albertus Corradus in Patria Civiles honores ad-
miniſtrat.

* *Jacobus Raimundus*, Eques, ac Protono-
E tarius Apoſt. in Aula *Rom.* ſummo Pont. *Pau-
lo V.* Aulicus Cubicularius honoris, ut vocant,
diu inſervivit, poſteà variis in locis eminentiſſ.
geſſit Magiſtratus, nunc *Priverni* Urbis Præ-
ſes.

* *Federicus Arlotus* poſt alias *Carpenſium* Præ-
tor fuit, nunc *Finalis* Gubernator.

Hippolytus Maſinus poſt alia multa, Cardinalis
Sfortiæ Ill. Auditor extitit, nunc in Patria Ci-
viles honores adminiſtrat.

Alphonſus Taculus. Hic divino Amore inflam-
matus ordinem *S. Franciſci* Capucinorum, ut
vocant, profitetur.

F * *Dominicus Tuſcus.* Hic poſt præclariſſimas
innumeris in Locis Dignitates, honoreſque ge- 35
ſtos, *Romæ* Præſes, Epiſcopuſque *Tiburtinus*
extitit. Poſtea à *Clemente VIII.* P. M. fel. rec.
in Cardinalatus Dignitate Illuſtriſſima colloca-
tus eſt, de quo, eundem Pont. Sanctiſſ. Do-
ctiſſimumque, arduis in rebus dijudicandis, ſæ-
pius in hæc verba prorupiſſe, ferunt: *Virum
in legali facultate Tuſco majorem non invenimus.*
Hujus celeberrimi Doctoris laborioſiſſima *Pract.
Concluſionum Juris* Volumina admirari fas eſt, qua

verò dicendi subtilitate contexta sint, referre impossibile. Tandem Patricium hunc nostrum dignum esse, ut habenas totius regat Orbis, concludamus. Nec silentio involvendum hanc illam esse Familiam insignem, quæ ad 24. habuit Doctores, quorum adhuc 13. supersunt, duo Episcopatus Rever. gradu funguntur, aliis cæterique omnes Dignitatibus præditi emicant.

* *Hieronymus Jovaninus* Presb.

Vincentius Parisetus nunc in Patria Civiles honores administrat.

36 * *Germanicus Denalius* Presb. prædicti Decani filius.

* *Scipio Sacratus* multis in locis Præses, ac Rotæ *Florentiæ* Auditor, dehinc Prætor fuit, nunc in Aula Ducis nostri Sereniss. Consultorem Factorum (ut vocant) agit, vel insigniora accepturus.

Antonius Marius Taculus post multos alios Magistratus, *Januensium* Rotæ Civilis Auditorem gessit; nunc in Patria Civiles honores administrat.

Jacobus Tollus, alias de Cremis, in præsens Sanctiss. Inquisit. Officio Consultorem agit, & in Patria Civiles honores administrat.

Alexander Brameus Presb. est, ac Cathed. Canon. Judexque Synodalis.

* *Hercules Turricellius.*

Jacobus Baptistinus, qui etiam in Philosophia laureum adeptus est, nunc in Patria Civiles honores administrat.

Horatius Ruffinus Presb.

37 *Alphonsus Isachius*, de quo suprà, Protonotarius Apost. Hic in Patria per multos Annos prima Juris Elementa frequenti Tironum Auditorio edocuit, ediditque inter cætera Tractatum, cui titulus: *Quod Deus conjunxit, homo non separet*, sive *de Sponsalibus, & Matrimonio*. Composuit, inter alia, quæ propediem sub typis erunt, *Tract. de Venat. Aucup. & Piscat. Cæsareique Juris Instit. Syntagmata. Hoc est Distributiones in quattuor Lib. Inst.* in præsens Sanctiss. Inq. Offic. Consultorem gerit, & est Judex Synodal.

Albertus Ruffinus, qui ut optimam partem eligeret, factus est Presb. Soc. Jesu.

* *Jacobus Antonius Macinus.* Hic olim *Placentiæ* Civilis Auditor extitit, nunc Ducis *Parmæ* Sereniss. Consiliarius.

* *Franciscus Martellus.*

* *Alphonsus Malegutius.*

* *Flaminius Parisetus.*

Hieronymus Malegutius.

Sylvester Francus nunc in Patria Civiles hono-
38 res administrat.

* *Jo. Paulus Ruffinus* Cath. Regii Can. *S. Ceciliæ* Card. Ill. Auditor olim fuit, & adhuc Aulam sequitur *Romanam.*

* *Cæsar Cassolius* Presb. ac Insignis Collegiatæ *S. Prosperi à Castello*, ut vocant, Can. est, nunc Aulam sequitur *Romanam.*

Antonius Marius Sanseverinus.

* *Marcellus Bosius* Aulam sequitur *Rom.*

* *Octavius Costius* Aulam sequitur *Rom.*

* *Gnidus Vianus* Aulam sequitur *Rom.*

Ego *Alexander Squad.* pariter in suprad. DD. inclyto Collegio, nullis meis meritis, sed eorumdem benignitate proximè receptus.

Cæterum ab re forsan non erit hic pro Dignitate ejusdem Collegii exponere, quid sit illud in Patria Civiles honores administrare, suprà sæpius repetitum. Ex hoc ergo Collegio juxtà Civitatis, ejusdemque Collegii Statuta, Urbis Priores seliguntur, qui Anno circumagente Patriæ Civilia munera præstant. Item generales Syndici
39 Prætoris, aliorumque Officialium Civitatis Syn-

A dicatores. Secundarum Appellat. Judices; Quinque Judices pariter, qui ex l municipali Civilibus Controversiis dijudicandis præsunt. Judices in Causis minoribus. Pro Patria qui apud Principes Sereniss. legatione funguntur.

Eisdem de Collegio DD. multa prætereà reservantur, inter quæ, ut Judices Confidentes loco recusatorum, & Consultores eligendi de illo numero dentur. Consilium Sapientis ab iisdem petatur. Tertii Arbitri in Casu duorum discordantium assumuntur, ac Feudatarii ipsi, eorumque Officiales, & subditi. cæteri item Magistratus Ducatus pro dicto Consilio habendo tam in Ci-
B vilibus, quam in Crim. Causis, ad illosmet recurrere coguntur J. C. qui inter alios innumeros hujus Patriæ non Collegiatos, & aliis eminent prærogativis quamplurimis. Haud reticebo *Carolum V.* eidem J. C. Collegio ob suam præclaram Famam Authoritatem Notarios creandi, Spurios legitimandi, in Utroque Jure prætereà 40
ad modum, & Formam, & cum Privilegiis omnibus Gymnasiorum *Patavini, Bononiensis, Perusini, Pisani, Parmensis, Parisini*, & quorumlibet ubicunque erectorum doctorandi laudabiliter impertitum esse, sicut Augustali suo Diplomate dato *Bononiæ* Anno salutis nostræ 1530. 12. Calen-
C das Aprilis apertè constat, sicuti etiam ad dictos gradus, qui commendabile suæ Doctrinæ testimonium juxtà stylum in Gymnasiis Publicis consuetum præstiterint, maximo cum honore provehuntur. Nec illud prætermittam de hac Urbe *Regiensi* mentionem honorificam habuisse Alex. *Cons. 1. n. 2. vers. prætereà per Pacem*, & *Cons. 16. in princip.* & *n. 12.* & *18.* & *Cons. 2. n. 17.* & *n. 25. lib. 5. Castrens. Cons. 317. lib. 2.* Socinum Juniorem *Cons. 126. n. 8. lib. 3.* Angelum Aretinum *Cons. 101.* uti optimè refert idem Card. Tuscus in *Concl. Regiensis*, seu *Regii Civitas, Statut. Cons. & Priv. in princ. Tom. 6.*
D *Pract. Concl. Juris.* Nec omittendum Venerabilis admodum Soc. Jesu hìc nuper erectum Gy- 41
mnasium generosissimæ *Ruffinorum* Familiæ Opera, Opibusque, ex quo, tanquam ex Equo *Trojano*, Viros insigni Probitate virtutibusque quamplurimis præditos brevi exire videbimus. Nec omnino silentio involvam Doctissimorum Virorum Cœtus, quibus floruit, atque adhuc hæc eadem Patria floret, iis enim, tot velut Syderibus, splendet hæc Civitas. O quot excellunt dimicandi peritia, quot *Apollinea* in Arte, Tandem Civitas hæc non solum literis armata, verum etiam Armis decorata appellanda est. Præ-
E teribo tamen laudes cæteras, de Episcopis septuaginta novem (sicuti ex Archivio Episcopatus colligitur) qui ab Anno salutis 70. circiter, ad hanc usque diem Sanctiss. Christi Pabulis Populum hunc servarunt pascitantem (quod pariter, & Antiquitatis, & Nobilitatis *Regii* Urbis, probabilissimum est Argumentum) cum singuli quamvis longæ orationi materiam suppeditarent, unde Historiam texere necesse esset, non laudum 42
Fasciculum, uti à principio proposui, quos Venerandos, vigilantissimosque Viros aliquandò forsan summa animi mei voluptate, si qua unquam dicendi exercitatioin me esset, celebrarem. Tem-
F pla, Viri Advenæ humaniss. ingentia de more ingressi, ubique Sanctorum Reliquias, argenteis aureisque Thecis inclusas, ubique Beatorum Corpora colenda invenietis. Palatia ampla undequaque videtis, Structuram Urbis, dubio procul, nunquam satis laudatam, de qua *Perotus* Siponti Archiepiscopus in Commentariis linguæ latinæ scriptum reliquit: *Ob pulchritudinem, atque amœnitatem loci Regium nominatum fuisse*; Alii memoriæ prodiderunt *Regium* ex eo dictum, quod in omne tempus Regios emisit flores, qui-

qui-

quidem sine controversia suaviores sunt illis, quos
ferre solent Ver, & Autumnus, cum non mo-
do in Patria ipsa, verum etiam in toto Orbe ter-
rarum mira quadam suavitate redoleant; Juxta
Horatianum illud, *Sapiens uno minor est Jove,*
43 *Dives, Liber, Honoratus, Pulcher, Rex denique*
Regum. Regium summa laude digna Civitas,
non immeritò, propterea quod Cardinales ha-
buit, Patriarchas, Archiepiscopos Episcoposque
generavit, tot Solones, tot Lycurgos, totque in
omni scientiarum genere peritissimos Viros (fe-
lici numine adjuvante) peperit.

Sed quid plura? Quandoquidem verus *Regii*
Splendor, vera Laus, verum Encomium, non nisi
ab Anno Salutis nostræ 1596. exordiatur; Quo
tempore Pater Omnipotens, inter Orbis Urbes,
Regium in Regiam illius præclarissimæ Hominum
Advocatæ delegit, quam Cælicolæ Reginam sa-
lutant; Terra colit; Principes tremunt Tenebra-
rum. Advocata, quæ in Summi Patris Tribu-
nali Clientium causas & agit, & tuetur; cui de-
precationum libellos si supplices committimus,
eosdem ipsa æterno Patri porrigit, non quidem
anxiè rogans, non solicitè rationes ad persuaden-
dum conquirens, non de Sententia dubia, sed
magna fiducia, ut Virgo Sanctissima; magna au-
44 thoritate, ut Mater Jesu; maxima securitate,
ut quæ ante oculos Æterni Patris, Unigeniti Fi-
lii Vulnera producit, lateris, manuum, pedum,
flagellorumque livores, sicque summus ille Judex
non nisi per has Fenestras, Misericordiæqe Can-
cellos ejusdem Advocatæ Clientes respiciens, si-
cut per coloratum vitrum, nil nisi eodem colo-
re, quidquid aspicitur, affectum apparet, sic e-
os tanquam misericordiæ dignos agnoscit, diju-
dicat: Immò hæc (verè Insignis Advocata) ità
clientium suorum causas tuetur, ut ad illorum
preces propria merita adjungat, ac inter alia mul-
ta, lachrymas illas, quas dum videret Crucifi-
xum Filium in *Calvario*, uberrimas effudit; scit
enim nihil esse, quod non impetrent illæ lachry-
mæ. Nec mirum hanc celebrem Advocatam
tantam in homines pietatem exercere, eandem
etenim à Filio suo didicit, quem pro nobis ma-
gna misericordiæ vidit movere, & agere, quem
pro nobis fovendis, non alia de causa è Cælo in
45 Terram vidit descendentem, nisi ut nobis me-
dicamenta pararet, non minori certe diligentia,
ac uti videamus Hirundinem, quæ in hoc mun-
do circum cursitat loca omnia, totosque dies per-
volitat ubique ad colligendum Pullis suis cibum;
Nisi ut nos à malis curaret sanguine, doloribus,
ac morte, longe quidem majori pietate, quam
Pelicanus, qui proprio sanguine, dicitur, me-
deri infirmitatibus Pullorum suorum. Hac, in-
quam, Filii in nos pietate mota Mater non potest
iis subsidio non esse, quos tali, ac tanta pietate
ab Unigenito suo foveri cognovit. Hæc eadem
Regiensem Populum continuo tutatur, & curat,
tutatur, ne quid obsit, curat, ne quid desit. Sa-
lutatur Regina, ut dixi; Quià ex stirpe *Davi-*
dis est oriunda; Quià Mater Christi, Regis u-
tique & *Judæorum*, & Regum, & Angelorum,
cujus Regni non erit finis; Quia à Patre suo
Davide hoc nomen accepit, dum inquit: *Asti-*
tit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato cir-
cumdata varietate; Quia in Apocalypsi redimitam
46 Corona cernimus Stellarum duodecim; Quià
tandem donata est Regno Cælorum. Reges ve-
rò, Principesque Viri, in eo, quem in Regiam
eligunt, loco, Palatia Ampla, Theatra, Py-
ramides excelsas, aliaque id genus Ædificia Pu-
blica construere consueverunt. Sic inter Mun-
di Mirabilia censentur *Cyri* Medorum Regis lu-
minosa ex auro Tecta; *Ægypti* Regum Pyrami-
des; *Olympii Jovis* celebris ex marmore Statua;

A Insigne *Mausoli* Sepulchrum; ex Ære admiran-
dus ille *Memnon.* Hæc fuerant olim spectacula
Mundi, nunc verò sileant, cedant; cum Regia
Virginis consurgat gloria major; gloria, quam
nunquam ulla dies conticescet. Nam si *Cyrus*
luminosa Tecta condidit, hìc Regina Mundi
Cæcos illuminat; si Pyramides *Ægyptus* extollit,
hìc Claudos eadem Mundi Domina erigit; Si *Phi-*
dias ex informi marmore admirabilem *Olympii*
Jovis Statuam reddidit, hìc Virgo eadem San-
ctissima turpi affectos lepra admirabiliùs mundos
restituit; Si *Mausoli* Cadaver admirandum conti-
net Sepulchrum, hìc, quod majus est, è sepul- 47
B chris mortua corpora surgunt; Tandem si *Thebis*,
adveniente Solis lumine, sonum *Memnonis* ex
ære Statua, ut legitur, emittebat, hìc adve-
niente eadem amicta Sole Regina, Muti ex u-
tero haud perplexa voce loquuntur. Vis tantæ
Reginæ Filium muneribus colere? non minorem
existima deferendum Matri honorem; considera-
te est, quòd munera Regia à Magis oblata, Au-
rum, Thus, & Myrrham, non suis Infans mani-
bus, sed per Matrem accepit, ut nos doceret, ac-
ceptissima esse Deo, quæ per Matrem eidem offe-
runtur. Eosdem imitemur primos ex gentibus
Christicolas, *Persarum* Reges, ut affirmat Beatus
C Chrysostomus *Hom. 7. in Matth.* Filio in Matris
honorem tria hæc munera offerendo: Pro pecca-
tis, imo de pectore suspiria, quæ tanquam incen-
sum ascendant in Cælum: Aurum, hoc est Chari-
tatis aliquod officium: Myrrham, quæ erit Cor-
porum amara aliqua afflictio, Sensuumque, & Cu-
piditatis Mortificatio. His enim tribus muneribus
si per Virginis hujusce Sanctissimas manus Chri- 48
stus adorabitur, futurum est, dubio procul, ut
uberem mercedem quislibet recipiat, & *Hero-*
dis quidem Tyrannidem, hoc est criminis servi-
tutem, evadat, per aliamque viam in Regio-
nem suam, Cælestem dico Patriam, revertatur.

D Hanc Virg. gloriosissimam Regiam *Cæsar A-*
testinus Ser. Dux (æquitate, benignitateque præ-
ditus incredibili, Princeps) invictissimis Armis,
ac Mœnibus ab hostibus intactam defendit. E-
jusdem Urbis Episc. Dignitatem *Claudius Ran-*
gonus Comes Ill. vigilantissimè gerit. *Hercules*
Rondinelius Marchio Ill. *Sanctique Jacobi* Eques
prudentissimè gubernat hanc eamdem, quam my-
sticam velut *Hierusalem*, quæ è Cælo descendat,
Virgo, Turris *Davidica*, à Dæmonum insidiis,
tutissimam reddit; Quam si *David* Turrim 3.
Regum, in Civitate metropoli Regni sui *Hie-*
rusalem extruxerat, cum propugnaculis ad resi-
E stendum hostibus; & armis, quæ Civibus con- 49
fidenciam, (ut *Titelm.* & alii Interpretes ibi) iisdem
ac hostibus terrorem ingererent. En & nos, nostræ
hujus inclytæ Turris propugnacula exhibemus tu-
tissima. *Divum Prosperum*, *D. Venerium*, Glorio-
sos Martyres *Chrysantum*, & *Dariam*, *D. Maxi-*
mum, præfatos, *D. Jucundam*, *D. Catharinam*, *B.*
Thomam, *B. Joannam* Urbis tutelares Patronos,
aliosque beatæ memoriæ Viros, inter quos *Da-*
mianum de Finario Orb. Prædic. *Alguinam de In-*
dusiatis, *Joannem de Como* Episcopum *Aur. Ægi-*
dium Ord. min. *S. Francisci.* Qui ingreditur hu-
jus Virginis Sacratissimæ Sacellum, pendentes ex
F ea Clypeos videt, dum tot per tabulas, argentea,
aureaque Vota, salvatas ex turbine rates, restitu-
tos sanitati infirmos, mortis pericula evadentes,
manuaria tormenta, Enses, & alia id genus admi-
ratur Miracula, quibus plena Volumina, Colle-
ctore præfate *Isachio*, brevi in lucem edita videbi-
tis, illaque ampla. nec mirum, cum nunquam fue-
rit auditum, quenquam ad hujusce nostræ Turris
currentem præsidia, implorantem auxilia, pe- 50
tentem suffragia, fuisse derelictum. Hæc Arma,
hæc Trophæa, hæc Propugnacula, quæ *Regiensi-*
bus

bus fiduciam inserunt, Dæmonibusque terroris
non parum. Immò nunc maximè Fœderis Arcæ
Figuram adimpleri videre videor; Arcam illam
congregatis Senioribus *Israël*, ut in eodem libro
Regum, Sacerdotes in locum suum, in Templum
scilicet *Salomonis*, omni cum solemnitate transtu-
lerunt; Sic brevi temporis spatio eandem nostræ
Urbis Dominam, quam Fœderis Arcam quotidie
decantamus, congregato S. P. Q. R. Sacerdotum
Clerus ea, qua fieri poterit, Festivitate, in lo-
cum suum in Templum *Salomonis* transferet.
namque haud secus, ac scriptum de eodem *Sa-
lomone* sapientiss. dicto libro Reg. legimus, Vul-
tum hujus Sapientiss. Virginis, quam ipsam Se-
dem Sapientiæ vocamus, universa terra deside-
rat, ut audiat, ac videat Sapientiam, quam ei-
dem dedit Pater Omnipotens, cui singuli (ut vi-
dere est) munera, Vasa Argentea, & Aurea,
51 Vestes, & Arma bellica in dies largiuntur. O'
dies tantæ Translationis gloriosa, & felix; Di-
es tantæ Festivitatis beata, & celebris; Dies tàm
sublimis Triumphi admirabilis, & omni sæculo
festiva; Verè dies albo signanda lapillo. O' tum
in tantæ Translationis festo quis non imo de pe-
ctore depromet illud Cant. 6. obstupefactus? *Quæ
est ista, quæ progreditur, quasi Aurora consurgens*
mediatrix inter noctem Mundi, Solemque Ju-
stitiæ? *Pulchra, ut Luna*, quæ à Filio suo co-
piosissimè illustratur? *Electa ut Sol*, cui nulla si-
milis visa est? *Terribilis ut castrorum Acies ordi-
nata*, Terribilis Dæmonibus conterens Caput Ser-
pentis? O' *Regiensium* Advocata, Domina, Pa-
trona, numquam satis laudata, licet totus San-
ctorum omnium Chorus incessabili voce procla-
met. Tibi ò Virgo, quià omni vitio, & macu-
la caruisti, omnis debetur pulchritudo; Quià
omnes angustias sustinuisti, omnis consolatio;
Quià hostes omnes superasti, omnis Triumphus;
Quià omnia bonorum operum officia coluisti,
52 omnes divitiæ æternæ; Quià omni Virtutum,
gratiarumque genere instructa fuisti, omnis gloria.

Quis poterit igitur nobiscum, qui talem na-
cti sumus Advocatam, Dominam, Patronam,
non gratulari? Quis hanc Triadi Sanctissimæ di-
lectissimam, nostrûmque amantissimam non ama-
re? Ejusque laudes & in animo, & aliis palam
non prædicare? Quis pro continuis ab eadem in
nos beneficiis, pro materna cura, pro tutela,
gratias non agere, ac seipsum per hanc Unige-
nito Filio suo non consecrare? O' fortunata *Re-
giensium* Civitas, quin & fortunatissima; Beata,
quin & Beatissima, cui tanti numinis Effigie con-
tigit exornari, quam, ne ullo unquam tempo-
re posset abscondi, suprà hunc celsum Montem,
Deiparæ Virginis miraculorum posuit Omni-
potens, ut qui oculos huc tollerent, ad inno-
A centiæ, ac fortitudinis, Divinique cultus disci-
plinam, miserisque in rebus Asyli cursum inve-
nirent, atque hoc omni tempore, quandoquidem,
quidquid à Virgine Matre est aversum, necesse est,
quod pereat, quidquid ab eadem respicitur, im- 53
possibile est, quod unquam deficiat. Quantum
ex te laudis percipimus, ò *Maria*: Ex te, qua
natus est, qui fecit te, qui *Moysi* in igne flam-
mæ rubi apparuit, qui virgam *Aaron* germinare
fecit, qui super Mare, sicco vestigio, ambulavit,
qui de sepulchro surrexit, qui in se credentibus
vitam tribuit sempiternam. Quantum utilitatis
ex te percipimus: dum oras, & exoras, dum
B postulas quidquid expedit nobis, dum rogas
Filium pro filiis, Unigenitum pro adoptivis,
Dominum pro servis? dum te Matrem filius
audit, & exaudit pro fratribus, Unigenitus pro
filiis adoptivis, Dominus pro iis, quos liberavit.
Te, *Regium*, Beatam Urbem dicunt omnes ge-
nerationes ità, ut nulla jam sit Ditio Christia-
norum, quæ non aliquo loco solemnem colat Pa-
tronæ tuæ memoriam, vixque ullus Orthodoxus
reperiatur, qui *Regium* veram Gratiæ Regiam,
Regiamque misericordiæ non fateatur. Sed quor-
sum hæc? quid loquor ego? quo vectus es ora-
tione? dicet aliquis. Quasi te satis verum hu- 54
C jusce Urbis decus, splendoremque (Deiparam di-
co, de qua omnis laus inferior est) *Laudum* hoc
tuo parvo *Fasciculo* complecti posse cogitaveris?
Cum nulla in te reperiatur dicendi exercitatio,
cum juxta illud D. Hieronymi *de Assumpt. B.
M. V.* etiam si omnium nostrûm membra verte-
rentur in linguas, eam laudare sufficeret nemo;
altior enim Cælo est, de qua loqui niteris; Abys-
so profundior, cujus laudes dicere conaris; Si
Cælum hanc voces, Cælo excelsior est; si ma-
trem gentium, præcedit; cum nihil sit virtutis,
nihil splendoris, nihil gratiæ, nihil candoris,
quod non resplendeat in Virgine gloriosa. Ego,
ut verum fatear, solertissimum illum Pictorem
D *Thimantem Cithinium* sectatus sum, qui, ut legi-
tur, in *Iphigeniæ* immolandæ pictura, cum pa-
ternum *Agamemnonis* mœrorem penicillo, con-
gruisque colorum affectibus exprimere nequiret,
illum tandem ejus velato Capite animis reliquit
existimandum. Sic ego sub hoc meo tenui di- 55
cendi velo admirabilis hujusce Imaginis Magna-
lia operui, ut eadem animis tantum (ut facio)
perpendenda relinquerem. Sic taceo, Vosque
taciti mecum, Viri Advenæ humanissimi, in-
gens eidem Virgini extructum Templum ingressi
obstupescite, admiramini, quam Deus Clemens
in nos fuerit, ac propitius.

E VIDETE OPERA DOMINI, QUÆ
POSUIT PRODIGIA SU-
PER TERRAM.

F I N I S.



LAU-

LAURENTII SCHRADERI,
Halberstadiensis,
DESCRIPTIO ET MONUMENTA
REGII LEPIDI.

REGIUM LEPIDI, vulgo REGGIO, frequens, præclara & lauta urbs, agro ubere, cœlo admodum salubri & regio, unde & *Regium* dictum asserunt. Condita à *Thuscis*, possessa à *Gallis*, quibus subjugatis *Romanorum* effecta est colonia; post varias fortunæ & Imperii vices sub *Gothis*, *Longobardis*, Cæsaribus, Regibus *Gallicis*, Pontificibus, & Regulis propriis ac vicinis experta, nunc his nunc illis paruit, donec anno M. D. XXIII. à Christo nato *Ferrariæ* Dux *Alfonsus* eam 1000. sclopetariis 200. equitibus & totidem cataphractis obsideret, & ex potestate *Rom.* Pontificum eriperet & suam faceret. In cujus & successoris *Herculis* fide pacatè in hunc usque diem stetit, & multos præclaros homines procreavit; celebris calcaribus, quæ hîc fabricantur venustissimè, sicuti etiam aliis rebus quàm pluribus, quæ ex ossibus fiunt politissimè.

In Templo Summo.

BAPTISTAE PALLAVICINI.

HIC BAPTISTA IACES REGII DIGNISSIME PRAESVL
MARCHIO, QVEM GENVIT PALLAVICINA DOMVS.
FLORVERIT QVAMVIS INGENTIBVS ILLA TRIVMPHIS,
LAVDE TAMEN PROAVOS TE SVPERASSE FERVNT.
RARVS IN ORBE FVIT QVI TE VEL CARMINE POSSET
VINCERE, VEL CALAMO SE AEQVIPARARE TVO.
SEDIS APOSTOLICAE MERVISTI CLARVS HONORES,
AT TVA NVNC VIRTVS CLARIOR ASTRA COLIT.
M. CD. LXVI. MAII XII.

BON FRANCISCO ARLOTTO.

THEOLOGO AC PHILOSOPHO EMINENTISSIMO, REGIENSIQVE PATRICIO, AC EPISCOPO ET PRINCIPI MERITISSIMO IO: MARCVS FRATER ET VENTVRA NEPOS PIENTISSIMI POS: PVBLICO LVCTV DECESSIT ANNO M. D. VIII. VII. IANVAR: AETAT. LXXXVI. EPISCOPAVIT VERO ANNIS XXX. CVI SVCCESSIT IO. LVCAS PONTREMVLENSIS.

VGONI RANGONIO.

MVTINEN. QVI REGII LEPIDI PONTI: VRBIS RECTOR, PARMAE AC PLACENTIAE PROLEGATVS IN GERMANIAM AD EIVS PROVINCIAE PRINCIPES, IN HISPANIAM VERO AD CAROL. V. IMP. LEGATVS A PAVLO III. PONTIF. MAX. MISSVS EGREGIVM DOCTRINAE, PIETATIS, IVSTITIAE, ATQVE PRVDENTIAE SPECIMEN DEDIT. HERCVLES RANGONIVS FRATRI B. M. P.

BEATRIX ABBATIA.

HIC SITA EST, QVAE VT DEVM OPT. MAX. LIBERIVS COLERET, DESPECTIS HOMINVM DELICIIS, INTRA HOC CONTIGVVM SACELLVM ANNO DOM. M. D. XVIII. SE INCLVDI MANDAVIT, VBI RELIQVVM VITAE SANCTISSIME IN SOLITVDINE VIXIT, QVAE ETIAM DAEMONES SIBI VALDE INFESTOS, ET VITAE SANCTITATEM INVIDENTES DIVINO OPE SVPERABAT, OB. ANN. M. D. LI. VIX ANN. LXIII. CALEND. SEPT.

MALEGVTII.

PIETATI ET MEMORIAE P. VALERII MALEGVTII FAMILIAE DECORIS ET PATRIAE, SIGISMVNDVS, HANNIBAL ET IVLIVS FILII DD. OB. ANN. VITAE IL. AB ORTV CHRISTI M. IID.

FRANCISCO MARTELLO.

PATRICIO REGIENS. I. V. CONSVLT. PRAESTANTISSIMO, ROMAE, VENETIIS, FERRARIAEQVE HONORIBVS AMPLISSIMIS PERFVNCTO, AC DEMVM A GREGORIO XIII. PONT. MAX. REGIENSI EPISCOPATVI PRAEFECTO MARCVS ANTONIVS, ALEXANDER ET JOAN. BAPT. FRATRIS FILII PP. VIX. ANN. LXX. OB. VII. IDVS MARTII M. D. LXXVIII.

CHERVBINO SFORTIANO.

CANONICO ET PATRONO APOSTOLICO, VIRO IN HONORARIIS CONFICIENDIS PROPE SINGVLARI, VT CVIVS IN ARTE EXCELLENTIA A SVMMO PONTIF. ET A CAROLO V. IMP. PRAEMIIS ET DIGNITATIBVS AVCTA NON SEMEL FVERIT, THEOPHILVS FRATRIS FILIVS POS.

CAMILLI ROVERZANI.

QVALONQVE SEI, SE TV SEI PIO.
NON MOLESTAR CAMILLO ROVERSTANI
ET SVA MOGLIE, ET HORATIO SVO NEPOTE

I QVAI GIACIONO QVI MISERA MENTE ET VOGLIONO ESSER SOLI L' ANNO M. D. LXXX.

THEOBALDO SESS.

SESSEA STIRPS TVMBA IACEO THEOBALDVS IN ISTA,
MARMOREVMQVE HABEO MORTVVS HVNC TVMVLVM.
AT QVONDAM VIVVS TENERIS ELECTVS AB ANNIS.
HVIVS REGINAE PRAESVL ERAM PATRIAE.

GASPINO LANCEO.

CANONICO REGIEN. DOCTISSIMO, GRAVISSIMOQVE ICTO. DOMI FORISQVE NOTO, RAPHAEL LANCE I. V. D. QVVM OLIM PTVO MERITISSIMO OBSEQVENTISSI. NVNC DESIDERATISSIMO MEMORIA ET PIETATE FIDISS. P. S. VIX. ILLE ANN. LXIX. M. VI. D. V. OBIIT AVTEM DIE JOVIS XV. CAL. SEPTEMB. M. D. XIII.

CONSTANTIVS PORRVS.

EX PRAESENTIBVS FVTVRA PROSPICIENS, HOC SIBI SVISQVE POSTERIS MONVMENTVM CONFECIT, IN QVO MORTE OBITA REQVIESCAT, DVM SVRGENTES HIC RVRSVS DEVS EVOCET ANN. SALVT. M. D. LII.

In Æde D. Nicolai.

PHILIPPO ZABOLO.

FRANCISCI FIL. QVI OB CLARISSIMAS VIRTVTES A XYSTO IV. PONT. MAX. COMACLI EPISCOPVS CONSTITVTVS, ILLO SE DIGNISSIMVM PONTIFICATV SEMPER PRAESTITIT: NAM TEMPLA ALIQVOT D. O. M. DIVISQVE AERE SVO OB SINGVLAREM PIETATEM EXAEDIFICAVIT, NONNVLLA INSTAVRAVIT, INOPES LIBERALITATE, CIVES MAGNIFICENTIA IVVIT, FAMILIAM QVOQVE SVAM AB IPSA PANNONIA DEDVCTAM ILLVSTRAVIT, VNDE SEMPITERNAM SVI NOBIS MEMORIAM RELIQVIT, HOC POSTERI CVM EFFIGIE SEPVL. POS, VIX. ANN. XVC. DECESSIT M. CD. XCVII.

In Æde Carmelitarum.

PINOTTI J.C.

PINOTTVS REFERENS CLARAE COGNOMINA GENTIS,
CVIVS CONSILIO VIGVIT GALEATIVS OLIM.
DVX LIGVRVM, TITVLIS HAEC SVPPLEX TEMPLA DICAVIT
VIRGO TVIS, VIRGO NOSTRAE SPES VNA SALVTIS,
ATQVE SVO SVMPTV VENERANDVM SVRGERE MOLEM
IVSSIT, ET EX PATRIBVS POPVLO QVI SACRA LITARENT
QVATVOR, AVT SI DIRA LVES, AVT BELLA VETARENT

A ESSE DVOS MEMORESQVE SVI MEMORESQVE SVORVM
CONSTITVIT, PRECIBVSQVE SVIS AVERTERE NOXAS
INSVPER ET TEMPLO HOSPITIVM, QVO NVLLVS EGENVS
DEBEAT EXCLVDI, PROVENTVSQVE ADDIDIT AMPLOS,
SVPREMIS VOTVM TABVLIS MENTEMQVE PROFESSVS.
M. CCC. LXXIV.

PROSPERI EPISCOPI.

HIC SITVS EST PROSPER, QVO SANCTO PRAESVLE GAVDET
REGIVM, ET HIC CINERES OSSAQE SACRA IACENT.
B MARMOREO MONACHI CONDVNT PIA BVSTA SEPVLCRO.
NAMQVE VETVS TVRRIS FREGERAT ALTA CADENS.

Ad S. Franciscum.

JO. BAPTISTAE GRIBBO.

I. C. IVVENI EXIMIIS VIRTVTIBVS ORNATO, QVI DVM GENVAE VICE PRAETOR ESSET, ET SVI EXPECTATIONEM VT CVM MAXIME EXCITARET, AC PLANE SVPERA-
C RE CONTENDERET, IN MALAM VALETVDINEM INCIDIT, EX QVA IN PRIMAM REVERSRVS, IN IPSO (PROH DOLOR) SVAE AETATIS FLORE DIEM SVVM OBIIT PEREG. ET CATHAR. PARENT. MOESTIS. POS. ANN. SALVT. M. D. LX. V. NON. OCTOB. VIX. ANN. XXVII. M. X.

MICHAELI PEGOLOTO.

D SACERDOTI HONESTISSIMO, IVRIS CIVILIS AC PONTIFICII SCIENTIAE CONSVLTISSIMO, SVMMO INGENIO, ATQVE PRVDENTIA ACVTISSIMO, ET ALIIS ITEM VARIAE MVLTIPLICISQVE DOCTRINAE BONARVM ARTIVM ORNAMENTIS COPIOSE REDVNDANTIBVS MIRIFICE PRAECELLENTI ET ORNATO, FRANCISCVS EXOPTATISSIMO PATRVO OPTIME MERITO PO. CVRAVIT, AN-
E NO SAL. M. D. LXIII. VIX. ANN. LXXXIIII.

Ad S. Dominicum.

CATHARINAE VIGARANAE.

GRATII PHIGNI VXORI, CVI SATIS FVIT QVOD VIXIT VEL AD AETATEM, VEL AD PROLIS IVCVNDITATEM, CVM HONESTISSIMAM AD XXC. AN-
F NVM PRODVXERIT VITAM, AC FILIVM SEBASTIANVM OMNIS DIVINI AC HVMANI IVRIS CONSVLTISS. S. R. E. TT. S. CALIXTI PRESBYT. CARDINALEM AEVI SVI DECVS AC PATRIAE LVMEN VIDERIT, FILIAE ET IO. PAVLVS CORRADINVS GENER. PP. OB. M. D. LIX.

AL-

ALBERTO CANOSSIO.

COMITI, VIRO NOBILISSIMO, ATQVE OMNIBVS LAVDIBVS BELLICIS FLORENTISSIMO, QVI MELITENSI OBSIDIONE, ATQVE CVM ALPHONSO II. DVCE FERRARIAE HVNGARICO BELLO EGREGIE SE GESSIT, NAVALI AD ECHINADAS PRAELIO GLORIOSISSIME PVGNANS OCVLVM PERDIDIT, AC DOMVM DVM AD MAIORES EVOCARETVR HONORES IN PATRIA HONESTISSIME VITA CESSIT V. CAL. AVG. M. D. LXXII. VIX. ANN. XXXII. LVCRETIA CANOSSIA CONFALONERIA MOERENS MARITO INCOMPARABILI POS.

ALEXANDRO BRONZANEO.

QVESTVRA ET TRIBVNATV AERARIO IN HAC VRBE MVLTOS ANNOS SVMMA TOTIVS PATRIAE AC ESTENSIVM DVCVM APPROBATIONE PERFVNCTO, NICOLAVS ET FLAMINIVS PATERNAE AVITAEQVE VIRTVTIS MEMORES PP.

VINCENTIVS BOIARDVS.

PRAEPOSITVS ET CANONICVS REGIENSIS, NIL VNQVAM VIVENS QVOD OPTAVIT PRAETER OPTATISSIMAM MORTEM ASSECVTVS, HIC TANDEM QVIESCIT IN DOMINO, VIX. ANN. XLIII. M. VII. D. VIII. H. VIII. OB. DIE XXI. AVGVSTI M. D. LI.

SIMONIS BRAMI.

HOC TVMVLO BRAMI REQVIESCVNT OSSA SIMONIS,
REGIA SE VRBS TANTO IACTAT ALVMNA VIRO.
FELSINA MIRATA EST FERRARIAQVE IPSA DOCENTEM
GRAECA, LATINA, ARTES PAEONIS, ASTRA, DEOS.

ACCIO SESSO.

COMITI, RERVM FORIS DOMIQVE GESTARVM GLORIA CLARISS. FRANC. F. OBSEQVENTISS. PROPAGANDAE PATRIS MEMORIAE ERGO V. P. M. D. IIII.

F. EVSTACHIO LVCHATELLO.

CIVI BONO, VIRO INTEGERRIMO, ATQVE OMNIVM SCIENTIARVM COGNITIONE CVMVLATISSIMO, DEINDE PII V. PIAE MEMORIAE PONT. MAX. A SECRETIS CONFESSIONIBVS, AC POSTREMVM EPISCOPO ET PRINCIPI REGIEN. VINCENTIVS REFERENDARIVS APOSTOLICVS. IOAN. BAPTISTA, ET AVG. EIVS FRATRES MOESTISS. PP. VIX. ANN. LVII. M. III. D. XIII. OBIIT ANNO M. D. LXXV. PRID. NON. OCTOB.

PROSPERI BRVNEI.

QVEM REGIVM PEPERIT, DOCVIT QVEM FELSINA, VTERQVE
QVEM POPVLVS FLEVIT, HIC IACET ORBIS AMOR.
DECESSIT XV. CAL. MAJI M. D. XXIX. VIX. ANN. XXI. M. D. X.

A

VALERII.

HIC TVA MARMOREVS TVMVLVS TEGIT OSSA VALERI,
CVI GENVS ALMA DEDIT NOBILE CHRYSIROLIS.
MORTE TVA CVNCTI IVVENES GEMVERE SENESQVE
TAM FACIS ACCESSV SYDERA LAETA TVO.

SCIRE VOLENS A QVO FVERIM MODO FACTA CAPELLA
HAEC LEGAT ATTENTIS CARMINA LVMINIBVS.
GENTIS VALERIAE CLARA VIRTVTE RELVCENS,
VALERIVS FIERI ME MORIENDO IVBET
B ET MIHI MVLTA DEDIT FELICIA IVGERA DIVES,
VILLA PRADOVERI QVAE MODO LATA TENET.
FRATER VGELINVS FVIT ILLI CVM NICOLAO
DOMINICI CAPTO RELLIGIONE PATRIS.
ILLA QVIDEM PRO SE, PRO FRATRIBVS ILLA RELIQVIT,
VT REFERANT ANIMIS DI MELIORA SVIS.

ANNAE VIRGINI REGIEN: NAENIAE.

NIL VENERABILIVS REFERAT SI PETRA IACENTEM,
C VRNA HAEC SI CAVSSAM NIL MISERABILIVS.
CAVSSA LIBIDO, FVROR, FERITAS, IACET ANNA PVDICI
LAVS SECVS, PATRIAE GLORIA, STIRPIS HONOR.
MALVIT IMMVNIS NEPTIS, QVAM TVRPIS AMICA
DICI, ET QVAM PELLEX VIVERE, VIRGO MORI.
TRVX FVRIT IN MITEM, INVADIT LASCIVVS HONESTAM,
EX PATRVO LICTOR, EX COMITANTE LATRO.
CAESO TRIVMPHATO GEMINVM GERIT HOSTE TROPHAEVM:
HINC ANIMVS CONSTANS, HINC SINE LABE CARO.
OSSIBVS HIC TVMVLVS, VIRTVTI ANIMAEQVE SACELLVM
D CVI PIA TVRBA FERAT BALSAMA, THVRA, FACES.

M. D. XXXV. M. QVINTIL. AETATIS ANNO SVPER TRIETERIDE QVINTO EXPLETO.

Ad S. Prosperum.

LVDOVICI GEORGII.

CY. GIST. NOBLE HOMINE LOYS GEORGES AN SON VIVANT SIGNEVR DE HIEVVILLE ET DIES MAIGNENS HOMINE DE E *ARMES DES ORDINANCES DV ROY EN LA COMPAGNIE DE MONSOR LE PRINCE DE FERRARE ET GENTIL HOMINE DV PARS DE NORMANDIE LE QVES DE CEDALE DV IOVR DE NOVEMB. M. D. LVII. PRIES DIEN PVR LVI.*

CLARIMONTO.

INFANTVLO BIMVLO, LEPIDV- F LO, BLANDVLO, MELCHIOR CASSELLINVS MOESTISS. POS. OBI. XIII. CAL. AVG. ANNO M. D. LVIII.

In Ecclesia Monialium S. Mariæ a Misericordia dictæ.

ALEXANDRO SACRATO.

COM. EQVITI HIEROSOLYMITANO,

NO, VIRTVTE AC PIETATE INSIGNI FRATRES MOESTISSIMI P. C.

IVLIA MANFREDA SCAIOLA.

MATRONA LECTISSIMA, CVIVS ANIMVS TEMPORIBVS SECVNDIS ET DVBIIS RECTVS FVIT, POSTERIS ET VITAE ET MORTIS SINGVLARE EXEMPLVM ADMIRATIONE IMITATIONEQVE DIGNVM RELIQVIT. OB. ANN. AETAT. SVAE XXXVI. V. CAL. MAR. M. D. LXXI. FRANCISCVS CO. CONIVNX CONIVGI INTEGERR. MOESTISS. P.

In Foro.

Sub Brenni Statua.

BRENNVS TOTIVS SAXONIAE REX, GERMANI EXERCITVS IMPERATOR, CVM EA LOCA TENERET, QVAE ATHESIN PADVMQVE INTERIACENT, POPVLOS QVI ADVENTANTIS IN ITALIAM ODOACRI METV IN PALVDES SESE ABDIDERANT IN VRBES SVAS RESTITVIT, ODOACRVMQVE IPSVM PER SORORIS NVPTIAS SIBI IVNCTVM POST ORESTIS MORTEM ROMANIS CONCILIAVIT: QVIBVS COMPOSITIS CVM OPPIDA AD VIAM AEMILIAM POSITA, IAM GOTHORVM ADVENTV DEPRAEDATA, NON SINE MAGNA TANTAE VASTITATIS ADMIRATIONE PERAGRARET, REGIVM LEPIDI PERVENIT: EAM CVM ALIARVM VRBIVM EXEMPLO VACVAM HOMINIBVS MOLESTE FERRET, EX DVOBVS IBI SACERDOTIBVS, QVOS CASV IN TEMPLO LATENTES INVENERAT, CERTIOR FACTVS POPVLVM AD PETRAM SCITVLAM, BISMANTVAE PETRAM HODIE VOCANT, CONFVGISSE, EVM IN LOCVM MISSIS ACTVTVM LEGATIS DVOBVS, ADIVNCTISQVE IN ITINERE ILLIS SACERDOTIBVS, NVNCIARI CIVIBVS IVSSIT, REGIVM VT REDIRENT, IBI BRENNVM GRATE EOS ACCEPTVRVM ESSE, DEFENSVRVMQVE ETIAM AB INIVRIIS BARBARORVM. ITAQVE CVM IPSI TANTI DVCIS AVDITO NOMINE SPE PLENI IN PATRIAM PER CLODIAM PORTAM REDIRENT, OBVIAM EXEVNTEM IN VRBIS PONTE BRENNVM HABVERVNT. TVM S. P. Q. REGIENSIS, QVI CVM C. D. EQVITVM PRAESIDIO, M. PEDITVM INSTRVCTA SVB ROM. IMP. SIGNIS ACIE ADVENERAT, MOTI PRAESENTIS IMPERATORIS MAIESTATE EQVIS DESCENDERE: QVO SPECTACVLO DELECTATVS BRENNVS PARI HVMANITATE AB EQVO DESILIENS INGREDIENTEM SENATVM AMICE SVSCEPIT, QVI PORTAM DEINDE CLODIAM SEMIRVTAM PER EOS FERE NOVEM ANNOS, QVIBVS APVD EOS FVIT, INSTAVRANDAM CVRAVIT, ADIECITQVE AB EA PARTE MVRVM M. CVBITORVM: EAM IN POSTERVM, OB GRATAM REI MEMORIAM, BRENNONAM PORTAM APPELLARI VOLVIT, PEDESTREMQVE STATVAM EAM OB REM SIBI IN ILLA EREXIT, INSCVLPIQVE IBI PRAETEREA FAMILIAE SVAE INSIGNIA PARDOS TRES CORREPENTES IVSSIT, NOTATA LITERIS EIVS REI IN PRAESENTEM VSQVE DIEM MEMORIA.

Sub Caroli Magni Statua.

CAROLVS FRANCORVM LONGOBARDORVMQVE REX, QVI OB EGREGIA EIVS GESTA MAGNI COGNOMENTVM TVLIT, OMNIBVS TVM CORPORIS, TVM ANIMI VIRTVTIBVS PRAEDITVS, ROMANI IMPERII MODERATOR OPT. VERAE RELIGIONIS OBSERVATOR INTEGERRIMVS, EIVS EXIMIA LIBERALITATE PRECIBVSQVE APOLLINEI TVNC PRAESVLIS REGIENSIS ILLI CONFINIVM REGII MEMORIAM IN TABVLIS AENEIS INCISAM, ET A PRINCIPIBVS LONGOBARDORVM IAMDIV COMPROBATVM OFFERENTIS EOSDEM FINES NEDVM CONFIRMAVIT, VERVM ETIAM VLTRA TERMINOS M. AEMILII LEPIDI REGILLI FVNDATORIS REGII ROMANOR. COLONIAE, ET SVB EORVM IMPERII LEGIBVS INSIGNIS AB IPSIS OLIM PACE BELLOQVE MODERATA A FINITIMIS OB MONVMENTA ET INDVLTA DEORVM FORTVITO FLAMMIS CONSVMPTA INTERCEPTOS PRODVXIT, FINIBVSQVE MANTVAE, BONONIAE, LVCAE, PARMAE, TICINI, NOVOCOMI ADIVNXIT, CIVITATEMQVE IPSAM INSTITVENDI GYMNASII ALIISQVE QVAM PLVRIMIS PRIVILEGIIS DECORAVIT.

In Foro Olitorio.

HIERON. REGIEN. CIVIS GABRIELIS PRATONERII F. HOC FRONTISPICIVM CVM LEONIBVS AD HONOREM D. PROSPERI A FVNDAMENTIS SVA IMPENSA INSTAVR. IVL. II. PONT. MAX. SEDENTE, ET BONFRANCISCI DE ARLOTTIS PRAES. REGII TEMPORA. HIERON. PRATONERIVS DEO ET D. PROSPERO HOC FRONTISPICIVM CVM LEONIBVS PIE DICAVIT M. D. IV. ARTIFICE REGIENSE GASPARE BISO.

NON HVMANA MANVS DEDIT, ET NATVRA DEVSQVE
QVOD SVM, IAM VIXI, SVM MODO QVOD NIOBE.

In Monte Pietatis.

MVTVVM DATE, NIHIL INDE SPERANTES.

In Arcu Fori.

SVRGITE, HOC VIRTVTIS OPVS.

SEMPER HONOS, VESTRVM ET NOMEN LAVDESQVE MANEBVNT.
O LAETIS ANIMIS OLIM NVNC VRBE RECEPTA,
SIS FELIX, POPVLVMQVE IVVES TE IN VOTA VOCANTEM.

Sub Armis Ducis.

ATESTINORVM FVLGOR PERSTRINGIT OCVLOS.

In Arcu Triumphali Extra Vrbem.

SERENISSIMAE MARGARITHAE GONZAGAE OPTIMAE PRINCIPIS ADVENTV LAETA CVNCTA SPERANTES, PVBLICAE PIETATIS ET LAETITIAE SIGNVM.

Aquila. — AVSPICIIS MANIFESTA FIDES.

Anchora. — TVTELA PRAESENS.

IN-

INDEX
NOMINUM ET RERUM NOTABILIORUM.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.


H.


I.

L.

M.

F I N I S.





TORELLI SARAYNÆ,
Veronensis Legum Doctoris,

DE

CIVITATIS VERONÆ ORIGINE,

AMPLITUDINE, VIRIS ILLUSTRIBUS, DOMINIO, MONUMENTIS ANTIQUIS URBIS,

ET

AGRI VERONENSIS,

ET

INTERPRETATIONE LITTERARUM ANTIQUARUM,

LIBRI VI.

Editio Novissima, sedulo recognita, & additionibus *Josephi Scaligeri* in oris adaucta.





LUGDUNI BATAVORUM,
Sumptibus PETRI VANDER Aa,
Bibliopolæ, Civitatis atque Academiæ Typographi.

NOBILISSIMO SPECTATISSIMO

AC

AMPLISSIMO

VIRO

D. EVERHARDO ROUSE

IVRISCONSVLTO PRVDENTISSIMO

VRBIS DAVENTRIAE

CONSVLI

ILLVSTRIVMQVE ORDINVM

PROVINCIAE TRANSISALANIAE NOMINE

AD

PRAEPOTENTISSIMORVM DOMINORVM

ORDINVM GENERALIVM

CONSESSVM

DELEGATO ORDINARIO

SAPIENTIAE ET MERITORVM GLORIA INCLYTO

ARTIVM LIBERALIVM MAECENATI MVNIFICENTISSIMO

SEX HOSCE LIBROS

TORELLI SARAYNAE

DE

CIVITATIS VERONAE

MONVMENTIS ANTIQVIS

DE NOVO TYPIS DESCRIPTOS

VT ET

EIVSDEM AVCTORIS

LIBROS TRES

DE

VERONENSIVM ET SCALIGERORVM

GESTIS

EX ITALICIS NVNC PRIMVM VERSOS

VT VETERIS AMICITIAE SYMBOLVM

AC


DEBITAE REVERENTIAE PIGNVS

DICAT ET CONSECRAT

PETRVS VANDER AA.



Pagina post novam Præfationem





TORELLUS SARAYNA,
Jurisconsultus & Antiquitatum Veronensium Scriptor
percelebris.



TYPOGRAPHUS LECTORI SALUTEM.

URBIS tam amplæ ac pulcherrimæ, ut *Verona* eſt, Monumenta & Antiquitates tecum communicare, B. L. noſtrum eſſe duximus idque imprimis, quod abs *Torello Sarayna*, Cive *Veronenſi*, qui omnia vidit & cognovit, conſcripta, & anno M. D. XL. ex officina *Antonii Putelleti Veronæ* in folio, cum privilegio in lucem ſunt emiſſa. Hæc urbs a *Cenomanis* condita, & dicta *Verona*, quaſi *Brennona*, a conditore *Brenno*. urbs eſt clariſſima, & maxima totius *Venetiæ*, ſi *Venetias* excipias, Epiſcopalis ſub Patriarcha *Aquilejenſi*, inter *Ferrariam* & *Tridentum* ſita. Patria fuit *Catulli* ut Ovidius *lib.* III. *Am. El.* 15. *v.* 7.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.

Et Catullus ipſe, *Carm.* LXVIII. *v.* 31.

Atqui non ſolum hunc ſe dicit cognitum habere
Brixia, Chineæ ſuppoſita ſpeculæ;
Flavus quam molli percurrit flumina Mela;
Brixia Veronæ mater amata meæ.

Hæc poſt varias vices in ditionem *Venetam* pervenit, ſub qua adhuc viget & floret. Cura autem ac ſtudium, quæ in his edendis præſtitimus, te ut non laterent, admonere, B. L. hîc debuimus, quod nempe paginas Editionis *Veronenſis*, ut ſupra dictum, huic noſtræ adjecerimus, eamque in margine additionibus manuſcriptis, a *J. Scaligero* exemplari in Bibliotheca *Lugduno-Batava* additis, exornaverimus. Figuras quoque, prioribus nitidiores, ſuis locis, quod in editione ſupra memorata erat neglectum, inſeruimus. Fruere his, & ſtudium noſtrum fronte ſereno aſpice. Vale.

ELOGIUM AUCTORIS.

Ex ONUPHRII PANVINII Antiq. Veron. Lib. VI.

T*Antum* Torelli Saraynæ *præſtantiſſimi Juriſperiti manibus urbs noſtra debet, quantum Roma Livii, Venetiæ Bembi & Sabellici, Conſtantinopolis Zonaræ, & Nicetæ, & cæteræ urbes, iis qui eas earumque geſta atque primordia à ſitu, & tenebris, temporumque malignitate vindicarunt. Is enim omnium primus urbem noſtram illuſtrare aggreſſus eſt, & obſcuriſſima quæque explanare. Quod etiam quantum ipſa res paſſa eſt duobus libris egregie præſtitit. Quorum primo, latino ſermone conſcripto, breviter originem, & amplitudinem civitatis, ejusque ædificia; altero, Italica lingua exarato, ejus geſta ab* Othonis *primi Imperato-*

ris usque ad Scaligerorum excidium principatu constitutæ acta omnia singillatim & diligenter collecta, tanquam clarissimo speculo inspici, & intelligi queunt. Obiit vir doctus, & de patria, civibusque suis, optime meritus, decennio ante. Cujus hoc in æde S. Firmi monumentum:

TORELLO SARAINAE
IVR. CON.
QVOD VERONAE PA
TRIAE ANTIQVA MO
NVMENTA PERQVISI
VERIT EAQ. AB EDA
CITATE TEMPORIS
ERIPVERIT SVORVM
QVOQ. CIVIVM GES
TA CONSCRIPSERIT
ET AETERNITATI
CONSACRAVERIT
S. P. Q. VER.
B. M.
CIVICAM D. D.

AUCTOR AD LECTOREM.

Hic Te admonendum Lector putavimus, quod ante hanc nostram impressionem, quidam *Sebastianus Sergius* Bononiensis inter multorum locorum antiquitates, quarum volumen ab se compositum dedit, *Veronensium* etiam monumentorum aliquot se antiquarium professus est, quæ, quia ipse non vidit, imprudenter fortasse ab alterius incuria sumpta, aut non recte designavit, aut non cognita subticuit. Atque ideo, si quid erit hoc nostro in libro compertum, ab eo discrepans, scias in hisce nostris expressa esse, quæ vera sunt, & germana, quemadmodum vel incola *Veronæ* certior fieri potes, vel peregrinus, si tibi quandoque visuro *Veronenses* antiquitates adire contigerit. Bene Vale.

ANTONIUS PUTELLETUS CHALCOGRAPHUS
LECTORIBUS SALUTEM.

Vellem equidem candidissimi Lectores in his Torelli Saraynæ *urbis* Veronæ *Chronicis eo demum nitore prodituris, quum imprimerentur, hoc a me præstari potuisse, ut doctorum omnium expectationi fide, diligentia & officio quam maximam cumulaturus gratiam, responderem. Verum, quum viderem me omnem & fidem, & diligentiam (quoad mihi datum fuerit) in hoc tam eximio opere excudendo præstitisse, nostramque sedulitatem nonnulla subterfugisse perspicerem, & hoc partim ob assiduos labores, partim ob novitatem, ipsiusque Archetypi difficultatem, ne totus hic labor (dum quam emendatissimum hoc opus ex nostra officina cupimus proficisci) Illis, quicquid essent, deperiret: Consilium fuit ea quæ & errata & prætermissa obrepsisse viderentur, tum emendare, tum obiter reponere, hoc ipso labore spe apud vos ineundi gratiam, quum illud ego quod potui præstans, alterum illud, quod non potui non præstiterim. Vos igitur nobis veniam dabitis necessariam. Sed spero brevi futurum, quo ad unguem castigatos suppeditabimus libros studiosis. Nunc quamdiu argentea, atque aurea vasa defuerint, Samiis (ut dicunt) delectemur.*

IDEM

IDEM LECTORIBUS S.

Post hos insuper, quos supra annotavimus impressionis errores, non ab re futurum duximus, si vos hic itidem commonefaceremus, ne fortasse inscii miraculum vobis subiret, neve magna admiratione detenti, quum in quinto hujus operis libro Antiquorum monumentorum civitatis, & agri Veronensis, tot dictiones tum mutilatæ, & incompletæ, tum etiam præposteræ, & inversæ inter legendum vobis occurrerent, ea omnia inter errata connumerantes, nostræ adscriberetis incuriæ. Hoc vos certo scire velim, Saxa fere omnia, in quibus hæc elogia, & inscriptiones leguntur adeo edaci tempore corrosa, ut vix litterarum ipsarum characteres dignosci possint. Verum hic vos monitos volo, nos, quum hæc typis excudenda suscepissemus, Archetypos, unde hæc descripta fuissent, primum sigillatim consuluisse: deinde illa quomodocunque se se in illis haberent, litteris nec immutatis, nec adjectis, aut diminutis dictionibus, diligenti studio imprimenda potissimum curasse, sicque impressa, qualiacunque subitura judicia, a nobis edita. Valete.

JOANNIS COTTÆ VERONENSIS.

Verona, qui te viderit
Et non amarit protinus
Amore perditissimo,
Is credo seipsum non amat,
Caretque amandis sensibus,
Et odit omnes gratias.

HIERONYMUS AVANTIUS VERONENSIS.

Mihi succinere liceat,
Verona, qui non viderit
Te, sed Torellum legerit,
Ad te volabit gestiens
Tantas videre gratias.

AD SP. JU. DOCT. D. TORELLUM SARAYNAM COSÆ TURONI.

QUÆ prius exciderant, quæ vix monumenta manebant,
Restituis patriæ tot Sarayna tuæ.
Per te gesta virum, per te patet urbis origo,
Ut patriæ dici jam mereare pater.
Marmora, longa dies, rabies & barbara perdet,
At non ulla tuum vis abolebit opus.

Civica debetur Taurello, qui unus in hostem
Arma ferens, patriæ restituit patriam.
L. M.

JOANNES AVOGARIUS.

SI quis scire optat nostræ qui jecerit urbis
Fundamenta, & item qui amplificarit eam.
Indicat & nomen quæ simplex littera, quæque
Olim squallebant, nunc monumenta nitent.
Quique viri illustres fuerint pro tempore, quique
Urbem rexerunt, & quot olympiadas,
Hoc opus evolvat: Sarayna ex stirpe Torelli,
Est fœtura, ulla non peritura die.

GABRIELIS SARAYNÆ NEPOTIS ENDECASYLLABON.

Fortunatior Urbibus beatis
Verona, Ausoniis, Pelasgicisque.
Amor, cura deum, virumque alumna.
En prisco Archetypi nites nitore.
En quicquid rabies, furorque quondam
Gallorum imminuit, modo eleganti
Torellus proprium manu reponit.
Quod non perdere edax erit Vetustas,
Non vis Ignea, nec potens Enyo.

AD EXCELLENTEM UTRIUSQUE CENSURÆ INTERPRETEM, TORELLUM SARAYNAM, GUILIELMI CLUSONI LEGISTÆ TETRASTICON.

VEronæ titulos, operum monumenta, Poëtas,
Ortum, Sceptra, Duces, Flumina, Castra, Lacum
Aemula, dum scribis, Pallas miratur, & inquit,
Hic decus, hic patriæ, fama perennis erit.

CATULLI AVOGARII POETÆ CLARISSIMI IN UTRIUSQUE JURIS CONSULTISSIMI VIRI TORELLI SARAYNÆ VERONÆ URBIS CHRONICA TETRASTICON.

OBsita Veronæ monumenta abjecta jacebant,
Unde erat amissum nomen, & urbis honos.
Non tulit hoc clara Sarayna ex stirpe Torellus.
Squallorem excussit, restituitque decus.

AD NUNQUAM SATIS LAUDATUM JURIS INTERPRETEM TAURELLUM SARAYNAM, MARCI VENERII EPIGRAMMA.

NON semel ipsa suas vidit Verona ruinas,
Vulcani, & Martis, barbaricisque malis.
Non semel instaurata fuit, frustra tamen, omnes
Occiderant laudes, fama, decusque suum.
Tempus edax, & mors aboleverat omnia Lethe.
Mors, quæ etiam saxis, nominibusque venit.
Tu unus Taure colum lusisti, & pensa Sororum.
Quod reparas patriæ nomina, saxa, viros.
Qualis Deucalion tu animasti saxa virosque,
Ut satus Japeto mortua viva facis.
Civica non satis est meritis, non mille coronæ,
Cives servasti qui simul, & patriam.

Ejusdem Tetrasticon.

Viderat a Tauro conjunx Jovis instauratam
Veronam & spreta vivere morte viros.
Si hoc Venus egisset tu, aut Tros Sarayna fuisses,
Frustra ait, æquassem Dardana regna solo.


Ejusdem Disticon.

Quam qui condiderant, quam qui reparasse feruntur,
Laudibus est Taurus dignior, & meritis.
Juppiter, antiqua Tauri sub imagine Olympo.
Delapsus, nostræ consuluit patriæ.

Hæc G. S. apud Cancrum faciebat.

Ad CARDINALEM CORNELIUM, *Veronæ Episcopum,* JACOBI COMITIS JULIARII *Carmen.*

Quaslibet Ausoniæ præclaris dotibus urbes
Quod patriam dixi vincere Marce meam,
Derides credo, Corneli, ut vana locutum.
Forsan, & has dotes, me numerare jubes.
Pauca tibi ex multis perstringam carmine, magnæ est,
Singula si quæram scribere mentis opus.
Verona Idæo quondam fundata colono est:
Scilicet a Veri nomine dicta Phrygis.
Magnificæ gestisque domi, præclara forisque:
Invictis ducibus: militibusque potens.
Sanctorum genitrix non infœcunda virorum,
Inter cælestes, qui micuere choros.
Conspicua ingeniis quantum vix ulla disertis,
Seu Nova, seu Veterum pagina lecta placet.
Porticibus, Thermis, Delubris, Amphitheatro
Excellens, tectis, fornice, ponte, viis.
Mœnibus: & structis in propugnacula mille
Turribus: & trinæ tuta sub Arcis ope.
Et sylvis fœlix: & cæso in marmora monte.
Jugeribus, pratis, flumine, colle, lacu.
Et quo multiplici pellantur gramine mortes.
Et tibi quæ moris, serica pensa, ferant.
Est Cerere, & Baccho, Pomona, & Pallade, fœta.
Alitibus, tauris, vellere, pisce, feris.
Argenti, atque Auri, ferrique, ærisque, metallis
Inclyta, & omniferi sede beata soli.
Balnea quin etiam sunt Calderiana saluti,
Commoda, quæ morbos mille petita levent.
Dotibus ornatam vel da majoribus urbem,
Aut nostræ laudes tu quoque Marce proba.





ICHNOGRAPHIA URBIS VERONÆ.



AMPHITHEATRUM IN FORO BOARIO SITUM.

Se vend A LEIDE, Chez PIERRE VANDER AA.
Avec Privilege.



TORELLI SARAYNÆ,

Veronensis Legum Doctoris,

DE

CIVITATIS VERONÆ ORIGINE,

Ad Reverendissimum in Christo Patrem, D.D. JOANNEM MATHÆUM GIBERTUM, Episcopum Veronæ,

LIBER PRIMUS.



Quum ex dicto illo sive præcepto Platonico, non solum nobis nati simus, sed & patriæ, & amicis: ego quidem non solum illos commendandos existimavi, qui suis urbibus necessaria procurant, & parant; sed & eos etiam, qui eorum, quæ ad decorem pulchritudinemque pertinent, curam gerunt. quo pacto & naturam laudare solemus, quod in animantium genituris, non necessariorum solum, sed & pulchritudinis quoque studiosa est. Quare quum & ipse patriæ meæ semper, quacunque in re possem, prodesse studuerim, juverimque semper quantum in me fuit, commendandum postremo desiderium meum fore duxi, si pleraque, quæ ad splendorem, pulchritudinemque illius attinent, ab injuria temporis & quodammodo a morte defenderem, atque in vita quantum possem, atque in memoria hominum conservarem. Urbium autem ornamenta inter cætera sunt earum origines, si præclaræ sint & antiquæ, tum & ædificiorum magnitudines, ac demum illustrium virorum nomina, ingeniaque. Quæ omnia *Veronam* urbem abunde inter alias *Italiæ* civitates habuisse, videre quidem licet, partim ex iis, quæ adhuc extant, & quasi vivunt, partim ex iis, quæ quodammodo interiere, in historiis autem, & memoriis hominum adhuc vivunt. Igitur operæ pretium me facturum existimavi, si & his, & illis labentibus opem ferrem: alia enim jam periisse videntur, alia ruinis, & tempori obnoxia, & indies collabentia in non parvo periculo esse. Quamobrem quum scirem, quæ in scriptis vivunt, diuturniora esse posse, quam marmora, mecum ipse decreveram, antiquitates omnes, quæ tum in civitate, tum in agro extant, nec non & alia ornamenta, quæ ex historiis colligi possunt, scriptis mandare, ac legenda cunctis emittere. Verum quum considerarem nec ea scripta diu vivere consuevisse, quæ leporibus linguæ ornamentisque quasi anima privata carerent, desiderium hoc meum diu repressi, qui scirem me in forensibus negotiis, & dicendis causis magis versatum, ab omni scribendi ratione longe abesse: temerariumque potius existimari posse, si tantum arrogassem mihi; sed certe timorem hunc, amici mei omnes, quibuscum ista communicaveram, non mediocriter reprehendere: temerarium non esse, qui non suas, sed patriæ laudes quærat, caruisse ætatem nostram historiis non paucis, & quidem gratis, si *Procopius*, si *Blondus*, si *M. Antonius Sabellicus*, ad *Titum Livium*, ad *C. Cæsarem*, ad *Salustium* respexissent, vivere sæpe stylum, sæpe materiam, sæpeque evenire, ut ruditer ab uno tractata ab alio expoliantur: utrumque autem commendari, hunc, qui ornavit, illum, qui invenit. Quæ omnia quum & recte dicta, & vera esse cognovissem, sublato eo torpore, quo ardor desiderii prioris diu tepuerat, decrevi tandem, quæcunque collegissem, urbis nostræ illustria monumenta in lucem edere, qualicunque tractata stylo fuissent, ac tibi, *Giberte*, religiosissime Antistes, pariter illa omnia dicare, qui antiquis illius ornamentis recens, quasi decus quoddam ingens additum, sanctitate doctrinaque adeo illam illustras, tum ita diligis, & foves, adaugesque, ut & antiqua sibi illa, & nova gaudeat, & gratuletur. Quapropter nec illud dubitavi, te, uti ea, quæ tantæ urbi necessaria sunt, magna ex parte curas & provides: ita & ornamenta illius, antiquitatesque læto animo accepturum, & quasi filiam suis dotibus decoratam amplexurum. De his autem per dialogum scripsi, quo delectarent magis; &, quo pacto initium hujus contemplationis primo cœperit, pateret. Nam quum superiori anno multi ex amicis, clientibusque novo Vere ad me convenissent, multaque ac varia inter nos dicta fuissent, placuit omnibus, tum exercendi corporis, tum levandi animi gratia, in Divi *Joannis* montem adscendere, quo consueveramus ob nimiam loci amœnitatem sæpe conferri. Ergo quum in locum convenissemus, & quasi fessi in summa specula consedissemus, unde & totius urbis despectus, & labentis *Athesis*, & plana camporum, atque amœna late patebant: quam recte, tum inquit *Jacobus Villafranca*, qui unus ex congerronibus, atque

idem urbaniſſimus, ac ſatis doctus conſedebat, quam mirè *Galli* locum hunc delegere, qui primi tantam urbem condidere, qua amœniſſimus latè labitur *Atheſis*, colles placidiſſimi adjacent, camporum tantum protenditur. ſed tu quid ſubriſiſti?

An Galli fuerint conditores Veronæ.

Torellus. Commendandos nimirum & ipſe arbitror primos illos, qui ſedem hanc magnæ futuræ urbi delegere: quod vero *Gallos* eos fuiſſe exiſtimes, equidem non potui non ſubridere, quum vidiſſem eandem te in foveam lapſum, in quam & multi alii cecidere, ex *Juſtini*, ut opinor, verbis.

Jacobus. An aliter fortaſſe tute exiſtimas?

Tor. Aliter prorſus, & longè.

Jac. Falſa igitur *Juſtinus* Lib xx. cap. 5. ſcripſit? & *Trogus*, a quo ille accepit?

Tor. Poteſne ejus verborum reminiſci?

Jac. Poſſum equidem, ac niſi fallor, hæc ſunt: *His autem Galliis cauſa in Italiam veniendi, ſedeſque novas quærendi, inteſtina diſcordia, & aſſiduæ domi diſſenſiones fuere: quarum tædio quum in Italiam ve-*
3.v. *niſſent, ſedibus Thuſcos expulerunt, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Veronam, Vincentiamque condiderunt. Thuſci quoque duce Rhæto, avitis ſedibus amiſſis, Alpes occupavere, & ex nomine ducis gentem Rhætos appellavere.* *

* *Alii:* Ex nomine Ducis gentes Rhætorum condiderunt.

Tor. Sunt certè hæc, ſed age, ſi quæ de *Mediolano Comoque* dicta ſunt, hæc minime vera oſtenderimus, quam fidem de *Verona* habere videbuntur tibi?

Jac. Minorem certe: ſed jam de *Mediolano*, & *Como* oſtende.

Tor. Id agam, ſed uter potior videtur tibi, cui magis credas, *Porcius*ne ille *Cato* primus, quem *Dionyſius Halicarnaſſeus* Lib I. inquiſitorem diligentiſſimum rerum Italicarum vocat, an *Juſtinus*, ſeu, quem ille ſecutus eſt, *Trogus?*

Jac. Catonem ego quidem ſemper anteponendum cenſeo.

Tor. Rectè dicis, at *Cato* in libro de originibus longe aliter de *Mediolano* ſentire videtur, cujus verba, ſi recte memini, hæc ſunt: *Olanum ante a Thuſcorum duce, qui cum Orobiis Coloniis, ibi primus inſedit, quorum origo incerta, uti Comi, Bergomi, Licinofori, & aliquot circa populorum, inde ab Inſubrum principe nomine Medo adaucta Mediolanum nomen ſervat.* Ex quibus videre licet, *Mediolanum* prius *Olanum* vocatum, longe ante *Gallorum* adventum fuiſſe conditum, itidem & *Comum:* quæ ſi ſint, quænam tibi de *Verona* ſupererit fides?

Olanum primo, mox Mediolanum.

Jac. Minor profecto: ſed tamen certum oportet authorem eſſe, qui *Veronam* a *Gallis* conditam non fuiſſe dicat, & eum quidem authoritatis majoris quam *Juſtinum*.

Tor. Non deeſt author *Jacobe*, & ſi uno contentus non eris, duos adducam, ac inprimis quando magnæ fidei eſt apud te *Porcius Cato*, de originibus, vide quænam ille de *Verona* ſcribat, verba ejus ſunt hæc: *Alpes omnes Italiæ colonias Thuſcorum fuiſſe incolæ aſſerunt, & ab ipſis vel ducibus, vel capitibus originum nomina gentibus & locis indita: ut Rhæti à Rhæto rege Lydorum, & Veronenſes a Vera Thuſcorum colonia.* Videtur ne igitur credere *Cato Veronam* a *Gallis* conditam?

Jac. Non medius fidius. ſed quinam alius eſt author?

Tor. Is, quem paulo ante dicebas, *C Sempronius*, qui eiſdem fere verbis ita ſcribit: *Hinc circa Larium lacum a principibus dicta Vallis Volturrena, & Verona a Vera Thuſcorum familia.*

Verona a Vera Thuſcorum familia.

Jac. Gravis nimirum uterque author. Veruntamen non poſſum ſatis mirari *Juſtinum* & *Trogum*, alioqui & ipſos non parvifaciendos Hiſtoricos aliter de *Verona* ſcripſiſſe.

A *Tor.* Deſine mi *Jacobe* admirari. Poſſunt enim & *Porcius Cato* cum *Sempronio*, & *Trogus* cum *Juſtino* vera dicere, ſi res tota conſideretur. Illud inprimis conſtare debet, Tranſpadanam omnem regionem antiquiſſimorum *Thuſcorum* ſedem fuiſſe, quod & *Sempronius* affirmat his verbis: *Et quidem omnem Tranſpadanam regionem, Thuſcorum prolem* 4
fuiſſe, inter omnes authores convenit, manentque veſtigia, urbs Mantua, & reliqua. Cato quoque ita de hac re ſcribit: *Omnia ſub Alpibus Tranſpadana loca, priſci convenæ Thuſci miſſis coloniis tenuere, ab hiſque multa loca nomina retinent: plura delevere*
B *runt Galli: & reliqua.* Idem & *Livius* (Lib. v.) idem & Plinius affirmant. *Veronenſem* autem agrum *Thuſcorum* ſedem fuiſſe, multa præter prædicta monumenta confirmant. Nam & Catullus *Benacum Lydium* vocat, id eſt, *Thuſcum.* Circa *Benacum* porro oppida ſunt adhuc, quæ nomina *Thuſcorum* ſervant, ut *Thuſculanum*, & *Vergilius*, *Ocnum* filium *Mantos* fuiſſe, & *Thuſci* amnis, id eſt, *Benaci*, dicit: tametſi nonnulli ſint, qui de *Arno* flumine id intelligant. ſunt & adhuc vina Rhætica in agro noſtro, nomen antiquum ſervantia, a *Rhætis*, qui a *Gallis* pulſi montana incoluere, de quibus ita *Ju-*
C *ſtinus* ſcribit Lib. xx. *Thuſci quoque duce Rhæto, amiſſis avitis ſedibus Alpes occupavere. Plinius* præterea de *Verona* Lib. III. cap. 18. inquit: *Rhætorum & Euganeorum Verona.* Hæc igitur ita ſtatuenda ſunt, quibus ſi alterum illud addas, quod *Cato* dicebat: *plura deleverunt Galli:* facile fortaſſe erit videre, quomodo tam *Cato*, & *Sempronius* quam *Trogus* & *Juſtinus* vera dicant. nihil enim prohibet & *Veronam*, & *Brixiam*, & *Mediolanum* antiquiſſimas urbes a *Gallis* dirutas fuiſſe, (iis dico, qui primi Alpes tranſcendere) mox ab aliis duce *Brenno* eaſdem inſtauratas fuiſſe, quas conditas *Juſtinus* ſcribit. De hiſce autem, quæ adeo antiqua ſunt, tem-
D pora adamuſſim noviſſe, eorum eſt, quæ quodammodo difficilia ſunt: conjecturis autem quibuſdam magis ſunt credenda. atque ita ego de *Veronæ* origine exiſtimo. Tu quid exiſtimandum cenſes?

Jac. Ita prorſus & ipſe jam adducor, ut credam. Sed adhuc tamen umbræ neſcio quid in mentem mihi ingerit, quod *Livius* ſcribit, quum dicit: *alia ſubinde Germanorum manus, Elitorio duce, veſtigia priorum ſecuta, eodem ſaltu favente Belloveſo. quum tranſcendiſſent Alpes, ubi nunc Brixia, ac Verona urbes ſunt, locos tenuere*, quaſi *Gallorum* illorum temporibus adhuc non fuiſſet condita, ſed poſt.

E *Tor.* Nihil in quo hæſites debent *Jacobe* illa tibi inferre, quæ *Livius* ſcribit. ſi enim forte fortuna deleta fuiſſet *Verona*, quum adventarunt *Galli*, recte dixiſſet *Livius*, ubi nunc *Verona* eſt, quæ tunc non erat, quum tamen ante fuiſſet. quid ſi & ad futurum tempus reſpexiſſet hiſtoricus, ſciens deleri urbes, & mutari, quod ſi forte eventurum fuiſſet, ut *Verona* ullo tempore, uti alia omnia enata, interierit, æquum tamen fuit locum docere, quem tunc tenuere *Galli*. Hoc enim loquendi modo ſæpe utuntur, qui ſcribunt, quibuſque ratio temporum ante oculos obverſatur.

Jac. Ita eſto *Torelle*, non ingratum tamen illud
F effeceris (quando & ſatis vacat) ſi de *Thuſcis* illis, 4.v.
qui colonias iſthuc primi miſere, planius aliquanto dixeris, quinam illi fuere, & quibus temporibus advenere. neque enim & hæc te latere arbitror.

Tor. Ad valde antiqua me reducis *Jacobe*, tamen dicam, quæ legiſſe memini apud *Catonem*, *Sempronium*, *Beroſum*, compluresque alios, dignos quidem omnes, quibus indubitata fides adhibeatur. Inprimiſque illud ſtatuendum eſt, ac pro certo accipiendum a nobis, ſi prædictis credimus, *Janum* illum priſcum ab *Italis* pro Deo habitum, eundem & *Ogygem* priſcum, & *Noah*, ſeu *Noë Hebræorum* voca-

vocabulo dicere velis, fuisse: qui cum filiis *Semo*, *Camese*, & *Japheto*, ac eorum uxoribus superstiti a diluvio circa montes *Armeniæ:* propter quod & *Galli* mox vocati *Sagarum* lingua fuere. *Gallum* enim vocabant ab aquis liberatum. Sub hoc *Jano* recenti mundo, pura illa vixit ætas, quæ aurea dicta est, annis fere ducentis & quinquaginta post diluvium. Sub initium igitur aureæ illius ætatis, crescente jam hominum sobole, *Janus* cum paucis quibusdam in *Italiam* venit, partemque illam tenuit, quæ *Umbria* dicta est, primique illi, qui eam partem coluere, *Aborigines* dicti sunt: partim opinor, quia ante illos nulla prior in *Italia* origo fuerat, partim quia primis illis incolentibus nemora, qui nascebantur, e truncis & arboribus, quasi primo erumpere videbantur, unde illud:

Gensque virûm truncis, & duro robore nata.

Mox vero *Janus* in *Armeniam* reversus, colonias per orbem disseminavit, ac ad complendam *Italiam* *Comerum Gallum*, *Japheti* filium, cum *Crano Racenuo*, quem filium ipse *Janus* post diluvium susceperat, cum coloniis misit, anno post diluvium circiter centesimo, ac quadragesimo: qui eandem partem incolens, non solum *Umbros* adauxit, sed & *Hetruriam* totam. Propter quod *Hetrusci* antiquissimi in tota *Italia* fuere, & eorum *Umbri*, qui & *Aborigines*. Post ea tempora & *Cameses* in *Italiam* delatus est, ac *Comero*, seu mortuo, seu ab eo fugiente, totam *Hetruriam* rexit, ac sceleribus corrumpere cœpit, corrupissetque aureum illud sæculum, nisi rursus *Janus* ex *Armeniis* in *Italiam* rediisset, abdicatoque *Camese* a regimine, ipse gentem separasset, seorsumque *Aborigines* jussisset vivere a cæteris *Thuscis*. Post quem paulo post & *Saturnus*, qui & *Sabatius Saga* dictus est, frater *Nembroth Saturni Babylonici*, & patruus *Jovis Beli* in *Italiam* concessit: fugiens arma *Jovis Beli*, qui eum diu persecutus fuerat: per quos consenescens jam aurea ætas, quantum potuit, sustentata est. Ergo per ea tempora coloniæ, quæ jam in *Hetruria* contineri non poterant, per totam *Italiam* deductæ fuere, e quibus duæ magnæ sunt, quæ in Transpadanam regionem missæ, potuere *Veronam* urbem condidisse: altera *Volturrenorum* fuit, altera *Rhætorum*. Hæc autem posterior fuisse videtur. Utrosque autem tam *Volturrenos*, quam *Rhætos* usque ad *Athesim* imperium extendisse constat Nam de *Volturrenis* ita *Sempronius* scribit: Lacus *Hetrusca* origine dictus *Larius*, quod a patriciis *Volturrenis*, omnia ea loca principio possessa fuere usque *Veronam*. De *Rhætis* autem *Plinius* scribit: *Rhætorum & Euganeorum Verona.* Ex his igitur coloniis ego quidem crediderim & *Adriam* Coloniam, & *Veram* illam, a qua *Verona* dicta est, effluxisse. Magis autem e *Volturrenis*, quam *Rhætis*, autor est *Strabo*, quoniam idem *Sempronius* quasi constitutas colonias dicit. Hinc circa *Larium* lacum, e principibus dicta vallis *Volturrena* & *Verona* a *Vera Thuscorum* familia. *Veram* præterea *Hetruscam* fuisse, author est *Strabo*, & *Sempronius*. *Veram* quoque familiam a *Thuscis* originem traxisse, *Julius Capitolinus* affirmat in vita *Veri* Imperatoris, cujus verba hæc sunt: *Origo ejus paterna pleraque ex Hetruria fuit.* *Hetruria* est nomen civitatis, quæ appellatur etiam *Volturrena*, quod affirmat *Porcius Cato* inquiens: *In his Volturrena sub radicibus Cyminis jacens, cognomine Hetruria.* Unde *Myrsilius Lesbius* de origine Italiæ scribit: *Hetruscos multarum coloniarum authores*, & *Tetrapolis Tyrrhenorum Hetruria est prima*; & *Tyrrheni soli vetustissimi in Italia*; & *Romani asserunt Hetruscos vetustissimos aureo seculo natos, a quibus aras, ritus, divinationes, colonias, & disciplinas habuit prisca Italia, initio sumpto a prima eorum Tetrapoli dicta Hetruria, a quibus illos Romani Hetruscos cognominarunt.* Ex hisque innotescit, quod *Volturreni* habuerunt fines usque *Veronam*, & *Vera* familia ex *Hetruria*, seu *Volturrena*, eodem tempore has partes tenuit. Atque hæc sunt *Jacobe* optime, quæ ego de *Thuscis*, qui loca primi hæc tenuere, ac de *Veronæ* conditoribus dicere posse videor. Tempus autem missionis coloniarum trans *Padum* fuit tempore *Mancalei* regis XIV. *Assyriorum*, XII. anno per *Chytim* Janigenarum regem, qui dictus est *Italus*, ob ingenii excellentiam, a diluvio per annos DCLXXX. & antequam *Dardanus* interfecto fratre *Jasio Italia* recedens, ivisset ad condendum regnum *Trojanorum*, quod fuit anno ultimo *Ascatadis* XVIII. regis *Assyriorum*, & sic per annos CVIII. post, ut ex *Beroso Chaldæo* elicitur, incipiendo a diluvio, descendendo per reges *Assyrios*. Et dicti *Janigenæ*, de quibus loquitur *Berosus*, Lib. v. consecuti fuerunt nomen a *Jano* primo eorum rege. Nam loca & regiones mutant nomina, seu ea assumunt a regibus. Deinde appellati fuere *Tyrrheni*, deinde *Thusci*.

Jac. Scire vellem *Torelle*, qui nam fuerint isti *Euganei*, qui habitarunt partem hujus Urbis.

Tor. Scias, *Euganeos* populos in *Italiam* adventasse cum *Hercule Libyo*, ut inquit *Plin.* Lib. III. c. 20 & *M. Anton. Sabellicus* Lib. I. Enne. 7. incolueruntque regionem, quæ nunc *Venetia* dicitur: qui ab *Antenore*, & *Henetis* expulsi ad montana loca se reduxerunt, ut affirmat *Livius* Lib. I. dec. I. Et ex hoc aperte demonstratur *Veronam* fuisse ante adventum *Antenoris* in *Italiam*, & excidium *Trojæ*. Nec credas *Herculem*, de quo supra memoravimus, fuisse *Herculem Amphytrionium*, de quo fabulantur *Græci*, sed fuit *Hercules Osiridis* filius, qui tempore *Balei* XI. *Assyriorum* regis *Italiam* petiit, ut refert *Berosus* Lib. v., cujus hæc verba sunt: *Hercules Osiridis filius, cui nomen est Libyus, cum in Italiam per Celtas transisset, expulit Læstrigones Italia, & ibi pacifice annos viginti regnavit, multaque illis oppida a suo nomine, & cognomine fundata nominavit, & loca aquis impedita, habitationi hominum commoda fecit, & in Celtiberos reversus est.* De quo etiam *Herodotus* Lib. II. cap. 3. scribit: *quod fuit per ætates quinque, antequam Hercules Amphytrionius natus esset in Græcia, qui fuit maximus pirata, & vixit annis LII. & periit igne, ut scribit Manethon Ægyptius:* Hæc quum dicta fuissent, inclinato jam sole visum est omnibus cedendum, ac rursus die crastina simul conveniendum.



DE AMPLITUDINE CIVITATIS VERONÆ

LIBER SECUNDUS.

POstero die, quum primos radios Sol emisisset, serenissimumque nobis apportasset diem, convenere ad me amici, clientesque hesterni, ac cum his nonnulli alii: factisque de more salutationibus, hodie, inquit *Joannes Nicola*, vir nobilis, & doctus, nisi fallor *Torelle*, de reliquis antiquitatibus urbis agendum superest: Tu vide utrum per otium sedendo loquendum sit, an deambulandum magis, & ad singula antiqua loca pergendum.

TOR. Deambulandum magis, atque si videbitur vobis, primum ascendendum, mox descendendum.

JOA. Placet nimirum: At tu viam cape.

Tor. Igitur, quum ad pontem convenissemus, qui novus dicitur, placuit omnibus in Hemicyclo sedendum, ubi locorum omnium jucundissimus, & maxime varius conspectus est: Tunc *Joannes*, quum omnium paulisper oculi oblectati fuissent, subterlabentem fluvium conspiciens: Quid est (inquit) *Torelle*, quod non uno nomine antiqui fluvium hunc appellavisse videntur? *C.* enim *Sempronius*, ac post ipsum *Ptolemæus*, *Atrianum* fluvium vocant: Reliqui omnes, tum historici, tum & Poëtæ *Athesin* nuncupant, unde & Virgilius *Athesin* amœnum dicit.

Tor. Ita & ipse scio vocari fluvium, modo *A-*
6 *trianum*, modo *Athesim*: cur autem ita factum sit, diu mecum cogitavi, nam nihil quidem (quod ipse audiverim) potui ex antiquis accipere. opinor autem *Atriani* nomen longe antiquitus fuisse, quam *Athesis*. Memini autem legisse apud *Sempronium*, *Adriam*, sive *Atriam* civitatem, quæ olim magna, amplaque fuit, ubi nunc ager *Ferrariensis* jacet, cujusque vestigia adhuc parva quædam extant, & nomen quoque mutilatum, *Adri* enim vocant fuisse *Thuscorum* Coloniam: & ab ea, non solum mare *Adriaticum*, sed & fluvium, qui præterlabebatur, *Atrianum* vocatum fuisse, qui nunc *Athesis* dicitur: tametsi *Strabo* Lib. VII. contra, potius urbem a fluvio nominatam fuisse scribat, quod verius videtur: quoniam antiquiora sunt flumina, quam civitates. Sed certe & illud sæpe accidit, ut simul & flumina & civitates idem nomen sortiantur, quod & *Adriæ* civitati, & fluvio contigisse censendum est. Legitur enim *inter antiquos Hetruscos reges Atrium unum fuisse*, a quo ego quidem crederem, & Coloniam *Atriam* missam & urbem conditam, ac illi simul & fluvio præterlabenti nomen ab eo fuisse inditum, vocatumque *Atrianum* fluvium, & *Adriam* civitatem, sive *Atriam*, (utrumque enim legitur) quoniam tanta est inter D. & T. germanitas, ut mutuo se impellant & elidant, & in *Adraphaxi*, quam alii *Atraphaxim*, alii *Adraphaxim* scribunt: & alii *Endelechiam*, alii *Entelechiam*, & in multis aliis: quod & vernacula lingua hac nostra etiam nunc usurpari constat, ut in patre & matre, compluribusque aliis. Ita ego existimo de nomine *Atriani* fluvii. Quo autem modo, & quo tempore, idem mox *Athesis* sit appellatus: equidem ni-
A hil habeo, quod legisse apud antiquos meminerim. Illud adhæc quæri posset, num fluvius hic mediam urbem interlaberetur, quemadmodum & in præsenti, an magis præter mœnia flueret? Videtur enim ex *Plinii* verbis, *Veronam* urbem nostro amne divisam fuisse, quum dicit: *Rhætorum & Euganeorum Verona:* quasi partem orientalem, trans *Athesim* possiderent *Euganei*, *Rhæti* vero occidentalem usque ad *Athesim*.

Tor. Scias *Joannes*, quod flumen *Athesis* tempore prisco urbem non intersecabat, verum prope mœnia labebatur, urbem ipsam relinquens ad ortum Solis. Hoc patet ex fundamento latissimo muri per medium *Athesim* deducto, non procul a ponte *Castri veteris*, quod & hyemali tempore decrescente aqua conspicitur: cujus etiam (ut fama est) quam plurima inventa fuerunt vestigia. Præterea anno (si recte memini) M.D.XII. amnis ipse adeo excrevit, ut aquarum exsuperantium æstuoso impetu, pars murorum fossæ castri veteris fuerit dejecta, prope templum divi *Zenonis*, & nisi tot murorum obstacula fuissent, alveum reperiisset antiquiorem. Constat etiam ex dicto *Pauli Diaconi*, *Athesim* fluvium tantum excrevisse, ut circa Basilicam divi *Zenonis*, quæ apud *Veronensis* urbis muros sita est, usque ad supremas fenestras aqua per-
C tingeret: quamvis, sicuti beatus *Gregorius* (Pontifex enim postea fuit) scripsit, in eandem basilicam minime penetraverit, sed urbis mœnia ex parte illa eadem subrupta sunt inundatione. facta est autem inundatio hæc Kalendis Novembris. 6. v.

Joa. De his satis. Montem autem ascendendum est. His dictis visum est omnibus cedendum, & montis partem illam petendam, in qua fons est, qui a ferro dicitur. Ibique quum perventum fuisset *Joannes Nicola*: Ecquæ habes de his locis quæ referas *Torelle?*

Tor. Non alia me hercule, quam quæ & vos videtis, ni forte illud considerandum sit, quod ipse vidi, quum propugnacula hæc a *Venetis* superioribus annis ædificarentur, quo tempore urbs, pulsis *Germanis*, recepta fuit. In fossis enim quæ tunc excavabantur, innumerabiles speluncæ, & cavernæ reperiebantur, quasi tophus ille, per has veluti casas, habitaretur. quam rem ego non satis potui admirari, ac certe existimavi cuniculos illos eo tempore confectos, quo homines aureo seculo in montibus habitantes, casas sibi, & speluncas foderant. Quam consuetudinem *Vitruvius* (Lib. II. c. I.) approbat, cujus verba sunt hæc: *Homines veteri more, uti feræ in sylvis & speluncis ac nemoribus nascebantur, ciboque agresti vescendo vitam exigebant.* Unde Lucretius de hoc inquit:

Sed nemora, atque canos montes, sylvasque colebant
Et frutices inter condebant squallida membra.

Juvenalis (Satyra VI.) insuper hoc affirmans ait:

Credo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, visamque diu, dum frigida parvas
Præ-

Præberet ſpelunca domos, ignemque laremque,
Et pecus & dominos communi clauderet umbra:
Sylveſtrem montana torum conſterneret uxor,
Frondibus, &c.

Joa. Aliud etiamnum mi *Torelle* mihi ſubivit miraculum. Quum eodem in monte foderetur, ſpectabantur Echini lapidei, Paguri, Conchæ, Cochleæ, Oſtrea, Stellæque piſces, Avium roſtra, & id genus alia paſſim multa, de quibus omnibus, quidnam putes libenter audirem.

Tor. Ligna, oſſa, & alia multa lapideſcere memini apud *Theophraſtum*, & apud *Plinium* legiſſe. *Pontanus* vero apertius dicit: *vidi lapideſcere Sarni Ceruleo ſub fonte alnum, filicisque maniplos.* Quare & quod Echini marini, & Cochleæ, & reliqua in lapides concreverint diuturnitate temporis, non ita mirandum eſt. Illud majorem admirationem præbeat, quo nam pacto hæc, ſi viva quandoque fuere, in hos montes aut delata fuerint, aut enata. Qua de re quid ipſe opiner, non ſatis habeo quod referam: Dicam autem ea, quæ memini à peritiſſimo medico, ac præſtantiſſimo philoſopho *Hieronymo Fracaſtorio* audiviſſe, quum ego illum
7. forte fortuna me donatum lapideo paguro egregio quidem, ac prægrandi rogaſſem, quæ nam eſſet de hac re Philoſophorum opinio. Qui dicebat tres eſſe de hac re ſententias, unam eorum, qui putarent Conchas haſce atque alia id genus complura, in montes jactatas fuiſſe, quo tempore aquarum colluvia montes ſuperavere: quam opinionem ſibi non probari profeſſus eſt: tum quod aquæ, quæ exſuperarunt montes, non fuerunt maria, ſed inundationes è cœlo: tum quod oporteret videri Conchas, & id genus alia, in verticibus montium, aut ſi ſuper excreviſſet terra, videri ſaltem certo ſolum tractu, qua tum vertices montium erant. Quod certe non liquido conſtat, quando erutis montibus, in quibus ſunt hæc, non una ſolum parte appareant, ſed etiam in mediis, & in imis, & ubique. Aliam ſententiam eſſe dicentium in montibus eſſe humorem quendam, & alicubi ſalſum, & varium, à quo ſæpe vera animalia maritima fiunt, & quodammodo generantur, ut eſt in Dactylis videre, qui in mediis ſaxis naſcuntur, & inde excavantur. Interdum non vera animalia fieri, ſed quæ imitantur vera. Nam quemadmodum & natura imitatur ſpecies terreſtrium in mari: ita in montibus modo veras conchas fieri viventes, ſed conſimile quiddam, quod mox lapideſcit ob frigiditatem circumambientis loci. Cujus ſignum affirmant eſſe, quod conchæ quantum ad id quod intra eſt, non plane animal referunt. Sed hanc quoque ſententiam non plane ſibi placere ajebat: quoniam lapidea hæc aut unquam vixere, animantiaque extitere, aut non. Siquidem olim vixere, non jam jocatur natura & imitatur, ſed verum animal facit: quale in mari gignitur. At vero in montibus inter ſaxa eſſe eam vim genitricem, quæ in mari, non ſatis rationabile videtur, præſertim in grandioribus animalibus quæ multa poſcunt. Cui rei addi & illud poteſt, quod ſi olim genita fuiſſent, oporteret, & nunc alicubi gigni, & erui è montibus viventia hæc animalia, quemadmodum & Dactyli. Si vero nunquam vixere, ſed imitationes tantum fuere verorum animantium, hoc certe contra ſenſum eſt. Eruuntur enim conchæ non paucæ, quarum pars jam in lapidem concrevit, pars nondum mutata eſt, ſed veræ conchæ rationem habet, & teneritatem, & cum reliquis mollitudinem. Quare videre eſt illas olim veras fuiſſe conchas, quod ſi id, quod intra eſt in quibuſdam, non plane concham refert, cauſa eſt, quod caro, quæ mollis ex ſe erat, & contrahi nata, multa terra circumtecta, mox in lapidem coivit. Ergo ſe dicebat exiſtimare, hæc olim vera animantia fuiſſe jactata illuc à mari, & in mari enata. Sed hæc pendere ex majori cognitione. Montes enim omnes è mari factos fuiſſe aſſeverabat, primum jactata arena in cumulos, fuiſſeque olim mare, ubi nunc montes extant: mox eodem recedente detectos fuiſſe montes, & inſulas, quod & in dies videtur fieri, quando & Ægyptus tota mari olim obruta fuit, & in littoribus etiam *Italiæ*, ut circa *Ravennam* apparet, ubi longe abeſt mare ab eo, quod olim fuerat paſſuum c. Hæc ergo, & alia multa memini tum illum de his dixiſſe, quæ ad Philoſophos pertinent. 7.v.
Nos ad noſtram redeamus confabulationem. Sed aſcendamus jam. Quum ergo ſummum in montem perveniſſemus, qui caſtro divi *Petri* ſubjacet, ac circumcirca oculos convertiſſemus: Scitis ne illud (inquam) cur in ſtatutorum noſtrorum præfationibus majores noſtri ſcriptum reliquerint, *Veronam* vocatam fuiſſe parvam *Hieruſalem?*

> Philoſophorum opiniones de Echinis lapideis, quomodo in montes fuerint jactati.

JOA. Neſcio equidem ipſe, ut pro cunctis dicam: qua de re neque tacendum videtur.

Tor. Majores noſtri, ſive vere ſimilitudinem quandam, cum *Hieruſalem* proſpexiſſent, ſive impoſitis eiſdem nominibus, certis locis religioſius agi viderent, imitationem quandam ſanctæ illius civitatis amaviſſe videntur. Ac primum vallem illam quam dextrorſum cernitis, Dominicam appellavere: Montem vero cui mox *Rocchi* ſacellum nomen dedit, Calvarium dixere, treſque in eo cruces ex imitatione erigi, ac conſtitui voluere, quam prope ædem vicinum hic habetis *Nazareth* vocatum. Nec longe D. Joannis parvum fanum extat, *Bethlehem* vocatum, Inde parum diſtat ſepulchrum. Propter quæ omnia, & qui plebiſcita municipalia condidere, parvam *Hieruſalem* hanc urbem appellavere.

Joa. Probe quidem *Torelle*, ſed perge ad reliqua.

Tor. Pia, Chriſtianaque dicta ſunt. nunc autem ad Ethnica tranſeamus. Tria autem iſta hinc videri, & conjici datur, è quibus quanta, quam ampla que fuerit urbs hæc, ſpectare licet. Sunt autem Theatrum cujus veſtigia nobis ſubjacent, Amphitheatrum quod videtis, & *Campus Martius*, quo nec qui *Romæ* erat, major fuiſſe exiſtimari poteſt. In eo exercebantur corpora, equis, jactu, ceſtubus, ludiſque aliis campeſtribus. In Amphitheatro gladiatorii ludi, & alia ſpectacula edebantur: in Theatro ſcenica. Quibus omnibus, ſi qua ornabatur civitas, niſi magna, amplaque eſſe poterat: Quapropter *Strabo* (lib. v.) inquit. *Inſubres hac etiam ætate ſunt, qui Mediolanum Metropolim habuere. Ea quidem prius vicus erat:* (Omnes enim vicatim habitabant.) *Hac vero tempeſtate eximiæ dignitatis trans Padum urbs eſt, quodammodo Alpibus finitima, & propinqua Veronæ eſt. Ampliſſima hæc urbs. Huic inferiores Brixia, ac Mantua, & Rhegium, & Comum.* Hæc mediocris erat colonia. Ex quibus verbis amplitudinem ipſius oſtendit, quum non amplam, ſed ampliſſimam dixerit. Propter quod & de *Verona Martialis* diſticho libri ultimi ita ſcripſit:

Tantum magna ſuo debet Verona Catullo,
Quantum parva ſuo Mantua Virgilio.

Pari modo *Cornelius Tacitus* (Lib. XIII.) *Veronam Coloniam validam* appellat his verbis: *Quæſitum inde, quæ ſedes bello legeretur, Verona potior viſa eſt, patentibus circum campis ad pugnam equeſtrem, qua prævalebant, ſimul Coloniam copiis validam auferre Vitellio, in rem famamque videbatur.* 8.
His igitur graviſſimis ſententiis, ni ſatis *Veronam* ampliſſimam fuiſſe demonſtratum arbitrarer, multas inſuper authoritates illuſtrium æque, ac doctorum ſcriptorum adducerem. Quas, ne noſter ſit ſermo prolixior, omittere decrevi.

Joa. En, hic inferius, homo quidam papyrum præ manibus habens, rerum antiquarum monumenta, in Jesuatorum viridariis jacentia, inspicere videtur, ac describere.

Tor. Video hominem, *Joannes Carottus* graphidis peritissimus mihi videtur iste. Enimvero ille ipse est. Heus *Carotte*, quid tibi cum papyro in his antiquis ruderibus?

Car. Salvi sitis. Theatrum, hic olim existens, ex istis ruinis alias electum, in tabula quum pinxissem, aliquid ne omiserim, huc perscrutaturus accessi.

Tor. Laudandus quidem tuus labor est *Carotte:* Volo descendamus tabellam inspecturi.

Car. Operior, accedas.

Tor. Pulcherrimi operis (ut spero) exactissimam picturam videbimus. Vellem *Carotte* omnia distincte indicares.

Theatri Veronensis explicatio. *Car.* Libentissime. Has duas planities, hîc in summitate alteram alteri imminentes, quarum parietes lapidibus tessellatis subtili arte crustatos videtis, duarum porticuum solum fuisse scietis. En columnarum adhuc extant, & porticuum vestigia. Videte epistylium hic etiam existens pulcherrimum, sub quibus porticibus per gradus usque in orchestram descendebatur. Hic inferius quadam in domo adhuc integri adsunt pulcherrimi fornices, pro graduum ordine constituendo fabrefacti: quorum alterum latus in meridionali parte, alterum in hujus cœnobii horto inferiori terminabatur. Extant nunc etiam fundamenta: Hæc area orchestra erat: Post proferebatur Proscenium, hic scena recta. En adhuc in his parietibus vestigia extant. Post scenam duæ amplissimæ porticus fluvio imminebant. Rudera ista antiquissima hoc demonstrant. Videte & hic cum simis denticulis, ac coronis pulcherrimis, ab utroque cornuum, pontes ultra *Athesim* extendebantur, quorum alter versus Septentrionalem plagam adhuc extat. Hujus fornices marmoreos, Theatrum versus, antiquissimos videtis. In secundi fornicis clave, ex marmore Pario *Neptuni* effigies continetur. Alterius, meridiem versus, quum vi fluminis dejectus sit, anno à nativitate dominica M.C.LIII. die vero ascensionis dominicæ, ut in chronicis habetur, adhuc videntur vestigia. In utroque cornuum limpidissimi fontes, alter à *Paronæ* pago, tribus passuum millibus distans, ad Septentrionale cornu: alter vero à monte aureo pari distantia ad alterum cornu, per subterraneos fornices educebantur. Ex quibus Theatri magnitudinem, ipsiusque pulchritudinem vobis satis arbitror patere.

Tor. Theatrum istud olim magna ex parte vetustate corruit. Pars vero demolitione cecidit rege *Berengario*, ut ex regis ipsius hujuscemodi mandato, datur intelligi:

8.v. *IN nomine Domini Jesu Christi Dei æterni, Berengarius Rex. Quia evenit nuper in civitate Veronæ, ut pars quædam medii Circi, quæ Veronæ subjacet castro, præ nimia vetustate corruit, collidens cuncta sub se posita ædificia, hominesque cunctos pene quadraginta attrivit, subita morte condemnans: idcirco videlicet præsentis Adeleardi episcopi S. Veronæ Ecclesiæ, cunctique cleri, & totius ejusdem populi civitatis noverit sanctæ Dei ecclesiæ, nostrorumque fidelium, præsentium scilicet, & futurorum industria, prædecessorum quoque omnium amore, nec non pro animæ nostræ remedio, nos sanctæ Dei Ecclesiæ Veronæ, ac cuncto clero, & totius civitatis populo, & cunctis sub ipso castro morantibus per hoc nostræ authoritatis præceptum commisisse, quatenus ubicunque ædificium aliquod publicum parti pertinens, ruinam minatur, aut alicui videtur, ut in ruina ejusdem, quomodocunque sit; damnum futurum, liceat eis omnibus tam prædictæ Ecclesiæ cum clero, quam cuncto ejusdem civitatis populo, absque ulla publicæ partis offensione, ipsum ædificium publicum usque ad firmum evertere: in nullo eis sit trepiditas damni, eo videlicet ordine quo cernes. Nec quilibet publicus exactor, quempiam hoc agentem condemnare, aut alieni quicquam audeat ex hoc inferre molestiæ, contra quod authoritatis nostræ præceptum, si quis impugnare tentaverit, aut aliquem ex prædicto negotio molestare præsumpserit, vel ullam inferre calumniam, ne quod cœperat perficere possit, utque conatus ejus redigatur ad nihilum: sciat se compositurum viginti libras auri obrizi, medietatem parti nostræ, & medietatem cui ex hoc aliqua fuerit illata molestia. Ut hoc autem verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, manu propria roborantes, annuli nostri impressione duximus insigniri. Datum quarto Nonas mensis Maji, anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi* DCCC LXXXXV. *Anno vero regni Berengarii Serenissimi regis nono, Indict.* XIIII. *Actum Veronæ in Dei nomine feliciter.*

Car. Sed quo rem totam facilius percipiatis, omnia in tabella diligentissime picta, quemadmodum antiquitus erat, ut ex ruinis adhuc apparentibus conjici potest, quoniam scio id vobis gratissimum futurum, tradere procurabo.

Tor. Gratissimum quidem, pro quibus nunc ago, quumque opus fuerit ingentes me gratias relaturum cognosces.

Car. Valete.

Tor. Valeas *Carotte.*


Joa. Superius ostensum est, *Athesim* urbem non dividere, verum ipsam intactam in orientali plaga relinquere. Nunc autem oppositum videris asserere: causam libenter audirem.


Tor. Hoc fuisse, cum ludorum navalium gratia, qui inter hos pontes prope Theatrum fiebant, tum commoditate urbis, & utilitate, muro illo, de quo jam diximus, dejecto, flumen hac devectum intelliges.


Joa. Quum sæpenumero quis Theatri hujus pulcherrimi author fuerit diligentissime sciscitatus sim, nec hactenus potuerim invenire, si quid quoque habes quod narres, mihi gratissimum facies. 9.

Tor. Ex historiographis aliquem de hoc scripsisse nunquam me legisse memini. verum quum majorum meorum vestigia insecutus hac de re diligenter inquisissem, in turris pariete templi divi *Petri*, hic superius existentis, *JANI TEMPLUM IN ARCE* quandam ingentis fornicis clavem marmoream, in qua Tauri caput insculptum est, jampridem intuitus sum: quam alicujus arcus Theatralis molis istius fuisse, reliqua marmora hic inventa, simili que arte elaborata, demonstrant, multos *Octaviani* nummos aureos, in quibus Taurus erat impressus, conspexi. Præterea quum partem pontis hujus, quæ fluminis impetu corruerat, instaurandam curarent, inter alia evulsa marmora, quoddam pulcherrime elaboratum saxum vidisse memini, in quo hæ literæ legebantur: OCTAVIAE. C.F. ET SOR. CHARISSIMAE, ET SIBI. de quo fiet mentio in sequenti libro. Quæ quidem *Octavia Octaviani Cæsaris* soror fuit, & uxor majoris *Agrippæ*, quorum pater *C. Octavianus* appellabatur, ut in vita *Octaviani* Cap. XLVI. ipsius Cæsaris à *Suetonio Tranquillo* descripta patet: qui quum in regione palatii ad capita bubula latus esset, insigne ipsius Tauri caput fuisse ex nummis ipsius, ac ædificiis, jussu ejus erectis, constat: ex quibus molem hanc immensam Theatralem *Octaviano Cæsare Augusto* jubente erectam fuisse semper existimavi, seu ejus tempore constructam.

Joa. Authorem Theatri illius celeberrimi *Octavianum Cæsarem* fuisse non dubitandum puto ait enim,






ICHNOGRAPHIA THEATRI, cum Porticuum Fundamento.

Joa. En, hic inferius, homo quidam papyrum præ manibus habens, rerum antiquarum monumenta, in Iesuatorum viridariis iacentia, inspice-


A

omnibus tam prædictæ Ecclesiæ cum clero, quam c cto ejusdem civitatis populo, absque ulla publicæ tis offensione, ipsum ædificium publicum usque ad




THEATRUM in RIPA ATHESIS POSITUM.

Epistylium *ex* Theatro.






Corona
in
Porta Theatri.





JANI TEMPLI
Clavis.
in Castro D. Petri.





AMPHITHEATRUM *in* Foro Boario *Situm*.

enim *Suetonius* in *Octavii* ipsius vita, (cap. XLVI.) *Italiam duo de triginta coloniarum numero deductarum frequentavit, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit, etiam jure, ac dignatione urbi quodammodo pro parte aliqua adæquavit, excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus urbanis Decuriones colonici in suam quisque coloniam ferrent, & sub die comitiorum assignata Romam mitterent.* Quum ergo in civitate *Veronæ* Decuriones essent, ut ex monumentis antiquis, de quibus alio loco erit sermo ostendetur, Theatrum putandum est *Octavii Cæsaris* tempore fuisse ædificatum: verum quia tarda jam est hora, in forum prius, deinceps domum nos conferamus, in crastinum

13. colloquia nostra differentes.

Joa. Satis in foro permansimus, per vicos (si placet) aliquantulum deambulemus, forum Boarium versus pergentes, domum postremo revertemur.

Tor. Eamus.

Joa. Sæpius *Torelle* summa diligentia quis Amphitheatrum istud juxta forum Boarium, mirabile sane construxerit, quum perscrutatus fuerim, quicquam certi nunquam habere potui. Nec est credendum hoc tam admirabile opus à scriptoribus silentio prætermissum fuisse. Verum quum historias una cum authoribus ipsis quamplurimas, barbarorum inundatione totam *Italiam* devastante, deperditas, nusquam videamus inveniri facile, & Amphitheatri nostri conditoris, aliorumque multorum ingentium simul & admirabilium operum hìc repertorum memoriam deletam crediderim. Verumtamen à præpotenti aliquo cive, seu potius Imperatore Romano ingens hoc opus constructum censeo.

Tor. Civis alicujus sumptibus erectum fuisse, quum incredibiles & innumerabiles impensas exigat, nunquam arbitror: Imperatorem vero authorem facile crediderim.

Joa. Civem ergo aliquem hujus Amphitheatri authorem fuisse negas? Ignoras ne *Marcum Crassum* dicere solitum nullum *Romanum* civem divitem appellari debere, nisi qui totum per annum *Romanum* exercitum impensis propriis alere potuisset?

Tor. En quisnam ille astans medio Amphitheatro, & baculum manu gerens?

Joa. Carottus est.

Tor. Certe ille ipse est: illum tamen minime noveram: Senectus enim non vires modo, sed & visum, & sensus omnes perstringere consuevit.

Joa. Illum adeamus quid istic meditetur sciscitaturi.

Tor. Salve *Carotte*, quid Amphitheatrum circumspiciens baculum manu tenes?

CAROTTUS. Mensura pertica est, quam teneo.

Joa. Quot pedum?

Car. Sex. Cur autem huc venerim, si vacat audietis. Proxima nocte hæc admiranda Amphitheatri moles mihi quum subiisset totam in tabella pingere, quantamque hominum multitudinem caperet, exquirere ego ipse decrevissem, Arcus supremos, medios, & infimos primi, & secundi parietis connumeravi. Januas, quibus in Arenam datur ingressus, aliasque per quas patet ad gradus ascensus, omnesque gradus sigillatim adnotavi, nunc vero & latitudinem, & longitudinem dimetiri institueram.

Tor. Laudandus es *Carotte*, qui admiranda hæc, & quæ nos quoque libenter agnosceremus, diligentius exquiras.

Car. Omnia, si, quoad perficiam, morari vobis grave, aut incommodum non erit, intelligetis.

Joa. Immo, quum rem jucundissimam ac mul-

A tum diuque exoptatam simus audituri, mora hæc nobis futura est gratissima. Verum ut facilius commetientem illum possimus intueri, medios ascendamus gradus, ibique, dum ipsum operiemur, sermonem, quem de Amphitheatri hujus cœperamus authore, perficiemus.

Tor. Tuæ adstipulor sententiæ.

Joa. Igitur, quum civem Romanum, si dives merito dici debuisset, tanto divitiarum & opum luxu abundare opus esse intellexeris, *Romanum* itidem civem Amphitheatrum condere potuisse, non ibimus inficias. Sed ut quid sentiam, aperte 3. v.

B dicam, Theatrorum olim, & Amphitheatrorum constructio, simul & usus, in *Græcia*, & in *Italia* fuit antiquior, quam *Romæ*, ut ex *Lucii Vitruvii* Lib. V. Cap. XVI. his elicitur verbis. *Sin autem quæratur in quo Theatro ea sint facta, Romæ non possumus ostendere, sed in Italiæ regionibus & in pluribus Græcorum civitatibus.* Non igitur negarim, sed ausim potius affirmare Amphitheatrum nostrum ante Theatri ab *Octavio* erecti molem, à *Veronensi* Republica fuisse constructum. Quod facilius datur intelligi, quum nec in ipso Amphitheatro, nec in ruinis illius minimum litterarum, aut rei alterius indicium repertum sit: quibus aut

C civem *Romanum*, aut Imperatorem authorem fuisse conjicere possumus. Præterea quum nondum constet *Venetos* à *Romanis* unquam subactos, sed ipsis fœdere conjunctos, ut apud *Ciceronem* in invectivis in *M. Antonium* colligitur: *Veronam* nulli subjectam, cum amplissima esset, hanc ludorum gratia Amphitheatralem molem erexisse, facillime crediderim.

Tor. Hanc sententiam non contemnendam censeo: In multis enim urbibus antiquissima Theatra reperiebantur, quorum vestigia adhuc ajunt extare. Vidi ego dum *Romam* pergerem prope *Spellum Thusciæ* oppidum antiquum hujuscemodi vesti-

D gium operis.

Joa. Marmoreum ne, an lateritium?

Tor. Lateritium: Construebantur enim pro civitatum facultate, nobilitateque ac amplitudine. Nec mirum hoc nostrum, & amplum, & marmoreum, quum & urbs esset amplissima, & in *Veronensi* agro marmora non alba solum, verum & nigra, & rubea, & diversis coloribus maculata, insigniaque etiamnum excudantur ubique. Quorum durissima quædam, alia mediocria, quædam mollia, nec ab urbe multum distantia, quæ fluvio proxima, modica in urbem vehuntur im-

E pensa.

Joa. Non igitur mirum, si marmoreum struxere.

Tor. De Amphitheatro etiam legitur in quibusdam chronicis: *Amphitheatrum, quam Arenam vulgo appellant, anno* XLII. *Imperii Augusti extructum fuisse:* Et *Cyriacus Anconitanus* in quodam itinerario sic scriptum reliquit: *Et denique Veronam feracissimam & antiquam civitatem venit: ubi non exigua veterum monumenta comperit, præsertim Labyrinthum, quod Arena nunc dicitur: & habetur, quod constructum fuerit, anno Imperii Octaviani Augusti trigesimo nono, ante natalem Christi diem, tertio, cujus pars exterior terræmotibus corruit: & nunc

F conspicitur locus rotundus Arenæ, per totum magnis saxis undique constructus, & (ut ita dicam) perfilatus, quum intus cubalis, & antris multiformiter redimitus sit. In hujus autem rotunditate extant Scalæ magnis lapidibus appositæ, quæ, quanto magis in amplitudinem protenduntur: tanto magis in rotunditatem videbantur ampliari, & sicuti nonnulli referunt, quinquaginta cubitis in altitudinem extenditur. 14. In cujus summitate quidam locus magnus, & nobilis multiformis, elaboratus, marmoreo lapide circumcirca redimitus erat.* Et vere Amphitheatrum ipsum eo fuit tempore ædificatum, ut ex his quæ

jam dicta ſunt, percipitur: Perſpicuum enim & exploratum eſt, ſpectacula, ſive gladiatorios ludos in Amphitheatris fieri conſueviſſe, & in hoc authores omnes conveniunt, præſertim *Plinius* Lib. XXXVI. Cap. XV. ubi memorat plura ædificia *Romæ* ædificata. Quod autem Amphitheatrum fuerit *Veronæ* ante *Plinii* tempus ædificatum, facile dignoſcitur: quia non conceſſit *Maximus Africanus Veronenſibus* gladiatorium munus, niſi ibi fuiſſet Amphitheatrum, in quo potuiſſet exerceri. Quod facile oſtenditur ex epiſtola ultima, libri ſexti *Caji Cæcilii Plinii* junioris ad *Maximum Africanum*, cujus ſunt verba: *Recte feciſti, quod gladiatorium munus Veronenſibus noſtris permiſiſti, à quibus olim amaris, ſuſpiceris, ornaris: inde etiam uxorem chariſſimam tibi, & probatiſſimam habuiſti, cujus memoriæ à te opus aliquod, maxime funebre debeatur. Præterea tanto conſenſu rogabaris, ut negare non conſtans, ſed durum videretur. Illud quoque egregie, quod tam facilis, tam liberalis in edendo fuiſti: Nam per hæc etiam magnus animus oſtenditur. Vellem Africane, quas coëmeras plurimas, ad præfinitum diem occurriſſent. Sed licet ceſſaverint illæ, tempeſtate detentæ, tu tamen meruiſti, ut acceptum tibi fieret, quod, quo minus exhiberes, non per te ſtetit.* Nec debet dici quod ſi fuiſſet ædificatum Amphitheatrum ipſum tempore *Octaviani*, *Plinius Secundus*, qui *Veronenſis* fuit, de eo meminiſſet: quia facilis eſt reſponſio. Nam *Plinius* Lib. XXXVI. cap. 16. jam dictis meminit de pluribus ædificiis urbis *Romæ*, nec ullam penitus de aliis Theatris, vel Amphitheatris *Italiæ* mentionem fecit, neque in diverſis *Græciæ* urbibus exiſtentibus. Multa enim & in *Italiæ* civitatibus & *Græciæ* erant hujuſcemodi Theatra, quorum unum aliis longe excellentius in *Italia* extra muros *Placentiæ* fuit: quod deinceps tempore *Vitellii* Imp everſum fuit: quemadmodum narrat *Cornelius Tacitus* Lib. XIX. & *Vitruvius* refert. Quinimmo nec de omnibus Theatris *Romæ* exiſtentibus meminit: quandoquidem tempore *Plinii* aderat Theatrum *Marcelli*, & Theatrum *Cornelii Balbi*, ut refert *Dion* Lib. IV. maxime quia non fecit proprium ullum Tractatum de civitate *Veronæ*: ſed obiter tangit de vino, & perſicis lanatis, tantum in agro *Veronenſi* natis, ac de anguillis. Si vero quiſpiam quæſierit, cur *Octavianus* Theatrum & Amphitheatrum *Veronæ* ædificaverit? illud tantummodo cogitet, quod hujuſmodi Theatra & ædificia per Imperatores & principes Romanos ædificari antiquitus per urbes conſueverunt, ut videtur in *Syrmione* oppido *Veronenſi* ædificium illud ampliſſimum. Extant inſuper arcus quamplurimi, in urbe noſtra *Veronæ*, veluti arcus Caſtri veteris: qui ut ex litteris in eo
14. v. inciſis percipitur, factus fuit tempore *Cnei Strabonis* patris *Pompeji* magni, qui primus deduxit colonias Tranſpadanas, ut refert *Blondus* de *Roma* triumphante, per *Lucium Vitruvium* architectum, qui fuit tempore *Caji Cæſaris*, & ſubſequenter *Octaviani Cæſaris*, ut ex ejus, in libros de architectura, procemio ſatis patet. Arcus vero in regione Leonum, conſtructus fuit. *Pub. Valerio Q. Cæcilio. Q. Servilio. P. Cornelio*, fortaſſe IIII. viris, ut habetur ex litteris in tabella ibi ſculptis. Reliquæ etenim litteræ vetuſtate corroſæ, perlegi non poſſunt. Attamen iſti omnes fuerunt ante *Plinii* tempora, licet de his *Plinius* nuſquam meminerit. Extant & aliæ rationes, quæ adduci poſſent, & conſulto, brevitatis cauſa omittuntur, quoniam oppoſitionem illam ſatis ſolutam puto. Sed adeſt *Carottus* noſter.

Car. Omnia meritus diligentiſſime formam graphice expreſſam vobis tradam: ubi Amphitheatri ipſius, quum modo ſit imperfectum, (parietem enim exteriorem, parvula parte excepta, dejectum videtis) perfectio continebitur.

A *Tor.* Omnibus gratiſſimum feceris.

Car. Verum quo figuram poſtmodum facilius ſenſu percipere poſſitis, rem totam paucis exponam. Hujus igitur Amphitheatri celeberrimi paries, quem Alam appellant, exterior marmoreus, in tres Arcuum ordines mirandos diviſus, infimos ſcilicet, medios, & ſupremos altitudine incredibili, ut videre vobis datur, extollitur, quorum unuſquiſque ſeptuaginta duos continet arcus. Inter ſupremos quoſque ſtatuæ pulcherrimæ, ut veſtigia edocent, erectæ erant. Supra arcuum ordines alius inerat ordo feneſtrarum LXXII. ampliſ- B ſimarum, aulis ſane ingentibus toti amphitheatro circumductis deſervientium, unde exterius & interius patebat deſpectus, ut ex parte parietis adhuc exiſtentis comprehendi poteſt. In parte vero infima, ordo porticuum triplex conſpicitur, exteriorum ſcilicet, mediorum, & interiorum, totum opus ambientium, unde per portas decem & octo datur aditus in ipſius interiorem planiciem, cujus longitudo perticarum XXXIX. latitudo vero XXII. & dimidiæ exiſtit.

Joa. Opus hoc rotundum putarem.

Car. Falleris: quinimo ovalis eſt figuræ. Ab illius etenim planicie pro ſedibus XLII. inſurgunt C gradus, & per triplicem portarum ordinem, ut videre poteſtis, aſcenditur: Quarum quilibet conſtat numero XVI. infimarum videlicet, mediarum, & ſupremarum. Ad infimas per exteriorem & mediam porticus: Ad medias per exteriorem infimam: Ad ſupremas per aliam porticum, exteriori porticui ſuperpoſitam tendebatur: licet etiam in gradibus ipſis ſcalæ reperiantur uſque ad ſupremam Amphitheatri partem vergentes. Cernitur & arcuum ipſorum duplex ordo, poſt exteriores, ipſis fere (ut videtis) æqualium, juxta eorum ordinem poſitus, continens quilibet arcus LXXII. D quorum omnium, & exteriorum numerus CCCLX. reperitur.

Amphitheatrum *Veronenſe* figura eſt ovali, cum reliqua omnia, quæ quidem ſuperſunt in *Italia* ſint circuli figura; ut *Puteolanum*, *Minturnenſe*, *Acr.cadanum*, & *Romana* duo, *Titienſe* & *Statilii* Turris, quæ omnia ſigillatim luſtravimus.


Joa. Magnus quidem arcuum numerus. Verum quotnam hominum millia gradibus ipſis inſidere poterant, libenter noſſem.

Car. In gradibus ipſis hominum 23184. ſeſſionem commodam ſignari potuiſſe comperio, cuique hominum ſpatio pedis cum dimidio attributo, demptis etiam portarum ſpatiis, ut per eorum commenſurationem colligi poteſt. Capacitas enim ſupremi gradus in circuitu perticarum CLXXXIII. reperitur: Medii autem vigeſimi primi à ſuperiori deſcendendo perticarum CXLII. cuilibet portarum E latitudini aſſignatis pedibus quinque cum ſeſquipede, quæ quum numero XLVIII. ſint, paſſus XLIIII. in ſe continent, quo numero duplicato, ſic altitudine ipſorum duorum graduum exiſtente, exeunt perticæ LXXXVIII. Gradibus itaque omnibus à primo ad ultimum reductis ad computum medii, Perticæ 5796. reperiuntur, ſicque ſpatio pedis cum dimidio cuilibet homini aſſignato 23184. hominibus datur commoda ſeſſio. Aderant & Aulæ ſuperius ductæ, capaces innumeræ multitudinis, in ipſa etiam media planitie, multitudo innumerabilis hominum continebatur. Rem itaque totam brevibus perſtrictam habetis, verum in tabel- F la, quam ad te *Torelle* mittam, clarius omnia contemplari poteritis. Nunc autem quo rem perficiam, domum pergam, habeo etenim, & aliorum ædificiorum antiquorum exempla urbis noſtræ, quæ vobis offero, quum volueritis, oſtendere. Valete.

15. Quot hominum capax Amphitheatrum *Veronenſe* Sex. Ruffus refert Amphitheatrum *Titi* Cæſ. *Romæ* cepiſſe ſeptem & octoginta millia.

Tor. Gratiſſimum feceris, meaque opera, tibi cum libuerit, uti poteris.


Joa. Nos quoque verſus Caſtrum vetus deambulemus. Paucis quidem, apertiſſime tamen, univerſam hanc ingentem molem demonſtravit *Carottus.* Quæ quum tot hominum millia caperet, urbem



ARCUS P. VALERII,
in Regione Leonum.



14.



Frontispicium Arcus P. VALERII,
in Regione Leonum.






Frontispicium Arcus P. VALERII in Regione Leonum



ICHNOGRAPHIA
Fundamenti
AMPHITHEATRI.

P. XII.










ARCUS Veteris Castri.






Columna Arcus
Veteris Castri.












Epistylium
Arcus Veteris Castri.





Frontispicium
ARCUS VETERIS CASTRI.







ARCUS GALLIENI.
seu
PORTÆ BURSARIÆ.






Epistylium
ex Arcu Gallieni.






ARCUS JOVIS AMMONIS,
in Via Curriculari.






Epistylia
ex
ARCU JOVIS AMMONIS.





ARCUS TIT. FLAVII,
in Regione Leonum.

Columna Arcus TIT. FLAVII
in Regione Leonum.







Epistylium Arcus TIT. FLAVII.
in Regione Leonum.

bem hanc vere ampliſſimam fuiſſe conjici poteſt. quod & alia demonſtrant. Hic itidem prope caſtrum vetus pulcherrimus arcus, in quo extant literæ. Hunc accurate inſpiciamus.

Tor. Partim combuſtus, partim dejectus, ſepultusque ſub terra videtur. Verum ſi per foſſam inſpiciamus, uſque ad baſim videre poterimus.

Joa. Hoc in latere ſatis a baſi uſque ad ſummitatem cernitur.

Tor. Duplex eſt arcus: animadverte. quandoquidem in hac occidentali parte quatuor ſunt columnæ ſtriatæ, quarum extremæ in angulis ſitæ, ſingulæ geminarum vicem præbent: quum & lateribus arcus ipſius, & faciei deſerviant: Inter has atque alias poſtibus adhærentes aderant in his (ita dixerim) ædiculis imagines magnitudinis (ut puto) hominis cum literis a dextris. M. GAVIO. C. F MA RO A ſiniſtris autem. C. GAVIO. C. F. STRABONI Orientalis vero facies pulchrior. In hac etiam erant imagines inter columnas. A dextris literæ legi poſſunt: GAVIÆ C. M. F. A ſiniſtris vetuſtate, igneque corroſæ legi recte non poſſunt. Et hic in poſtibus utrinque legitur: L. VITRVVIVS. II. CERDO ARCHITECTVS.

Joa. Non mirum hunc exactiſſime arcum conſtructum, quum *Vitruvius* ipſe celeberrimus fuerit architectus.

Tor. Epiſtylia, corona, cymatium, denticulus, ac reliqua ſubtiliſſime elaborata quum fuerint, nec non vetuſtate fere dejecta facile conſpici poſſunt. alias exactiſſime omnia in Tabella ſignata *Carottus* noſter obtulit, cui multum debemus. Sed de *Vitruvio* illud conſiderandum fuerit diligentius, num idem ſit putandus, cui hic cognomentum additum eſt *Cerdoni*, & ille cujus de Arctitectura opus accuratiſſime conſcriptum circumfertur? quum in vulgatis editionibus ille non *Cerdonis*, ſed *Pollionis* cognomentum obtineat. Sed de hoc alias (ſi videbitur) erit diſputatio.

21. *Joa.* Barbarorum moris eſt in omnia ſævire, nec à rebus ſacris, immo nec à Diis ipſis temperare. Tanta enim in *Italos* uſi ſunt immanitate, ut habitatoribus interfectis, rebusque eorum direptis, non ſolum ædificiis, urbibusque, ſed ne Deorum quidem templis pepercerint: immo igne, ferroque omnia ſolo æquare conati ſunt. quod noſtræ etiam clariſſimæ urbi, quum paſſim tot tantaque ruinarum veſtigia occurrant, accidiſſe videmus. Ter enim ſolo æquatam plurima indicia demonſtrant.

Tor. Maximas calamitates huic noſtræ urbi à barbaris illatas credo, ſed eos atrociſſimas dediſſe pœnas, ut plurimum legimus. *Italiam* enim barbarorum ſepulchrum tandem fuiſſe in omnibus fere hiſtoriis traditur. In iſto quoque *Veronenſi* agro innumerabilia barbarorum millia quis ignorat diverſis temporibus trucidata?

Joa. Infinitam illorum ſtragem in agro *Veronenſi* factam legi.

Tor. Ego proximis diebus elapſis, quum *Eutropium Pollionem* percurrerem, in ipſo trecenta barbarorum millia non procul à *Benaco* lacu in Lugana ſylva à *Claudio* ſucceſſore *Gallieni* deleta comperi.

Joa. Eſt ne hic *Gallienus*, de quo in iſto arcu in hac curriculari via exiſtente mentio?

Tor. Eſt, ſed Arcum per *Gallienum* nequaquam erectum puto: quum videatur antiquior.

Joa. Immo putandum ab ipſo *Gallieno* erectum, quum magnificus ſumptuoſiſſimusque ſit. En geminas has portas cum columnis ſtriatis pulcherrimis: inſpicias illas duodecim feneſtras. Vide quam ſubtili arte epiſtylia, coronæ, cymatium, denticulus, ſima, triglyphum, & reliqua omnia inſculpta ſint. Imperatoriam quippe majeſtatem præ ſe fert Arcus iſte.

Tor. Magnifice quidem, ac ingenioſe conſtructus eſt: Verum compago ipſa, arcum multo tempore ante *Gallienum* erectum fuiſſe, demonſtrat.

Joa. Sed cur has litteras *Gallieni* nomine ſculptas arbitraris?

Tor. Litteras legemus, poſt cauſam inſcriptionis narrabo: legas *Joanes.*

Joa. COLONIA AVGVSTA VERONA NOVA GALLIENIANA VALERIANO II. ET LVCIO COSS. MVRI VERONENSIVM FABRICATI EX DIE III. NON. APRILIS, DEDICATI PR. NON. DECEMB. JVBENTE SANCTISSIMO GALLIENO AVGVSTO N. INSISTENTE AVR. MARCELLINO V. P. DVC. CVRANTE JVLIO MARCELLINO.

Tor. Barbaros illos, quos à *Claudio* trucidatos diximus, quum per Tridentinas Alpes in *Italiam* irruiſſent, urbem hanc, quum prima objiceretur, oppugnaſſe, incoliſque interfectis, eorumque bonis ablatis, ſolo æquaſſe ſcietis, quibus poſtmodum deletis *Gallienus*, quum urbem inſtaurandam curaret novis colonis inductis muros fabricari juſſit, in quibus ædificiorum antiquiſſimorum, celeberrimorumque operum ruinæ plurimæ incluſæ ſunt, huncque Arcum dejectum hic erigendum pro urbis porta, & litteras inſcribendas curavit.

Jac. Hoc jam ego ſuaſus, nunc denique cum *Joanne Nicola Capella* perſuaſus, facilius credo: quum in ipſis muris nonnullæ Amphitheatri tabulæ cum numeris, plurimaque ruinarum fruſta adhuc videri poſſint. Menſibus quoque proximis dum pars quædam ipſorum murorum dejiceretur, in ipſis ſaxa litteris inſculptis, imaginum fruſta, lapis quidam ingens cum capite *Megæræ* ſculpto, & quodam Tritone inventus fuit, plurimaque alia vetuſtatem quandam intuitu dignam arguentia memini reperta. 21. v.

Tor. Hoc & ipſe credo, præſertim etiam, quum *Philippus* Imperator XXVIIII. quando à *Decii* militibus fuit interfectus, *Veronæ* reperiretur: inter quem, & *Valerianum*, qui aliquot annos cum *Gallieno* filio imperitavit, duo Imperatores, hoc eſt, *Decius*, & *Vibius Gallus* annos quinque tantum ſupervixere. Sed de his alias, nunc ad inſtitutum opus redeamus.

Tor. Pulcher eſt etiam hic prope exiſtens arcus, ſed nullæ inſculptæ ſunt litteræ auctorem indicantes. Caput hoc *Jovis Hammonis* hoc in angulo infixum, clavis fornicis arcus erat. Totum in tabella pictum *Carottus* exhibiturum ſe pollicitus eſt, qualem antiquitus fuiſſe, poteſt conjici. 23.

Joa. Vellem alium quoque in via Leonum, qua in forum itur, exiſtentem videremus. 24.

Tor. Accedamus. Quum de hoc Arcu noſter ſermo ſit ortus, memini me alias *Suetonii Tranquilli* in vita *Veſpaſiani* Auguſti locum conſideraſſe, ubi de *Flaviorum* familia duas refert opiniones, quarum altera urbe *Spoletana* oriundam, altera Tranſpadanam familiam ipſam *Flaviorum* aſſeverat. Et dum has litteras T. FLAVIVS P. F. NORICVS IV. VIR. I. D. ipſo in Arcu ſculptas legerem, cogitavi, immo pro comperto prope habui, ipſam familiam *Veronenſem* fuiſſe: quia in multis locis, plurimiſque antiquis monumentis, nedum in hoc arcu, *Flaviorum* ſit mentio. Vidiſtis etiam (ut arbitror) monumentum illud vetuſtiſſimum, pulcherrimeque elaboratum, parieti domus novæ *Ioniorum* affixum, in quo litteræ, quas dicam, legi poſſunt: JVNONIBVS AVG. SAC. METELLAI, DE NOMINE SVO, ET TITI FLAVII HERMETIS VIRI SVI. D. D.

Joa. Plurimis in locis complura alia vidi *Flaviorum* memoriam servantia, litterasque insculptas legi: quæ, ne prolixiores simus, omittemus. Verum quam pulcherrimus sit arcus iste videamus, qui totus est marmoreus, fenestrisque multis decoratus. Sed ecce quam mirabilis sit sedes illa in summitate: doletque Arcus istius dirutam esse partem. At picturam exactissimè in Tabella expressam à *Carotto* videbimus, quemadmodum erat antiquitus.

30. v. *Tor.* Quum igitur variis in locis saxa multa *Flaviorum* memoriam continentia reperiantur, dictis *Tranquilli*, & ejus magnifici arcus litteris comprobantibus, quia in Transpadana sumus regione, familiam *Flaviorum* fuisse omnibus patere existimo.

Joa. Post hunc, & hic alter erat, qui, partim lateritius, partimque marmoreus, videtur antiquior: antiquo enim tempore in tanto usu marmor non erat, sed latere cocto struebantur.

Tor. Superioribus diebus dum paulo curiosius eum contemplarer, perspexi ibi esse Tabellam lapideam, cujus pars exterior edaci tempore corrosa videbatur, nonnullæque litteræ cernebantur: sensus autem nullus elici poterat. Dejecto itaque pariete reliquo tabellæ ipsius adhærente litteræ paulo inferius subjiciendæ visæ fuere, quæ sunt: P. VALERIVS, Q. CAECILIVS, Q. SERVILIVS, P. CORNELIVS. Isti fuerunt tempore, quo *Hannibal Carthaginensium* dux cum exercitu erat in *Italia*, ut refert *Eutropius* lib. III. & invaluit opinio quædam, constructum fuisse in memoriam victoriæ habitæ à *P. Cornelio* ad ripam amnis *Mintii* agri *Veronensis* contra *Insubres*, de qua meminit *Livius* Lib. II. Decad. IV. dicens: *Insubres cum Cenomanis super amnis Mintii ripas consederunt infra eum locum quinque passuum millia, & Consul Cornelius eidem flumini castra applicuit: inde mittendo in vicos Cenomanorum, Brixiamque, quæ caput gentis erat, ut satis comperit, non ex authoritate seniorum juventutem in armis esse, nec publico consilio Insubrium defectioni Cenomanos se adjunxisse, accitis ad se principibus, id agere, & moliri cœpit consul, ut deficerent ab Insubribus Cenomani, & signis sublatis, aut domos redirent, aut ad Romanos transirent. & id quidem impetrari nequivit, in id data fides consuli est, ut in acie aut quiescerent, aut si qua in re occasio fuisset, adjuvarent Romanos, & ita convenisse Insubres, ignorabant. Suberat tamen quædam suspicio animis labare fidem sociorum. itaque quum in aciem descendissent, neutrum his cornu committere ausi, ne si dolo cessissent, rem totam inclinarent, post signa eos in subsidiis statuerunt. Consul principio pugnæ vovit ædem sospiti Junoni, si eo die hostes fusi fugatique essent. à militibus clamor sublatus est, compotem voti consulem se facturos, & impetus in hostes est factus. non tulerunt Insubres primum concursum, quidam & à Cenomanis terga repente in ipso certamine aggressis, tumultum ancipitem injectum authores sunt. cæsaque in medio quinque & triginta millia hostium, quinque millia & septingenti vivi capti, & in his Amilcar Pœnorum Imperator, qui belli causa fuit, signa milliaria CXXX. & carpenta supra duo millia.*

Tor. Jam agitur annus, ni fallor, quum aro-
33 matarius quidam juxta beati *Thomæ* templum cellam vinariam effodi mandasset, in terramque decem pedes descensum esset, frustum columnæ marmoris Parii satis amplæ crassitudinis suæ basi affixæ invenit, atque ibi aliarum sex columnarum non multum distantium vestigia, & frusta magna videbantur. Imago quoque marmorea cataphracti viri, pars etiam arcus unius mirifice elaborati, frusta quamplurima simarum, coronarum, denticulorum, stylobatorum, epistyliorum argutissime A elaboratorum, cæterarumque hujusmodi molium ibidem comperta fuere. Et in alia cella vinaria contigua, clavis arcus superius dicti potest cerni. In illius quoque inferiori parte aquilæ est insigne cum Trophæo sub pedibus. Quæ cuncta, cum ædificiorum amplitudinem præ se ferant, aliisque domibus propinquis talium ædificiorum ruinæ fuerint compertæ, proculdubio mihi persuasi, *C. Marium*, qui solus primus omnium aquilæ signo usus fuit, sæpe dictorum ædificiorum arcus, & Trophæi, authorem fuisse, ad memoriam stragis ab ipso, & *Domitio* collega apud *Atizonem Veronensis* B agri *Germanis* illatæ. Quæ omnia quum sint pulcherrima antiquitatis, ac majestatis monumenta memoratu digna, in Tabella à *Carotto* nostro me curante pingentur illius solita peritia.

Non dissimilia sunt *C. Marii* tropæa quæ *Romæ* videntur in via, quæ est ad dextram viæ *Prænestinæ*.

Joa. Et in fine leonum viæ forum versus (nec multum distat locus iste à Templo divi *Thomæ*) memini dum quidam alius cellam vinariam effodi jussisset, maximi Arcus fundamenta per decem pedum mensuram sub terra inventa, quibus insunt Stylobatæ erecti, ruinarumque vestigia multifaria aderant. Alia inventa, & quæ indies inveniuntur, enarrarem, sed brevitatis studiosus sermonis prolixitatem evitandam duco. nunc apud Ecclesiam C Cathedralem marmorea illa columna quadrata altitudinis pedum viginti quatuor, mirabilique studio cælata machinæ ingentis magnitudinem arguit: quod epistylium illud marmoreum in Trinitatis templo, duoque alia in beati *Zenonis* basilica antiquissima, & ex Pario marmore mirifice sculpta, opus magnificum innuunt: quemadmodum non longe ab eo maximus ille, mirabilisque Numidici marmoris seu Porphyretici, ejusque basis generis ejusdem.

Tor. Sed quid isthæc narrare conamur tota enim 34. v.
urbe stant & alia ædificia passim admiratione digna in civium domibus, multis sæculis collabefacta: saxa D etiam quamplura sculpta, monumenta vetustatem denotantia, partim serie annorum semifracta, partimque suo adhuc cum decore integra permanentia, priscorum nomina, veneranda quadam sæculorum majestate continentia: quæ si vellem enarrare, cum tot tantaque sint, vobis essem molestus longum tempus conterendo. nam nulla fere urbis parte effoditur, quin hujusmodi ædificiorum plurima, & ingentia frusta, & moles videantur, antiquitatem, amplitudinem, nobilitatemque civitatis hujus inclytæ arguentia. Quocirca *Veronam* urbem *Italiæ* antiquissimam summaque amplitudine fuisse negari non potest: ubi plura ædificiorum antiquiorum veE stigia, quam in cæteris omnibus *Italiæ* locis (*Romam* semper excipio) inveniantur. Qui autem ædificiis his authores fuerint prorsus haberi non possunt, temporis longinquitate, barbarorumque irruptione, a quibus omnia igne ferroque diruta, & solo æquata opinor. Ter enim combustam urbem hanc nostram (ut iterum dixi) soloque æquatam fuisse ex ipsis ruinis percipitur, licet postea propter pulcherrimum loci situm, agrorumque felicitatem, atque omnium rerum affluentiam subinde instauratam videamus.

Joa. En jam tuam domum *Torelle*, dum hæc inter nos commentamur imprudentes pervenimus: F Vale igitur & qua opus fuerit, hora nos expecta.


Tor. Vos quoque valete.

Car. Diebus proximis quum Theatri figuram
exhibuissem, ipsiusque dimensionem promisissem, 37.
in præsentia pollicitis satisfaciens, rem totam paucis expediam. Sed ne circa perticam in mensuris aliquo capiamini errore, quum eodem modo apud diversos non habeatur, ipsius longitudinem, qua passim *Veronensi* in agro utimur, prius declarabo, admonens hæc omnia ædificia, quæ in hoc volumine


Ad D.CÆCILIÆ *Templum.*

22






FRUSTUM COLUMNÆ,
in Vico D. Thomæ.





IN VICO D. THOMÆ COLUMNARUM FRUSTA.












CLAVIS ARCUS,
in Vico D. Thomæ.







Pedis quo Veronae utimur mensura. Perticæ hujus explicationem vide Pag. 21. A.



mine continentur, hac me dimenſum fuiſſe. Perticam igitur in ſex partes, id eſt, in ſex pedes ita nunc, ut olim, nuncupatos, diviſam intelliges, quorum quilibet in duodecim particulas ſecatur: Unciæ nuncupantur: quælibet uncia in quatuor partes, minuta appellata, dividitur. His igitur hoc modo præmiſſis ſcias, Theatrum ipſum ab uno cornu, unde ſpirat Aquilo, ad aliud, unde Aphricus pedum CCCLX. longitudinem continere. A parte vero in ſummitate montis exiſtente, unde *Eurus* emergit ad alteram, usque ad *Atheſim* protenſam *Caurum* verſus CCCXL. pedes in latitudine connumerantur. Hujus ſuprema porticus in montis ſummitate conſtituta pedum XXV. latitudinem, ut in ipſa ichnographia poteſt videri, occupat: Intercolumnia parietis porticus columnis tum rotundis, tum quadratis cum epiſtyliis Doricis terminantur: quarum rotundæ, ac longiores per duas partes extra quadratas breviores exporrectæ ſunt. Longiorum craſſitudo pedis unius, ac unciarum quinque. Altitudo vero pedum tredecim unciarum duarum exiſtit: Capitellum autem eſt unciarum novem: quibus longioribus columnis, utrinque aliæ angulares, latitudinis pedis unius, unciarum ſex, craſſitudinis vero unciarum ſex adhærent, cum capitellis altis unciis duabus, minutis tribus cum dimidio. Iſtis vero aliæ angulares unciarum quælibet decem in latitudine: in craſſitudine vero unciarum ſex conjunguntur. Intercolumniorum autem ſpacium pedibus tribus, unciis ſex in latitudine includitur: excepto tamen quarto quolibet, ubi duæ tantum angulares columnæ adſunt craſſitudinis pedum II. unciarum quinque, longioribus columnis inhærentes. Hujus ſpatium eſt pedum quinque unciarum trium, ſicut in figura videri poteſt. Sub hac aderat & alia porticus in multa intercolumnia diviſa, quorum tria fornicata conſpiciuntur, alternatim tamen adſunt modo duo, modo ſola angularia columnia cum epiſtyliis Doricis ſuperioribus, non ſine ſymmetria, ut in figura patet. Ex hac porticu in ambulatorium, ſeu porticum gradibus ſupereminentem per ſcalas deſcendebatur, cujus latitudo intra columnas eſt pedum novem. Graduum deinde ſubſequitur ordo ad orcheſtram protenſus. In orcheſtris pedum decem modulus invenitur. unde lineis diligenter deductis dimetientes totius Theatri commenſurationem, ac ſymmetriam adamuſſim reperietis. Columnæ ſcenæ circumductæ craſſitudinis ſunt pedum duorum, unciarum ſex, extraque per duas tertias in rotunditate exporrectæ cum epiſtyliis Doricis, columniſque angularibus, fornices ſuos ſuſtinentibus cum capitellis. Januarum vero principalium. per quas in proſcenium pertranſitur, pedum decem, unciarum ſex latitudo numeratur: quæ quidem in capite proſcenii exiſtunt. In ſcenam autem per tres portas ingreſſus patebat. Columnæ autem quadratæ in fluminis ripa conſtitutæ, porticumque ſuſtinentes, ſingulis lateribus ſex pedum latitudinem continent. Amphitheatri figuram cum vobis tradiderim: ejus etiam (quo rem perfectius teneatis) dimenſiones cognoſcetis: Primam itaque angularem vel primi ambitus columnam pedes ſex, uncias ſex in craſſitudine, in latitudine vero pedes ſex complecti ſcietis: ſtrata duodecim pedes in latitudine ſunt. Secunda columna ſecundi ambitus quolibet latere pedes quatuor concludit in craſſitudine. Principales autem januæ duæ reperiuntur, ſingulæ unicuique ipſius Amphitheatri capiti inſiſtentes, quarum quælibet pedes duodecim, uncias ſex in latitudine, reliquæ vero dextrorſum, ac ſiniſtrorſum his adhærentes pedum undecim, unciarum ſex latitudinem continent. Reliquarum autem quarumlibet latitudo eſt pedum duodecim. Omnes vero (ut in ipſa Ichnographia videri poteſt) numero ſunt ſeptuaginta duæ: Altitudo à ſolo ad primæ porticus ſummitatem fornicis, ſunt pedes viginti octo, ſecundæ vero viginti ſeptem. Gradus numero ſunt quadraginta duo, quilibet altitudinis pedis unius, unciarum duarum, uno excepto, circa medium exiſtente. cujus altitudo eſt pedum duorum, unciarum ſex. Scaligerorum vero graduum altitudo quorumlibet ſunt unciæ ſeptem, latitudo autem omnium pedes duo: Supremus autem eſt pedum duorum unciarum ſex in latitudine: ubi porticus tertii ordinis ſtylobates columnarum inveniuntur. Supereſt & quartus ordo, unde velamina extendebantur, Amphitheatrum ipſum cooperientia. Amphitheatri longitudo, à ſecunda columna ad ſextam viginti octo ſunt pedes: quæ ſexta columna quolibet latere pedes duos continet. Secundæ vero ſtratæ pedum novem, unciarum ſex eſt latitudo. Septima columna pedis unius, unciarum ſex uno latere, alio vero pedum duorum eſt in latitudine. Primum habitaculum pedes decemſeptem, uncias ſex, in longitudine includit. Columnæ ſingulo latere unciæ ſunt decem octo. Tertia ſtrata in latitudine pedes novem: columnæ vero pedem unum uncias ſex, in latitudine pedes quinque, in longitudine vero pedes ſex occupant. A nona columna ad aliam nonam oppoſitam vacuum, ſeu planicies cum podio pedes CCXLIV. capit, ab ipſa columna parietis extrinſeci ad ultimam columnam intrinſecam pedes XCII. unciæ ſex numerantur. Colligitur ergo ex iſtis totius Amphitheatri longitudo pedum CCCCXXIX. unde ipſius latitudinem ſcire cupiens, modulum ejus ſi ceperit, qui pedes ſunt duodecim (ut in ipſius ichnographia patet) omnem dimenſionem, ac ſymmetriam comprehendet. Ut ſuperioris arcus dimenſionem capere poſſis, omnes ipſius partes diviſas in pedes, uncias, & minuta ut opus eſt, ſibique proportionata ſcies. Quamobrem omnia per teipſum intelligere poteris, & ſic in aliis factum non te latebit.

Pertica ped. VI. Pes unciarum XII. Uncia minut. IV.

37. v.

A B C D E



DE
38. VIRIS ILLUSTRIBUS VERONENSIBUS ANTIQUIS, ET AGRI FERTILITATE
LIBER TERTIUS.



POstridie, quum iidem ad me convenissent, visum est concedendum in forum, visendæque imagines illustrium illorum virorum, qui & vivi magno ornamento huic civitati fuere, & nunc memoriam tam insignem inter mortales servant, servabuntque dum monumenta litterarum permanebunt. Igitur quum eo convenissemus, ac quæ in summo atrio curiæ collocata sunt, simulacra perspexissemus, quid est, inquit *Joan. Nicola Capella*, *Torelle*, quod *Vitruvius* omnium primus dispositus est, de quo & illud libenter audirem, unde nam constet, *Veronensem* fuisse *Vitruvium*?

Mihi, cum intuerer, nequaquam hæ statuæ videbantur antiquæ.

Tor. Quod primus locus *Vitruvio* datus sit, ego quidem non satis divinare scio, nisi forte, quod architectus architecto gratificari voluit. Fuisse autem *Veronensem Vitruvium* nullus (quem ipse viderim) est antiquus autor, qui referat. Non tamen parvifacienda civitatis opinio, quæ per vetustatem, & quasi per manus in ætates omnes emanavit, *Veronensem* fuisse *Vitruvium*: ita patres nostri semper, ita avi, ita proavi, ita atavi, & illorum patres existimavere: ita quoque & aliæ civitates putarunt semper, in qua communi existimatione nescio quid solidæ veritatis semper inesse consueverit, ut inscriptionem illam in arcu castri veteris, heri à nobis visam pertranseamus.

Jac. Melius quidem hoc, quam de *C. Plinio*: *Vitruvium* enim nullæ nobis civitates invident, C. autem *Plinium* non desunt, qui nobis invidere studeant*, ac etiam in litem vertant.

*Nimirum Novocomenses.

Tor. Id quidem factitant, sed diis certe invitis, & ipso etiam *Plinio*. Multa enim sunt, quæ civem nobis nostrum defendunt, è quibus omnia, quæ passim jactata sunt relinquens, quod ipsemet *Catullum* suum conterraneum vocet, quod doctiss. *Francisc. Petrarcha*, quod *Pius* Pontifex, quod *Erasmus* vir eruditiss. *Veronensem* eum appellent, ab instituto ipse nostro, id est, ab antiquitatibus civitatis non discedam. Cernitur in hortis Comitum de *Nogarolis* saxum, partim quidem confractum, ita inscriptum: PLINIVS SECVNDVS, quod videbitis in monumentis antiquis. Porro Secundorum familiam *Veronensem* fuisse, innumerabiles marmorum inscriptiones manifeste ostendunt: quæ mox inter alia, quæ collegi, urbis monumenta vobis demonstrare potero.

Jac. Valerius quoque *Catullus*, in suo carmine *Sirmionem* patriam suam fuisse, scriptum reliquit: *Sirmio* namque oppidum est *Veronense*, in *Benaci* peninsula. Et quanquam *Sirmium* etiam sit oppidum *Dalmatiæ*: *Eusebius* tamen *Catullum Veronæ* ortum scripsit.

Joa. Adest etiam imago *Æmilii Macri*, qui de avium generatione, de serpentibus, & de herbarum viribus opus reliquit, *Veronensis*, sicut ex titulo libri, & opere ipso constat.

38.v. *Tor.* Sciatis etiam aliam illam imaginem ob *Cornelium Nepotem* chronographum ibi erectam fuisse. Fuit enim & ipse *Veronensis*, ut refert *Pius* Papa in
A *Asiæ* descriptione. nonnulla scripsit de viris illustribus, de temporibus, & libellum, quo litteratum ab erudito distinxit. *Plinius* certe ipsum *Padi* accolam fuisse asserit, & sic ortum ex oppido *Hostiliæ*, quod in littore *Padi* situm est, quod quidem oppidum *Veronense* vocat *C. Tacitus*. Et quanquam opus illius inveniri non potuerit: *Veronensem* tamen fuisse non dubito, atque majores nostros statuam ei editissimo curiæ loco erexisse, ubi cæteras *Veronensium* illustrium virorum statuas collocarant.

Hostilia *Veronense* oppidum, sita est in ripa *Padi*, in eo loco ubi *Mincius* amnis *Pado* miscetur. Paret hodie Principi *Mantuano*.

Joa. Ex te vellem intelligere, an alios scriptores *Veronenses* in antiquis libris inveneris, & eorum nomina, si quos legisti.

B *Tor.* Dum percurrerem *Plinii Secundi* volumen, ipsum verbis iis usum fuisse legi: *Ista sunt longinqua monumenta Tiberii, Cajique Græcorum manus, quæ apud Pomponium Secundum, vatem, civemque clarissimum vidi*: ex cujus dictis fuisse *Veronensem Pomponium* ipsum colligo, quum ex Secundorum familia fuerit, & nominatus à *Plinio* civis. Fuit etiam patria *Veronensis Pacificus* Archidiaconus, qui primus fuit inventor Horologii nocturni, & composuit supra trecenta volumina librorum, ut patet ex literis in quodam marmore sculptis in Ecclesia Cathedrali. Fuerunt & alii illustres viri, ut passim
C legitur apud authores, & maxime *Blondum* de *Italia* illustrata cap. de Marcha Trivisana: de quibus in præsentia commemorare nolo.

Joa. Multa diximus de origine & nobilitate civitatis, sed quid de agro?

Tor. Hujus civitatis nostræ ager felicissimus est frumento, vino, oleo, omnique frugum genere, lanis, serico, atque aliis ad humanæ vitæ usum pertinentibus; nulli tandem *Italiæ* urbi secunda est *Verona*: quam flumen *Athesis* omnium amœnissimum interfluendo decorat. Decantatissimus *Benacus* carpionibus, lautissimisque aliis piscibus cunctis gratissimis undique. Breviter omnes qui eam semel
D viderint, ad se invitat, atque allicit. Plurimi etiam rivi, fluviorum instar, agrum ipsum irrigantes, adeo reddunt fertilem, ut alienigenis, nedum habitantibus facile victum suppeditet: ut *Blondus* quoque testatur, qui valde extollens agrum *Veronensem*, *Theodatum Ostrogothorum* regem, grandem vini acinatici quantitatem, *Romam* per flumen *Athesim* vehi jussisse, scriptum reliquit. de quo Acinatico vino *Cassiodorus* inquit: *Vinum etenim illud colore purpureo, regio sapore præcipuum, dulcedo ejus ineffabili suavitate sentitur, quod tamen tactus ejus densitate pinguescat, ut carneus liquor, aut potio edibilis videatur.* *Plinius* etiam summopere
E Rhæticum vinum laudat, *In Veronensi* inquit lib. xv. *Rhætica Falernis tantum à Vergilio posthabita*, & libro eodem de vitium natura tractans, uvas agri *Veronensis* commendat: ante eum *Rhæticis* prior erat mensa. Sed civitatis & agri copiosæ laudes à 39.
Joanne Antonio Pantheo Veronensi scriptæ sunt: libros ejus legite, supervacaneum enim censeo ab eo scripta repetere.

Solus *Benacus*, in Italia gignit carpiones. Meo judicio nullus piscis hoc est lautior.

Jac.

Jac. Cujus longitudinis latitudinisve ager est *Veronensis?*

Joa. Longitudo *Veronensis* agri à Septentrione & finibus *Turbularum* agri Tridenti extenditur in Meridiem ad *Policinium Ferrariensem* agrum milliaria circiter 80. Latitudo vero ab oriente, & agri *Vicentini* finibus transeundo per urbem in occidentem usque ad *Brixianum* agrum: atque ubi majori distantia, versus occidentem per circiter quadragies mille passus extenditur, licet alibi quoque major latitudo deprehendi possit.

Tor. Nuper de *Benaco*, & *Syrmionis* oppido noster fuit sermo: sed unum, quod est in medium proferendum, non retuli. in *Syrmione* ipso anti-

A quissima & magna structura cernitur, & ibi perhibent antiquitus à *Lucullo Romano* nobili fuisse constructam: quamvis illic nihil de ipso scriptum, vel sculptum videatur. magni etiam apparent fornices denotantes amplitudinem, regiamque (ut ita dicam) majestatem, ut quisquis viderit, facile illam conjectura assequi possit.

Joa. Nec urbs solum, verum & illius ager antiquis monumentis est insignitus erit quoque honorificum, si aliquæ ex notabilioribus picturæ, tuo ex *Torelle* voto, mandabuntur.

Tor. Mirum in modum cupio fieri, ut quam ampla, & antiqua fuerit civitas ipsa, clarius pateat.

40. v.

DE HIS QUI POTITI FUERUNT DOMINIO CIVITATIS

LIBER QUARTUS.



JAC. Istuc venimus data opera, quia nudius tertius dictum fuit *Veronam* ter à barbaris combustam, & à *Germanis* direptam, terque solo æquatam, à *Gallieno*que instauratam, ut qui nam alii ipsam desolati fuerint edoceres.

Tor. Nihil *Jacobe* sub sole perpetuum: pereunt cuncta longa temporis edacitate. atque ideo ipse quemadmodum vellem de eo, quod quæsisti, haudquaquam scientem te reddam, sed in chronicis scriptum inveni, ab *Antonino Vero* imperatore *Veronam*, quum plane diruta, ac desolata esset, instauratam, ac pristinæ, quantum licuit, dignitati restitutam: Et alibi legisse memini: *Verus Antoninus, qui & Marcus Imperator Augustus Veronam reædificavit.* Si autem quæras a quo fuerit prius eversa: à militibus *Vespasiani* eversam fuisse respondebo, quum eam tuerentur milites *Vitellii*, attestante *Cor. Tacito*, lib. XIX. dum inquit. *Veronam, quum à militibus Vitellii custodiretur, ab Antonio uno ex ducibus Vespasiani vallo est circundata.* meminit etiam de illius ruina: sed hoc legi non datur, quia libri ejusdem ultra vigesimum non inveniuntur, quemadmodum historiæ *Vespasiani* finis: in quibus fortasse civitatis excidia scripta erant. Sed si *Verus Antoninus* eam instauravit, ex hoc infertur antea illam fuisse eversam: à *Vespasiano* enim usque ad *Verum Antoninum* sex imperitarunt intermedii. Hoc autem fecisse *Verus Antoninus* ideo videri potest, quod primum ab illius antiquissima *Verorum* familia fuerat extructa. Et translato imperio per *Constantinum* Imperatorem ab urbe *Roma Byzantium*, quæ deinde ab ejus nomine *Constantinopolis* est appellata, totus Occidens cœpit deficere, & maxime incolæ *Histri*, seu *Danubii*, & *Tanais*, usque ad *Scythas* inclusive. Et licet multifariam tumultus ab ipsis populis concitati sint, multique ab Imperatoribus superati maxime à *Claudio* 31. Imperatore: tamen *Arcadii*, & *Honorii* temporibus, qui suo potiti sunt Imperio ab anno Christi CCCCVII. usque ad annum CCCCXI. *Alaricus* primus *Gotthorum* Rex ab ipsis in *Pannonia* creatus, simul cum *Radagaiso* altero *Gotthorum* duce ingressi sunt *Italiam*, *Radagaisus*que Apenninum transgressus, obvios habuit *Uldim* & *Sariam Hunnorum*, & *Gotthorum* duces, qui ad *Romanorum* præsidia inclinaverant, & ab eis interfectus, illiusque perditus exercitus. unde Alaricus alter rex manum illam *Visogotthorum Romanis* stipendiis apud *Constantinopolim* assuetam, in *Italiam* tradu-

B xit: ex quo *Arcadius* & *Honorius Stilicone* præfecto in Italiam misso cum exercitu contra *Alaricum*, tandem cum eo pacem iniere: & postea contra 41.
pacis fœdera die Paschatis contra eum irruperunt, *Samuele* Hebræo duce existente. qui *Samuel* in eo prælio occubuit Gotthorum parte interfecta, imperatorio exercitu fugato, reliquis captis. *Alaricus* his peractis ira accensus totam depopulatus est *Italiam*, urbemque *Romam* ingressus est, edicto, ut qui ad sacra loca confugissent illæsi essent, omnibus prædæ concessis. Et in illius locum *Arnulphus* rex successit, qui pace cum *Arcadio*, & *Honorio* Imperatoribus inita, totam tenuit *Italiam*,
C ut refert *Blondus* lib. I. decad. I.

Joa. Nondum tamen *Veronæ* eversores dixisti.

Tor. Scias secundam fuisse eversionem *Gallieni* tempore, ut nuper dictum est, *Attilæ* autem regis tertiam. Nam *Attila Hunnorum* rex (ut quidam ajunt) anno CCCCXXVII. *Leonis* primi Maximi pontificis tempore, cum maximo *Scytharum* exercitu *Italiam* ingressus est, & *Aquileja*, *Altino*, *Concordia*, *Patavio*, *Vincentia*, *Verona*, *Mediolano*, & *Papia* eversis, & habitantibus trucidatis, tandem *Leone* ipso Pontifice suadente ex *Italia* recessit.

Jac. Audivi *Langobardos*, ac alios quoque occidentales populos post *Attilam* in *Italiam* irrupisse.
D

Tor. Hi fuerunt *Alani*, qui ab occidente *Biorgo* rege ducente in *Italiam* venerant, & à *Richimere* Imperatoris duce, inter *Benacum* & *Bergomum* neci dati, quemadmodum libro eodem *Blondus* scriptum reliquit. Post hos *Odoacer Herulorum* & *Thulingorum* dux *Attilæ* regis exercitus reliquias in *Italiam* deduxit, & posthabita *Aquileja* in *Tarvisinos*, *Vincentinos*, & *Brixianos* venit, & *Oreste Augustuli* patre occiso, & *Papia* eversa, *Romam* se contulit, & à *Romanis* ipsis rex dictus *Italiæ*. hæc itidem *Blondus* libr. II. decad. I.

E *Jac.* Quamobrem de *Veronensibus* non meminit?

Joa. Tunc fortasse instaurata non erat *Verona*, si nihil de ipsa dixit.

Jac. Legitur etiam quod *Ostrogotthi* post ipsum *Attilam* in *Italiam* irrupere.

Tor. Verum est, & eorum rege ducente *Theodorico*, Imperatore *Zenone* assentiente, cum quo magna amicitia conjunctus erat. qui *Theodoricus Odoacrum* regem habuit obvium apud *Aquilejam*, eumque prælio superavit, & *Veronam* venit, quam

civibus ſeſe dedentibus præſidiis ſuis firmavit, & in ea expoſita præda iterum apud *Hoſtiliam Veronenſe* oppidum cum eodem *Odoacro* certamen habuit, illumque vicit, & tandem apud *Ravennam* interfecit, atque *Italiæ* rex effectus eſt. *Ravennæ*que ipſius anno CCCCLXIII. ex hac vita migravit, tumuloque affectus, ut *Blondus* lib. III. decad. I. ſcripſit.

Joa. Accurate percepi quomodo *Theodoricus Veronam* tenuit, ſed à quo poſt *Attilæ* deſtructionem eſt reædificata?

Jac. Puto à civibus & incolis refectam fuiſſe, quia nullus invenitur alius inſtaurator.

Joa. Dic ſodes, quonam pacto *Gotthi* ex *Italia* ſunt pulſi.

Tor. A *Juſtiniano* (qui ab anno D. XIIII. uſ-
41.v. que ad annum D.XXIIII. imperavit) ut perhibent, in *Italiam* miſſum fuiſſe *Beliſarium* ducem cum exercitu ad fugandos *Gotthos*, qui multis conflictibus eis fuſis, & *Ravennæ* duce eorum capto, rediit *Conſtantinopolim.* Reliqui *Gotthi*, qui in regione Tranſpadana remanſerant rege creato *Ildovaldo* inter eos nobili, tunc *Veronæ* commorante, exercitu inſtaurato, maximam partem *Italiæ* recuperarunt. Quamobrem Imperator *Narſete* Eunucho ſuo duce, aucto, ac corroborato exercitu in *Italia*, *Totilam* eorum regem interfecit, qui *Ildovaldo* ſucceſſerat, *Gotthis* ex *Italia* penitus pulſis anno D.LXIIII. ut apud *Blondum* Lib IV. Dec 4.

Jac. Mihi gratum fuit ſcire *Ildovaldum*, qui tunc *Veronæ* dominabatur, nobilem inter *Gotthos* fuiſſe ab eis factum regem: ſed illud quoque jucundum foret, cognoſcere quonam regimine uterentur *Veronenſes Gotthis* expulſis.

Tor. Populari. *Narſes* enim civitatem *Veronam* liberam dimiſit, ſolum nomine Imperatores recognoſcens, ut refert *Eutropius* Lib. VIII. Dec. I.

Joa. Quænam aliæ gentes præter *Gotthos* in *Italiam* venere, ita ut pars ejuſdem *Lombardia* vocetur?

Tor. *Langobardi*, qui ab Oceano *Germanico Albuino* eorum rege regnante in *Italiam* venere, *Verona*que potiti ſunt civibus annitentibus, ubi *Albuinus* ſedem ſuam ſtatuit, & dolo uxoris periit. De quo idem *Blondus* Lib. VIII. Decad. I. meminit. *Albuinus* enim uxorem, divitias, & regiam ſupellectilem ibidem habebat, cui defuncto ſucceſſit *Cleſen*, quo à ſuis *Longobardis* jugulato, & ab eiſdem creatis triginta Tyrannis, inter ſeſe *Italiam* partiti ſunt, captiſque urbibus, & oppidis, Baſilicas ſacras ædes, ac Theatra, quæ in ipſis regionibus erant multa, omneque publicum ornamentum delevere: ut *Blondus* ipſe Lib. VIII. Decad. I. ait, à quibus *Langobardis* nomen ſortita eſt *Lombardia.*

Joa. Scire etiam vellem quo pacto & iſti *Langobardi* ſint ex *Italia* pulſi.

Tor. Quum *Deſiderius* ultimus gentis illius rex, multa Eccleſiæ inferret detrimenta, *Leo* Pontifex anno D CCCIIII. quia *Græcorum* Imperator, & ipſe male de fide ſentiebat; *Romanis* annuentibus Imperium tranſtulit ad *Carolum Francorum* regem, qui duobus exercitibus conjunctis in *Italiam* contra *Deſiderium Langobardorum* Regem venit, & parte copiarum *Papiæ* relicta, ubi *Deſiderius* ipſe ſedem regni habebat, cum reliquo exercitu *Veronam* expugnaturus profectus eſt, quo miſſus fuerat *Aldogeſius* à patre *Deſiderio.* Sed urbem omnium quas *Langobardi* tenerent munitiſſimam, haud quaquam diu conatus, obſidione potuit devincere, ſed eadem potitus eſt, ut *Blondus* ait Lib. II. Dec. II. expugnataque *Papia*, & *Deſiderio* capto, civitatibus omnibus *Lombardiæ* ſub regimine Eccleſiæ relictis, ut legitur in vita *Caroli* & *Blond.* in prædicto opere, reverſus eſt in *Galliam.*

A *Jac.* Dicas *Torelle* cur imperium è *Francia* in *Germanos* fuerit tranſlatum? Legi enim *Fridericum* Imp. *Germanum* multum detrimenti intuliſſe, & civitatibus *Italiæ*, & ipſi *Romæ*.

Tor. Imperium in *Germanos* fuit tranſlatum an-
no DCCCCLXXXIIII. Illis namque temporibus *Otho* 42.
primus *Saxoniæ* dux Imperator electus, quum ſedes Romana ab infidelibus infeſtaretur *Apuliam* invadentibus, eos fudit, ac fugavit: & Eccleſia liberata, à ſummo Pontifice Auguſta corona eſt inſignitus, imperiumque in ipſum collatum, & poſt multos Imperatores ſucceſſit *Fridericus* anno
B Chriſti MCLXIIII. qui *Lombardia*, & *Piceno* ſeu Marchia potitus eſt, præſidibus relictis civitatibus cunctis. Qui præſides deſciverunt ab eo, inito fœdere inter *Patavinos*, *Vincentinos*, & *Veronenſes*, quod *Veronenſium* fœdus vocatum fuit, *Venetis* ſuadentibus. Id autem ægre ferens Imperator exercitum tranſmiſit ad debellandos *Veronenſes*, à quibus & ſociis in fugam verſus eſt, nunquam cum ipſis pugnam inire auſus, quem poſtmodum *Cremonenſes*, *Brixiani*, *Bergomates*, & extorres *Mediolanenſes* (*Mediolanum* enim ab ipſo Imperatore ſolo æquatum fuerat) cum *Veronenſibus* fœdere juncti, fuſum fugatumque ex *Italia*
C diſcedere coëgerunt: atque ipſi *Mediolanenſes* bellorum ſocii populorum præſertim *Cremonenſium*, *Placentinorum*, *Veronenſium*que auxilio urbem ſuam *Mediolanum*, ubi fuerat, & nunc videmus, ſolito munitiorem reædificaverunt. ut *Blondus* Lib. V. Dec. II. refert. Et ſic parta iterum libertate *Veronam* cives rexere: quoad ex ambitione & dominandi cupiditate, orto inter cives diſſidio in contrarias factiones civitas diſtracta eſt: quarum alteri Comites ſancti *Bonifacii*, alteri *Monticulorum* familia præerat, ex quo ferrum acuentes ad arma devenere: *Monticuli*que factionis Comitum viribus
D ſuccumbere coacti, *Eccellinum*, qui è *Romano* dictus, *Traviſenſem* in auxilium ſuum evocaverunt. Qui multo inſtructo exercitu, *Monticulis* ipſis implorantibus Comitum factionem contrivit, Turres, propugnacula, & oppida disjecit, eoſdemque *Monticulos* victores reddidit, à quibus & à populo præfectus eſt dictus: qui uti immanis Tyrannus primis *Monticulorum* convocatis in Palatium, trucidatiſque, reliquos factionis ejuſdem interfici juſſit, nec infantibus quidem parcens, turres, & propugnacula eorum dirui mandans. Tyrannus effectus, omnem civitatis nobilitatem è medio ſuſtulit, atque uno die civium duo millia juſſit in-
E terfici, nulloque abſtinens facinore, Dei nutu tandem prope *Abduam* flumen occiſus, & mox *Soncini* ſepultus, ut *Blondus* ait. Ob cujus mortem ad populare regimen redacta eſt civitas nobilibus ſublatis, ſub umbra *Romanæ* Eccleſiæ. Unde quum in civitate familiæ eſſent *Scaligeræ* appellatæ, à populo *Maſtinus Scaliger* ex eis eſt electus prætor: Et ſic effecta eſt nobilis familia ipſa. Comites vero ſancti *Bonifacii* in patriam revertentes *Maſtinum* ipſum interfecerunt an. MCCLXII. Quibus comitibus expulſis ab eodem populo, & *Albertus Scaliger* jam dicti *Maſtini*
frater totius populi Dux eſt delectus die XXVII. O- 42.v.
F ctob. M. CCLXXVII. Cui tertio loco ſucceſſit *Bartholomæus* ſeptimo Maji M. CCCI. Deinde *Albuinus* M. CCCIII. Et poſt ipſum *Canis Grandis* urbi dominatus eſt: qui corporis fluxu obiit *Tarviſii*; ante tamen ob ejus præſtans regimen acquiſito dominio *Vincentiæ*, *Patavii*, *Traviſii*, *Feltri*, *Belluni*, *Brixiæ*, *Parmæ*, *Rhegii*, & *Lucæ*, ultra *Veronam.* Deinde ſucceſſit *Albertus* ſecundus M. CCCXXIX. qui cum gratia populi obiit, ſe namque a dominio abſtinuerat. Idcirco *Maſtinus* ſecundus imperio itidem ſucceſſit die XXVI. Julii M. CCCXXIX. quamvis ætate foret junior. Poſtmodum ſucceſſit *Canis*

Gran-

A *Grandis* secundus, dictus *Canis Rabidus:* quo occiso a *Cane Signorio* fratre juxta sanctæ *Euphemiæ* cœmiterium die XIV Decemb. MCCCLIX. successit eidem *Canis Signorius*, nuncupatus *Canis Franciscus*, qui fuit supra modum pecuniis abundans, & obiit die XVII. Decemb. M. CCCLIX. *Bartholomæo*, & *Antonio* filiis relictis. Quo *Bartholomæo* occiso per percussorem a fratre *Antonio* immissum, die XII. Julii M. CCCLXXXI. *Antonius* solus dominari cœpit. Sed a *Joanne Galeatio* Vicecomite regno privatus est, die, quo mense Decembri celebratur dies festus Sancti Lucæ: & sic finitum fuit dominium *Scaligerorum* M. CCCXCVII. Hoc namque prævi-B derat idem *Joannes Galeatius* asserens, quotiescunque *Canes* inter se diffiderent, *Scalam* ruituram.

Jac. Quo nam pacto *Galeatius* ille, dominium civitatis nostræ est assecutus?

Tor. Joannes ille *Galeatius* Vicecomes, *Mediolani* Dux, potenti dominio *Scaligeros* sic rixantes prospiciens, fraterno sanguine manus polluentes, cura regiminis in subditos omissa, exercitum *Veronam* duxit, quam obtinuit non repugnante *Antonio*, qui transfugit ad *Venetos*. Et ipse *Joannes Galeatius* annos XVIII. *Veronæ* dominatus est, ubi Castrum divi *Petri*, castrum itidem divi *Felicis*, C & urbeculam, instar civitatis exstrui fecit, ut in Chronicis habetur, & *Blondo* Lib. x. dec. 2. Quo defuncto, ejusque præsidio expulso, *Gulielmus* filius *Canis Grandis* secundi, suadentibus *Pandulpho Malatesta*, *Venetis*, & *Francisco Carrariensi*, *Veronam* recepit cum *Brunorio*, & *Antonio* filiis suis, qui per portam *Campi Martii* ingressus est, & per eam quæ *Orelia* dicitur, die VII Aprilis M. CCCCIV. Et XIX. ejusdem mensis, Dominus *Veronæ* dictus est in Epistylio fori. *Franciscus Carrariensis* per portam divi *Antonii* a cursu *Veronæ*, civitatem intravit. A quo *Gulielmus* prædictus XXI. mensis prænominati veneno nefandissimæ morti est traditus, filiique ipsius in carceribus in castro *Montis Silicis*, oppidi *Patavini* crudelissime conclusi. Sicque regimine potitus est, & dominio civitatis *Franciscus Carrariensis* per annum cum dimidio tantum. Quia justissimi *Veneti* mortem *Gulielmi Scaligeri* tam deformem moleste ferentes, Marchione *Mantuæ* in 43 eorum exercitus ducem adducto, *Veronam* urbem petiere. Quam cum civibus initis pactis ingressi sunt die beati *Joannis Baptistæ* M. CCCCV. Licet anno M. CCCCXXXVIII. a *Nicolao Picenino* præfecto exercitus ducis *Mediolani* noctu urbem ingresso, tribus diebus vexati fuerint, eo tamen fugato, & iterum dominio acquisito, (nam arces nondum expugnatæ, in fide permanserant) in eorum statu pacifico regnarunt usque ad annum M. D. IX. & Mense Maji: quo imperio *Maximiliani* Cæsaris addita est illi, septem annis imperantis finitis mense Januario M. D. XVII. quo ab ipso *Maximiliano* Cæsare *Venetis* eisdem est restituta: qui Deo, totique populo pergrati, usque in præsens illius potiuntur dominio.





DE MONUMENTIS ANTIQUIS CIVITATIS ET AGRI

LIBER QUINTUS.



Instrumenta sunt sacrificiis apta similia iis; quæ *Romæ* conspiciuntur incisa in arcu, quem negotiatores & argentarii erexere in honorem *II. Septimii* & *M. Aurelii* Imperatorum in *Foro Boario.*

In fundamento Campanilis Divi Proculi Veronæ.

TVRPILIO Q. F. POB. Q. TVRPILIO Q. F. POB. NGO I.
D. A V O. MACRO FRATRI TVRPILIA Q. F. SECVNDA
N G O

In domo Aurelii Burgetti.

SECVNDA ANNIA. L. F. HIC.

In Oppido montis Aurei.

LELIAE CLEMENTINE VXORI INCOMPARABILI Q.
F. SECVNDVS MARITVS, ET SIBI VIVVS FECIT.
FVNCTA IACES HIC. SED VIVIS, VIVESQVE SECVNDO
LELLA TVO. DEBENT NEC BENEFACTA MORI.
TE TELLVS SANCTOSQVE PRECOR PRO CONIVGE MANES
VOS ITE PLACIDI. TV LEVIS OSSA TEGAS.
VIXIT ANN. XXVII.

Prope oppidum prædictum in domo illorum de Bataleis.

M. VCINCIVS P. F. SIBI ET P. CINCIO PATRI. ET
CALIDAI SECVNDAI MATRI TESTAMENTO FIE-
RI IVSSIT.

Juxta Benacum.

L. AQVILIVS SECVNDVS. L. AQVILIO CHARITONI.
ET PVBLICAE VENERIAE PARENTIBVS PIENT.
LIBERE LIBERTAB.

Pro-

Prope Castrum Suavii in quodam fano.

44. V. F. L. VICTORIVS. L. F. FESTVS. Q. VICTORIVS. L. F. SEVERVS. VI. VIRI. AVG. SIBI. ET CASIAE SEX. F. MAXIMAE COMMINIAE. L. F. FESTAE CATIAE. M. F. SECVNDAE VXORIBVS. ET L. VICTORIO. Q. F. FESTO FILIIS.

In templo montis aurei.

SEDES. M. OCTAVIO. M. F. APRININ VALERIO. L. F. FIRMO MELIO AVCTO LIBERTO.

Prope montem aureum.

MINERVAE AVGVSTAE PAPIRI THREPTVS. ET PRE PVSA V. S. L. D. D. D.

In templo divi Fidentii.

I. O. M. P. OCTAVIVS PATROBIVS. ET ATTIA. MOSCHIS ET P. OCTAVIVS ATTIANVS IMPER.

In Lobiano Pago, & in oppidum Leonici translatam.

SEX. ATILIVS. M. F. SERANVS PROCONSV. EX SENATVSCONSVLTO. INTER * ATTESTINOS. ET VINCENTINOS FINES TERMINOS STATVIT.

* Sunt *Attestini* uti non procul a *Patavio.* Suntque ex hoc loco oriundi *Estenses*, seu *Attestini* Ferrariae Principes.

In Calderiano Pago.

GADIVS MAGVLLA. H. SECVM NON HABET IVNONIS BALNEA, SED HABET OMNIA.
BALNEA. VINA. VENVS CORRVMPVNT CORPORA NOSTRA SED VITAM FACIVNT B. V. V.

Ibidem in quodam monumento.

QVAE MVLTVM SYRENARVM CANTV DVLCIOR
ET QVO AD BACCHVM IN SODALICIIS MAGIS AVREA VENERE
QVAE ELOQVI VOCE CLARIOR IRVNDINE
ET QVAE AD IVNONIS FONTES CAELESTIA SOLATIA CAPIENT
HIC TVRPILIA IACET BISIO LINQVENS LACHRIMAS CVI FVERAT SOLATIVM. A. PVERITIA. ILLA AVTEM TANTAM DEMVM INOPINATE DISIVNXIT AMICITIAM.

In parietibus Balneorum Calderii.

V. IVNONI. SACR. F.
PETRONIO PROBO VE. TOTIVS ADMIRATIONIS. V. PROCONS. AFFRICAE. ET PRAETORIO ILLYRICI PRAEF. GRAECIAE GALLIAE. II. PRAEF. PRAET. GALLIAE ATQVE AFFRICAE PRAEF. VERON. III. CONS. ORDINARIO CIVI EXIMIAE BONITATIS DISERTISSIM. ATQVE OMNIBVS REBVS ERVDITISS. FVNDAMENTA MVROSQVE AB SOLO FACIVNDOS CVRAVER. IDEMQVE PROBAVER. IN TERRAM FVNDAMENTA DE SVA PECVNIA LARIB. DANT. COSSO CORNELIO LENTVLO. L. PISONE AVGVRE CONS. VOTO SOLVTO.

Ibidem in quodam sepulchro jacente in valle ab antiquis nuncupata Turpiliana.

DIS. IOVI ET IVNONIB. MANIB.
TI. FLAVIVS R. IIII. VIR. I. D. C. ET PL. GRATO INVITAE SVAE NVLLI MALEDIX. OO OMH. D. I. M. H IN AGRO S. OMNI. H. M. H. N. S.

In oppido Hostiliæ in templo divi Laurentii.

V. F.
STATIA Ɔ. FREQVENS SIBI, ET STATIAE. M. L. ICONAE MATRI. M. STATIO Ɔ. MODESTO FRATRIBVS. ET M. STATIO VERECVNDO COLIBERT.

In pago Sandrati.

D. M.
OCTAVIVS MARCELLIANVS FIRM. NAVIRAL. OCTAVIO FIRMIO MARCELLIANO FRATRIBVS. M. ET VIRAIA PATERNA CONIVGI PIENTISSM. B. M.

In Pago Scaligerorum.

D. M.
S. MERCVRIO MAGNO D. S. FRATRI SVB CL. PRESIDE PRO TRANSP. C. T. F. TRIB. MIL. TRIVM VICTOR. III. PR. Q. C. ET CN. POM. CONS.

Prope Benacum.

D. S.
HERCVLI, ET IVNONIBVS AVG. VALERIVS SEVERVS ET CLODIA CORNELIANA PRO L. VALERIANO CORNELIANA. V. S. L. M.

Ibidem.

SEX. CALVISIVS SATVRNINVS SIBI, ET CALVISIAE SATVRNINAE CONIVGI DEFVNCTAE ET CALVISIIS FIRMIONI, ET VALENTIONI FILIIS, ET NVRIBVS ET NEPOTIBVS, ET PRONEPOTIBVS EIVS.

Ibidem.

D. M.
CASSIAE. M. F. FESTAE CLODIA RESTITVTA FILIAE DVLCISSIMAE. QVAE VIXIT AN. XXXIII. DIES XLI. ET Q. MINVTIVS MACER CONIVGI KARISSIMAE VIVVS DEDIT.

Ibidem.

M. VERINIVS. P. F. RAIMVS. VI. VIR. AVG. BAP. PIO APHOLETO VI. VIR. AVG. II. GRATVITO AMICO TERENTIAE PISTAE SORORI MESSIAE PERPVSAE VXORI.

Ibidem.

P. POSTVMIO PRIMIONI POSTHVMIAE QVARTAE A. B. M.

In peninsula Syrmionis.

S. PRO SALVTE L. SEPTIMII SEVERINI PATRONI L. SEPTIMIVS FAELICE. EX VOTO N. H. V. N. AVG.

In quodam templo Gardæ.

D. M.
SEX NAVINIVS. SEX. L. APOLLONIVS CONCORD. SIBI ET SVIS IN FR. P. XXXVI. RETRO P. XX.

Ibidem in parietibus.

P. EPPIVS. P. F. FAB. RVFVS. MIL. COHOR. II. PRAEF. F. I. ARBITR.

45. *In pariete templi divi Zenonis prope Benacum.*

ANETAE ANIMAE INNOCENTISSIMAE LOC. TREBIENSIVS MAX. VALERIANAE MATRI CARISS. QVAE VIX. AN. XXXV. D. VIII. ET LOC. LVCILIANO FRATRI NOBILISSIMO. QVI VIX. AN. II. MEN. II. D. XXIIII.

Extra Veronam in horto sancti Georgii.

L. OCTAVIO. L. F. PRO. SEVERANO. QVI VIX. AN. XXI.
DIEBVS XXIX. L. OCTAVIVS SEVERVS, ET TRATERIA
SEVERA PARENTES INFOELICISSIMI FILIO
DESIDERATISSIMO.

Extra templum Divi Dionysii.

LEG. XV. APEL. LX. VII. AFER. DECV. XXVI.

In hortulo Basilicæ Nigrariani Pagi.

AVRELIAE PIERIDEX. VXORI PVDICISSIMAE
AVRL. NICITA.

Ibidem in maximo sepulchro.

CN. ARRIVS. CN. F. CAESTRONIVS. IIII. VIR. I. D. V. F. A.
P. Q. AER SIBI. ET CLODIAE HEDONI CONIVGI
SANCTISSIMAE CVM QVA VIX. AN. XXXIX.

In Pago divi Petri incariliani.

MER. SACR.
SVM DEVS, ALATIS QVI CRVRIBVS AETHERA CARPO,
QVEM PEPERIT SVMMO LVCIDA MAIA IOVI.

In templo divi Odorici jacentis in castro rupto.

VESTAE Q. CASSIVS. M. F. VARVS V. S. L. M.

In cœmiterio ejusdem templi.

Q. P. Q. F. CAPITONI DOMITIA. L. CLARA.
V. F. H. M. H. N. S.

In Triniaco.

V. F.
SEX. CLODIO FESTO VI. VIR. AVGVST. ET AGGORRIAE
MARCELLAE VXORI EIVS. ET CLODIAE AMANDAE
LIB. LICINIVS PAT.

In pago Grecano.

NOVELLIA. Q. F. SEVERA. C. LAELIVS OPTATVS.
T. F. I.

Ibidem in templo.

L. ANIVS TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

In valle Polycella.

L. OCTAVIO L. F. PROB. SEVERIANO LEG. QVI VIX.
AN. XX. DIEBVS XXIX. L. OCTAVIVS SEVERVS
ET TRATORIA.

In pariete templi divi Petri summæ campaneæ.

CRATIA C. F. MINERVAE, V. S. L. M.

In penu templi divi Proculi Veronæ.

L. F. MAXIMAE. F. ET. Q. C. VALERIO. L. F.
FESTO. L. VALERIO.

In eodem templo.

Q. CORNELIAE. C. I. RVFIALI. C. QVINTIVS ANDREA. 45.v.

Ibidem.

L. OCTAVIVS. L. F. IOB. MARCELLINVS BENEFICIARIVS
PRAETOR. P. B. L. VOCATVS. T. F. I.

In Templo divi Zenonis Oratorii.

C. MARTIVS. TERMI L. CALISTIVS. VI. VIR. ET AV-
RELIA. PL. C. L. EVCHE. VIM. FEC. H. M. H. N. S.

Veronæ apud templum divi Silvestri.

L. CASSIVS. L. L. SVNVARIVS. V. S. L. M. L. D. D. D

Veronæ in contrata divi Andreæ in domo Reverendi D. Christophori Placentini.

OCTAVIA. Ɔ. L. HILARA. V. F. SIBI. ET L. COELIO. L.
L. STATVARI VIRO SVO. ET L. COELIO. L. F. FIRMO
FILIO. H. M. H. N. S.

Ibidem in templo divi Zenonis.

D. M.
VERONIAE CHARITAE. QVAE VIX. ANN.

Ibidem.

M. GINTVLLVS. L. F. PROB. SEVERVS MILES. COH. V. PR.
SIBI, ET COLONATI. P. F. MAXIMAE MATRI.

Ibidem in Cœmiterio.

QVARTVA HIC VIDVA VIX. AN. LXXX. MARCELLINVS
CARISSIMVS FRATER CARISSIMAE SORORI, ET
PIENTISSIMAE MERITAE FECIT, QVEM
OMNIS ECCLESIA DILIGEBAT.

Ibidem in curia divi Zenonis.

V. F. M. GAVIVS SEVERVS SIBI, ET CORNELIAE EPIMELIAE
CONIVGI OPTIMAE BENEMERENTI. ET. M. GAVIO SEVE-
RO, ET CORNELIAE RESTITVTAE.

Ibidem in Cœmiterio.

MARCEL. VERECONDI. ET CAESIAE FVNAM. C. CONIVGI
EIVS ADONDANVS LELIVS MAXIMVS ADENS, ET VA-
LERIA MARCELLINA FRATRI. B. M.

Ibidem.

C. QVINTIVS HERMA SIBI, ET T. HEDISTAE QVINTAE
CONTVBERNALI IN FRON. P. XIII. IN AGRO. P. XVI.

Ibidem.

V. F. L. SCEVINVS L. L. QVADRATVS SIBI, ET AVCTAE
SORORI SVAE. D. M.

Ibidem in horto.

D. M.
L. NOVEL. RACDAM. T. F. I.

In porta Bursareorum in inferiori parte.

Hæc inscriptio legitur supra in arcu *Galieni* p. 25. vet. edit.

COLONIA AVGVSTA VERONA NOVA GALIENIANA VALE-
RIANO II. ET LVCILIO CONSS. MVRI VERONENSIVM
FABRICATI EX DIE III. NON. APRILIVM DEDICATI.
NON. PR. DECEMBRIS, IVBENTE SANCTISSIMO GA-
LIENO. AVG. N. INSISTENTE AVR. MARCELLINO. V. P.
DVC. DVC. CVRANTE IVL. MARCELLINO.

In penu juxta portam Bursaream.

46 GN. CORNELIVS. Q. CORVINI. L. MERITVS. VI. VIR.
AVG. SIBI CLODIAE TONNIANAE. L. CRESTAE SO-
LI CONTVBERNALI.

Juxta portam Bursaream in domo olim Cathaneorum.

AN. CHRISTI. CCLIII. IMP. DIVVS PHILIPPVS SENIOR
VERONAE ET ROMAE IVNIOR A SATELITIBVS
INTERFINIVNTVR.

Ibidem extra templum divi Michaëlis ad portas.

C. VIBIO EVTICIAE VIBIAE POTENTI. L. L. PARENTI-
BVS C. VIBIO APIRODIS PATRVO VIBIAE APHRO-
SIDIAE AVI. C. VIBIVS CALISTIO.

Ibidem in templo.

V. F. L. VALENTIVS EVTHYCHVS SIBI ET L. VALEN-
TIO SENECTIONI PATRONO SANCTISSIMO.

In Metropolitana, seu Cathedrali ecclesia Veronæ in monumento marmoreo divi Theodori.

P. IVLIV. APOLONIVS SIBI, ET ATTIAE VALERIAE CON-
IVGI OBSEQVENTISSIMAE VIVVVS PARAVIT, ET
EIVSQVE DEI CORP. IN ARCHA CONDIDIT. ET LO-
CVM SERVIO DEDICAVIT.

In

In Episcopatu Veronæ.

L. GAVII VINDICIS POMP. CONS. C. F. VALERIAE M. PVLLIG. GANI FABLIAE. T. F. C. COMISIAE AVG. III. ARIADNES.

In Cœmiterio divæ Cæciliæ Veronæ.

V. F. P. CECILIVS EMPIRODIVS VI. VIR. AVG. CALCV-LATOR IVSTINAE SELENAE VXORI, ET SIBI.

In domo Marchionum de Malaspinis Veronæ.

D. M.
AEDONI SECVTORIS PVGV. VIII. EX ACCINA ARIA-NILLAE. QVI VIX. AN. XXVI. F. Secutoris Augu.

In Xenodochio divæ Agnetis.

AELIO DILECTO. Q. MATER FECIT.

In vico divi Apostoli, in domo Bernardini à Gypso Veronæ.

V. F.
M. QVINTIVS P. F. POB. MODERATVS P. QVINTIO POLLIONI PATRI ROMANIA IMOVIAI.

In porticu Variorum, Veronæ in via nova.

C. C. V. IN. FR. P. XII. IN. AG. P. XL.

In via nova.

GN. SERVILIVS GN. L. SPVRIVS. V. F.

In Cœmiterio, Templi divi Proculi in quodam tumulo antiquissimo Veronæ.

C. GAVI C. E. QVI VIX. XLIII. M. X. C. GAVIVS MENDO-ROSVS FILIO PIISSIMO PATER INFOELIX. AEQVIVS N. FVERAT VOS HOC MIHI FECISSE ET SIBI.

In fundamento templi divæ Liberæ Veronæ.

C. CORNELIVS MELIOBOEVS SIBI, ET SENTIAI ELIDIMEDICAI CONTVBERN. SENTIAI.

46. v. *In Arce divi Petri Veronæ.*

C. CORNELIO Ɔ L. MONTANO.

Apud divum Joannem in Valle Veronæ.

SATVRNO AVG. SACRVM M. CASSIVS FIRMVS V. S. L. M.

In pavimento divæ Mariæ in Organis Veronæ.

V. F. C. DIDIVS FHRONIMVS ATHISIAE PRIMVS AC CONIVGI KARISSIMAE VIX. ANN. XXXV. CVM VIRO XXVIII.

Ibidem in domo Lucii Domicii Cerdonis Veronen.

D. M.
VESTIDIAE Q. F. FIRMINAE.

Apud templum divi Nazarii Veronen.

V. F. N. M. N. S. M. TRAVVIVS CHAIIVS SIBI, ET LIVIAE PSCHE.

In pariete domus Variorum Veronæ.

AVGVSTVS SACR. PROBVS VI. VIR. AV. M. L. P. D. D.

In muro domus magistri Baptistæ Aromatarii ad sanctum Marcum.

VERONIAE CASIAE HELIODORVS CASIANVS FILII
MATRI PIENTISS. ET HELIODORVS VERONENS.
CONIVGI.

In arcu Leonum.

TI. FLAVVIVS. P. F. NORICVS. IIII. VIR. I. D.

In angulo horti crucifixi.

IIII.
LOC. SEPVLTVRAE XX. LIB. REG. TRANPAD. THEO-
POMPVS. ARI. D. S. P. ET TRYONIVS. ET Q. SICINI.

Apud pontem Navium.

V. F.
GAVIA. V. Q. L. F. PRIMA SIBI. ET POLICLITO SIVE
SERVO. SIVE. LIBERTO MEO. ET. L. CALPVRNIO
VEGETO.

Apud pontem Navium in domo Balthasaris Avantii.

HIRMIVS OCTAVIVS CARATTIA ET FESTA COROL-
LINA C. VALERIO SVRO ET SIBI PARTEM P. XXX.

In puteali Leonum.

IRMIVS FAVST. V. F. L. L. FA. Q. L. SPECV.

In Leonum Vico, in domo Mazantorum.

V. F.
L. APPIVS SABINI. LIB. CINNAMVS TORPENTI M. RO-
MAE VIR. AVG. SIBI.

In templo sanctæ Cæciliæ sub altare divi Donati.

DEO AVG. T. LAPPONI DOMITIA CASSIA V. S. L. M.
L. D D. D.

In Æde divi Stephani ante altare septem fratrum.

D. M.
C. CALVENTI FIRMINI CVRATORES INSTRVMENT.
VERONS. EX NVMERO COLLEG. FBR.

In leonum vico apud Mazantorum domum.

D.
IT. DOMIT. AIIC. F. MAXIMAI 47.
N. S.

In Fano sanctorum Firmi, & Rustici.

D. M.
MATRONIAE MATERNINAE CONIVGI DVLCIS-
SIMAE. VIXIT ANNOS XXIII.

In æde divi Proculi.

D. LIVIAE M. VENVSTAE
M. LIVIVS FORTVNATVS LIBERTE ET VXORI
BENEMERENTI ANN. XXIII. M. VII. D. XVII.

Ibidem.

V. F.
COR. AP. F. FE. BI. ET. L. VALLIF. BVRLIO AI
LVALI ESTO LVALE IRO II. N. S. DEI IVNO.

Ibidem.

MVRIATIVS ZOZIMVS.

Ibi-

Ibidem.

LIBERTVS FAC. CVR.

Ibidem.

Q. C. AF. ICPHOTINO VESTIARIO NICEPHORVS.
LB. PATRON. OPTIM. ET. SIBI V. F.

In templo ſanctorum Firmi, & Ruſtici.

CORNELIAE RESTITVTAE P. POMPONIVS HERMES
CONIVG. DVLCIS ET. CORNELIAE FENGVSAE
SOCR. SANCTISSIMAE ET SIBI.

In fundamento, Campanilis divi Firmi Majoris.

P. GRAECINIO P. F. POB. LACONI ORNAMEN-
TIS CONSVLARIBVS.

In domo Nob. Co. Philippini
de Mileis.

Q. HORTENSIVS ASIATICVS.

In domo Nob. Thomei de Turcis quadratus lapis inventus, qui infraſcriptas continet literas. 47. v.

MANVMISS.
ALVMNA. ANN.
IIII. DIER. XVII. A.
MAVENA. MACRO
SPLEND. EQ. R.
OMNI. HONORE
FVNCTO.

AVENIAE
BASSARIDIS
FILIAE. OPTIM.
M. GAVIVS
CORNELIVS
AGATHE. MER.
AVENIANVS
OMNI INIVRIA
DEBILITATVS.

VIXIT. ANN.
XXV. MEN. III.
DIEB. XIIII.
OMNI SENSV
VITA PIETATE
PERFECTISSIM.

ΘΕΑ
ΧΑΡΙΣ
ΒΑΣΣΑΡΙΣ

In clauſtro divi Zenonis.

SEMPRONIVS C. F. POB. REITA.

In platea divi Zenonis.

VALERIAE C. F. MAXIMAE HERENNIA. P. F.
AVGVRINA FILIAE. PIISSIMAE
ET SIBI.

In fano divi Zenonis.

C. H. C.
LOCVS ASSIGNATVS MONVMENTO. IN QVO
EST AEDICLA PRIAPI INFR. P. LXX.
IN AGRO LXX.

In ſtabulis divi Zenonis.

SEX. SALANIV. P. F. MANDAT
MILES. LEG. XV.

In Æde divi Zenonis Oratoris.

C. MARCIVS THERMI. L. CALLISTVS VI. VIR. ET
AEMILIA. PL. C. L. EVCHE. VIVI FEC.
H. M. H. N. S.

Ibidem.

CASTRICIAI POSILLAI.

In domo Co. de Nogarolis.

PLINIVS SECVNDVS AVG. MARCIVIAE MAR-
CELLAE MATRI POSTERI. PATRIAE
MATRI MARCELLAE.
T. F. I.

48. *In ostio curiæ pauperum.*

MAGISTRI
M. LICINIVS. M. F. PVSILIO SEX. VISPANIVS.
M. F. CLEMENS Q. CASSIVS. C. F. NIGER
MINISTRI.
BLANDVS C. AFINI ASCLAE. SER. MVRRANVS.
P. CLODI TVRPIONIS. SER. AVCTVS M. FABRICI
HILARI. SER. COMVITVM. REFECERVNT.
TECTVM PARIETES ALEVARVNT. VALVAS LIMEN.
DE SVA PECVNIA. LARIBVS. DANT. COSSO
CORNELIO LENTVLO. L. PISONE
AVGVRE COSS.

In cœmiterio divi Nicolai.

LOCO PVBLICO. DAT. D. D. PARCIS. AVG. SACR.
L. CASSIVS. VERVCI. F. NIGRINVS
VI. AVG. V. S. L. M.

Apud pontem lapidis in muro illorum de Ionis.

IVNONIBVS AVG. SAC. METELLAI. DE NOMINE
SVO. ET. T. FLAVII HERMETIS VIRI SVI.
D. D.

In curia piscatoria apud Macellum.

D. M.
M. TVRPILI CASSIANI FILIVS PATR. PIENT.

Apud divum Ægidium.

C. CORNELIVS. CL. HANN. IIIIII. VIR. SIBI ET CASTO
ET DOMESTICO. L. T. F. I.

In æde sanctæ Crucis.

CLAVDIAE TI. F. MARCELLINAE BELLICI. SOLERTIS
CO. M. ET Q. HORTENSI. PAVLINVS.
ET FIRMVS.

In Ecclesia divæ Mariæ Solaratæ.

DIIS MAN. VERECVNDI DELICATI. VIXIT. ANN. XVIII.
M. II. D. XI. C. VESIVS. MARTIALIS.

Extra ædem divi Vitalis.

HELPIDI. L. IPHIDI. L. P. SERVILIO
P. L. PLACIDIO.

In domo Clementis apud divum Clementem.

D. M. ET MEMORAI VALERIAE VALERIANAE
C. MAECIVS ATILIANVS VXORIS. ET MAECII.
FRONTO ET ATILIANA MATRI.

48.v. *In foro boario in porticu Ruffini à Campanea.*

V. F.
C. ATISIVS. C. L. FELIX C. ATISIVS C. L. GAMVS BE. ET.
V. F.
CASSIA. C. F. EXORATA SIBI. ET CASSIAE C. F.
PRISCAE ET ANTONIAE. L. F. MARCEL-
LAE ET SYNTROPO. PVBLICO IN
FRON. P. XXV. IN AGR. P. XXXI.

Extra fanum divorum Apostolorum in Ædicula majori.

SEIAE CHARITEQVAE. VIXIT ANNOS. XVIIII.
M. VII. Q. CATIVS. NICEPHORVS
CONIVGI BENE MERENTI.

Intra pontes castri veteris porta Geminata.

L. VITRVVIVS. L. L. CERDO ARCHITECTVS.

Apud

Apud Templum divæ Felicitatis.

STEDIAE. PAVLINAE. L. CANTINVS HERMIP-
PVS CONIVGI INCOMPARABILI.

Apud Ædem divi Thomæ in domo Casalavoniorum.

ET M. AVDASIO SVAVI. SODALI.

Ibidem.

L. DECIVS BLASTVS SEMPRONAI LEONTIDI
SORORI BENEMERENTI.
H.

In domo Sp. ll. doctoris D. Taurelli Saraynæ.

D. M.
GENEROSO RETIARIO INVICTO PVGNARVM
XXVII. N. ALEXANDRIN. QVI
PVGNAVIT VIR. Gladiatoris Epitaph.

Ibidem.

DIS MANIBVS STATIA SEVERA P. F.
T. F. I. CVR. LIB.

Ibidem.

F.
P. STATIO L. F. DENTONI PATRI. CASSIAI. Q. F.
MAXIMAE MATRI STATAI P. F. SEVERA
MAECANAE A. F. SECVNDAE AVIAE.

In viridario nobilis. Co. Galeotti Nogarolæ.

TARQVINIA. Ↄ. L. FAVSTA. S. V. L. D.
C. FICARIVS. H. M. H.
EX TESTAMENTO P. SACIDI Q. F. POB. PATRIS
P. SACIDI. P. F. AN. VI. M. SACIDI. P. F. AN. IIII.

Apud ædem divæ Euphemiæ in ripa atriana.

QVANNIVS BALBVS.

Apud ædem divæ Mariæ solaratæ in angulo Rubeorum.

VETO RELIQVIAS. P. VERONVS CALLISTVS
HOMO. OPTIM. HIC. IACET.

In cœmiterio divi Petri Incarnarii.

MINERVAE SACR. C. CASSIVS. L. F. IVSTVS.
VI. VIR. AVG. ET LAELIA LOGAS.

Ibidem.

CLAVDIAE L. FIL. PRIMAE L. CALPVRNVS L. FIL.
MARCELLVS VI. VIR. AVG. CONIVGI ET SIBI.

Juxta templum divi Quirici.

SEX. FADIE. L. BATHVLLO ANNOR. XV. 49.

In vico divæ Euphemiæ.

DEO. MAGNO. AETERN. L. STATIVS. DIODORVS. * QVOT SE
PRECIBVS COMPOTEM FECISSET V. S. L. M. * Quod

Extra templum divæ Mariæ in organis.

N. RECESSV. XXXX. CVRA. XYSTI.

Ibidem.

V. DIS MANIB. F. CVRTIAE. C. F. PROCILLAE PATRONAE.
OPTIMAE PALFIO. ALENNIO. MAXIMO CVRTIO.
PROCILLAE CVRTIA. CALIOPOLIS. LIB. ET
SIBI ET LIB. SVIS VTRIVSQ. SEXVS.

Apud templum divi Faustini.

AVIAI PRISCAI VXORI. ET CALIDIAI. TYCHE CONTVBER-
NALI. H. M. H. N. S. N. FRON. P. XXIIII. INF.

Ibidem.

D. P.
L. ANTISTIVS. VITVLVS CVM SVIS IMP. POS.

Apud ædem divæ Anastasiæ in domo pithatorum.

V. F.
FIRMIA. L. F. SERENA SIBI. ET M. CASSIO. M. F. FIRMO.

In templo divæ Mariæ à frata.

SEX. RVBRIO. SEX. F. POB. FESTO. FLAMIN.
ROMAE. ET AVG. D. D.

Apud fanum divi Jacobi pignei in domo Sp. D. Dionysii Cæpuleji.

C. SERVIL. CAEPIONI. CONCEN. ET TRIVMPHALI. PATRIAE
LIBER. DECVR. VERONEN. OB IVD. RESTITVTA M. S.
L. TENATIO P. F. VIRO BLANDIA. C. M. F.

In æde divi Sylvestri.

V. F.
CN. DOMITIVS EVPHROSINVS SIBI. ET. FLAVIAE
MAXIMAE VXORI OPTIM.

Apud templum divæ Anastasiæ.

C. ATTIO. C. F. POB. C. XILO FILIO SVO.

Extra ecclesiam cathedralem.

V. S.
MAVRICIVS. L. VPORVS AVG.
N. I.

Apud Ecclesiam Cathedralem.

Q. CAESIO. Q. F. POB. SIGNIF. M. CAESIO. Q. F. POB.
VETERANIS LEG. XIIII. GEMIN. Q.
CAECIVS. Q. L. PRIMVS.
CRESCENS SIBI ET AVFILLENNE
PRIMIGENITE. LIB.

Apud Aedem divi Andreæ in domo Trivellorum.

GAVIA VALERIAE VAL' GAVIAN FILIO. ET SIBI 49. v.
IVN. IVN. REG. SACR. P. VITVLLIVS PHI-
LOLOGVS. VI. VIR. AVG. INFERIO.

Apud templum divæ Mariæ scalarum.

M. AVDASIVS. M. L. TITVRVS. V. F. ANTISTAE. ET
S. P. F. QVINTAI. VXORI. ECASTRVCIAI.
Q. SALASIO. Q. F. POB. LVCILIAE. VX. SORORI
EIVS AVLLVS L. FECIT. ET SIBI.

In æde divi Laurentii in quodam sepulchro.

D. M. METELLVS HAD. M.
V. RIANVS SIBI MAGIS F.
TER COLLEGI. CENTONARIORVM CANDIDATVS
EX DECRETO AEORVM LOCVS EMPTVS.

Sub-

Sub ponte novo.

M. NONIO M. F. POB. MVCIANO P. DELPHIO
PEREGRINO TRIB. MIL. LEG. X. FR.
ET QVEST. AED. PR. LEG. PROPR.
PROVINCIAE. ASIE. PATRONO.
D D

In domo Francisci a bobus.

CAECILIAE CHRYSIDI. ET AMICETO.

In domo Co. Joannis Francisci de Justis.

MATRI RVFRIAI. C. EXORATAI VXORI.

Ibidem.

V. F.
P. VERONIS AMPHION SIBI ET MAGIAE. IESTAE
CONIVGI BENEMERENTI ET SVIS.

In domo Co. Raymundi Turriensis.

OCTAVIAE C. F. ET SOR. CARISSIMAE ET SIBI.

Ibidem.

L. ANNIVS C. F. POB. SIBI. ET M. ANNIO. C. F.
FRATRI. FIERI TESTAMENTO IVSSIT.
PROBAVERE DIOMEDES. ET
ANTHVS. LIBERTI.

In æde divi Petri Cariani.

D. N. CONSTANTINVS. MAXIMVS
VIIII. P. XXXX.

In templo divi Martini buris.

C. CAESIVS C. F. AGRIPPA.

In suburbio divi Georgii.

M. TENATIVS. L. F. TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

In Ecclesia vallis Gotthariæ.

IOVI. O. M.

Sub Ara divi Bernabæ extra portam divi Georgii. 50

C. CLODIVS
P. F.
MARIANVS

L. AFINIVS
P. F.
C. CELER.

Piscantinæ.

L. TENATIVS M. F. VARVS

Extra templum Paronæ.

M. TENATIVS. C. F. NIGER. SIBI. ET C. TENATIO
P. F. PATRI DOMITIAI. C. F. SECVNDAI
MATRI C. TENATIO. C. F.
PROEO FRATRI.
T. F. I.

Extra portam divi Georgii in loco abi dicitur vallis dominica in monte Calvario.

P. VALERIVS. SPVRI. F. MONTANVS VIVVS.
FECIT MATRI. ET PATRI. ILARIONI
SVRIA. DOMETIA. ET SVIS.

In peninsula Syrmionis.

MARIONI ESDACCI. F. ET VESGASAE BITTIONIS.
FIL. ET ARRVNTIO MARIONIS F. PRISCVS
MARIONIS F. PARENTIBVS.
ET FRATRI.

Ibidem.

SEX. LAETIL. FAB. QVARTIO. VI. VIR. AVG. SEX.
LAETIL. VALENTIONI. ET RVFAE RAVCVLAE FIL.
PARENTIB. ET SIBI, ET FESTAE IANVARI. FIL.
VXORI SEX. LAETIL. SECVNDO LAETIL.
PRIMVLAE. FILIIS ET LAETILIAE
FIRMINAE NVRVM.

In monte Mariano in quodam sacrario.

D. M.
PORTIAE IVSTAE CONIVGI. INNOCENTISSIMAE
C. OCTAVIVS FIRMIVS.

In fano Quintiani sub Ara.

D. M.
SEIAE SEYNETITIAE M. AGVSTVS HYPATVS.

In porta templi divi Michaelis extra portas.

VIBIO EVTYCI. ET VIBIAE. POTENT.
L. L. PARENTIB.
C. VIBIO APIRODIS PATRVO. VIBIAE APHRODISIAE.
AVI. C. VIBIVS. CALISTIO.

In platea Quinti.

L. CORNELIVS L. F. PAVPER V. F. SIBI. ET ATTIAE.
SECVNDAE VXORI. ET MAXIMAE FILIAE
IN FR. XXV. IN AG. P. XVI.

Extra fanum divi Rochi.

V. F. 50. v.
M. POBLICIVS LINVS SIBI. ET POBLICIAI.
ATTICAI VXORI.

In ostio fani sancti Martini in vallis apiacie.

VARILLAE SORORI CORNELIVS FAVOR
T. F. I.

In muro Ecclesiæ Campalani.

L. TRVTTEDIVS. P. F. PVB. SIBI. ET. SECVNDAE.
BAEBLAE C. F.
V. F.

Ibidem.

P. TRVTTEDIO. P. F. TERTIO. FRATRI PVB.

Ibidem.

P. TRVTTEDIO. P. L. PHILOMVSO. PATRI MAGIAE.
M. F. MAXIMAE MATRI.

Ibidem.

C. CAECILIVS. NYMPHIVS. SIBI. ET MAECIAE. GEMELLAE.
CONTVBERN. CAECILIAE. MECIANAE FILIAE.
H. M. H. N. S.

In valle agria templo divi Zenonis.

CALLISTAE. VIXIT ANN. XIX. DYSTRIS. FILIA.
ET SIBI V. F.

Herbiciani.

M. TRAVIVS M. F. SAVFEIVS SABINVS.
L. TENATIVS M. F.

Arceti in templo divi Michaëlis.

V. F.
M. VERONIVS EPAPIRODITVS VI. VIR. AVG. MAGOLI.
F. GICNT. VERONIAE. CALLISTE.

Ad Abbatiam Villæ novæ.

L. OCTAVIO. L. F. POB. SEVERIANO. LEG. QVI VIXIT.
ANNIS XXI. DIEBVS XXVIIII. L. OCTAVIVS
SEVERVS. ET TRATORIA SEVERA. PARENTES
INFELICISSIMI FILIO. DESIDERATISSIM.

Ibidem.

IHAMNA. GALES. QNNA. GALLE C. OCTAVIVS
M. F. CAPITO.

Cerete in agro.

D. M.
P. HOSTILIO. P. F. POB. CAMPANO. VENATORI. P. HOSTI-
LIVS. TERTIVS DECVRIO. VERONAE. ET ABIDIA.
MAXIMA. PARENTES FIL. PIISSIM. ET SIBI
QVI VIXIT ANN. XXV. D. XXV.
SINE CRIMINE. VITE FLORENTES. ANNOS
MORS IPSA. ERIPVIT.
VIVITE. FELICES. MONEO. MORS OMNIB. INSTAT.
EXEMPLVM A NOBIS. DISCITE QVI LEGITIS.

Fumanis.

G. VALERIVS. G. F. CLEMENS.

In castro rupto. 51.

Q. PONTIO. Q. F. CAPITONI DOMITIA. L.
CLARA V. F. H. M. H. N. S.

In templo D. Stephani Insulæ scalarum.

MERCVRIO V. S. L. M. M. SCAEVILIVS CORNEOLVS.

Volargnis in templo divi Martini.

Q. NIGIDIVS. FESTI F. TERTIVS.

Ibidem.

L. EGNATIVS. L. F. NIGER.

In æde divi Georgii vallis polycellæ.

L. V A L E R I V S.

Ibidem.

PARCIS AVG. P. FALERIVS TROPHIMVS ORNAMENTIS
DECVRIONALIB. RESTITVTOR. R. VER.

Ibidem.

SEXT. CARIAVS SEXT. FIL. FIRMINVS FLAMEN. ET
POMPONSIA PONTI. FIL. SEVERA. FLAM.

Ibidem.

L. VALERIVS. L. F. COXFINVS.

Ibidem.

CVSLANO. SAC. L. OCTAVIVS C. F. CRASSVS L. C.
OCTAVI. L. F. MARTIALIS ET MACER.

Ibidem.

L. OCTAVIO. L. F. STABERIN. CAPITONI C. OCTA-
VIVS. CAPITO. PATRVVS. POSIT.

Ibidem.

V. F.
C. CLODIVS. FIRMIN. FALERIAE VENERIAE. VXOR. B. M.
ET FALERIAE VALERIANAE FILIAE PIISSIM. ET SIBI.

In columna in templo divæ Mariæ in Syrmione.

IMP. CAES. S. DN. FL. CL. IVLIANO SEMP. AVG. PM. IMP. VII.
COSS. III. BONO. R. P. NATO. PATRI. PATRIAE PROCONSS.

In angulo cœmiterii dicti templi.

P. C L O D I O PL.

In cœmiterio divi Salvatoris dicti loci.

IOVI L. AESIVS VRBAN. V. S. L. M.

Ibidem.

C. BETVTIVS. ENCOLPVS MERCVR. RED.

In æde divi Ambrosii vallis Polycellæ.

Q. VEVO MESSI F. SEVERVS.

Ibidem.

CALPVRNIA L. F. PRISCA SIBI. ET L. CALPVRNIO QVA-
DRATO. PATRI VALERIAE C. F. SECVNDAE MATRI,
L. CALPVRNIO PVDENTI. FRATRI. IIIIII. VIR. AVG.

Ibidem.

V. F.
SVLPICIA. EVTYCHA SIBI. ET C. SVLPICI. PHILO-
GYRO. LIB. OPTIMO. ET RVTILIO RESTI-
TVTO CONTVBERNALI.

Coloniolæ.

IMP. CAES. MAVR. MAXENTIO. P. FIL.
INVICTO. AVG. M. PXI IXCLW.

Ibidem.

V. F.
SEX. GAVIVS. SEX. F. AN. LXXXX. TERTIA. VXOR. AN. XXX.
Q. FRATER. AN. XL. OPTATVS. F. AN. XX.
Q. FILIVS. AN. XX.

Ibidem.

IMP. CAES. FL. VAL. CONSTANTIO M. P. VIII. 51.V.

Ibidem.

SEX. IVENF. SVAVIS DIANAE LVCIF. LVNAE.

Ibidem.

L. POSTVMIVS. FACILIS. T. KRREIVS. VALENS.
LINTIONES. APOLL. D. P. S. D. L. D. P.

Ibidem.

V. F.
L. VITTORIVS. L. F. FESTVS Q. VITTORIVS. L. F. SEVERVS
VI. VIR. AVG. SIBI ET CASSIAE SEX. F. MAXIMAE CO-
MINAE. L. F. FESTAE CATIAE. M. F. SECVN-
DAE VXORIBVS. ET L. VITTORIO.
L. F. FEROC. C. VITTORIO. L. FESTO. Q. VITTORIO. Q. F.
FESTO FILIIS IVRIS. AVO.

Ibidem.

HERCVLI. Q. EVFEMVS Q. F. OVF. LVCVLIVS
AEO. VI VIR. V. S. L. M.

Ibi-

Ibidem.

L. GEMINVS L. F. MESSIVS. VI. VIR. CVRATOR.
AERARI MEDIOL. HERCVLI. V. S. L. M.

Ibidem.

I. O. M.
C. CASSIVS. C. L. THYRSVS VI. VIR. V. S. L. M.

Ibidem.

V. F.
Q. CANPILIVS. Q. F. VIRILLIO. VI. VIR. IVN. SIBI. ET TATI-
NIAE. M. F. VERAE VXORI. Q. CAMPILIO PATRI
CASTRICIAE CONDEXVAE MATRI.

Ibidem.

NVMINI MERCVR. SACR. P. LICINIVS SATVRNINVS P. S. F.

Ibidem.

L. GALLIO. L. F. ROM. COHORTE. II. MV. GELIVS FRATER.
Q. CAECILIO. C. F. MATERLO IMPERATORI. ITALICI
QVEI ARGEIS. NEGOCIANTVR. Q. VOLTEIOS
Q. L. MENODORVS. M. P. L. F. EROS.

In Pago Portus dicto.

L. ANNIVS G. ENETI VOS DECVR. VERON. SIBI. ET. L. ANNIO
HARPALO. ET ANNIAE. G. ENI. SI PARENTIB. ET. L. AN-
NIO MARCELLINO PATRI. ET VALERIAE HOEBADI
VXORI QVAE ICIND. CVRAV.

Ibidem.

GAVIA. C. F. RVLIA VIVA SIBI FECIT. ET M. VALERIO
CRISPINO. FILIO. Ͻ. LEG. VII.

Florani.

M. VARIVS. VARI. F. MAXIMVS.

Ibidem.

Q. CAICILIO CISIACO. SEPTICIO PICAI CAICILIANO PROCVR.
AVGVSTOR. ET PROLEG. PROVINCIAI RATIAI ET VINDELIC.
ET VALLIS. POENIN. AVGVRI FLAMINI, DIVI AVG. ET
ROMAI C. LIGVRIVS. L. F. VOL. ASPER. Ͻ.
COH. I. CRINGENVOR.

Ad abbatiam villæ novæ.

PARCIS AVG. P. VALERIVS TROPHIMVS ORNAMEN-
TIS DECVRIONALIB. RESTIVTOR. R. VER.

Pollioni. 52.

CORNELIA. M. F. MARCELLA ANN. IIII.

Ad fontem divæ Mariæ in stellis.

P. POMPONIVS CORNELIANVS ET IVLIA MAGIA
CVM IVLIANO ET MAGIANO. FILIIS
A SOLO REFECERVNT.

Ibidem.

POMPONIAE ARISTOCLIAE ALVMNAE.

In muris Ecclesiæ Gardæ.

D. M.
C. IVL. EVHEMERO. COR. MARCIANE. MARITO
POSVIT ET IVL. MAXIMVS. ET COR. MAR-
CIANVS. PATRI. ET SIBI.

Ibidem.

D. M.
P. VELIO. GENITALI. P. VELIO HYGINO. VELIAE.
RVFINIAE. VELLIAE. HYGINAE. ALE-
XANDER. LIB. ET SIBI.

In Malsesino.

MATRI DEVM ET ISIDI G. MENATIVS. G. FILIVS
FAB. SEVERVS FANVM REFECIT. ET PRONAVM
DE SVO FECIT. EX VOTO.

In Tusculano Riperiæ.

IMP. CAP. DIVI. M. ANTONINI PIL. GERM. SARM. FIL.
DIVI ANTONINI. PIL. NEP. DIVI HADR. P. PRONEP.
DIVI. TRAIAN. PARTHIC. ABNEP. DIVI.
NERVAE ABNEP. L. SEPTIMIO.
SEVERO PIO PERTINACI. AVG. ARABICO ADIABENI-
CO. PONT. MAX. D. TRIB. POT. III. IMP. VII.
COS. II. P. P. PROCOS. DESIGN.
BENACENSES.

Ibidem.

IMP. CAES. AVG. ANTONINI.
PIL. FIL. DIVI HADRIANI NEP. DIVI TRAIANI PARTHI-
CI PRONEP. DIVI NERVAE ABNEP. M. AVRELIO ANTO-
NINO AVG. ARMENICO PONT. MAX. TRIB. POTEST.
XVIIII. IMP. II. COS. III. BENACENSES.

Ibidem.

VICTORIAE PRO SALVTE Q. MINICI MACR.
SEX. CABINASIVS. PRIMVS EX VOTO.

Ibidem.

SEX. LAETILIO SEX. FIL. FAB. FIRMINO VI. VIR. AVG.
LAETILIAE VERA ET SECVNDA FRATRI PIISSIMO.

Ibidem.

NEPTVN. AVG. SACRVM PRO SALVTE L. SEPTIMI SEVERIANI
PATRONI L. SEPTIMIVS FELICIO EX VOTO.

Ibidem.

I. O. M. HELVIA. FORTVN.

Ibidem.


M. TERENTIVS PYRAMVS. VI. VIR. AVG. L. APPIO APHOBETO
VI. VIR. AVG. II. GRATVITO AMICO TERENTIAE PISTAE
SORORI MESSIAE ECVSAE.
V. S. F. I.
AP. POSTVMIO. PRIMIONI POSTVMIAE QVARTAE. A. B. M.

DE

52. v. # DE INTERPRETATIONE LITERARUM ANTIQUARUM

LIBER SEXTUS.

A.



A Aulus & aliquando Aut, Agrum, Arenis, Aurum, Alii, Ais, Argento, Alteri, Aere, Apollinis, Ad, Apud, Ante, Agri, Actionem, Ager, Agimur, Agimus, Auctoritate, Augusto, Arbitratu, Altari, Absenti.

A. I. A Judice, vel anuis, vel unus.

A. N. Ancus, vel Anus.

AL. Alumnus.

AP. Apud.

AF. Affricanus.

AA. Augusta.

AA. Augustalis vel Augusti.

AT. Autem.

AG. Agrum, vel agit, vel agile.

AC. vel ACO. Actionem.

AM. Amicus.

AK. ad Kalendas.

AL. Aulo Liberto, vel alia Lex.

A.F. Aulus filius, vel Alio Facto.

A.H. Alius homo.

A.C. Alius civis.

A.O. Alii omnes.

A.A. Apud agrum, vel Aurum, vel Argentum.

A.N. Ante noctem.

APP. Appicus, Appellat.

ABS. Absolutio.

AGR. Agrum.

AED. Aedes, vel ædilitas, vel ædificium, vel ædiles.

A.A.C. Ante audita causa.

A.C.V. A claro viro.

AM.P. Amabilis persona.

ATQ. Atque.

A.B.V. A bono viro.

A.Q.F. Auli Quinti filii.

AVG. Augustus, Augusti, vel Augusto, vel Augur.

AVR. Aurelius, vel Aurei.

ANT. Ante, vel Antea.

AVC. vel ATR. Auctoritas.

AM.N. Amicus noster.

AP.N. Apud nos.

AER. Aeres, ærarii, ærarius vel ærarium.

ACT. Actor.

AGT. Agitur.

ALA. Alia.

ADP. Adoptivus.

ARG. Argentum.

ADI. Adjutor vel adimo.

APP. Appius, Appone vel Appellat.

ACC. Acceperant, vel acceptat.

AN.M. Actionem mandat.

AD.L. Ad locum.

AD.F. Ad finem.

AD.E. Ad exactorem, vel effectorem.

A.L.E. Arbitrium litis existimandæ: in legibus actionum.

A A.D.P. Ante diem pridie.

A.P.Q. Ad pedes quinque, vel Auli Publii Quinti. 53

ACCE. Active.

APPS. Apposui.

ANN. Annorum, annis, vel annos.

A.A L.M. Apud agrum locum monumenti.

ACCON. vel ACCIN. Actionem.

ADI. P. Adjutor provinciæ, vel patriæ, vel populi.

AB.V.C Ab urbe condita.

AMN. vel AMS. Amantissimus.

ADOP. vel ADP. Adoptivus.

B A.P.R.C. Anno post Romam conditam.

AED. Ædile.

ÆQ. P. Æqualis persona.

ÆR.P. Ære publico.

ARM. P. Arma publica.

ADQSR. Ad quæstorem.

AT.R.TP. Ad turrem Tarpejam.

AIN.MT. Actionem mandati.

ANT.T.C. Ante Terminum constitutum.

A.T.M.D.O. Ajo te mihi dare oportere, in legibus actionibus.

ALA. LG. Alia lege.

C A.A.A.F.F. Ære argento auro flato, vel flavo ferunto.

ÆDIL.PL. Ædilis plebis.

ÆDIL.CVR. Ædilis currulis.

A. A. A.F.F.Q.TI. Auri argenti æris flati fabricæ quirinalis Tiberii.

A.M.O.III.T. Agri monumenti optimi terrtii Titi.

AC.D.Q.TI.P. Actione dotis, quæ tibi petitur.

ACVB. AVGG. A cubiculo Augustorum, vel Augusti.

ÆRE. COLL. Ære collato.

D A.O.V.FE.D.S.E.M.Q.M.C.S. Alii omnibus viventes fecerunt de suo ære monumenta, quæ monumenta consulum sententia.

A.MR. A majoribus.

A. Ignorantiam militis denotat.

AFF. Affricæ.

A. B. Alia bona.

A. TE. A Tergo.

B.

B. Brutus, vel bonus, Bene, vel Beneficium, vel balbus.

E B. Bustum.

BS. Bonus.

BO. vel BB. vel BR. Bonorum.

B. Balbos, vel bene.

BE. Beneficium.

BF. Bona fide vel fortuna, vel benefecit.

Ⅎ.Ꞵ. Bona femina, vel filia.

B.R. Britannicus, vel bonorum.

B. S. Bene satisfecit.

B. I. Bonum judicium, vel bona invenimus.

B. H.	Bonus hæres, vel bonus homo, vel bona hæreditaria.
B. E.	Bonus est, vel bona ejus.
B. P.	Bonorum possessore.
B. M.	Bene meritorum, vel bonæ memoriæ, vel benemerenti.
B. L.	Bona lex.
53.v. B. M. P.	Bene merenti posuit.
B. R.	Bonus rector.
B. Q.	Bona questa.
B. C.	Bonum concessum.
B. D.	Bonum datum.
B. A.	Bonam actionem, vel bonis avibus vel auspiciis.
B. V.	Bonus vir, vel bona vestra, vel bene vixit, vel bonus venditor.
B. P.	Bona possessio, vel bona paterna, vel patria, vel bonum publicum.
B. P.	Bona possessio.
BLS. vel BL.	Balbus.
BRT.	Britannicus.
B. F. C.	Bona fide contractum.
B. AV.	Bonis auspiciis.
B. MA.	Bona materna.
B. CA.	Bona caduca.
B. IT.	Bona instrumenta.
B. LB.	Bonorum liberti, vel liberi.
BFC.	Beneficium.
B. AC.	Bona actio.
B. GR.	Bona gratia.
B. CD.	Bona cavenda.
B. MN.	Bona munera.
B. F. P.	Bonæ fidei possessor.
BAL.	Balbus.
BRVT.	Brutus, vel Brutius.
B. H. M.	Bona hic mutiñs, vel manus.
BEAT.	Beatus.
BOIS.	Bonis vel bonitas.
B. HRT.	Bonorum hæreditas.
BNGS.	Benignitas.
BNTM.	Bonitatem.
B. M. P. F. vel P. vel C.	Benemerenti publice fecit vel posuit vel curavit.
B. M. M. P.	Benemerenti monumento posuit.
B. R. P. N.	Bono reipublicæ nato.
B. ER. ST.	Bona eorum servata, vel servatum.
BERGOM.	Bergomensis.
B. N.	Bona nostra.
B. O.	Bene optime.
B. T.	Bonum terminum.

C.

C.	Cajus, sive Gajus, quia C. pro G. utebantur antiqui, & aliquando Cornelius, Cæsar, Censor, Consul, Ciceroni, Conservator, Clarissimo, conjunctum. Coloni, Contrarium. Cives, cum Civibus, Causa, Curavit, Custos, Currules, Consulto, Cernimus, Consertum, Circulum, Commissum, Concessum, Constructum, Convectum, Constituta, Curande, Conscripti. Cavetur, Conspicio.
CC.	Circumcirca.
CC.	Consilium cœpit, vel causa cognita, vel consilium Cæsaris, & aliquando causa Conventu, & contractum contrarium, & calumniæ causa in edictis perpetuis.
C. C. C.	Censa civium capita.
CL.	Claudius vel Clarus vel Clodius vel colonia.

A C. L.	Cajus libertus, vel Caji liberti.
ↃL.	Cum liberta vel libertate.
ↃL. vel ↃI.	Caja liberta.
ↃO. vel c. vel csr.	Controversia.
CO.	Conjugi vel coitu. 54.
CM.	Cum, vel Comis.
C. M.	Causa mortis, vel Cæsar maximus.
ↃT.	Contractum.
C. R.	Cives Romani.
C. B.	Civis bonus, vel commune bonum.
C. V.	Clarissimo viro, vel centum virum in edictis perpetuis.
B C. F.	Cæl filius.
C. C. F.	Cajus Caji filius.
CA. CAM.	Camillus.
CAR.	Carissimus.
CA. M.	Causa mortis.
CLM.	Clamorem.
CLS.	Clarissimus.
C. E. D.	Conjunctum esse dicitur in edictis perpetuis.
CN.	Gneus.
C. N.	Cives nostri, vel civis noster.
CA.	Causa.
C C.	Contra.
COLL. vel COL.	Coloni, colonia, collega, collegæ, vel collegium.
C. E. C.	Coloni ejus coloniæ.
C. C. C. T. P.	Trecenti terræ pedes.
COS.	Consul, Consiliarius, consularis, vel consules.
C. CR.	Contrarium contractum.
COR.	Cornelius, vel Corvinus.
CR.	Critici.
CRIS.	Crispus.
CS.	Consiliarius, vel comis, vel consul, vel corvibus.
CS.	Consiliarius.
C. S.	Consulis sententia.
D CT.	Causat, vel cæcitas.
CR.	Criticus, vel certe, vel Creticum, vel cur, crispus, vel contractum, contrarium.
C. P.	Civis publicus.
COP.	Copiarum.
CVI. vel CIS.	Cujus.
CTA.	Citra.
CES.	Celsus.
CLM.	Cœlum.
CTR.	Cæterum.
ↃSS.	Consules.
ↃI.	Coniacus, vel coniacenti, & si erit. L. autem. C. ipse jacet, interpretatur: ut apparet i litera I.
E Ↄ.	Scripta per contrarium in aliquibus locis reperitur significans Cajam.
C. R.	Civis Romanus.
C. R. C. P.	Cujus rei causa promittis.
C. C. EE.	Causa contraria esse.
CEN. A.	Censoris arbitratu.
CON. vel CS.	Consul.
C. LIB.	Cajus libertus.
Ↄ. L. K.	Cum libertate carissima.
F CVR.	Curator, curavit, curionum vel currulis.
CENT.	Centura, vel centurionum.
CENS. P.	Censor perpetuus.
CN. ARR.	Gneus Arrius.
CÆS. AVG.	Cæsar Augustus.
CON. OP.	Conjugi optimæ. 54.v.
COM. OB.	Comitia obdriaca.

COSS.

COSS SS. vel S. Conservis suis.
COSS. DESG. Consules designati.
COLL. FABR. Collegium fabrum.
COLL. DENDR. Collegium dendrophorum.
CITS. Civitas.
CRTS. Curtius.
CEPT. Cœperunt.
CIPP. Cippum, id est terminum.
CRTVS. Circuitus.
CÆSS. vel CSS. Cæsareos vel Cæsaribus.
C. I. CÆS. Cajus Julius Cæsar.
Ɔ.I. Ⅎ. Clarissima fœmina.
Ɔ.I. ꟻI. Clarissima filia.
CONS. Consiliarius.
CTR. M. Citra murum.
C. P. S. E. Causa posuit sui edicti.
CONS. Consul.
CVRAT. Curatori.
CVM. P. Cum pietate.
CHAR. vel X. Carissima.
CONTAB. Contabiæ.
CRESCENT. Crescentiæ.
COMENS. Comensis, vel comensalis.
C. LDBM. S. Causam laudabilemque suam.
CENTO. Centurio.
CENTN. Centuriones.
Ɔ. LIB. Cum libertus.
CL. V. Claro, vel clarissimo viro.
CON. Consules.
ƆCIL. Conciliaret.
COMM. Commilitones.
COLI. Colibet, vel cuilibet, quia o loco u utebantur antiqui.
C.O. Civitas omnis.
C.H. Custos hæredum.
CVS. Custos.
CLV. Clusinus.
C.D.D. Cum decreto decurionum.
CORR. Correctori.
CC. MM. Ducentorum millium.
COELI. Cœlius.
COS. CAP. Consul Capuani.
CONG. DAT. POP. Congiarium iterum dato populo.
CONTVB. Contubernali.
C. REGIEN. P.R. FID. Civitas Rhegiensium populo romano fidelissima.
C.D. Quadringenta.
C.NS. vel CENS. P. Censor perpetuus.
C. Credimus.
ƆO. Cum, contra, vel corona.
COP. Copiarum.
C.S.C.P.T.M. Cum senatu consulto publice, teneri mandavit.
C.V.P.V.D.D. Consul quinquies prætor, quinquies diis dantibus.
CV. Curam.
CN. L. Gneì libertus.
CVL. Cultores.
CONIV. Conjunxit.
C. CON. Contrarium contractum.

D.

D. Divus, Decius, diis, decus, diutius, dies, devotus, divino, dicit, decem, dedit, dicavit, dolum, dotem, dat, de, dono, denunciandi, duravit, data, & dominus, & dealis, dicendi, dum, des, deinceps, dicto, dixi, dabo, dedita, dotata, dixit, vel damnat.
ᗡ. Dira, damnat, dulcissimo, decennales, do.
DM. Divum, deum, vel demum, vel dulcissimus.

A DB. Debitis.
DO. Donatio.
DD. Dixerunt, vel dederunt.
DI. Dictator.
DE. Decius.
DL. Delego.
DN. Dominus.
DF. / DFTS. Defunctus.
DR. Drusus.
D.Q. Diisque vel diis Quirinalibus.
D.H. Donavit hæredibus.
D.G. Donavit gratis.
B D.B. Data bona.
D.V. Devotus Vestæ, vel vir, vel vestis, vel vestræ, vel diis volentibus.
D.A. Duravit annos, vel divus Augustus.
D.N. Domino nostro.
D.M. Diis manibus, domus mortui, vel dolum malum, & dignus memoriæ.
D.F. Dotem fecit, vel divi filius.
D.D. Dono dedit, deo domestico, deinde, dotis datio, vel deo dicavit, vel diis dantibus, vel decreto Decurionum.
C D.P. Dii patrii, vel penates, divus Pius, dotem petit, vel devota provincia, vel deo perpetuo, diis paternis.
D.L. Dat laudes, vel legem, vel delego, vel donavit locum.
D.T. vel DT. Duntaxat.
DS.V. De suis sensibus, vel de sententia senatus.
DAT. Daticus, vel datum.
DPO. Deposito.
DEC. Decuria.
D DOT. Dotem vel dotis.
DO.T. Dono testimonii.
DD. Dedicarunt, vel dedimus, vel dedere, dedimini.
DD.M. Dedimus mercedem.
D.M.S. Diis manibus sacrum.
D. D. S. Diis deabus sacris.
D.L.S. Diis laribus sacrum.
D.I.M. Diis inferis maledictis.
D.P.S. Diis perpetuis sacrum, vel diis penatibus sacrum.
D.S.P. De suis pecuniis, vel deo soli posuit.
D.R.S. Dicavit re salva.
E D.DD. Dono dedere.
D.QQ. Devotique Quirinalis, dominique quirinales, deorumque quirinalium.
DNN. Dominiis.
DISP. Dispensator.
D.GR. Dedit gratis.
D.L.D.P. Diis locum dedit publice.
D.M. Dolum malum.
DIL. Dilectissimus servus.
D.S.M.P. De se meritus posuit.
D. IM. S. Diis immortalibus sacrum.
F D.IMM. Diis immortalibus.
D.D.D.F. vel FF. De dono dei fecit, vel fecerunt.
D.E.R.I.C. De ea re judicium constitutum.
D.S.B.H.S.S. De suis bonis hoc sibi sumpserunt.
D.D.L.M. Dono dedit libero munere.
DECVR. Decurio, vel decursio.
D.O.M.M. Divos manes.
D.P.S.D.L.D.P. De pecunia sua diis locum dedit publice.
D. D. NN. Dominis nostris.
D.PP. De perpetuo vel diis penatibus, vel patriis.
D.D.D. Datus decreto decurionum.

D.D D.D.	Dignum deo donum dicavit.
DICT. vel DIC.	Dictator.
DEST.	Destinato.
DES.	Designavit, vel designatus.
DVL. vel DM.	Dulcissimus, vel dulcissima.
D.M.AE.	De magno æterno.
DVC. DVC.	Ducum ductore, vel ductorum ductor.
DEC. DEC.	Decem decani, decreto decurionum.
D.Q.R.	De qua re.
D.Q.S.	De quo supra.
D.C.S.	De consulum sententia.
D.C A vel D A.C.	Divus Augustus Cæsar, vel divo Cæsari Augusto.
D.DD.	Deo dedicavit.
D.PL.	Deo Plutoni.
D.S.I.A.	Deo soli invicto altari.
D. AVG.	Deo vel divo Augusto.
D. PEC. R.	De pecuniis repetundis.
D.M.F.V.C.	Doli mali fraudisve causa, in edictis perpetuis.
D.T.S P.	Diem tertium sive perendinum.
DIG. M.	Dignus memoriæ.
DOMIC.COS.XIII.LVD.SACR.F.C.	Domitius consul decimus tertius, sacros ludos faciundos curavit.
DESIG.	Designati.
D P.S.F.D.	De pecunia sua fieri dicavit.
DCB.	Decembris.
DAM.	Damnato.
D O.	Diis omnibus.
DP. S.	Deposuit sibi.
D R M.	Dicavit Romæ monumentum.
DOM.	Domo, domus, vel domui.
D.L.D.L.D.D.D.	Dat laudes dicto loco dato decreto decurionum, vel dignum deo dicatum.
D.P.D.	Diis perpetuis dicavit.
DID.	Didius.

E.

E.	Etiam, ætas, edicta, esse, erit, esto, est, ejus.
E.	Ejus, vel ex, et, ea, ecce, exactos, existimandos.
56. EI.	Ejus.
E. ET.	Est.
EC.	Ecce.
ER.	Erit, erunt, vel ærarii.
EG.	Æger, vel erga.
EO.	Ego.
EP. vel EPI.	Epistola.
E. ·Ǝ· T.	Et.
EL.	Elveorum, vel electus.
E.E.	Ejus ætas.
E.H.	Ejus hæres.
E.L.	Edita lex, ejus locus.
E.M.	Ejusmodi.
ET.	Etiam.
E.N. vel N.C.	Etiam nunc.
E. F.	Ejus fecit, vel ejus filius.
EE. P.	Esse possunt.
EP. M.	Epistolam misit.
EQ. R.	Æques Romanus, vel equestri Romano.
EX.R.	Exactis regibus, vel exempla romana.
EDX.	Eduxi.
EOR.	Eorum.
ED.C.	Ædiles curules.
A EDIL. CVR.	Ædilis currulis.
E.C.F.	Etiam cum fratre, vel ejus causa fecit, vel ex causa feci.
EXCVR.	Excursio.
E.I.M.C.V.	Ex jure manu consertum vocavit. *In jure civili in legibus & plebiscitis.*
E.H.O.L.N.R.	Ejus hac omnibus lege nihilum rogatur.
EX.DO.AVG.	Ex domo Augusti.
EQ.M.SP.POM.	Equitum magister Spurius Pompejanus.
EX.COMM.CÆS.	Ex commilitonibus Cæsaris.
EQ.R.V.PRIM.P.	Equestri romano quinto primipilo.
B EXCI.	Excitatis.
EMP.	Emptor.
EX.S.C.	Ex senatusconsulto.
EVCH.	Euchius. i. bonus filius.
EQVIT.	Equitum.
EXACT.	Exactori.
EQ. OR.	Equestris ordinis.
EX. PED.	Ex pedibus.
ENET.	Enetius.
E.T.Q.	Est tempus quærendi.
EX.H.	Exhæres.
E.B.	Ejus bona.
C E.D.	Ejus domus.

F.

F.	Fulvius, Fabius, filius, fieri, fati, factum, fecit, fides, fraudis, fabre, ferro, flamma, frigore, famæ, fuit, fœlix, fatorum, vel ficus, vel frater.
FS.	Fratres, vel familias.
FF.	Fratres, vel fecerunt, vel fundaverunt.
FA.	Familias, vel filia.
FF. vel FT.	Fecerunt.
D FL.	Flavius, vel Flavia.
FR.	Fronte, vel fratres, vel forum.
FE.	Feliciter.
FI.	Filius.
ꟻ.	Filia.
FO.	Forte.
FC.	Fecit.
FB.	Fabia.
L. vel Ⅎ. vel ꟻ.	Et dicitur digamma.
F.F.	Fabrefactum filia fecit, vel fieri fecit.
F.M.	Fieri mandavit, vel fati munus, vel filius Marci.
E F.C.	Fidei commissum, fiduciæ causa, vel fraudis. *In edictis perpetuis, creditoris, vel faciundum curavit.*
F.I.	Fieri jussit.
F.P.	Fides promissa, forma publica.
F.D.	Fides data.
F.H.	Filius hæres. 56. v.
FAV.	Faunus.
FID.	Fidei vel fide.
FLO.	Flori.
FVL.	Fulvius.
FSS.	Falsitas.
FVS.	Faustus.
FRA.	Frater.
F FRD.	Fraude.
FFA.	Femina.
F.E.H.	Filius & hæres.
FVNC.	Functus.
FLA.	Flavius.
F.FA. vel FS.	Filius familias.
FR.F. vel F.FI.	Fratres filius.
FOR.	Forte, fortis, fortuna, foras, vel forum.
FR.I.	Forum Julium.
FR.L.	Forum Livium.

F.M.I.

F.M.I. Fati munus implevit.
F.F.F. Flavii filius fecit, fortior fortuna fato, fortius fortuna fatum.
FR.S. Forum Sempronii.
F.E.D. Factum esse dicitur.
In edictis perpetuis. F.V.C. Fraudisve causa, vel fidei vestræ commissum.
F.N.C. Fieri nobis commissum.
FAC. Facto, vel faciundo.
FAB. Fabius, fabrus, fabrorum, vel fabricius.
FVR. Furius.
FLAM. Flaminius.
FLACC. Flaccus.
F.I.L.IN.F. Fieri jussit locus in fronte.
FOR.RED. Fortunæ redditum.
FABR. Fabricius, fabrorum, vel fabri.
F.D.Q.M. Flamen dialis, quirinalis, martialis.
FOR.B. Forum boarium.
FOR.T. Forum transitorum.
FOR.FL. Forum flaminium.
F.R.P.C. Fiscus Reipublicæ causa.
F.L.II. Fatorum legionis secundæ.
FAC.C. Faciundum curavit.
FOR.RED. Fortuna reduce.
F.L. Fecit locus.
F.E. Fides ejus.
F.N. Fides nostra.
F.P.D.L.M. Fecit publice decreto decurionum locus monumenti.

G.

G. Gajus, genus, genius, gaudium, gratia, gloria, genere, gestus.
GG. Gesserunt.
GR. Gratis, vel gerit.
GM. Germanicus.
G.R. Genus regum, genus rerum, vel regium.
G.S. Genio sacrum.
G.L. Gajus libertus.
GL.RR. vel R. Gloria romanorum.
G.AVG. Genio Augusti.
57. GLA. vel GL. Gloria
GL.P. Gloria parentum vel patriæ, vel Populi.
GERM. vel GER. Germanicus, vel germanibus.
GN.R.S. Genus romani senatus.
GL.E.R. Gloria exercitus romani.
GRAC. Graccus.
GERM.DAC. Germanico.
GLA.S.H.INT. Gloria sua hic intus.
GLA.N.L. Gloria nominis latini.
GVS. Gavisus.
GRS. Gradus, vel granum.
GR.D. Gratis dedit.
GM.F. Germanicus frater.
GAL. Galliæ.
GDM. Gladium.
GENT. Gentilium.
GOTH. Gotthicus.
GEMIN. Geminus.
G.LHVM. Gloria humana.
GLA.R.S. Gloria romani senatus.
GE. Gerebat.

H.

H. Hic, hæc, hoc, vel hac, hora, honesto, hæredes, & homo, & aliquando honor.
H. Honor, honos, & honesto.
H. Hora, hæres.
H.H. Honestus homo, vel hæræditas.
HO. Homo.

A H.B. Hora bona.
H.O.I. Honesto optimo Jovi.
HOS. Hostis.
H.L.D. Hunc locum dedit.
H.B.F. Homo bonæ fidei.
H.M. Hora mala.
H.P. Hora pessima, vel prima, vel honesta persona.
H.S. Hora secunda, Herculis sacrum, vel hæc scit. In edictis perpetuis.
H.P. Hic posuit vel possint.
H.C. Hunc.
HB. vel HI. Ubi, vel hibi.
B HE. Hunde vel heredibus.
HR. Hic requiescit, vel honesta ratio.
HMS. Humilis.
HVS. Hujus.
HSS. Honestas.
HSS. Hostibus.
H.L. Hic locus, honestus locus.
HS. Habendas, & aliquando sextertia.
H.V. Honestus vir, honesta vita, & hora quinta.
H.M. Honesta mulier.
H.F. vel ꟼ.ꟼ.P.H. Dicitur aliquando honesta fœmina, vel hic fundavit.
C H.M. Honesta mulier.
H.FF. Hic fundaverunt, vel fabricaverunt.
H.HER. Hæreditas hæres, vel hærarii.
I. vel C. Quia dicitur dasia græcus, quia loco. H. ponebatur.
HVDS. Humidus.
H.L.M. Hic locus monumenti.
H.M.SS.HH.EX.N.S. Hoc monumento suis hæredibus ex natione stranea.
HADR. Hadrianus.
HERM. Hermonius.
D H.S.DD. Hoc sacrum dederunt. 57. v.
H.POSS. Hæreditatis possessor.
HER.S. Herculi sacrum, vel hæres sacra.
H.R.I.P. Hic requiescit in pace.
H.S.E. Hic sepultus est.
H.S.S. Hic sepulti sunt, vel hoc sibi sepulchrum.
H.S.V.F.M. Hoc sibi vivens fieri mandavit.
H.M.V.S.P. Hoc monumentum vivens sibi posuit.
H.M.H.N.S. Hoc monumentum hæredes non sequuntur.
H.L.N. Honesto loco natus.
E H.DD. Hic dedicaverunt, vel dedicamini.
H.M.S.M. Hic mater sua mortua, vel hora mala sumpsit moram.
H.L.H.N.T. Hic locus hæredes non transcendunt.
H.SPL.M.AV. Hæc sepultura modo aucta.
H.I.HI. Hæreditario jure hujus.
H.AED.Q.C.AMR.P.R.PFEC. Hoc ædificium quod cernimus amoribus populi Romani perfectum.
H.I Hæreditario jure.
H.L.N. Honesto loco natus.
F HS. Ases.
HH. Heredibus.

I.

I. In, jovi, jupiter. julius, juris, jura, jure, juribus jussit, judex. Juxta, judicium, invenit, implevit, immortalibus, inferis, ibi, jurisdictio, inter.
I. vel II. In, ibi.
II. vel I. Iterum.
IA. vel IA. Intra, vel interea.

I.D.	Interdum.
ɪɔ.	Jacet, vel jacens, &-si erit ɔ ante. I.conjacens interpretatur, ut apparet A.C.
IA.P.	Intra pontem, vel provinciam.
IA.L.	Intra locum, vel limitem.
IA.T.C.	Intra tempus constitutum.
ID.	Idus.
I.D.	In dimidio, juris dicendi, juri dicundo, in domino, jovi dicatum, vel inferis diis.
I.C.	Jurisconsultum, vel intra circulum, vel Julius Cæsar.
I.T	Jure testamenti.
I.L.	Jure legis.
I.vel I.	Inter.
I.R.	Jure rogavit, vel Jure Romano.
I.P.	In possessione, in provincia, vel justus possessor, vel jus potentium.
In edictis perpetuis. I.S.	Judicium solvit, vel in senatu.
I.F.	Julii filius, vel in foro.
I.F.	In foro.
I.E.	Judex esto.
IVD.	Judicium.
I.O.M.H.AVG.SACR.	Jovi optimo maximo honesto Augusto sacrum.
I.L.S.	In loco sacro.
I.S.D.	In seris diis.
I.S.C.	In senatu consulto.
I.S.R.	In senatu romano.
I.L.A.	In loco absenti.
I.L.D.	In loco divino.
I.L.P.	In loco publico, vel privato.
58 I.L.R.	In loco religioso.
I.PS.	In possessione.
IA.C. vel I.C.	Intra circulum.
I.PTO.	In puteo.
IIIIII. vel IIIIII. vel IIIIII.VIR.	Sextum vir, vel sexium vir.
IMP.	Imperator, vel imperatori, vel imperante.
IMPP.	Imperatores.
IVVEN.	Juventutis.
IVR.D.	Juris dictio.
I TBA.	In tabula.
I.BLN.	In balneo.
I.CPO.	In cipsso.
I.FNT.	In fenestra.
I.PRTO.	In prato.
I.VLL.	In valle.
I.SCL.	In scala.
I.EDM.	In ædem.
I.QRC.	In quercu.
IXT.L.	Juxta lacum.
I.MNT.	Juxta montem.
IVT.FLM.	Juxta flumen.
IXT.PRIM.	Juxta parietem.
I.D.P.S.P.	In diem tertium sive perendinum, in legibus communibus.
IN.TVT.NS.N.D.	In tutela nostri nominis dedit.
I.FNT.	In fontem.
I.FO AD.	In foro adriano.
I.FO.N.	In foro Nervæ.
I.FO C.	In foro Cæsaris.
I.FO.P.	In foro pacis, vel Palladis.
I.FO.TR.	In foro Trajani.
I.FO.IV.	In foro Julii.
I.FO.BO.	In foro boario.
I.FO.L.	In foro Livii, vel Lucii.
I.FO.S.	In foro Sempronii.
I.FO.FLAM.	In foro flaminii, vel flaminio.
I.F.PR.	In foro pro rostris.
I.I.N.Q.Q.	In justis nuptiis quæsitos quæsitus.
I.D.PE. vel F.	Jure dicendo præerit, vel præfuit.

A I.D.C.	Juris dicendi causa.
I.C.E.V.	Juxta causa esse videtur. In edictis perpetuis.
IN.F.P.LAT.	In fronte pedes latitudinis.
IN.AG.P.	In agro pedes vel pedum.
I.D.I.D.	Judicium dabo jurisdictio.
IVN.	Juniorum.
INCL.	Incola, vel incolæ.
II.VIR.	Duum vir.
III.VIR. vel III.	Trium vir.
IIII. vel IIII. vir.	Quatrum vir.
IIIII. vel IIIII.	Quintum vir.
IIIIII. vel IIIIII. IIIIII.	Sextum vir.
B I.FO.POP.	In foro populi, vel Pompilii.
I.O.M.IM.	Jovi optimo maximo immortali.
I.DICT.PP.	Julius dictator perpetuus.
λ.	Imperitiam significat.
IT.	Item.
I.H.	Justus homo.
I.V.	Justus vir. 58.v.
I.NQ.	Justis nuptiisque.
I.D.P.	Juri dicendo præerat, vel præfuit. In edictis perpetuis.
I.E.P.H.	In edictis perpetuis hæc.
I.L.A.H.A.T.N.D.O.	In legibus actionibus hæc ajo te nihil dare oportere.
C I.L.F.	Juris legis fecit.

K.

K.	Caput pro duo cappa juncta, vel kalendis. Carthago, capite.
KL. vel CL.	Calendæ.
K.	Cardo.
ϰ.	Carissima.
Kª. vel Ka.	Ca[illegible]ra.
KA.	Carissima.
KK.	Carissimi.
K.Q.	Calendis quintilis.
D K.S.	Calendis sextilis.
K.D.	Capite diminutus.
K T.	Capite tonsus.
K C.	Capite cisus, vel Carthago civitas.
K.P.	Cardo positus, vel castra ponit.
K.M.	Cardo magnus, vel maximus.
K.F	Cardo finalis.
K.DD.	Castra dedicantia.
K.IAN.	Calendis januarii.
KOSSM.	Commissum.
KOM.	Compositum.
KAR.	Carthago, vel cardo, vel carissimus.

E

L.

L.	Lucius, luciæ, lucia, livius. Libertus, lilius. Locus, ludus, laribus, lex, lege, larini, lego.
L.F.	Lucii filius.
L.C.	Lucius Cornelius, vel lege cavetur, vel latini coloni.
L.T.	Lucius Tatius, vel legem tulit.
L.V.	Lege vetat.
L.P.	Locus pius, vel proprius, vel publicus, vel propitius, vel lege punitus, vel Lucius Piso. F
L.H.	Locum hunc, vel locus hæredum.
L.D.	Locum deditum, vel locum dedit, vel divinum.
L.S.	Locum, vel laribus sacrum.
L.L.	Livii libertus, vel Lucii liberti.
L.B.	Lucius bonus, vel Brutus.
L.R.	Lucius religiosus, vel lex romana.
L.IC.	Loca incerta.
LIA.	Livia.

LIB.

LIB.	Librarum, libertus, libertas.
LEL.	Lelius.
L. L. L.	Lucius libertus, vel Lucii Lelii locus.
L. M. vel MV.	Lucius Murena.
L. G. vel LEG.	Legavit, vel legem.
LEG.	Legio, legione, vel legionis.
L. S vel D.	Lucum facrum vel deditum.
L. SC.	Locus facer.
L. AP.	Ludis Apollinis.
L. EM.	Locus emptus.
L. CIN.	Lex Cinthia.
L. PR.	Loco privato.
59 L. PV. vel PVB.	Loco publico.
L. VI. vel I.	Lex viva, vel Julia.
L. D. vel LE. D.	Legem dat, vel dedit.
L. AG.	Lex agraria.
L. S. PAL.	Locus facri palatii.
LA. C.	Latini Coloni.
L. VOC.	Lex Voconia.
L. P. C. R.	Latini prifci cives Romani.
LC. DIV.	Lucrum Divinum.
L. DD.	Lucius dedit.
L. Q. S.	Lucius quo fupra.
L. B. P.	Locus bene poffeffus.
L. I. I.	Locus in jure.
L. I. I. Q.	Locus in jure quæfitus.
L. IMP.	Locus imperialis.
L. M. D.	Locum mortuum dedit, ubi locus monumenti dicatus.
L. AQ.	Locus acquifitus.
LITIB. I.	Litibus judicandis.
L. C. M. I.	Lucius Cornelius monumento juffit.
L. T. F. I. vel M.	Locus teftamenti fieri juffit, vel mandavit.
L. M. L.	Lucii Murenæ locus.
LIBER.	Libertatibus.
LIBER. D.	Libere donata.
L. A. D.	Locus alteri datus.
L. AN.	Quinquaginta annis.
L. E. D.	Lege ejus data, vel damnat.
L. R. V.	Lege Romana vetat.
LVD. SÆC.	Ludus fæcularis.
L. P. D. D. D.	Locus plebi, vel publicus datus decreto decurionum.
L. DIV.	Locus divinus.
L. D. D.	Locum diis dedicavit, vel locum domo dederunt.
LVS.	Lufius.
L. D. A. B. M.	Locum dedit Aulus benemeritus.
L. I. D. A. C.	Lex Julia de adulteriis coercendis. *(In juris civilis legibus, & plebifcitis.)*
L. LVC. Q. F.	Lucius Lucejus Quinti filius.
LIB.	Libras, vel Afes apud antiquos.
L. N.	Lucii nepos.
LL.	Legibus.
LAT.	Latina.
L. O.	Legas omnibus.
L. BM. D.	Locus benemerenti dedit.
L. M.	Locus monumenti.
LV.	Quinquagintaquinque.
L. S. M. C.	Locum fibi monumento conceffum.
L. R. Q.	Locus religiofus quæfitus.

M.

M.	Marcus, mulier, male, millia, menfa, menfe, menfis, militiæ, memoriæ, magnus, maximus, maceria, manibus, monumentum, mandavit, vel miffo, vel Marius.
M.	Modo.
W.	Mulier.

A MA.	Macuvius, vel magnus, vel manu.
M. C.	Marcus cenfor, vel Marcus Cicero, & monumentum condidit, vel confecutum.
MM.	Militis, militibus, & aliquando monumentum.
MV. vel M.	Mutius.
M. L.	Militis locus. Marcus libertus.
M. B. vel W. B.	Mulier bona. 59. v.
M. N. vel M. N.	Milia numerum, vel meo nomine.
M. I.	Maximo Jovi.
MS.	Menfis vel menfibus.
M. R.	Militiæ Ravennatis, vel miles rarus, vel romanus.
B M. H.	Magnus homo.
MG.	Magis, vel Magifter.
M. F.	Marci filius, male fidus, Mutii filius, me fecit.
MIL.	Milei, vel militum.
MC. vel M.	Mihi.
MT.	Mater.
M. D.	Manibus diis.
M. V.	Manibus vivens, vel monumentum.
M. X.	Menfes decem.
C MISS.	Miffione.
M. PA.	Marcus Pacuvius.
MOD.	Modia.
M. V. S.	Monumentum vivens fibi.
MCM.	Mecum.
MISS.	Miffimus, vel miffis.
MER.	Mercurius.
M. S. P.	Memoriæ fuæ pofuit.
M. C. P.	Maceria centum pedum.
MED.	Medicus.
M. T. C.	Marcus Tullii Ciceronis.
MAX.	Maximus.
MVN.	Municipia, vel municipium, vel munere.
D M. F. P.	Male fidei poffeffor, vel monumentum fecit publice. *(In legibus actionibus.)*
MV. F.	Mutii filius.
MAG.	Magiftratus.
MLF. L.	Manifeftus locus.
MER. S.	Mercurio facrum.
MAG. EQ.	Magifter equitum.
M. FI.	Mala fide.
M. FI. P.	Mala fide poffeffor.
MNT. vel MNE.	Moneta.
MM. L.	Monumentum loci.
MMT.	Memento.
MLTS.	Milites.
E M. POP.	Marcus Popilius.
M. POS. vel P.	Menfa pofita.
M. MAN.	Marcus manibus.
M. AEM.	Marcus Æmilius.
M. MIL.	Magifter militiæ.
MLTM.	Multum.
MANI.	Manilius.
M. VAL.	Marcus Valerius.
M. P. XI.	Monumentum pedes undecim.
MAVRIC.	Mauritius.
M. REG.	Militiæ Rhegienfium.
MVL. P. vel W. Q.	Mulier peffima.
F M. E. M. D. D. E.	Municipiis ejus municipii dare damnatus efto. *(In jure civili & legibus plebifcitis.)*
ML. CL. PR. RA.	Multum clemens præfens rarus.
M. LEP. C. REG. INST.	Marcus Lepidus civitatem regii inftauravit.
M. OP. EL. SEV.	Marcus optimus electus Severus.
ME.	Meis.
M. T.	Marcus Tullius.
M. E. M.	Municeps ejus municipii.
MOPEL. SEV.	Mopelius Severus.

N.

60 N. Non, nos, noſtrum, noli, nobis, Nero, Neptuno, Nonius, natus, nepos, nunc, nonis, neque, negas, nuptiis, nobili, nummus, nummorum, nominis, nihilum.
N. Nomine, numiſmatis, numero.
N. Niſi.
N. Nihil.
N. Nos.
N. Nam.
NC. Nunc.
NN. Noſtrorum, vel noſtris.
NM. Nomeniæ.
NQ. vel N.Q. Neque, vel nuſquam.
N.G. Nobilis genere.
N.H. Natus homo.
NAT. Nativitate, natus, vel natalia, vel natione.
NAV. Naves, vel navibus.
NVP. Nuptias.
NR. Nero.
N.L. Nominis Latini, vel non licet.
NON. Nonarum, vel nonis.
N.CL. Nero Claudius.
N.F.N. Nobili familia natus.
NV.V. Nunc vult.
N.F.C. Noſtræ fidei commiſſum.
NEP.S. vel N.S. Neptuni ſacrum.
NEP. Neptis, vel Neptunus.
In edictis perpetuis. N.K.C. Non calumniæ cauſa.
NOB.G.N. Nobili genere natus.
NOB.F.N. Nobili familia natus.
NATOR. Natorum.
N.MACR. Nonius Macrinus.
NEPTVN. Neptunalia.
N.N. Noſtri nominis.
NOBB. Nobilibus, vel nobilis.
N.C.A.P.R. Nobis conceſſum a populo Romano.
N.M.T.Q.C.S. Noli me tangere, quia Cæſaris ſum.
N.S.E. Noſtrum ſepulchrum eſt.
N.V. Numero quinario.
NOV. Novembris.
N.N. Noſtri nepos, vel neque, negas.
N.L. Non licet.

O.

O. Os, ob, ordo, omnis, omnibus, opus, optime, optunio, opinio, oportet.
O. Operum, vel mortem ſubiit.
OB. Obiter.
OK. Theis catatonis. 1. diis manibus.
OO. Oportuit, vel omnino.
OR. Ordo, vel ornato.
OP. Oportet, opus, optimo, opiter.
O.P. Optimo principi, vel optimo patri.
O.M. Optimus maximus.
OPP. Oppidum.
O.C.S. Ob cives ſervatos.
O.V.F. Omnibus viris fecit, vel optime vivens fecit.
60. v. OP.P. Opus principis.
O.V.D. Omni virtuti deditum.
OVF. Oufemius
OMB. Omnibus.
OMA. Omnia.
OPP.CI. Oppidum civile, vel constructum.
OB.M.E. Ob merita ejus.
OR.M. vel M. Ordo militiæ, vel militum.
OLYM. Olympiadis.

A OPPO. Oppoſitum juris.
ORB. PAR. Orbati parentes.
OLLI. OLLVS. Illi, ille.
OO. vel OMNO. Omnino.
OB.M.P.E.C. Ob merita pietatis, & concordiæ.
ORN. Ornamenta.

P.

P. Publius, pater, Pallas, præ, pace, populo, poſt, pius, petit, pedes, plus, prius, pridie, priſci, primus, plebi, principi, patriæ, publicæ, parva,
B pactum, poteſt, poſſit, poſuit, ponitur, plane, plurima, poteſtas, poſſeſſor, poſſeſſio, populus, pecuniæ, provinciæ, perpetuo, privato, perſona, peſſima, permiſſa, percundum.
PR. Prætor, pridie, præſes, pater.
PL. Plebis, vel plutino.
PP. Papinio, vel patres, vel perpetuus.
PP. Præpoſita.
PP. Perpetuum.
PP. Pater patriæ, vel patratus, vel populum plebum.
C P.Q. Poſt quam.
P.V. Poſt quintum.
P.R. Populus Romanus.
PS. Plebiſcitum, vel peſſimus, vel poſuit.
P.S. Poſuit ſibi, publicæ ſaluti.
PO. Poteſt.
P.I. Princeps juventutis.
PV. Pupilla.
P.M. Principi militum.
P.C. Pactum conventum, poſt conſulatum, vel pecunia conſtituta, vel publice curavit, vel pedes centum.
POR. Portius.
PAL. Palatino.
D PVP. Pupienus, vel pupillius.
PIL. Piladis.
PS. Poſuit.
PET. Petit.
P.S. Publicæ ſaluti, poſuit ſibi, vel proprio ſumptu.
P.F. Publii filius, publice fecit, poſſunt fieri, pius felix, pia fide.
P.M. Pontifex maximus, vel principi militum.
PLT. Platea vel palatium.
PER. Pertinax.
P.OP. Popilius, vel populus.
POB. Poblicius.
PAP. Papilius.
PAR. Parentum.
E PRR. Prætores.
P.IV. Principi juventutis.
PR.K. vel P.K. Pridie Kalendarum. 61
P.SI. Præfectus Syriæ.
PT.F. Pater familias.
P.AF. Præfectus Affricæ.
PATR. Patriciis.
P.I.R. Populum jure rogavit.
P.S.F. Publice ſibi fecit.
P.H.C. Publice honor curandus.
PP.C. vel P.C. Patres conſcripti.
PR.S. Prætoris ſententia, vel patri ſuo.
F P.S.F.C. Publice ſibi faciundum curavit proprio ſumptu.
F.C. vel pro ſalute, vel patriæ ſalutis.
P.GAL. Præfectus Galliarum.
P.ÆG. Præfecti Ægypti.
P.IVD. Præfectus Judææ.
PCNA vel PEC. Pecunia.
PERT. Pertinax.

P.Q.I.S. Populusque jure suscepit.
P.R.E. vel EX. Post reges exactos.
PRO.C. vel COS. Proconsul, & si erit COSS. Consules interpretantur.
PONT. vel PONT. Pontifex.
PR. VR. Prætor urbanus.
PR.PER. Prætor peregrinus.
PIENT. Pientissimus.
P.DL.V. Pro delitiis vindicarium, vel vindicandis.
PRAE. VIGIL. Præfectus vigilum, vel VRBS. urbis. vel PRAES. præsidii.
P.P.P. Primus pater patriæ.
P.PAT. Pater patratus.
PVBL. L. Publico luctu.
POL.F. Pollioni, vel polluti filio.
P.R.OB. Populi romani oblatio.
PRO. N. Pro nepos.
PRAET. Prætor.
PRAEF.LE. Præfuit legi.
PREF.PRAES. Præfectus præsidiis.
PLEB.VRB.ET NON.V. Plebs urbana, & honore usui.
P. AEL. AG. LIB. Publius Aelius Augusti libertus.
PRINC. IVVEN. Principi juventutis.
P.I.R.P.Q.I.S.I.F.P. R.E.A.D.P. Populus jure rogavit populosque jure suscepit in foro pro rostris & ante diem pridie.
P.P.P.E.S.S.S.E.V.V.V.V.V.V.V.F.F.F.F. Pater patriæ præfectus est, secum salus sublata est, venit, victor validus, vicit, vires urbis vestræ, ferro, fame, flamma, frigore.
PAR. Paraveram.
P.C.R. Pedes centum retro.
P.L. Publii libertus.
PEC. Peculio.
PP.DD. Patres dedicaverunt.
POT. Potestas vel potestate.
PAR. Particus.
P.D. Publice dedit.
PROV. Provincia.
P.P.L.V. Pro predii litis vindicaverunt. In edictis perpetuis.
P.Q.E. Posterisque eorum.
POST. Posthumio.

Q.

61. v. Q. Qui, quæ, quo, qua, quod, quid, quem, quam, quasi, quintus, quinti, quære, quirinus, quirinalis, quæsitus, quingenarios, quingentos.
Q. Quinti, vel Quintius.
QI. Quis.
QA. Qua.
QM. Quem. In edictis perpetuis.
QR. Quur.
QT. Quotiens.
Q.Q. Quoque.
Q.R. Quare.
Q.N. Quænam.
Q.P. Quo petit, quam primum, vel quam provinciam.
Q.D. Quem dicit.
Q.F. Quinti filius, vel Quintus fabius.
Q.L. Quinti liberti.
Q.M. Quo magis.
Q.MO. Quo modo.
Q.A.M. Quemadmodum. In edictis perpetuis.

A Q.S.S.S. Quæ supra scripta sunt.
Q.R.F.E.V. Quod recte factum esse videbitur.
QÆS. Quæstor.
Q.B.F. Quære bonum factum. In legibus actionibus.
Q.VL. Quem vult.
Q.LM. Quem locum.
Q.MG. Quo magis.
Q.RG. Quæ rogat.
Q. D. C. Qua de causa.
Q.L.F. Quinti Lucii filii.
Q.V.A. Quæ vixit annis.
Q.ASS. Quem asserit.
B Q.I.S.S. Qui jussit sibi senatum.
Q.P.R.V. Qui potentes reges vicit.
QVINQ. Quinquies, vel quinquennius.
QVINT. Quintilius.
Q.B.ME.V.Q. Quæ bene mecum vixit.
Q.E.R.F.E.D. Quod ei recte factum esse dicetur.
Q.E.R.E. Quanti ea res erit.
Q.N.A.N.N. Quoniam neque ais, neque negas. In legibus actionibus.
QVAESS. Quæstores.
Q.F.E.I.S.F. Quod factum est in senatu fertur.
Q.D.E.R.F.P. Quod de ea re fieri placet, de ea re universi ita censuerunt. In jure civili de legibus, & plebiscitis.
C Q.N.T.S.Q.P. Quam negas te sacramento quingenario provoco.
Q.I.I.T.C.P.A.M.F.A. Quoniam in jure te conspicio, postulo a me factum authorem.
QVAR. Quartæ.
QVIR. Quirinus.
Q.E.R.E.T.P.I.R.D.T.Q.P.D.T.D.D.P.F. Quanti ea res erit tantæ pecuniæ judicium recuperatorium dabo, testesque publice dumtaxat decem denuntiandi potestatem fecit.
D Q.S.N.T.E.P.T.PL.Q.D.E.Q.E.V.A.P.PL. V.F. Quod si non tulerit eos prætores tribuni plebis qui deinceps erunt quod eis videbitur ad populum, plebemve ferant.
Q.D.E.R.F.P.D.E.R.L.C. Qui de ea re fieri placet, de ea re lege cavetur.
Q.D.S.S. Quæ dedit sibi suis, vel dedit suis senatus.

E

R.

62 R. Roma, re, rei, rex, regum, regibus, regale, ruet, recte, Rector, rarus, relinquit, rogavit, rostris, redacta, restaurator, retro, reditum, Ravennatis.
R.C. Romana civitas, romani cives.
R.D. Regia domus.
R.P. Respublica, vel romani principes, vel retro pedes.
R. Responde.
F RS. Responsum.
RG. Recognovi.
R.M. Regis murus, vel munus.
R.R. Ruderibus recolendis. Rurum, vel rerum, romanarum, vel restitutio, vel ruderibus rejectis.
RAV. Ravenna.
R.PI. Res privatæ.
R.P.C. Rei publicæ conservator, vel constitutor, vel romana publica curavit.

RESI. Refiduum, vel refidentia.
R. VER. Rus Veronenfe, vel rurum Veronenfium.
RGLV. Regulus.
RG.FI. Regis filius.
RG.FA. Regis filia.
RAPAC. Rapacium.
R.N.L.P.X. Retro non longe pedes decem.
R.S.G. Res fuæ geftæ. Senatus gefta, vel rebus fenatus geftis.
R.REG. Rurum Rhegienfium.
R.L.P. Recte legi poffit.
RAT. Ratione.
R.R.R.R. Regnum regale romanum ruet.
R.V. Rurum Veronenfium.
R.F.E.D. Recte factum effe dicetur.
R.P.L. Retro pedes quinquaginta.
R.FERRARIN. Rurum ferrariorum.
RS.C. Refoluta caufa.
RE. Relatum, vel receptis.
RVS. Rufticum.
R.&P.XX. Rero pedes viginti.
REI.M. Rei militaris.
R.L.N.N.T.I.O.M. Rogatur latini nominis noftri temporis Jovi optimo maximo.

S.

S. Sacrum, fi, fe, fit, five, foli, fuo, fecum, funt, fatis, fenatus, fedem, fitus, falus, fublata, fufcepit, fupra, fecuti, fibi, fub, fecundus, folvit, feris, fepulchrum, fententia, Sempronius, fenfibus, fervus, facramento, fequitur, fumpferunt, facellum, folemne, ftraneæ.
SS. Suis, vel fanctiffimus.
SP. Spurius.
S. Sunt, vel facri.
SA. Sententia.
S.R. Sacri.
S.E. Secundæ.
S.F. Satisfecit.
S.C. Senatus confultum.
S.C. Sacri confilii.
S.S. Sententia fenatus, fomniorum, fomniator, fibi, fepulchrum.
S.S. Sacri fcrinii.
62.v. S.L. Sacrum ludum. Sacrorum ludorum.
S.P. Sacri palatii.
S.D. Sententiam dedit, vel dicit.
S.S.C. Secundum fuam caufam.
S.F.S. Sine fraude fua.
S.T.A. Sine tutoris auctoritate. In edictis perpetuis.
SEV. Severus.
SYL. Sylla.
S.N.L. Socii nominis latini.
ST.P. Stadium pofuit.
SEX. Sextus.
SER. Servius, fervus, vel fergius.
SCL. Scilicet.
SIG. Sigillum.
SP.D. Supradictis.
SC.L. Sacræ legionis.
S.N.P. Sine periculo.
S.S.S. Savio fanctiffimo facrum.
S.P.D. Salutem plurimam dicit.
SEPT. Septimius.
SAC. Sacris, facri, vel facrificium.
SCD. Secundum.
ST.D. Statum diem.

A STTA. Statua, vel ftatuta.
ST.OS. Statutum confulem, vel ftatuerunt confules.
ST.TP. Statum tempus.
S.Q.S.S.E.Q.N.I.S.R.E.H.L.N. Si quis facrum fancti eft, quid non jure fit rei ejus hac lege nihil.
SOR. Soror.
SVSC. Sufcepti, fufcepit.
S.C.F.C. Senatus confultum faciundum curavit.
SENAT. Senatores.
SB.CAR. Sub cardine.
B SP.FNT. Supra fontem.
SED.IVD. Sedentibus judicibus.
S.V.F.P.D. Sedem vovit firmam populus decennalis.
S.P.Q.R. Senatus populusque romanus.
SAL. Salute.
SEP. September.
S.P.F. Suæ primæ filiæ.
SOL. Solemni.
S.ET.S. Sibi, & fuis.
SING. Singulis.
SPECV. Speculatores.
S.N. Sui nominis.
C S.C.CRE.P.MNE.I. Sacri confilii certe pofuit monetam Juliam.
SATVR. Saturnalia.
S.S.C.S.D.E.T.V. Secundum fuam caufam fecuti diximus, ecce tibi vindictam. In legibus actionum.
S.Q.M.D.E.R.A.PP.V.O.E. CONSP. TR. PL.Q.N.S.Q.E.V.A.P.PL.V.F. Si quid meæ de ea re ad populum plebum valeo opus eft confpecto tribuni plebis, qui nunc funt, quod ei videbitur ad populum plebisve ferant. In jure civili de legibus,
D & plebifcitis.
S.R.L.E.E.C.Q.O.R.E. Si rem lex ex ejus caufa quæ omnium rerum efto.
S.Q.S.S.E.Q.N.S.I.R.E.H.L.N.R. Si quid facri fcripti eft quod non fit jure rogatu, ejus hac lege nihil rogatur.
S.N.S.Q. Si negat facro querito. In legibus actionum.
SVNT. Sunt.
SARM. Sarmaticum. 63
S.C.FAC.E. Senatus confultum factum eft.
E S.F.S. Sine fraude fua. In legibus actionum.

T.

T. Titus, Tullii, tibi, ter, tu, titulo, tacitus, tempus, tiburtine, trino, tutor, teftamento, teneor, tutellarii, tranfitorium, tranfcendit, tangere, tertium, taxat, tonfus, terminum.
T. Tau, nota in capite verficuli fuperftitem defignat.
F T. Tanto.
TI. vel TB. Tiberius.
TR. Trinus, vel Tribuni.
TB. Tibi.
TP. Tempus.
TR.P. vel PL. Tribuni plebis.
T.A. Tutore auctore, Titus Anius, vel tutoris auctoritate. In edictis perpetuis.
T.C. Teftamento cavetur.

	T.V.	Titulo usu, vel testamento vovit.
	T.P.	Tribunitiæ potestatis, vel titulum posuit.
	TRA.	Trajanus.
	TRB.	Tribunus.
	TVT.	Tutela.
	TAR.	Tarquinius.
	TP. B.	Tempus bonum.
	T.F.F.	Testamento fieri fecit.
	T. P. I.	Testamento publico jussit.
	T.H.R.	Testamento hæredem reliquit.
	T. MR.	Trimagister.
	T. F.	Titi filius, Titus flavius.
	T.B.	Tempus bonum.
	TVL.	Tullius.
	TOR.	Tormæ sed turmæ, quia o. loco u. utebantur antiqui.
	TR.MM. vel M.	Tribuni militum.
	TR. AE.	Tribuni ærarii.
	TR.POT.	Tribunitiam potestatem, vel tribunitiæ potestati.
	TR. CEL.	Tribuni cœlorum.
	TR.V. MON.	Trium viri monetales.
	TR.V.CAP.	Trium viri capitales.
	T.F.I.	Testamento fieri jussit.
	T.F.F. vel M.	Testamento fieri fecit, vel mandavit.
	TABL.	Tabulas.
	TM.P.vel DD.	Terminum posuit, vel dedicavit.
	TIB.D.F.M.	Tibi dulcissimo filio meo.
	T.I.A.V.P.V.D.	Teneor judicem arbitrumve postulo uti des.
	TR. LEG. II.	Tribunus legionis secundæ.
	TM. DD.	Thermæ dedicatæ.
	TER.	Terentius.
	T.L.	Titi, vel Titius libertus.
	T.S.F.I.	Testamento suo fieri jussit.
	TRANS. PAD.	Transpadum, vel Transpadana.
	TRANS. AM.	Trans amnem.
	TPR.I.A.P.V.D.	Temptor judicem arbitrum postulo, ut des. In legibus actionum.

V.

	V.	Vir, ve, vita, vivens, vixit, vivus, vale, viro, virgo, vero, veste, vicit, vires, urbis, vestræ, urbs, usus, verum. Voto, veteri, votum, virtus, videbit, vocat, vindictam, vovit, valeo, universi, vetat, vestales, vult, volentibus, unum.
	VI.	Quintum, quinque, vindicarium.
63. v.	V.R.	Urbs romana, vel urbis Romæ.
	V. P.	Unius posuit, viro prudenti, vel prætoris, vel probus, vel urbis præfectus.
	V. S.	Voto soluto, vel solemni, vel vivens statuit, vel voto suscepto, vel vir sacer.
	V.S.L.M.	Voto solemni libero munere, vel vivens, sibi locum monumenti.
	V.D.	Vivens dedit, vel donavit.
	V.V.	Virgo vestalis, vel vivo viro.
	V.E.	Verum etiam.
	V.I.	Vir justus.
	VVI.	Verbi.
	VAL.	Valerius, vale.
	VIX.	Vixit.
	VOS.	Vosonius.
	V.FR.	Vir frugalis, usus fructus.
	VX. vel VX.	Uxor.
A	VIC.	Victores.
	V. AET.	Virtus æterna.
	V. VRB.	Vir urbanus.
	V. P.R.	Veteri possessori redditum, vel possessioni reddatur.
	V.C.	Quinti consulis, quinquies consul, vel viro consulari vel claro.
	VOT.	Votum, vel vovit.
	V. M. M.	Votum merito Minervæ.
	VIT. X.	Vicit decies.
	V.ET.	Verum etiam.
	VRB. C.	Urbis conditæ.
	V.B.F.	Vir bonæ fidei.
B	V.DIC.	Vir dictatorius.
	V.S.L.M.	Vivens sibi locum monumenti.
	V.S.D.M.	Vivens sibi dedicavit monumentum.
	VET. AS.	Veterano assignatum.
	V. PRAE.	Vir prætorius.
	VI. VIR.	Sexium vir.
	V.A.L.M.X.D.III.	Vixit annis quinquaginta mensibus decem, diebus tribus.
	V.D.P.R.L.F.	Unum de plano recte legi fecit. In jure civili de legibus & plebiscitis.
	VAL.CS.	Valerianus Cæsar.
C	V.S.E.S.F.	Vivens sibi & suis fecit.
	ΛIΛAM.	Vivam.
	ΛALE. ΛITA.	Vale, vita.
	ΛIXIT.	Vixit.
	V.A.	Veterano assignatum, vel vixit annis.
	VAT.	Vates, Vatinius.
	V.F.S.S.	Vivens fecit sibi suis, vel sibi sepulchrum.
	V.B.A.	Viro bono arbitratu. In edictis perpetuis.
	V.V.L.	Virgo vestalis locus.
	VIG.	Vigilavit, vel vigiliæ.
	VOL.	Voluit, volumus.
D	V.M.	Vivens mandavit.
	V.F.	Usus fructus, vel vivus fecit.

X.

	X. V.	Decem viri.
	X.P.	Decem pedum, vel pondera.
		Existimat.
		Existimatio.
	X. D.	Denes dedit.

Y.

E	YMN.	Imnus.

Z.

ZEN.	Zenonius.

Priscos Romanos notas Arithmeticas non habentes litteris quibusdam eorum loco usos fuisse reperio veluti infra patebit. 64

	A.	Quingenarium numerum significat.
F	B.	Tricentenum, vel sic CCC. significat.
	C.	Centenarium numerum, & similiter apud neotericos.
	D.	CCCCC. sicut A. sed recentiores nostri rejecto A D, tantum utuntur.
	E.	Ducentum & quinquaginta.
	F.	XL. vel quadraginta significat.
	G.	CCCC. id est Quadringentenum.

H. Ducentenum.
I. & C. Ducentenum quoque.
I. Centum, vel unum.
K. Quinquaginta supra centum.
M. Mille, quod & nunc in usu est.
Ŀ. Quinquidenum, & similiter apud nos.
N. Apud græcos quinquagentenum numerum. Apud latinos nonagintenum perscribit.
O. Undenarium.
P. S. Septenarium.
Q. A. D. Quingentenum, sunt supra.
R. Octidenum.
S. Septidenum, vel paulo prius.
T. Sexdenarium supra centum.
V. Quinquenarium, & etiam nunc.
X. Denarium, veluti nunc.
Y. Centum, & quinquaginta novem.
Z. Harum omnium ultima, duo millia denotat.
I. Unum denotat.
IV. Quatuor.
IX. Novem.
II B. Octuaginta duo.
DCD Noningenti.

Q Ɔ V / I Ɔ Ɔ } Quinquemillia.

X / Ɔ M C / I M I. / C C I Ɔ Ɔ } Decem millia.

A I Ɔ Ɔ Ɔ / D C C } Quinquaginta millia.

C C C I Ɔ Ɔ C / C̄ / .M } Centum millia.

C C .M̄ M̄. Ducenta millia.

B S. Semis alicujus rei notatur per oppositam literam.
As nummus est libralis, nota tamen per oppositam literam.
Sextertius nummus duarum semis librarum notatur per oppositas Dipondus nummus est per oppositas duas notatur.
C Denarius decem librarum nummi nummus, per oppositam notatur.

Romai, pro Romæ.
Provinciai, pro Provinciæ.
Aulai, pro Aulę.

Omniumque fere nominum fœmininorum primæ declinationis hoc modo genitivos casus usurparunt veteres, ut in Lucr. patet.

VOCUM ET RERUM INDEX.

A.

Anto-

B.

C.

Hala-

N.

O.


P.

Q.

Pag. 27. lit. D. lin. 6. pro *annitentibus* lege *annuentibus.*

F I N I S.







TORELLI SARAYNÆ,
Veronensis, Juris Utriusque Doctoris,

HISTORIÆ ET GESTA VERONENSIUM,
TEMPORIBUS POPULI, ET DOMINORUM SCALIGERORUM.
LIBER PRIMUS.

A Quum præteritis jam annis Civitatis *Veronæ* originem, amplitudinemque descripserim, (ut *in colloquiis* nostris, nunc Latino donatis Idiomate legi potest:) pro supplemento, quinam ejusdem Urbis dominatores fuerint, æquum mihi visum fuit exponere: & quum fundamenta, tantæque Civitatis prisca ædificia omnibus nota sint, ne, quodnam Imperium, Regimenque ejus fuerit, in tenebris maneat, lingua nostra vulgari uti volui, ut vulgus simul & literati quomodo præteritis B temporibus nostra recta fuerit Patria, & quales ipsorum fuerint progenitores, ex æquo percipere queant: doleo equidem, me mihi ipsi præ aliis integrè satisfacere haud posse. Imperio enim *Romanorum* extincto, a tot, variisque Barbarorum adeò oppressa fuit nationibus *Italia*; Provincia præsertim ea, quæ *Lombardia* vocatur, uti monumenta, priscæque scripturæ majori ex parte vel combustæ, vel subreptæ fuerint, adeòque paucæ (eæque corruptæ) reperiantur. Labori, industriæque nulli peperci ad fragmentorum collectionem, quæ tot ac quadringentorum annorum C eversiones & ruinæ superesse passæ sunt, & quantum ulla ratione efficere potui, in ordinem digessi. Sed ah! quantus hic mihi fuit labor! quantumque consumpsi temporis! à variis quippe discrepantibus, & aliquando sibi contrariis Chronicis, difficillimè veritatem exhaurire potui; & à tanta recentium verborum obscuritate, rudibusque, tam Latinis, quam vulgaribus eorum temporum sensibus. Quantus, inquam, labor aliquod eisdem tribuere lumen, ut vel perspicacibus legi, ac videri oculis potuerint; ea præcipue, quæ de Dominorum *Scaligerorum* temporibus agunt, quorum cum Imperio major & Chronicorum, & monumentorum pars absorpta fuit. D Cogitans nihilominus longe melius esse, aliquam præteritorum cognitionis partem callere, quam omnia in oblivione sepulta relinquere, hoc audaciter suscepi onus; certo tenens apud probos viros me hanc initurum gratiam, quod, *si de hac re haud sufficienter, fideliter tamen ac sincere scripserim.*

Prætermittam igitur Tempora Imperii per *Constantinum* Cæsarem in *Græciam* translati, ejusdemque *Byzantii* firmatæ sedis: nec referam quomodo dein *Gothi* Italiam ingressi sint, majoremque ejus partem subactam tenuerint; & quomodo, *Gothis* pulsis, *Narsetis* Eunuchi, Imperatoris *Justiniani* Ducis, frequentibus opprobriis ab Imperatrice *Sophia* offensi, instinctu, *Alboynus* Longobardorum Rex, Hungaricis Regionibus, quas antea tenuerat, relictis, in *Italiam* ingressus sit: Quomodo *Longobardi* a *Foro Julii Cæsaris* per *Cispadanam* Regionem sese diffuderint ad montes usque *Italiam* à *Gallia* disterminantes, dominiumque locorum eorum non solum tenuerint, sed & tertiam insuper incolarum partem possiderint bonorum: Quomodo Urbi *Veronæ* ducentis plus quam annis imperarint, quando sub illorum Ducum imperio, quorum in Civitate qualibet unus erat, regiæ tamen subjectus coronæ: Quando quorumdam ipsorum Regum (ut *Alboyni*) regia fuerit *Verona* sedes. His omnibus, inquam, prætermissis recentiora tantum narranda suscipiam: Eæ enim Historiæ, cum à multis expositæ fuerint Auctoribus, ut à *Blondo Forliviensi*, pluribusque aliis præstitum, qui illa tempora, iisque imperantes Principes fusius descripserunt, inde facile cognosci possunt.

Anno igitur *Christi Domini* CMLXVI. *Berengario* Tertio in Italia cum filio suo *Alberto* in partibus *Lombardiæ*, & *Tarvisina* Regione imperante, visum fuit eidem *Berengario*, pravis ducto consiliis, in *Romanam* Ecclesiam obedientiam exuere, pluribusque idcirco modis, iteratisque vicibus ditionem ejus infestare, eamque diminuere. Quapropter *Agapitus* Secundus Pontifex, tunc sedem occupans, viribus *Berengarii* se haud resistere posse intuens, *Ottonem Saxoniæ* ducem excitavit, suasitque, ut Ecclesiæ Sanctæ subveniendi gratia, *Italiam* cum exercitu ingrederetur, & ut magis ad hoc induceretur, Imperii *Romani* coronam, Cæsarisque auctoritatem *Ottoni* spopondit. Quibus promissis motus *Otto*, exercitum sexaginta millium equitum, ac peditum congregato, in *Italiam* descendit, brevique temporis spatio *Berengario* devicto, ac profligato, *Romam* ingressus à Pontifice, secundum promissa, coronatus, & Cæsar declaratus fuit: *Otto* autem, qui natura sua benignus erat, *Berengario* pacem humiliter petenti, obedientiamque Ecclesiæ sanctæ spondenti, amissum restituit Statum, *Verona*, & *Aquileja* tantummodo, in pacis pignora, retentis. Hac *Ottonis* gratia, clementiaque proficere, ac diu frui nescivit *Berengarius*: paulò enim post, armis captis, plurima contra pacta conventa, Pontifici jurata, innovavit, Quapropter *Italiam*

Ann. 966.

Otto Imp. ingreditur Italiam.

liam iterum ingredi contra fœdifragos, *Berengarium* scilicet & *Albertum*, coactus fuit *Otto*; hisque fortius quam antea profligatis, ac *Italia* (ne iterum rebellionem excitarent) ejectis, *Berengarium* in *Austriam*, & *Albertum Byzantium* relegavit. Eventus is libertatis primordia reddidit *Veronæ*, ipsa à *Berengarii* Tyrannide liberata, opprimi amplius non verebatur; ac *Ottone* in *Germaniam* reverso, Urbem hanc in Rempublicam, (sub auspiciis tamen Cæsaris) erexerunt *Veronenses*, & in ea sequentem Regiminis formam condiderunt.

Forma Regiminis Veronæ.

Per Nobilium Populique Universitatem octoginta electi fuerunt Optimates, nobiles scilicet, qui tunc *Octoginta Consiliarii*, *Reipublicæque Veronensis Gubernatores* dicebantur. Omnem istis auctoritatem officiales eligendi, tum ad statum regendum, tum ad justitiam civilem, & criminalem exercendam, tribuerunt. *Octoginta* ii suffragiis suis octo elegerunt Judices; quorum quatuor Laici, (hoc est, cives dignitate, carentes) quatuor reliqui Jurisperiti, quorum erat in Palatio Tribunalibus destinatis convenire, atque jus petentibus dicere: ex iis *Octo* unus jungi debebat Criminali Judici, per Civitatem, ac regionem inquisitiones criminales facienti; quo munere Octo illi alternatim fungebantur. Hinc octo illi criminalibus sententiis pro absolutione, & reorum condemnatione, ut & hodie moris est, intererant. Tempore autem eo sedebant Laici, quod nunc abrogatum est, discrimine tamen quoad jurisdictionem decernendi causas servato: Laicis enim ultra quinquaginta *Veronenses* Libras judicare non licebat; Jurisconsulti vero summam quamcunque irrogabant. Sententiarum, quas hi judices tulerant, appellationes ad Præfectum deferebantur, ac secundum ejus judicium dirimebantur. Præfectus iste ab *Octoginta* Consiliariis eligebatur, vir (si fieri poterat) doctus, Armiger, Bel-
3 licosus, Advena, & nunquam Civis; Habebat is arbitrio suo Legisperitum, tamquam Viceregentem ac Delegatum: Tresque præterea lictores, cum viginti satellitibus, qui prætoriam Cohortem pro Justitiæ & Judicum servitio, constituebant; sex pedissequi totque equites Prætoris Aulam formabant, qui per unicum tantum annum in Magistratu sedebat. Ex ærario publico quinque millia librarum *Veronensis* pecuniæ eidem annuatim solvebantur; primis tribus Præturæ suæ mensibus dictarum pecuniarum prima pars ei numerabatur, altera sex præterlapsis mensibus, & ultima, quando idem Prætor magistratu cedebat, quod à quintodecimo die post annum Præturæ elapsum contingebat.

Hoc insuper Consilium Octoginta octo peritos eligebat Cives, *Belli Sapientes* nominatos: Quarum munus erat de negotiis Reipublicæ, & aliis quæ occurrebant una cum Prætore consultare, eaque mature simul digesta in Consilium (si necessitas urgebat) deferre, ubi secundum plurima vota decernebatur, quam ii sententiam una cum Prætore executioni mandabant; Prætor enim, ultra Præturæ dignitatem, Dux erat summus totius exercitus, ac cujuscumque expeditionis à Republica suscipiendæ. In dicto Consilio eligebatur pariter Advocatus publicus, Syndicique nomen ipsi imponebatur, cujus erat, Jurisdictiones publicas suggerere, easque tueri, una cum Jurisconsulto, vel alio, qui annis ad minimum quinque Juri operam navasset; huncque pauperum Judicem nominabant, ne pauperes per inopiam suam ditioribus succumberent in litibus. Regimen hoc, ordinesque istos diu perdurasse inveni: ad id, scilicet tempus usque, quo *Fredericus* (*Barbarossa* cognominatus) Romanorum Imperator creatus fuit: qui *Romam* veniens urbibus & territoriis *Lombardiæ*, ac *Tarvisinæ* regionibus potiri conatus, ea tamquam ad se spectantia, ac Imperii Feuda usurpans; in qualibet Urbe Vicarium constituebat Imperialem, qui ex mente, & libitu suo Officiales omnes eligebat. Regiminis tamen hujus forma non diu duravit: exorta enim magna contentione, ac inimicitia inter *Fredericum*, & *Alexandrum* Pontificem, hujus nominis Tertium, excommunicatus ab *Alexandro Fredericus*, Imperatorisque nomine privatus fuit: ac subditi, Feudatariique Imperii homagio & fidelitatis juramento, *Frederico* præstito, fuerunt soluti. Unde *Cispadanæ* Urbes pristinæ libertati restitutæ. Magna tamen interea labes, pestisque æterna, primordia sumpsit, Populique in duas maxime discrepantes, discordiisque plenas sese divisêre factiones, *Gibellinorum* scilicet, & *Guelforum*, summis duobus Christianorum principibus seipsos dicantes; *Gibellini* Cæsaris, *Guelfi* vero Pontificis partem tuebantur. Unde autem hæc duo, *Guelforum*, ac *Gibellinorum*, nomina originem sumpserint, excellens *Bartholus* in Tractatu suo de *Guelfis*, & *Gibellinis* satis exposuit, dicens, *Gibellinos* à *Gibello* provenisse: *Fredericus* enim Imperator orginem trahebat à familia *Gibelli*, quæ vox idem valet ac *Vis, & fiducia armorum*; & Imperatorum fautores jure meritoque *Gibellini* nuncupabantur; *Guelfi* nomen fautores pariter Ecclesiæ, fidei amatores, in orationibus, auxilioque divino confidentes interpretantur. Urbs pariter *Verona* aliorum sequens corruptionem duas elegit familias, harum factionum capita, & præcipuas qui temporibus eis nobilitate, & divitiis excellebant, *Monticolos*, & *Comites à Sancto Bonifacio*: major tamen eorum pars *Gibellinos* sese ostenderunt, Administratores præsertim, & Reipublicæ officiales *Monticolorum* sequebantur sectam; Rustici, & incolæ *Comitum à Sancto Bonifacio* (sese *Guelfos* declarantes) sequebantur vestigia. Pestifera itaque hac in Urbe, comitatuque exorta seditione, uniuscujusque factionis asseclæ, ut ab hostibus sese defenderent, proprias domos, & habitationes munierunt: Quapropter brevi temporis spatio septingentas Turres domibus, civiumque Palatiis junctæ, fuerunt exstructæ, quarum hodierno quoque die, quædam haud prorsus dirutæ, aliarumque fundamenta, ac non paucarum vestigia adhuc conspiciuntur. Nec omiserunt in territorio pariter Arces, ac Fortalitia fossis clausa construere; ita ut nullus reperiretur Pagus, murato quodam Propugnaculo destitutus; sicque harum factionum altera in alteram, & in Urbe, & in regione, evidenti damno, ac excidio arma capiebat.

Gibellini & Guelfi.

Anno autem MCXLVIII. novo, *Crescentiorum* familia, potentes Cives, ac *Gibellinorum* sectatores, in conflictu contra *Comites à S. Bonifacio* & eorum adhærentes *Sancti Zenonis* Portam combussêre, & per eamdem ingressi, post multa cum hostibus certamina triumpharunt *Crescentii*; quo felici animati eventu, ad Arcem quamdam supra montem *Veronæ* sitam, atque à *Comitibus à S. Bonifacio* possessam, perrexerunt expugnandam, quam etiam captam destruxerunt, & concremarunt. Temporibus illis *Veronæ* Imperatoris erat Vicarius, quem ut ibi moraretur, Proceres Reipublicæ sollicitaverant, partim in suæ erga Imperium fidelitatis testimonium, partim ut favere se *Gibellinæ* factioni, aperte declararent. Ille Regentibus invitis, (natione enim *Germanus*, prudentiaque carebat) armis cum aliquibus plebejis, contra *Crescentios* captis, qui Arce cremata, ad *Montorii* Castellum tribus ab Urbe milliaribus distans confugerant, idem magna *Crescentiorum* cæde expugnavit. Quæ in *Gebellinorum* animis magnum contra

tra Vicarium illum excitabant odium. Hujus Belli Civilis, aliorumque pejorum, quæ secutura essent, Præsagium malum præbuit *Athesis* fluvius, qui eo ipso anno tot rapidis adeo excrevit undis, ut *Predæ* pontem, qui antea è regione montis ad Theatri latus impositus erat, funditus rescinderet, cujus vestigia hodierno quoque die penes Sanctæ *Liberæ*, nunc Sancti *Syri* templum conspiciuntur.

Inundatio Athesis ominosa.

Imperator *Fredericus* anno millesimo centesimo quinquagesimo sexto cum majoribus quam antea copiis in *Italiam* reversus, dominium Terrarum earum, quæ ab ipso desciverant, haud difficile ad suam reduxit obedientiam, *Lombardiæ* præsertim, ac *Tarvisinæ* Regiones. Hinc audacior quam antea redditus, subactis populis adeo exorbitantia imponebat tributa, ut eis rebellandi causam, & necessitatem subministraret; qui expulsis Præsidibus, Præfectisque Cæsareis omnibus, regimen suorum ipsi iterum capessere cœperunt, protestati tamen, debitos Imperatori census, ac feuda, se esse soluturos. Ictum eo tempore fuit fœdus inter proximas Urbes, & *Veronenses*, pro mutua ipsarum conservatione, ac adversariorum offensione; Confœderatio hæc, *la Compagnia de Veronesi*, societas scilicet Veronensium nuncupabatur: quoniam societatis, & fœderis hujus principes & auctores, fuerunt *Veronenses*. Quibus auditis, *Fredericus Paviæ* tunc degens, attonitus, ingenti timore correptus est, & veritus ne eæ Urbes ad *Guelforum* transirent partes, ipsumque deserentes, & favorem, & vim Pontifici tribuerent. Quapropter ad eas opprimendas, antequam hoc definirent, exercitum congregatum *Veronam* versus misit. *Veronenses* una cum fœderatis, de *Frederici* exercitus adventu certiores facti, sese ad defensionem validam præpararunt; Urbemque propriis, & auxiliaribus copiis munierunt: Quod audiens *Fredericus* in vico
4 quodam *Vigasio* vocato (decem à *Verona* milliaribus) substitit. *Veronenses* se iter hostium impediisse, haud contenti; audacter eis obviando ad eundem venerunt locum, ubi magno dimicarunt calore, ac tandem *Frederici* exercitum destruxerunt, & extra territorium magno pudore, ac damno in fugam conjecere. Nullam de hoc conflictu mœstitiam ostendebat *Fredericus*, dicens, se precibus, & consensu *Veronensium* copias suas eò misisse, qui statim fugatis inimicis, cogniti fuerunt. Tractatus is cum quodam Cive *Pillio a Nichesola* factus fuerat, & tumultu excitato, ut Cæsareo exercitui facilis pateret ingressus, detentus fuit *Pillius* cum quibusdam complicibus suis, ac alii eorum decapitati, alii crudeliter puniti fuere. Paucis abhinc diebus, quum Arci cuidam, *Castello de Rivole* dictæ, natura sua, & situ inexpugnabili, nomine Reipublicæ *Veronensis*, imperaret Dux quidam & civis, vocatus *Cachapane dell' Isola*, homo pessimæ, & rapacissimæ naturæ (peregrinantes enim omnes deprædabatur) coacti fuerunt *Veronenses* copias suas cum Prætore ad Arcem eam expugnandam mittere; sed quum esset, (ut dictum est) inexpugnabile, ac optime munitum propugnaculum; certamen deserere, obsidionemque suscipere consultum fuit. A die undecima Novembris anni MCLXIX. usque ad sequentem Maji mensem perduravit obsidio, & circa finem ejusdem mensis Arce potiti sunt, Duceque una cum militibus rigorosè punitis, ipsam funditus everterunt.

Discordiæ interim inter Cives in contrarias factiones divisos, (ut supra diximus) augebantur, & quotidie se invicem infestantes, ea fuerunt dementia, ut in propriam grassarentur Patriam, nunc aliam, atque aliam depopulando plateam; nec spoliis, occisionibus, aut sanguine quotidie immersi contenti victores subactorum insuper ædes igni tradebant: Infortunata adeo Civitas! quæ talibus discordiis ad extrema ferè redacta erat; Inter alias enim diras exercitas hostilitates, octo sequentibus diebus pugnarunt contra se invicem cives, deprædantes, occidentes, ac omnia igne evertentes. Clementissimus tandem Deus ipsorum coërcuit furorem; & ipsi propriis consideratis damnis non solum acquieverunt, sed & sua diruta restaurare cœperunt ædificia: *Lambertorum* familia, nobilis, dives, ac multæ auctoritatis prima à fundamentis magnam erigi curavit Turrim, quadratæ figuræ in plateâ majori sitam, ubi nunc publicæ existunt campanæ, eamque (ut videre est) elevari curarunt ad altitudinem perticarum *Veronensium* triginta & septem cum pede uno, ad latitudinem vero quatuor perticarum; Pertica autem *Veronensis* sex pedibus constat.

Populi revera ex *Lombardia*, ut *Cremonenses*, *Bergomenses*, *Brixienses*; & ex *Transpadanis*, *Placentini*, *Mediolanenses*, quorum, *Mediolano* per *Fredericum* everso, major pars bonis & patria orbata, *Veronensium*, *Vicentinorum*, & *Patavinorum* acta comprobabat, Prætoribus Cæsareis ejectis, se ipsos in libertate regebant; *Mediolanenses* cum istis Fœdus, ac unionem (sua libertate servata) inierunt; Fœdus hoc, *Civitates Belli sociæ*, vocatum fuit; Fœdereque contracto, absente *Frederico*, jam in *Germaniam* profecto, *Mediolanenses* ab his Confœderatis (à *Veronensibus* præcipue) auxiliis acceptis, dirutum, ac desolatum restaurarunt *Mediolanum*, urbemque iterum inhabitarunt; Quibus perceptis, *Fredericus* in *Italiam* potenti cum exercitu ad *Mediolanenses* opprimendos reversus est.

Fœderati tamen viribus congregatis, & favore *Alexandri Tertii* Pontificis (*Frederici* inimicissimi) exercitum aggressi sunt *Germanorum* prope *Paviam* castrametantem, brevique pugna magnis excidiis ipsum adeo fugarunt, ut per aliquot dies *Fredericus* haud inveniri potuerit. Uxor igitur ejus *Comi* habitans, pro certo habens mariti mortem, vidualia induit vestimenta, quæ semper retinuit, usque dum de vita mariti *Paviæ* existentis, certam habuit notitiam. *Germani* autem Barones, cum majori ducum suorum parte hæc infortunia à divino decreto provenire putantes, *Fredericum* adierunt, eum exhortantes, ut cum Pontifice componeret, sin aliter, monitorio, & Excommunicationi contra ipsum latæ obedientiam se præstituros, eundemque tamquam privatum virum, & excommunicatum deserturos esse protestati sunt. Imperator, protestationem hanc metuens, nuncios ad Pontificem *Venetias* misit, qui ibi, captivitatem timens, sese abdiderat. Oratores Cæsaris libenter vidit *Alexander*, & interpositis *Venetis*, ac dissidiis tractatis, pax composita fuit; qua publicata, *Fredericus* excommunicatione absolutus, cum Baronibus suis in *Germaniam* iter suscepit; Quo in itinere Primatum suorum precibus, Civitatum Confœderatarum Nuncios allocutus fuit Cæsar, & post multas contentiones, in Urbe tandem *Constantiæ* pax cum illis firmata fuit, die XXII. Junii, anni MCLXXXIII. Ad dictam pacem tractandam sequentes, *Veronensium* nomine, intervenêre Cives: *Conradus* Doctor Juris utriusque, cujus familia ignoratur; *Ubertinus dalle Cathene*, *Martinus da Castello*, *Thebalbus de Bevegnudo*, & *Ribaldinus de Nassinguerra*; In qua pacis conclusione per *Fredericum* firmata, hæc infrascripta Latinè reperiebatur clausula: *Item: Nos restituimus entratam Veronensibus, & Eccelinum nominatim recipimus in plenitudinem gratiæ nostræ, & omnem offensam ei remittimus.*

Ex quibus colligi poteſt, *Fredericum* omnibus bonis publicis, tamquam vaſſalos, orbaſſe *Veronenſes*, qui rebellionis crimen contra Principem ſuum commiſerant, & *Eccelinum* eum præcipue, rebellem & reum mortis declaraſſe.

Alexandro III. defuncto, *Lucius Secundus* natione *Lucenſis*, nobilique proſapia natus in Pontificatum ſucceſſit; Is ſecundo ſui Pontificatus anno, à *Romanis*, deſpoticè regentibus, *Roma* ejectus *Veronam* venit; ubi Imperator pariter acceſſit, ac conſenſu unanimi Generale Concilium *Veronæ* congregandum eſſe publicarunt, ubi de auxilio Chriſtianis contra Infideles dimicantibus mittendo, & *Romanorum*, Sanctæ Eccleſiæ rebellium, pertinacia reprimenda ageretur. Bellum temporibus iis in *Aſia* gerebatur ob locorum, Urbiumque à Chriſtianis antea acquiſitarum amiſſionem, *Urbano*, & *Paſchale* Pontificibus; quorum pariter tempore *Hieroſolymam*, *Antiochiam*, *Ptolomaidem*, *Tyrum*, aliaſque recuperarunt Urbes; quæ quotidianis inter eos diſcordiis amittebantur. Fortiter inſuper opprimebantur à *Sultano Corteſio*, qui recens in illorum venerat perniciem; nec parum periclitabantur Regis Galliæ *Philippi* copiæ jam *Aſiam* ingreſſæ, ut ſeſe Chriſtianis jungerent. *Lucius* pariter, & *Fredericus* ſollicitabantur ſummoperè ab *Heraclio*, Patriarcha *Hieroſolymitano*, ne Magnates Chriſtiani Occidentales, fratres, filioſque ſuos in *Aſia* perire permitterent. Concilio itaque inchoato, omnia ſtrictè diſcuſſa fuerunt capita, atque tam de auxilio in *Aſiam* mittendo, quam de reformandis Eccleſiaſticis & ſecularibus moribus, qui a regula ſua multum degeneraverant, atque de *Romanis* ad Pontificis obedientiam reducendis diligenter agebatur: ubi *Lucius* mœrore correptus, paucis diebus, extremoque Reipublicæ Chriſtianæ detrimento, vitam cum morte commutavit; Inhumatus Pontifex in Eccleſia Cathedrali, in arca quadam, ubi ad noſtra uſque remanſit tempora, cum ob reſtaurationem ſacelli majoris in alium collocatus fuit tumulum. Defuncto *Lucio*, ſolutum fuit Concilium, reſque in eo pertractatæ parum ſancitæ, minus adhuc exſequutioni fuerunt mandatæ.

Mœſtitia cauſat mortem Lucii.

Sequenti anno MCLXXXIV. ſub Prætura Veronenſi, *Guilielmus dall' Oſſa* Mediolanenſis Palatium juſtitiæ ædificari, vel potius reſtaurari cœpit: ſuppoſito cum quibuſdam, id eo in loco prius extitiſſe; quadrangularique forma, ut hodie cernitur, erectum fuit, in medio plateam habens, tantâque conſtructum fuit ſollicitudine, ut eodem Prætore inchoatum fuerit atque abſolutum.

Hoc eodem anno antequam à Concilio diſcederent Cardinales, *Urbanum*, nobilem *Mediolanenſem* virum, in Pontificem elegerunt; erat is illuſtris *Crivellorum* proſapiæ; quam electionem ſupradictus Prætor *Mediolanenſis* valde juviſſe creditur. Is priuſquam *Verona* diſcederet, die ſeptima Menſis Septembris, Anni MCLXXXVII. majorem hujus Urbis Eccleſiam conſecravit, plurimaſque ipſam viſitantibus conceſſit indulgentias.

Veronenſes, bellis inteſtinis in propria Urbe ſedatis, ad exteriora illa delenda, majori commodo, & gloria ſe convertebant. Quapropter Anno MCLXXXVIII. *Veronenſis* Reſpublica uſque ad *Rodigii* Ferrarienſis latus, dominium ſuum extendens, multa in illis regionibus poſſidebat Caſtella; quæ inter illud numerabatur *della Fratta*, quod in eorum ſeditionibus injuſtè illis abripuerat quidam *Salinguerra*: Prætor idcirco à Republica una cum militibus ad ipſum expugnandum miſſus, circa finem anni ſub eorum id reduxit dominium: Reſpublica interea ſatis bene ſe habere videbatur; niſi ſequenti Anno MCLXXXIX. per infraſcriptum ſummæ atrocitatis caſum res turbatæ fuiſſent.

Præcedentibus annis tranquilli fûere *Monticoli* cum Comitibus *à S. Bonifacio* per affinitatem quandam invicem contractam: Comes enim *Saurus à S. Bonifacio* (hoc illius nomen erat) duxerat in uxorem *Craſſam* ex *Monticolorum* proſapia, quæ filium peperit, nominatum *Cereſium*: Iſte vel peculiari quadam injuria ab Avunculo læſus, vel per antiquum ſuorum in Comites à *Sancto Bonifacio* odium, in ipſo forſan reviviſcens, ad S. *Bonifacii* vicum, ubi habitabant Comites à *S. Bonifacio*, (à matre monitus, ut dicitur) perrexit; ac Comite *Sauro* in Ponte ejuſdem vici invento, eum tot percuſſit vulneribus, ut ſtatim exſpiraverit: Commodius hoc exequi potuit *Cereſius*, quia ipſe *Saurus* eum ut nepotem, & affinem, non autem ut hoſtem receperat: Vera hujus nefarii criminis ignota fuit ratio, Cives tamen id indubitato collegerunt, *odium ſcilicet factioſorum implacabile amorem & affinitatis honorem ſuperaſſe*. Hac recenter nata Vipera, ut *Veronenſibus* excidia, & bellum pareret, infauſtum edidit augurium *Atheſis* fluvius, qui Anno MCXCV. tanta aquarum inundatione auctus fuit, ut præter plurima incolis illata damna, viam, (*la Regaſta* dictam) ad ripas ejus ſitam adeo devaſtaverit, ut communitati eam prorſus reficere opus fuerit.

Augurium Atheſis.

Anno MCXCVIII. *Veronenſes* cum exercitu ſuo invaſerunt *Patavinos*, qui in confiniis novandis aliquid ad *Veronenſes* ſpectans occupaverant: Quum autem eo perveniſſent, *Patavinos*, illuc ut ſe defenderent acceſſitos, viribus ſuperiores invenerunt; Prælio nihilominus paulatim incepto, ad generale deinde venêre certamen, in quo Victores extitêre *Veronenſes*; plurimoſque *Patavinos* captivos in publicos *Veronæ* carceres deduxerunt: & pro tantæ victoriæ coronide, præter *Lendenaram*, ad ripas *Atheſis* Arcem, *Gazzo* nuncupatam, ædificarunt, ad quam uſque *Veronenſes* limites ſeſe extenderent; caſtrum præterea *dell' Hoſteglia* dictum, Juriſdictionis *Veronenſis* ſupra *Padum* ſitum, jam deſtructum, *Veronenſium* exercitus, ut illud reſtauraret, nec armis impediretur, perrexit. Quod cum *Mantuani* impedire conantes, ſupra pontem *dalli Molini* ſe opponerent, pulſi ac fugati fuerunt *Mantuani*; plures *Veronam* magno cum triumpho deducti; Hanc die XVII. Junii A. MCXC. & ita brevi tempore duas inſignes victorias retulere *Veronenſes*.

Electus autem fuit Prætor *Veronæ* Dominus *Salinguerra*, nobilis *Ferrarienſis*, eo ipſo tempore, quo obſidebant ii *Argentam* (ipſorum quidem locum, ſed rebellem.) Quum autem ad expugnationem ſufficientes ſibi haud eſſe vires intelligerent, auxilium à *Veronenſibus* petiêre; quo ejuſdem Prætoris hortatu illis præſtito, multas eo miſerunt copias, quibus *Argentini* arctius incluſi & oppreſſi, trium menſium obſidione tolerata, ſeſe obſidentibus tradere coacti ſunt; auxiliariæque copiæ *Veronam* reverſæ. Statim autem, ut rediêre *Veronenſes*, idem fecerunt, quod de Hiſpanis legitur, *deficientibus exterioribus hoſtibus, eoſdem domi quærebant*: *Monticoli* fuerunt ii qui cum eorum factione una cum *Octoginta Conſiliariis*, ac Reipublicæ Rectoribus ex una, & *Bonifacius* filius Comitis *Sauri à Sancto Bonifacio* cum adhærentibus ſuis ex altera parte bellum inchoarunt in Urbe; quo aliquot diebus perdurante, plurimi utriuſque factionis perierunt, multæque domus deprædatæ, ac combuſtæ fuerunt; ita ut eorum domicilia à *Scala* uſque ad Ædem S. *Mariæ* in Foro, & præcipuè ad familiam ſpectantia *de la Carcere*, *de Monticoli*, & *Lendenara*, ac in earum viciniis plurimæ Mercatorum, Artificumque

sicumque habitationes pariter devastarentur. Accidit infortunium hoc die XIV. Maji, Anni MCCVI.

Sequenti autem anno, quum *Azzo* ex Marchionibus *Estensibus* Prætor *Verona* esset, cupidus iste duas hasce factiones, populi favore, opprimendi, armis captis strenuè dimicavit in Urbe contra *Monticolos*, & *Comites à S. Bonifacio*, ipsos expellere tentans, & magna quamvis inimicorum suorum cæde commissa, conatus tamen exequi haud valuit; quapropter ipsemet expulsus fuit, ac officio privatus; & in locum ejus *Odoricus* ex *Viscontibus* Mediolanensis electus fuit. Indignatus hac de causa prædictus *Azzo*, cum Comite *à S. Bonifacio* ad *Monticolorum*, eorumque complicium destructionem convenit. Coadunato igitur *Mantuanorum* eorumque sectatorum exercitu, *Azzo* & *C. a S. Bonifacio*, quum eis inhiberi haud potuerit ingressus, *Veronam* intrarunt, ibique cum dicto Prætore *Odorico* & *Monticolis* eorumque sectatoribus dimicarunt, maximaque strage peracta, *S. Bonifacii* partes extiterunt superiores, *Monticolos*que *Verona* cum eorum fautori-
6 bus expulerunt. Domus antea deprædatas tandem funditus everterunt, eorumque vicos, ac terras devastarunt. *Monticolorum* adhærentiumque suorum quæ ex hac strage supererant reliquiæ, partim in Arcem *Gardæ*, partim *Pescheram* confugerunt.

Prædictus autem *Azzo* cum exercitu suo eos persequens, ad locorum horum expugnationem perrexit, brevique temporis spatio eis potitus est, hac tamen conditione, ut personæ, & omnia eorum bona in Arce existentia servarentur: *Azzo* autem ingressus pacta rupit, eosque retentos, & captivos in Arcem suam *Este* deduci curavit. *Octoginta Urbis Gubernatores*, hanc dolentes cladem, elegerunt in Prætorem *Eccelinum de Romano Tarvisinum*, ortu vero *Germanum*, strenuumque *Gibellinorum* fautorem; qui, officio absque mora suscepto, cum militibus & gentibus *Veronensibus*, ad expugnationem Arcium, & locorum, à sectatoribus Comitis à *S. Bonifacio* occupatorum profectus; eaque parum repugnantia, omnia occupavit, pluraque eorum destruxit. Redeunte ab hoc primo felici armorum eventu *Eccelino*, decretum fuit in insignis hujus Victoriæ memoriam, ab universo populo, ut die dominica cursus equorum, Ludique, & præmia per Communitatem exposita, (ut hodierno die moris est) instituerentur; quæ Sancti *Bernardini* suasu à prima Quadragesimæ die ad eam Bacchanaliorum translata sunt. De his intestinis bellis, calamitatibusque à *Verona* (*Gibellinorum* causa) sublatis, quum certior factus esset *Otto* Romanorum Imperator, in *Italiam* venit, & captivos in *Este* *Monticolos* carcere liberavit, patriæque restituit; jussitque præterea, ut partes eæ invicem pacem, ne planè deleretur *Verona*, colerent. Quapropter subsequenti anno MCCXI. Prætor *Veronæ* electus fuit *Bonifacius* Comes *à S. Bonifacio*, qui modestia pariter ac justitia usus, factionum se oblitum esse ostendit. Is Præturæ suæ anno, cum *Veronensium* copiis ad Arcem *Orsenigi*, prope locum, qui *la Chiusa* dicitur, sitam, & à *Ribaldo* de *Turrisendis* possessam, occupandam profectus, opera nomine suo digna patrabat; & tandem arcem expugnatam prorsus destruebat.

Eccelinus Germanus natione.

Sequenti anno Prætor successit *Bartholomæus da Palazzo*, quo tempore *Eccelinus* de *Romano* prædictus, jam *Vicentiæ* Prætor electus, ob lites de limitibus inter has duas communitates, *Veronæ* scilicet, & *Vicentiæ*, cum *Vicentinis* copiis adversus *Veronenses* profectus erat: quo audito, *Bartholomæus Eccelino* obviam ivit, ipsumque apud A *Pontem Altum Vicentiæ* inventum, profligavit, & cum *Joanne* de *Lago*, & *M. Mosto*, aliisque nobilibus captivum *Veronam* duxit.

Nec ulli admirationi sit, quod temporibus illis *Veronæ* Prætores, factionum diversarum eligerentur, ut altero anno aliquis exercitui imperaret *Veronensi*, altero autem illum duceret adversariorum: tanta enim, & talis erat factionum potentia, ut quovis anno à prædominante eligeretur Prætor; tantaque erat voluntatum mutatio, ut singulis annis novæ suscitarentur propositiones, sæpiusque accidebat, ut eadem Respublica magis & minus, alteri factioni juxta Prætoris B mentem adhæreret. Tempore autem Præturæ *Bartholomæi de Palazzo* elapso, *Marinus Zeno* nobilis *Venetus* in Prætura *Veronensi* successit, qui omnem curam ad factionum discordias sedandas adhibuit; Civitati, & divitias & splendorem ex hoc accedere posse putans: Idcirco adeo laboravit, ut *Co. à S. Bonifacio*, & *Monticoli* cum ipsorum amicis res suas ejus committerent manibus, amplamque libertatem, & auctoritatem, ad eas componendas illi tribuerent. Assidue laboravit *Martinus*, & nullum pacis componendæ medium reperiens, mentem declaravit suam: Cui Comites *à S.* C *Bonifacio* nullo modo acquiescentes, *Marinum* vocarunt iniquum, ac priscam suam inimicitiam erga *Monticolos* servarunt.

Pressi his laboribus *Veronenses* Cives, & fortunam sequi se coactos esse agnoscentes, Anno MCCXVIII. ad Præturam elevarunt Veronensem *Azzonem Perticonem Bononiensem*, arctissimum *Gibellinum*; electio hæc furorem Com. *à S. Bonifacio* extra Urbem commoranti excitavit; Congregatis idcirco *Guelfis* cum aliis peregrinis amicis suis sine ulla resistentia *Veronam* ingressus, prius officio Prætorii amovit, & postea Urbe *Azzonem* expulit. Tumultus magnus eo die accidit; *Petrus* D enim *de Malladura* unus ex ducibus Comitis à *S. Bonifacio* Justitiæ Palatio igne injecto, majorem ejus partem combussit; Locum antedicti Prætoris occupavit *Uguccione delli Crescenzi*, de quo nil aliud habetur, nisi, quod durante fœdere inter *Veronenses*, & *Mantuanos*, *Cremonenses* Arcem obsederunt de *Gonzaga* ultra *Padum*, *Mantuani* districtus; ad quam liberandam, cum auxilium à *Veronensibus* peterent, *Uguccio* cum copiis eo perrexit; quapropter *Cremonenses* exercitum non validum habentes, redire potius, quam pugnare maluerunt: *Mantuani* hoc eventu admodum læti, copias auxiliares *Veronam* remise- E runt.

Facile comprehendi ex hoc potest, Rempublicam utrique factioni, (ut se conservaret) complacuisse; Anno quippe MCCXXII. in Prætorem elegit Comitem *Ricciardum* à *S. Bonifacio*. Profectus fuit is cum copiis, & populo contra *Ferrarienses*, quorum Prætor erat dominus *Salinguerra*, quoque *Ferrariensis*: Hujus erga *Ferrarienses* belli acta, & causa ignorantur: eo ivisse *Veronenses*, plurimos eorum periisse, multos alios cum antedicto Comite *Ricciardo* Prætore captivos factos fuisse, ac in captivitate mansisse F usque ad quartam *Julii* diem hujus anni, eaque die pace facta cum *Ferrariensibus* omnes libertate donatos fuisse, nobis scire satis sit.

Ad hunc igitur infaustum resarciendum eventum, sub dicti Comitis Prætura potiti sunt *Veronenses* Urbe *Tridenti*, quam *Manfredi* à *Cordovico* opera acquisiverunt: atque ad ejus possessionem capiendam, ut Præfecti, Reipublicæ nomine, missi fuere *Antonius Nogarola* & *Altripace* ex familia *de Lazise* nobiles ambo: Hæ duæ familiæ hodierno etiam die viribus eximiæ virtutis, ac fortunæ bonis dotatæ *Veronæ* existunt.

Sed amplius de dominis *Scaligeris*, differentes de *Nogarolis* loquemur.

Terræmotus.

Prætereundus non est Terræmotus, qui festis Natalitiis evenit (res quidem initio Hyemis insolita) quando inter juvenes Cives hastiludium & certamina equestria celebrabantur, ad quæ spectacula intuenda major Civitatis pars convenerat, cum instituta essent in Amphitheatro loco valde amplo, atque ad ejusmodi ludos aptissimo, sole autem Occidente, tam violento terra tremuit motu, ut plurimæ ceciderint *Veronæ* domus, quarum e numero tres familiæ de *Lazise* numerabatur; In valle *Pullicella* Castellum *Maranum* corruit; majus tamen damnum passa fuit Urbs *Brixia*, ubi major eversorum domiciliorum fuit numerus.

Anno sequenti *Lambertus de Lambertinis Bononiensis* Prætori successit, qui nomine Reipublicæ societatem iniit, fœdusque cum novo *Azzone*, & *Bonifacio* ab *Este*, una cum Comite *Ricciardo* à *Sancto Bonifacio* plurium Vicorum domino; hique confœderati multis simul junctis copiis, duce dicto Prætore, ad expugnandam Arcem, *della Frata* nuncupatam, ac à præsidio *Salinguerræ Ferrariensis* custoditam optimis mœniis, & fossis munitam, perrexerunt. In cujus expugnatione, septem hebdomadas pugnantes consumpserunt;
7 Vulnerati tandem plures, & fatigati in illo existentes præsidio, sese dedere coacti sunt, & ab ingredientibus Victoribus omnes gladio occisi fuerunt. Arce vero *Fratæ* expugnata, ad obsidionem *Bondeni* Oppidi sese contulerunt: Pluviis autem copiosis Autumnalibus diu perdurantibus, ibi diu persistere haud potuerunt, sed exercitum separare coacti fuere: Hoc accidit anno MCCXXIV.

Lamberto supradicto successit *Gofredus de Piravalle* nobilis *Mediolanensis*, sub cujus Prætura *Leo dalle Carcere*, potens civis, *Octoginta Consiliarii Veronæ* Gubernatores, & *Monticoli* cum sectatoribus suis, Comitem *Ricciardum* à *S. Bonifacio Verona* prorsus expellere decreverunt: quod etiam executioni fuit mandatum: nam contra paucos facili prælio eos ejecerunt; omnia vero tam Comitis, quam adhærentium suorum bona, in usum Reipublicæ fisco addicta, ceperunt.

Et ut majorem tribuerent Prætori vim exequendi, & occupata contra *Guelfos* conservandi, duos adjunxerunt eidem Prætori socios sex mensium, *Leonem* nempe antenominatum, & *Eccelinum* de *Romano*, virum inter *Guelforum* inimicos atrocissimum; qui expulsorum funditus everterunt domos, ac diligenter inquirentes, ne unicam quidem reliquerunt cujusdam domum, tam illorum qui manifestè haberentur *Guelfi*, quam illorum, de quibus erat suspicio, iisdem ipsos favere.

Anno sequenti MCCXXVII. Præturam *Veronæ* tenente *Manfredo* de *Corte nuova*, viro prudente, & magnanimo, plurium Civitatum *Lombardiæ* Rectores tot componendis discordiis, bellis, & *Veronensium* ruinæ sese interposuere (ne pessundaretur Urbs) & mediante hoc Prætore composita fuit pax inter Com. *à S. Bonifacio*, & *Veronæ* Gubernatores cum reliquis sectatoribus, quæ post altercationes varias tandem locum obtinuit, & confirmata fuit in Vico *de Nogara*, *Veronensis* districtus; solemneque stipulatum fuit instrumentum, in quo inserti, & nominati sunt. qui ad eam intervenerunt, quique ejus fuêre Mediatores: Hujus instrumenti exemplar cum valde amplum sit, brevitatis causa hîc non referam, sed in calce harum annotationum habebitur.

Pace ergo hac inita, quieverunt *Veronenses*, usque quo ortum fuit bellum in regione *Anconitana*; quædam enim factionum capita Ecclesiæ rebellantia, Tyrannos suæ sese reddiderunt Patriæ: Quapropter Papa *Gregorius*, auxilium petiit à *Lombardiæ* dominis, & à *Veronensibus* præcipue, qui tamquam Ecclesiæ sanctæ Filii, multas ei in auxilium miserunt copias, ducibus *Alberto Castellano*, *Joanne dalle Lanze*, & *Bonaventura de Gilio* Republicæ *Veronensis* Deputatis, qui statim ac in *Anconitanas* terras pervenerunt, copiis suis cum *Joanne Hierosolymæ* Rege, Pontificis duce Generali conjunctis, rebelles hos subegerunt, ac res amissas ad pristinam Ecclesiæ Sanctæ obedientiam redegerunt: hoc accidit anno MCCXXIX; Quo *Veronensis* Prætor erat *Rhenerus Zeno* nobilis *Venetus*; cujus opera *Monticoli* cum Com. à *S. Bonifacio* conciliati fuerunt, & sic odia, in supradicta pace relicta residua, fuere sublata. Maximum ex hac pace cepit fructum Respublica, quoniam paulò post sub regimine *Eccelini* de *Romano* *Vicentia* occupata, ac ejus subdita fuit dominio; nec exigui fuit momenti, viribus suis tam validam junxisse urbem; occupationes vero tot, ac tantæ haud potuerunt factiones *Veronensium* sopire, & pacem inter eos diu servare. Multum enim haud transivit temporis, quando Resurrectionis *Jesu Christi* die, turba quædam in *Campo Martio* cœpit, ubi inventus fuit vita privatus, Nepos *Gerardi Rizzi*, cum pluribus aliis vulneratis; *Rhenerus Zeno* inde arguens hoc majoris mali initium futurum, factionum capita Urbe expellenda constituit, jussitque Com. *Rizzardum* à *S. Bonifacio*, *Venetiis* per aliquot tempus commorari; aliaque loca *Peccoraro de Peccorari*, *Alcardino da Lendenara*, & *Monticolis* adsignavit; & ne inde absque ipsius permissu discederent mandavit. Neutra pars Prætoris mandatis obtemperavit; & inter ipsos in dies augebantur rixæ, alteraque alteram persequente ad plenum devenerunt certamen die XIX. Junii *Veronæ*, in quo superiores extitêre *Monticoli*, multis ex adversa factione captis, inter quos præcipui reperti sunt viri, Comes, scilicet, & Caput *Ricciardus*, *Peccorarus del Mercato nuovo* cum filio, *Guilielmus de Lendenara*, *Græcus de Moradhega*, *Guilielmus de Zerli*, *Donatus*, *Bonifacius* & *Joannes da Palazzo*, *Leo dalle Carcere*, *Constantinus Canonicus*, *Valerianus de Braganzo*, & plures alii nobiles viri; captivi hi omnes vinculis ferreis retenti in ædibus *dei Zerli*, & *Bonacorsi* de *Monzanbano*, ac paucis post diebus in carceres publicos traditi fuêre; in hoc tumulto ignis multis domibus injectus fuit, quarum pars combusta est; incendium quippe tunc haud difficile erat: ædes enim lignis, & asseribus constructæ, & adeo invicem junctæ, ut igne alteri earum apposito, horarum paucarum spatio in flammas abirent aliæ. Infortunium hoc *Veronensibus* evenit, nemine eis subveniente, digresso quippe Prætore *Zeno*, ipsi *Salinguerra* Ferrariensis successerat, ut supra diximus, occultè forsan *Veronensium* inimicus, ut illata ab eis ulcisceretur damna.

Amici autem oppressæ partis, ingenti hoc audito excidio, *Patavinos*, *Mantuanos*que adierunt, & auxilia ab ipsis contra *Veronenses* petiêre, duabus iis Communitatibus suadentes, ne *Monticolis Veronæ* tyrannidem exercere permitterent; quapropter *Veronensibus* bellum inferendum decretum est. Et primi quidem *Patavini* cum Prætore suo *Stephano Badoario*; dein *Veronenses* egressi, armis captis eisdem bellum indixerunt, quod *Vicentinos* ad obsequium *Veronensibus* negandum atque ad pristinam suam libertatem quærendam summopere incitavit; sese itaque *Patavinis*, aggredientibus *Porto Castello* (Veronensis jurisdictionis) è regione vici *Lignago* situm, junxe-

xerunt: cumque eo perventum esset, illo absque difficultate ulla potiti sunt. *Veronenses* cum copiis in *Lignago* morabantur; ii hostes, numero valde superiores, expugnare haud valentes, nullo ibi relicto præsidio, *Lignagum* deseruerunt; Quapropter id in *Patavinorum* illico transiit potestatem; hoc idem evenit Arcibus *Bonavigo*, *&* *Rivalta*, quorum dominus erat *Ugoccius de Crescentiis*; in locis ipsis occupatis præsidio milites & duces *Patavinos* reliquerunt: ex altera parte *Laurentius da Stratta Brixiensis*, *Mantuæ* Prætor, cum gentibus & signis militaribus dominium *Veronense* jam ingressus erat, subegeratque Castella *de Colla*, *de Trevenzotto*, *la Mota dell' Abbate*, ac Fortalitium *dell' Isola delli Conti*, nunc *della Scala* nominatum; plures depopulatus erat, & combusserat Pagos; Tales patrabant hostilitates *Patavini*, & *Mantuani*, ut injurias Comiti *Ricciardo*, ejusque adhærentibus illatas ulcisci cerentur, illosque cogerent, ut dictum captivum Comitem libertate donarent, ejusque bona à Republica Fisco addicta, restituerent.

8 Athesis inundatio. Huic regionis devastationi accessit ingens *Athesis* inundatio, infortunium *Veronæ* ominosum, superatis enim ripis, Civitatem, rapidi Torrentis instar, inundans multas evertit domos; in platea præcipue *Sancti Zenonis*, ac in vico *Sancti Silvestri*; ut & prope Pontem *delle Navi* nuncupatum. *Veronenses* hinc multa passi sunt damna, tam in vita, quam in bonis; Urbs enim inde peste fuit infecta.

Anno sequenti à Fœderatis *Patavinis*, ac *Mantuanis* decretum fuit, *Veronenses* cogere ad dimittendum Comitem *Ricciardum*, aliosque ejus socios captivos; copiis igitur suis & curribus dispositis, a duobus lateribus Ditionem aggressi sunt *Veronensem*; *Patavini* cum eorum Prætore *Badovario* ad *Rivaltam* venerunt, *Mantuani* autem cum *Laurentio Strozzi* ad pontem *delli Molini*; ambo exercitus ii regionem percurrentes, eam deprædabantur, devastabant, ignique tradebant omnia. Quapropter *Veronenses* quum se ab hostibus defendere haud possent, Comitem *Ricciardum* cum aliis reddere statuerunt; Promiserunt itaque Fœderatis captivos in *Brixiensium* manus tradere, Atque ii quod & factum fuit. carceribus liberati, *Brixiam*, ac inde *Placentiam* ducti fuerunt; sicque pax inter antedictos confœderatos, & *Veronenses* firmata fuit in Pago *di Villa Franca*, nomine Reipublicæ interveniente *Guidone da Roda*, *Veronæ* Prætore. Hoc extincto Bello, *Veronenses* miserunt copias suas, Duce eodem Prætore, ad expugnandam Arcem *de Collegnolla*, quæ præcedentium tumultuum occasione ipsorum excusserat dominium, & sese illico submittere recusans, vi armorum coacta, direpta, ac combusta fuit.

Fine huic bello imposito, illico exortum est aliud, cujus hæc extitit causa; Elapso *Guidonis da Roda* (natione *Mediolanensis*) Præturæ tempore, multi *Veronenses* Cives de novo eligendo successore cogitabant, quibus invitis restitutionem Comitis *Ricciardi* adjuverat, alii magistratum eidem, uti de Republica, pace scilicet nuper composita, benemerito confirmatum cupiebant: istis favebant Urbes *Lombardiæ Fœderatæ*, (quorum capita *Mediolanensis* dominii erant) probe scientes, *Guidone* rerum summam administrante, factiones *Veronæ* refrenatum iri, nec unquam illis dissentientibus, quid perpetraturos, licet unirentur factiones, & *Veronenses*, invitis eis, hunc retinuissent Prætorem. Præsidium imposuêre *Mediolanenses* Arci de *Rivole*, munitissimo, & idoneo loco, ad multos alendos milites, & hoc in *Guidonis* favorem, utque Præsidium invigilaret conatibus factionis, quæ ipsum ejicere ten-

A taret. Quapropter *Monticoli*, & *Veronæ* Rectores, libertatem se amisisse, si hoc tolerarent, existimabant. Hoc ipso anno MCCXXXII. ex improviso miserunt *Fugettem da Rivole*, virum audacem cum sufficienti selectorum militum copia, ad Arcem *de Rivole*, qui inexpectato *Mediolanense* Præsidium aggressus, id arce expulit illa: Quo peracto, *Veronenses*, posthabito juramento, Oratoribus Urbium fœderatarum præstito, de retinendo scilicet *Guidone* in Prætura, eum dimiserunt, in cujus locum *Guillielmum da Persego Cremonensem* elegerunt; & ut melius hostibus resistere possent, fœdus cum *Frederico* Imperatore inierunt: magna enim tunc ejus fama erat in *Lombardia*, & plures Urbes *Gibellinorum* partes recenter amplexæ erant, ac summa Imperatorem prosequebantur amicitia. B

Papa autem *Gregorius* videns devastationes à factionibus ortas, taciteque timens, ne per *Frederici* præsentiam Civitates *Guelfæ* mentem mutarent, boni Pastoris officio fungens, omnes sibi invicem conciliare, & finem tot infortuniis in dies exsurgentibus imponere studuit. Misit idcirco in *Lombardiam* duos Cardinales Legatos, quorum alter *Otto*, alter *Jacobus* vocatus: utrique bella tollendi, discordiasque Civitatum dissipandi munus injunctum erat. C Qui *Veronam* venientes, ac armis ecclesiasticis, auctoritateque Pontificis utentes, Comitem *Ricciardum* cum suis ad obedientiam mandatis suis præstandam juramento coëgerunt; eodem quoque modo cum *Monticolis*, & Regentibus *Veronæ* egerunt.

Juramento hoc præstito, dimissionem utriusque factionis captivorum & homagia jusserunt, pacemque, his peractis, composuerunt, & si in aliquo discrepabant partes, hoc censuris exequi mandabant; nova igitur pax firmata fuit in villa *de Roncho*. Quia verò Pax hæc fere coacta fuit, minus D priore perduravit; vix enim discesserant Cardinales, cum *Patavini*, & *Vicentini* cum Marchione ab *Este*, ad *Bonifaciorum* sollicitationem spoliarunt, ac everterunt Castella & Arces *de Bonavico*, *la Mota*, *Rivalta*, *Lignago*, *Angiare*, atque *Tomba*; *Cereta* autem intacta remansit, solutione annua quatuor millium, & quingentarum *Veronensium* librarum, monetæ *Veronensis*, promissa; obsidibus insuper viginti pro hujus pecuniæ solutione Comiti *à S. Bonifacio*, satellitibusque suis traditis. Non minora patrarunt mala *Mantuani* cum exercitu suo, qui cum ad partem pervenissent *Longoteggione* vocatam, Pagos, & Ar- E ces deprædarunt, *de Trevenzolo*, *Fagnano*, *Isola de Conti*, *Nogara*, *Bovolone*, *S. Giovanni*, pluresque alias. *Patavini* processerunt ad *Oppedanum* usque, ut locum destruerent; sed cum eò pervenissent, aggressus fuit eos *Eccelinus* de *Romano*, qui cum *Veronensibus* copiis eos tacite expectabat; à quo victi, & fugati, parsque eorum occisa, plures captivi, pluresque alii, equis in paludibus relictis, ad *Mantuanum* exercitum confugerunt. *Mantuani* intellecto, quid *Patavinis* acciderat, ex *Veronensi* regione in suum reversi sunt dominium; Hæc omnia sub Prætura prædicti *Guillielmi da Persego* contigerunt.

F Anno MCCXXXIII accidit, ut die veneris in Parasceve, injectus (data opera) fuerit ignis in Castellum *de Caldero*, à *Comite Ricciardo* possessum, tantumque fuit hoc incendium, ut supra ducentas in ipso perierint personæ; quibus auditis *Eccelinus* (qui horum forsan auctor fuerat) exiit eodem die *Verona* cum militibus, dictumque ingressus est Castellum; paulo vero post superveniente cum multis *Vicentinis* Comite *Ricciardo*, grave exortum est certamen, in quo idem Comes profligatus, damnoque & pudore recedere coactu

actus fuit. Quapropter summopere indignati *Mantuani*, *Bononienses*, *Faventini*, & *Brixienses* (qui contra *Veronenses* fœdus inierant) magnum congregarunt exercitum, & cum illo Dominium ingressi sunt *Veronense*, & præter damna maxima, rapinas, & captivos, quos abduxerunt, domos combusserunt Pagorum *di Sona*, *de Summa Campagna*, *Pallazolo*, *Poveggiano*, *Isol'alta*, & reliquum fere illius plagæ: ita ut regio tota *Veronensis* per tot atque tantas devastationes, silvestris ferè, & inhabitata redderetur. Deus interim Omnipotens ac Clementissimus movit quemdam Fratrem *Joannem Vincentinum* ordinis Prædicatorum, virum magnæ eruditionis, & famæ, qui ad vicum se conferens *Sancti Bonifacii*, cum Comitibus illis tractavit; *Veronam* postea summo cum honore venit, ut eorum animos ad pacem disponeret; in publica concionatus est platea, ubi infinitus populi aderat numerus; & sic corda *Veronensium* disposuit, ut sermone peracto, *Eccelinus* de *Romano*, *Guido* de *Ridondesco*, tunc *Veronæ* Regens, controversias omnes Reipublicæ cum Comite *Ricciardo* à *S. Bonifacio* adhærentibusque ejus, in manus dicti *Fratris Joannis*, ut eas componeret, traderent, publico insuper præstito juramento, acquieturos se, ac dispositionibus ab eo super illas factis obedientiam præstituros. Hoc idem egit *Co. Ricciardus* cum iis, qui illuc sub fide dicti *Fratris* venerant; quapropter remissis invicem offensis, exercitus Fœderatorum *Ferrariensium*, *Mantuanorum*, *Patavinorum*, *Tarvisinorum*, & *Brixiensium*, qui in districtu *Veronensi* reperiebatur, movit castra, ac uniuscujusque copiæ in suam reversæ sunt Patriam. Exercitu hostili digresso, *Frater Joannes* currum ascendit Reipublicæ, (quo loco Cathedræ usus fuit) & concionem solemnem de hac pace habuit coram populo, tanto omnium applausu, ut continuo omnibus acclamantibus Prætor electus fuerit *Veronæ*; qua dignitate usus solummodo fuit contra quosdam hæresi infectos; quorum sexaginta utriusque sexus, testibus & torminibus convictos, comburi jussit.

Hac pace bene composita, convocatisque populis vicinis, *Brixiensibus* nempe, *Mantuanis*, *Patavinis*, aliisque, quorum intererat; jussit eos omnes congregari in loco *della Tomba* dicto, milliare ab Urbe distanti ad ripam *Athesis*, & ut melius convenire possent, pontem eo loci fluvio imponi jussit. Infinitus ibi convenit hominum numerus; nam eorum tercenta millia feruntur adfuisse: extranei enim populi cum curribus suis & vexillis super eis confluxerant; homines vero omnes armis carebant; Episcopi quoque cum suis Ecclesiasticis hoc in concursu numerabantur. Cathedra valde eminens erecta fuit, quam ascendens *Frater Joannes* pronunciavit pacem firmam, validam, & inconcussam inter Comitem *Ricciardum* à *S. Bonifacio*, amicos, complices & adhærentes ejus ab una parte; & *Eccelinum* de *Romano*, *Monticolos*, & *Octoginta Regentes Veronæ* cum eorum factione ex altera. Omnibus nota reddita, atque prælecta fuerunt acta, & conventiones æquæ, & laudabiles; atque pro hujus puplicationis confirmatione, omnes supra nominati in conspectu populorum suorum hanc pacem laudarunt, & comprobarunt osculo, se invicem magna lætitia amplectentes. Publicatum insuper fuit ab eodem *Fratre Joanne* matrimonium contractum inter *Rinaldum* Marchionem *ab Este*, & Filiam *Alberici de Romano*, lætitiisque magnis à *Veronensibus* aliisque peregrinis, qui eo convenerant, celebratis, quisque in Patriam reversus est suam.

Civibus itaque conciliatis, Anno MCCXXXIV. multa instaurata sunt ædificia publica; pons *di Preda* fundamentis petreis, fluvio de novo impositus fuit. Nec mihi abs re videtur, hujus Hyemis asperitatem exponere: Astra enim tam validum produxerunt frigus, Ventique frigidi spirarunt, ut flumina omnia glacie vehementissima obducti fuerint; vites omnes, arborumque major pars frigore læsa; tantaque decidit nivis copia, ut aves, silvestriaque animalia fame perierint. Talis fuit monstruosa hæc hyems, ut novi infortunii augurium præbuerit. Vere quippe sequentis anni tumultus novi, novaque suscitata sunt bella; quorum quidem causæ nullibi leguntur, miserrima tamen conditio illorum temporum fuisse videtur, quibus homines, omnibus aliis postpositis curis, rixis, occisionibus, prædis, suæque ipsius destructioni, tantummodo invigilabant, & magno studio omnem fugientes quietem, levem ob causam arma perniciosa capiebant.

Brixienses, & *Mantuani* cum eorum curribus & exercitibus iterum *Veronenses* aggressi sunt, qui castris positis in Vico *S. Joannis Lovototo*, quinque a *Verona* distante milliaribus, devastarunt *Gevia*, *Bovo*, *Roncho*, *Opedano*, *il Palu*, *Isola Porcharezza*, *Bodolone*, partem majorem *Cerettæ*, ac spoliis deinde maximis onusti redierunt. *Eccelinus de Romano*, *Monticolorum* factionis caput, cum militibus, & parte quadam populi *Verona* egressus fuit; & ad *Rovecchiaram* veniens, pontem *Athesi* è regione cuspidis *di Rivalta* construi curavit, atque agminibus suis ad alteram fluvii transgressus ripam, Arcem *d'Albaredo* cepit, deditione traditam ab uno ex *Crescentiis* ibi imperante, salvis hominibus & bonis; quam præsidio munitam reliquit.

Indè profectus *Eccelinus Coloniam* expugnare cupiens, *Azzoni* obviavit Marchioni *ab Este*, qui armata manu contra ipsum pergebat, feliciterque pugnam evitando, iter suscepit *Veronam* versus. Diebus aliquot transactis, Arx *d'Albaredo* à *Veronensibus* defecit; incolæ enim ab hostibus adjuti, præsidio expulso, eam militibus ab *Este* tradiderunt. Qua de causa *Robertus delli Pii Mutinensis*, *Veronæ* Prætor, jussu Regentium equitavit cum militibus suis, & populo, arceque illa recuperata, eam funditus evertit; quod etiam evenit illi *della Mota*, ac *Turri di Roberto da Horti*. Injuncta præterea eidem Prætori fuerat demolitio Fortalitii *di Lignago*, *Porto*, & *Terrazzo*; sed quia valde munitæ erant, ac custoditæ à strenuo quodam Duce *Veronensi*, nominato *Græco*, hoc exequi haud potuit.

Comes *Ricciardus Veronenses* infestare minimè desinebat; ipse cum *Mantuanis* deprædatus fuit *Pontepossero* cum reliquo regionis *Longotegione*; similiter ex adverso *Veronenses Vicentiam* signa ferebant infesta, destruentes Pagos *d'Illasi*, & *Tregnago* ad Comitem *Ricciardum* spectantes; hisce in ruinis *Gregorius Nonus* Pontifex, qui tamquam bonus Pastor, infectis ovibus remedia subministrare haudquaquam desinebat, duos novos misit Legatos, quorum Episcopus alter *Tarvisii*, *Parmæ* alter, una cum supradicto Fratre *Joanne*, qui tota sua dexteritate, conatu, & minis, Comiti suaserunt *Ricciardo*, *Monticolis*, Urbisque Regentibus, ut summo Pontifici obedientiam præstantes, novam facerent, vel priscam instaurarent pacem. Videbantur eo tempore *Veronenses*, Papam tamquam suum superiorem agnoscere, non tamen vel minimum libertati suæ inferri patiebantur præjudicium, & hoc quia *Gibellini* Imperatoris favore illo, quem poposcerant, haud fruebantur: Ut autem rem gratam Pontifici facerent, elegerunt in Prætorem *Rhenerum Bagarellum Perusinum*, in cujus manus Anno MCCXXXV. obedientiam Sanctæ Ecclesiæ jura-

jurarunt. Nec ea quidem tranquillitas diu duravit, anno enim sequenti *Aleardinus da Lendenara* cum *Monticolis* Comitem *Ricciardum* Verona expulit. Colligi ex hoc facile potest, quanta regnarit rabies inter *Guelfos*, & *Gibellinos*, ut nec juramenta, nec fides ipsa Christiana ad eos conciliandos sufficerent; si enim altera factio Baptismum suscepisset, altera (ut ei obstaret) circumcisionem amplexa esset: quapropter *Monticoli* prædictum dimiserunt Prætorem, & antequam proficisceretur, traditionem *d'Hosteglia*, & Arcis *de Garda*, quæ illi concredita fuerat tamquam pro pacis securitate, postularunt.

Profecto Prætore, nova Regiminis forma introducta fuit; Rectores enim *Veronæ* electi fuere *Eccelinus de Romano*, & Comes *Bonifacius da Portega*, qui magistratus ingressi, illico capi mandarunt filios *Aleardini da Capo di Ponte*, multosque alios cives, iisque compedibus ferreis injectis,
10 destrui Turres, domosque *di Bisconti*, filiorum *Desiderati*, *de Facciolo Ragoso da Cavalchaselle*, *delli Machachari*, aliorumque sectatorum Comitis à S. *Bonifacio* everti curarunt; Comes *Ricciardus* ex altera parte continuò extra Urbem damnum inferebat *Veronensibus*, ac uti convenerat cum *Philippo de Bonadici*, & *Benedicto da Castione*, Arce potitus fuit de *Garda*; noctu enim clam in eam ingressus, occidit *Benedictum*, Arcis ducem, & Notarium ibi ab *Eccelino* positum: simile patravit *Eccelinus*, Castellum *de Peschera* deprædatus, tribus millibus librarum *Veronensium*, ipsi venditum a Filiis *Delphini da Peschera*.

Sic affligebat Bellum *Veronenses*, qui injuste forsan pace fracta, & ideo Pontifice offenso, magnam aliquam belli molem in se ruituram verebantur. Quapropter Legatos ad Imperatorem miserunt, eum certum reddentes Urbem *Veronæ* juris ipsius fore: rogarunt eum quoque *Gibellini* uti Legitimum dominum, ut deputatum quemdam mitteret, quem agnoscerent protectorem. Imperatori placuit oblatio, ac Mense Majo misit eis quemdam *Gabrielem* Germanum cum quinquaginta equitibus, & centum peditibus ad custodiam; sub cujus auspiciis *Eccelinus* potitus fuit Turri *di Bagnolo*, quam, multis *Patavinis* (in ea existentibus) captivis factis, prorsus evertit. Subsequenti autem mense Augusti *Fredericus* Imperator, cum tribus millibus equitum, ex Lombardia digressus *Veronam* venit, ubi ab *Eccelino*, *Monticolis* ac ab omnibus in universum *Veronsibus* maximo cum honore exceptus fuit. Unicum tantum diem ibi moratus fuit Imperator, sequenti enim die *Vigasim* versus, septem à *Verona* milliaribus distantem abiit, ubi per quindecim mansit dies, venationibus, piscationibus, aliisque oblectamentis sese recreans; *Cremonam* dein progressus. *Frederici* discessu à *Patavinis*, *Tarvisinis*, ac *Vicentinis* percepto, sub imperio *Azzonis* Marchionis ab *Este*, ad obsidionem Arcis *di Rivalta*, cujus dominus erat antedictus *Crescentius de Crescentiis*, perrexerunt. *Eccelinus* ad eos inde arcendos, cum gentilibus suis *Veronensibus* castra sua posuit in *Tomba*; hi autem ad alteram *Athesis* ripam, illi ad alteram morantes, mensis spatium eo consumpserunt; quo exeunte, sparso rumore, *Fredericum* valido cum exercitu in auxilium venire *Veronensium*, *Patavini* cum cæteris obsidionem solverunt; & castris summa cum confusione motis fugientes, sese *Vicentiam* prius, *Patavium* deinde receperunt. *Fredericus* autem & *Eccelinus* cum pulcherrimis agminibus eos prosequentes *Vicentiam* ingressus est, cujus major pars à primis exercitus agminibus direpta fuit. *Fredericus* in ea Prætorem constituit *Eccelinum*, & ulterius progredi volebat, quando missus ad eum *Guilielmus*, Mantuæ

A Prætor, eidem obtulit, *Patavinos*, aliosque populos diu *Veronensium* inimicos, se cum eis conciliaturos esse; Cui oblationi acquievit *Fredericus*. Diebus istis constituto Prætore nomine Imperatoris *Guilielmo da Dovaro* ejus Consiliario, *Veronenses* arma ceperunt, & cum copiis auxiliaribus *Patavinorum*, & *Vicentinorum* ante Castellum *S. Bonifacii* castra posuere, pro oppugnationis instrumentis secum ferentes novem balistas lapidarias, pluresque tractorias machinas, quæ tunc temporis adhibebantur in expugnandis mœniis, ut hodie tormenta bellica. In oppugnatione ea steterunt à mense Julio usque ad Octo-
B brem, & obsessis se strenue defendentibus, locum subigere haud valuerunt. Videntes autem obsessi majorem suorum militum partem vulneratam, Cæsaris vexillis erectis se tradiderunt, melius sperantes se habitum iri, quam à *Veronensibus*.

Vicentia occupata, in *Germaniam* se contulit *Fredericus*, ut Comitiis Imperialibus Principum *Augustæ* convocatis interesset, indeque Autumni tempore reversus fuit; *Athesim* prope *Veronam* transivit, & ad *Manticum* quinque à *Verona* milliaribus perveniens, ob lassitudinem continuæ
C equitationis, in morbum incidit. Ut autem se à laboribus itineris restitueret, *Valcaldum* ingressus fuit; quò Comes *Ricciardus* fide publica prius ab Imperatore accepta, cum venerandi causâ venit. Post varios simul habitos sermones, Cæsar inducias ei per annum cum *Veronensibus* concessit; considerans quod contra *Mediolanenses* militans, *Veronensibus* viribus uti, ei valde commodum esset. Stipendiariorum jam duxerat septem *Maurorum* millia, pro illius custodia, qui ex *Apulia* venientes his diebus *Veronense* dominium ingressierant. discessit igitur *Fredericus* cum eis, & per Territorium transiens *Mantuanum* in auxilium adscivit *Par-*
D *menses*, *Mutinenses*, *Rezienses*, *Patavinos*, *Vicentinos*, *Tarvisinos*, qui *Veronensibus* juncti, eum sequebantur; inter horum duces *Eccelinus* cum quingentis equitibus numerabatur. Milites omnes ii cum *Germanis* ejus copiis congregati erant ad *Montechiarum* (locum *Brixiensis* ditionis,) quem *Germani* expugnatum, deprædati sunt. Exercitu autem in ordinem redacto, iter *Cremonam* versus suscepit, ac dein *Mediolanum*. Uxor interim *Frederici* ex *Germania Veronam* ingressa fuit, ubi summo cum honore, ac magnificentia in Abbatia *Sancti Zenonis*, publicisque sumptibus
E cum aula sua splendide excepta fuit. *Cremona* autem cum exercitu digressus audivit *Fredericus*, castra habere *Mediolanenses* constanti pugnandi animo: Eos igitur adire Cæsar curavit, quum autem penes eos adeo esset, ut retrocedere haud possent, prælium cum eis iniit, & licet plurimos suorum perdiderit, victor tamen exstitit, vexilla omnia, magnumque *Mediolanensium* cepit numerum, inter quos reperiebatur *Petrus Conte* Venetus, Mediolani Prætor, qui ligatus *Mediolanensi* curru in Triumphum ductus est *Cremonam*: eum postea misit in *Apuliam*, & in litore quodam eminenti patibulo
F suspendi mandavit. Eodem quoque die mortem subiere duo nobiles, strenuique equites Veronenses, *Albertus* scilicet *d' Arcole*, & *Alyprandus de Zerli*. Præcedenti bello Imperator cognoverat *Eccelinum de Romano*, ut strenuum, fidelissimumque ducem, quapropter summo eum prosequens amore *Salvagiam* Filiam suam naturalem in *Apulia* existentem, ei in uxorem promiserat; ut autem promissis staret, prædictam *Salvagiam*, à nobilibus equitibus, & pedissequis ductam, *Veronam* accedere curavit: quæ & primò *Cerete* morata fuit, ubi ei parata fuerant hospitia. Mense dein *Majo* anni

MCCXXXVIII. *Veronam* (ubi reperiebatur *Fredericus*) ingressa est. Antequam vero ingrederetur per Portam *Sancti Zenonis*, *Eccelino*, præsente Patre, desponsata fuit; ac sequentibus diebus nuptiæ celebratæ fuerunt cum ludis, & Triumphis, ut tale decebat matrimonium. Nuptiis peractis, discessit *Fredericus*, & recto tramite *Goyth* (*Lombardiæ* locum) se transtulit.

Eccelini nuptiæ.

Conditione sua aucta, *Eccelinus*, se potentem quoque statibus reddere cogitavit; & *Patavio* potiri cupiens, in magnam incidit discordiam cum *Azzone ab Este*, cum alter alteri fidem forsan minime servaret; veræ tamen rationes ignorantur. Contentionibus auctis, bellum inchoarunt, cujus exitus brevi fuit; invicem autem ipsis dimicantibus, victus fuit *Azzo*, plurimique exercitus ejus captivi remanserunt, inter quos *Jacobus de Carrara* cum Filio numerabatur; Is autem *Veronam* ductus, ut à captivitate liberaretur, spem fecit
11 *Eccelino*, ipsi reddendi dominium *Patavii*; quapropter intimam ejus iniit amicitiam. Harum promissionum autem effectum *Eccelinus* experiri volens, cognovit alterum fraudulenter agere: Ipsi enim sub hac spe aggrediendi *Patavii* Urbem suadebat, ut eumdem in inimicorum suorum manus tradere posset. Indignatus idcirco *Eccelinus*, *Jacobum* brachio justitiæ tradidit, qui & detecto suo dolo, per *Ribaldum Franciscum Veronæ* Prætorem, mortis damnatus, per manus Carnificis capite plexus est. Hisce odium inter *Eccelinum*, & *Azzonem* incrementa cepit, adeo ut subsequenti anno electus Prætor *Veronæ Bonifacius de la Palude Paviensis*, & *Eccelinus* cum *Veronensium* agminibus pluribusque copiis *Patavinorum*, & *Vicentinorum* in auxilium accitis, ad expugnationem *d' Este*, & *Montagnanæ* equitarent. Primo autem aggressu capta fuit *Montagnana*, atque hinc ad expeditionem *d' Este* pergebatur; cum nuncium afferretur, *Mantuanos* (forsan ut hoc impedirent) dominium *Veronense* ingressos esse: atque hanc ob rationem arma in *Mantuanos* versa, ac levi obstaculo captum Castellarum *Mantuanum*, atque per circumvicinos Pagos omnes præda acta. Recuperatæ insuper Arces *de Hosteglia*, *da Moradega*, præcedentibus bellis ab hostibus occupatæ. Adveniente exercitu ad *Hostegliam* ictu petræ in capite vulneratus fuit *Bonacursus* Prætor, qui postea *Ceretam* ductus paucis diebus convaluit.

Eccelinus de Romano, gener Imperatoris factus, tanta affinitate inflatus, se factionis *Monticolorum* caput, & ducem Reipublicæ *Veronensis* esse, haudquaquam contentus, multoties Principem & Tyrannum Civitatis sese constituere tentavit: Quod nunquam obtinere potuit; *Octoginta* quippe regentes dominio se privari nolebant. Tum temporis de novo cogitavit medio, novam scilicet introducendi Reipublicæ regendæ formam, & mutato ejus regimine, ubi illa à nobilibus regebatur, eamdem plebejis & infimæ sortis hominibus dirigendam tradere præsumsit, quod genus hoc hominum multas seditiones excitaturum putabat, & quum major illorum pars paupertate laboraret, quotidianum lucrum publicæ administrationi prælaturos existimabat; qua confusione necessario totali se potiturum dominio sperabat. Rumore itaque de populo Rectore creando sparso, multam adeptus est gratiam, & favorem apud Plebem *Eccelinus*; & statim promulgata fuit nova regiminis forma, nempe, quum *Octoginta* fuissent Consiliarii, nunc eorum quingentos fore Cives & Populares, qui una cum capitibus artium summam Reipublicæ haberent administrationem. divisa inde fuit Urbs in quinque plateas, aut vicos, & decretum fuit, ut ex quolibet horum vicorum, sorte tres eligerentur, quorum novem, Capita essent artium, & sex insuper Cives, numerum quintumdecimum complentes; Quibus adderetur Doctor legum, qui Judex vocaretur. Hi sedecim *Seniores* nominabantur, *ac Boni viri*: eorumque munus erat quotidie, (festis solemnibus exceptis) in Palatio publico, sive nova Communitatis domo convenire, ibique Reipublicæ negotia pertractare; & si opus judicarent, magnum *Quingentorum* Consilium convocare, ac decretorum, quæ ibi sancirentur, prædicti Seniores una cum Prætore executores esse debebant; Penes eos custodiendæ Claves Portarum Urbis, & horis solitis, quando aperirentur, & clauderentur, adesse, ipsorum insuper erat munus; similiter senior horum penes se custodire debebat Reipublicæ Sigillum, quod successive alternatim majori natu tradebatur.

Ad hanc novam Reipublicæ constitutæ formam confirmandam novæ leges & statuta in posterum ab omnibus servanda, conscripta fuere, sequentis tenoris.

Primo, ut quilibet Prætor initio Præturæ ex consilio Vicorum Sapientum, (*hoc enim titulo honorati erant Seniores Platearum*) quindecim dierum spatio Consilium majus *Quingentorum* accederet, qui, si ipsis consultum videretur, antiquos confirmarent, aut novos eligerent, quos virtute ornatos, ac præcipue factioni *Veronam* regenti, fideles invenirent; & si aliquis ex eis moreretur, alium pro suo beneplacito substituerent. Per hoc autem *Quingentorum* Consilium, non abrogabantur *Octoginta* primi Rectores, tot suffragiorum tamen additione, eorum authoritas annihilata ferè manebat. Quælibet Ars suum eligebat *Caput*, hoc tamen pacto, ut trigesimum ad minimum ageret annum, annos viginti *Veronæ* commoratus & ex legitimo natus esset matrimonio (spuriis cujuscumque generis exclusis) *Capitis* hujus munus per integrum tantum perdurabat annum, quo finito, a duobus continuo excipiebatur aliis. Postquam electa fuerant hæc *Artium Capita*, sese Prætori sistebant, qui eos ad Consilium admittebat, & supradictis Consiliariis adscribi curabat, præmisso tamen juramento fidelitatis, & diligentiæ in munere observandæ. *Capitibus* iis congregationes habere, de utilitate vel damno Reipublicæ consulere, & proposita perorare, disceptare, & concludere licebat; Quæ ipsis videbantur, constituebantur, aut decernebantur scripta Prætori tradere, qui magno Consilio ea proponere tenebatur, & de iis, ejusdem Consilii sententiam suffragiis colligere; quæ confirmata, executioni mandabantur; ipsorum erat condere ac tollere statuta, iis addere, & detrahere, at semper secundum Consilii approbationem, & non aliter.

Decretum fuit præterea, ut omnes officiales Reipublicæ stipendiarii hoc modo crearentur, quo sufficiens numerus personarum, ad officiorum administrationem eligeretur, ex quibus multi schedulis singillatim inscriberentur, schedulisque istis congregatis, sorte extraherentur. Major autem hujus recentis Reipublicæ cura erat de ordinandis statutis, cum leges municipales vim tribuant Reipublicæ, ut anima corpori. Horum Cura commissa Prætori & *Senioribus*, à quibus eligendi erant duodecim viri prudentes, & periti, in quorum numero, quatuor ex Artium *Capitibus* continerentur, unus insuper Jurisperitus, quibus tamquam informatores, & Cancellarii duo notarii adjungebantur. His quatuordecim in loco quodam separato, ac ab omni conversatione remoto, tam diu manendum, donec statutorum reformationem complevissent; si autem aliquis Civium, quædam circa hæc monere vellet, eidem id scriptis, nunquam autem voce, subministrare permissum erat.

Statu-

Statuta autem ea composita legenda erant in *magno Consilio*, in quo approbabantur, vel rejiciebantur per suffragia; atque approbatorum tria, de verbo ad verbum conformia, scribenda volumina, quorum unum continuo apud *Prætorem*, alterum apud *Judicem* maleficiorum, & ultimum in Justitiæ Palatio visuris & lecturis quibuscumque servabatur. Legum conditoribus ordinata fuerunt salaria secundum laborem, & opus ab illis peractum; decretum insuper fuit ut Prætor omnes describi curaret *Veronæ* cives, qui onera sustinerent Communitatis, quorum deni in qua-
12 libet notula consignarentur, & quingenti ex denis iis extraherentur, qui divitiis, & virtutibus prævalerent: atque ex istis eligerentur sorte Duces, & Præfecti Arcium, ac Fortalitiorum; & reliqui minoris conditionis, custodes & milites, ducibus subjecti. Præfectis singulis libræ septem *Veronensis* monetæ pro quolibet mense assignatæ fuerunt; militibus, ac vigilibus tres. Duo conscribebantur libri memoriales, in quorum altero adnotati erant ii, qui muneri Præfecti idonei judicabantur, in altero, quibus custodia demandanda, priorum sub auspicio, atque sic mense quolibet secundum librum memorialem alterum Præfectus Fortalitii, secundum alterum necessarii eligebantur custodes, qui ad designatam mittebantur Arcem pro mense uno; quo finito, succedebant alii, & sic usque ad finem memorialium. Quibus finitis, idem ordo denuo inchoabatur; nec ulli recusare licebat id, quod sors ipsi in Reipublicæ servitium destinaverat, nisi impedimentum allegaret evidens, quod à *Prætore*, & *Senioribus* approbandum erat. Hæc *Veronæ* Regiminis tamdiu perstitit forma, quamdiu publica duravit libertas, quæ prorsus dein à Dominis *Scaligeris*, ut inferius dicetur, sublata fuit. Ut autem innotescat, quæ tempore eo rerum *Veronensium* fuerit facies, consultum judicavi, describere quinque supradictarum Platearum divisionem, cum nominibus Parochiarum, quæ in qualibet continerentur divisione, ut inde cognoscatur quæ magis, minusve populis repletæ, tempore Popularis Regiminis, fuerint.

Prima Platea, sive divisio continebat Parochiam *Sancti Thomæ*, *Sancti Quirici*, *Sancti Andreæ*, *Sancti Firmi*, *Sancti Petri Incarnale*, *Sanctæ Agnetes drento*, *li Feraboi*, *Sancta Maria la Frata*, *Falsorgo*, *Sancti Matthæi con le cortine*, *Sanctæ Agnetes de fuora*, *Sancti Silvestri*, *Omnium Sanctorum*.

Secunda: *Ponte della Pietra*, *Santa Anastasia*, *Santo Blasio*, *Santa Cecilia*, *Pigna*, *Mercato novo*.

Tertia: *Clavica*, *Santa Maria antiqua*, *Santo Salvatore*, *Santo Sebastiano*.

Quarta, *Santo Egidio*, *Santo Benedecto*, *Santo Giovanni in Foro*, *S. Euphemia*, *S. Michaele à porta*, *S. Martino Acquaro*, *S. Zenone Oratore*, *S. Zenone de sopra*.

Quinta, *Quinzano*, *Aveso*, *S. Georgii*, *S. Bartholomæi*, *S. Syri*, *S. Pietro in Castello*, *S. Faustini*, *S. Joannis in valle*, *l' Olmo*, *li Aleardi*, *S. Mariæ nelli organi*, *li Lamberti*, *Sancti Nazari*, *Santo Michaele in Campagna*, *Santo Pavolo*, *Santo Vitalle*, *Isola di sopra*, *Isola di sotto*.

Eccelini Magnitudo.

Populari Regimine hoc in ordinem redacto. Reipublicæ tamen Primarius, & dux Generalis remansit *Eccelinus de Romano*, cujus tanta erat auctoritas, ut nil eum præter Principis nomen deficeret: Nihil à Prætore, & Senioribus expediebatur, nisi ejus consensu, nihil à Consilio nisi ejus nutu decernebatur. Ad tantam is evectus fuit magnitudinem Anno MCCXXXIX, quo *Fredericus* Imperator socer ejus decrevit, ut *Lombardiæ* Civitates cum districtu *Tarvisino* in subjectionis signum illi homagium præstarent, ac fidelitatem jurarent. Mense itaque *Junio* misit *Petrum da la Vigna* Legatum suum *Veronam*, ut hoc acciperet juramentum. Idcirco *Eccelinus*, & *Bona orso da Pallude*, *Veronæ* Prætor, cum officialibus majoribus Communitatis *Veronensis* in manus ejusdem Deputati in Abbatia *Sancti Zenonis*, ubi hospitabatur, jurarunt, se fideles, & obedientes fore jussis Imperatoris; & amicos ipsius amicorum, ac inimicorum inimicos. Hæc *Veronensium* erga Cæsarem obedientia exsequutioni mandabatur per *Eccelinum* ejus Generum: literæ enim Imperatoris ad ipsum dirigebantur, idemque vices *Frederici* gerebat. Antequam prædictus *Petrus* Legatus *Verona* discederet, *Eccelinus* & *Seniores* jusserant, ut armistitia cum inimicis contracta, plus, & minus secundum Imperatoris jussum usque ad sancti *Michaëlis* diem prædicti anni valere juberentur. Præterea cum *Veronæ* aliqua reperirentur *Patavinorum* obsides pro servatione illius, quod *Frederico* (cum esset *Vicentiæ*) promiserant, dictus deputatus ipsos quæsivit, ac secum ad Imperatorem duxit. His acceptis obsidibus *Pavia* abiit *Fredericus*, ubi majorem Æstatis partem perstiterat: *Cremonam* deinde accessit, quo in loco exercitu suo congregato, sollicite cum eo *Veronam* venit, ac ulterius procedens Regionem ingressus est *Tarvisinam*, & *Vicentiæ*, *Patavii*, *Tarvisiique* dominio potitus fuit. *Patavium* autem ingrediens summo cum honore, blanditiis, publicisque sumptibus exceptus, ac multis muneribus donatus fuit. *Patavii* pacem universalem inter Civitates *Tarvisinæ* Regionis, summo cum gaudio ab omnibus perceptam, publicavit. Publico deinde tubarum sono evocari, & proclamari fecit Comitem *Ricciardum à S. Bonifacio*, ut octo dierum spatio coram majestate sua sese sisteret, sin minus eundem cum sectatoribus rebelles renunciatum iri, bonaque ejus omnia Cæsaris traditum fisco. *Frederico Patavii* commorante, excommunicatio publicata fuit contra ipsum, sequaces, milites, ac fautores ejus per Papam *Gregorium* Nonum, ob rationes & causas in ea contentas, de hac enim in dicti Pontificis vita, sicut & de censuris, ac minis erga eum publicatis, mentio facta est. *Fredericus* eas non tantum parvi fecit, sed ipsas spernendo, se lætum, hilaremque ostendit, dicens arma spiritualia strenuos haud perterrere milites. Hoc Anno *Veronæ* nullus excitatus fuit belli motus, præter quam quod antedictus *Bonacursus* Prætor, & *Eccelinus* evertere prorsus fecerunt arcem *di Caldero*, ne unico quidem ejus opere relicto intacto; nec aliud tunc innovarunt. *Athesis* vero fluvius, pessimus innovator fuit, qui incessantibus pluviis adeo excrevit, ut à centum præcedentibus annis tam exundans haud fuerit; omnes quippe pontes *Veronæ* ipsi impositos dissolvit; Pons ille *Novus*, & alter qui *Navium* vocatur, funditus disjecti; ponticulus pariter *di San Vitale*, cum eo *della Preda* destructi. Magna secundi Urbis muri pars olim, apud portam *del Morbio* vocatam, in terram projecta; ea pars est, quæ *Veronam* dividit à Vico *Sancti Zenonis*, incipitque ab ingressu fluminis ad latus Castelli veteris, & ad latus Arcis (ubi egreditur) finitur. Molas fere omnes rapidissimarum aquarum vis rapuit, magnum domorum numerum evertit, tandem atrocitate inaudita quatuor continuis diebus *Veronam* devastavit: Hoc prodigium, cladis, & afflictionis per tyrannidem *Eccelini Veronensibus* inferendæ satis clarum indicium præbuit.

Inundatio Athesis.

Anno MCCXL. *Eccelinus* antedictus Dictator, revera autem Tyrannus, Reipublicæ administratione haud contentus, ditionem subigere tacite conabatur, dominium Arcis *a' Orsenico*, in principio vallis *l' Agharina* sitæ, sibi vindicando; Arx ea sponte à *Turrisendo de Turrisendis* ipsi tradita fuit, simulanti se nomine Imperatoris ipsam oc-

occupasse, qui eamdem *Germanorum* aliquot militum præsidio munivit. Ab hac expeditione rediens magno populi applausu ac favore, fuit ex-
13 ceptus, minus vero ex voto Civium. Indies autem potentior effectus, Tyrannidem, ac despoticum *Veronæ* dominium invasit; &, ut facilius in eo se servaret, cives omnes, quos putabat ei obstaculo fore, destruere cogitavit; causam idcirco vero similem fingens, detineri curavit *Morbium*, *Bonaventuram* cum filio quodam *de Pitati*, & *Bonacorsum* legum doctorem, qui in Arcem *Bassani* deducti fuerunt; talique medio alios tecte sibi adversarios terrore affecit.

Hoc ipso Anno Pontifex sub potestatem Ecclesiæ Urbem *Ferrariæ*, quæ desciverat, reducere volens, fœdus cum *Venetis* ad eam expugnandam pegit, in quo Dux cum Republica, Communitas *Mantuæ*, Ecclesia cum adhærentibus suis, *Azzo ab Este*, *Ricciardus* Comes *à S. Bonifacio*, & *Albericus de Romano* convenerunt: Hujusque fœderis viribus convocatis, *Gregorius da Monte Longo*, Papæ Legatus, Exercitum adversus *Ferrariam* duxit; brevisque fuit expeditio: Populus enim erroris commissi pœnitens, exercitui ingrediendi facile præbuit copiam; & quemadmodum facile ab Ecclesia defecerat, ita & facile à se ipso defecit.

Exorto bello hoc, atque duorum mensium spatio extincto; discordia excitata quædam inter *Franciscum de Ribaldi Patavii* Vice-gerentem, & *Azzonem* Marchionem *ab Este*, cujus causa creditur fuisse, quod suspicaretur *Azzo*, odium quo ipsum prosequebatur *Fredericus*, instinctu *Francisci* apud Imperatorem fuisse excitatum. Aucta inter eos inimicitia, bellum cœpit, ac post plura certamina, die quadam, sibi invicem obviantes apud *Montem Rubrum*, duabus dimicarunt horis; Victores extiterunt *Patavini*, captivumque fecerunt *Azzonem* cum multis suorum, inter quos duo numerabantur nobiles *Veronenses*, *Ricciardus* scilicet, & *Guicciardus* fratres, ex prosapia *de Lendenara*, qui cum dicto Marchione in carceres ducti sunt *Patavinos*. Infortunium hoc *Azzonis* excitavit *Veronenses* ad vindictam sumendam de injuriis ab eo sibi illatis; & præcipue, quod eodem captivo existente, difficulter defensuri se viderentur ejus subditi. Armatis itaque pluribus super *Athesin* navibus, per fluvium & per terram aggressi sunt Abbatiam *del Polesene*, Arcem ad prædictum *Azzonem* spectantem. Hujus expeditionis Duces Reipublicæ nomine fuere *Hugo* Comes *Parmæ* Prætor, Comes *Bonifacius da Pavenzo*, & *Bonacursus della Palude*; qui tamen hanc Arcem præsidio, & commeatu valde munitam invenientes, re infecta recesserunt; existimantes autem eorum *Veronam* reditum sibi pudori fore, antequam à *Polesine* discederent, deprædati sunt Vicum de *Gazzo*, ac eum funditus everterunt, incolis causam belli *Veronensium* contra marchionem *Azzonem* imputantes, eoque discessui suo speciem gloriæ quærentes *Veronam* rediêre.

Diebus autem iis *Eccelinus de Romano* Reipublicæ Dictator, quum ipsi delata fuisset conventio *Joannis de Buso*, & *Bonzenonis* Notarii *da Gavardo*, Custodum Arcis *del' Hosteglia*, quod pacti essent cum *Ferrariæ* Episcopo *Azzonis* affine, & polliciti eidem hunc locum tradere, eos torminibus examinatos, & delictum fassos, ambos capite multavit. Ex hoc successu visum fuit *Mantuanis* illatæ injuriæ recordari, vel forsan bellum erga *Veronenses* suscipere. (Episcopus enim *Ferrariæ* eorum erat amicus). Cum Prætore autem *Gerardo de Rangone Mutinensi*, & agminibus suis, agrum ingressi sunt *Veronensem*, eumque devastantes ignem injecerunt *Trevenzolo*, multisque aliis vicinis Pagis. Hoc percepto, *Veronenses* iracundia magna excitati, cernentes se oppressos ab iis, quos amicos putabant, armis captis cum *Henrico da Egna* Prætore contra hostes perrexerunt, eosque extemplo aggredientes, absque prælio fugarunt. Victoria autem hæc eò laudabilior fuit, quo *Mantuani* eisdem resistere haud potuere, impetui primo *Veronensium* cedentes. Dictus *Gerardus Rangone* Prætor in hoc captivus factus fuit certamine cum Communitatis Vexillis. Magnum cepit ex hac victoria gaudium supra dictus *Henricus Veronæ* Prætor, cujus populum reddere volens participem, convictus, saltus, & lætitias per aliquot dies in publicis ædibus instituit, quibus geminavit gloriam suam.

Augebatur in dies *Eccelini* status: plures enim ut ei complacerent, alii præmii gratia, alii minis territi sua eidem tradebant Castella. Hoc Anno MCCXLII. *Ugoccione de Pilio* Arcem *de Monte Vecchio Maggiore Vicentini* districtus ei benevole tradidit, cujus ipse & Comes *Petrus Montebello* domini erant; tali modo præter potentiam, quam ipse possidebat *Veronæ*, novis reditibus *Eccelini* divitiæ augebantur.

Hostilitates contra Marchionem *Azzonem* exercere haud cessarunt *Veronenses*, quamvis *Abbatiæ* aggressio ipsis minus secunda cesserit; immo iterum moti cum Prætore, & *Eccelino*, suo duce, *Montegnanam* aggressi & ea absque certamine ullo potiti sunt, ipsam enim vacuam, majorique ex parte combustam invenerunt: ac ut eamdem servare possent, portas & mœnia loci restaurarunt. Redeuntes autem *Veronam*, *Arce d' Arcole*, dein *Vestena*, ac *de Bovolcha* potiti sunt, quas præsidium ipsum, pacto quodam inito, eisdem tradidit: secunda autem favente Fortuna, Urbem exornare, Plateamque Majorem *del Mercato* quadratis lapidibus sternere cœperunt eò modo, quo conspiciebatur antequam strata esset, uti hodierno apparet die. Lapides hos dono dedit gratis Reipublicæ patriæ suæ *Gulielmus de Zerli*.

Mala horum temporum conditio, nullam admittebat quietem; & vere dici potest, paces istas eis potius Armistitia fuisse, & licet juramentis consolidatæ fuissent, nullatenus, propter inconstantiam hominum, temporibus illis regentium, servabantur firma. Quum autem Arx *de Villa pinta* in *Veronensium* manus pervenisset, opere cujusdam Advocati *de Clavica* nuncupati; (locus is occupabatur à *Mantuanis*, licet ditionis esset *Veronensis*) *Mantuani* instigati à Comite *Ricciardo de S. Bonifacio*, ut hanc vindicarent injuriam, armis captis, & cum eis *Brixienses* (suasu *Turrisendi de Turrisendis*, *Veronæ* exulibus) tumultu potius, quam bello, Arcem ceperunt de *Gazzo* in compensationem illius *de Villapinta*, quam amiserant, præsidioque & commeatu munitam, ulterius haud progressi sunt, tantum enim perdiderant, quantum lucrati erant, idcirco validius, ædibus condendis, ac instaurandis incumbebant.

Anno itaque MCCXXXXIII. Arcem reædificarunt *de Villafranca*, fossamque munitionum gratia majorem reddiderunt. Incipiebat Fossa hæc à *Villa Franca*, pertingens usque ad *Somma campagna*; alia similiter fossa, cujus initium ad *Veronam*, per milliare ad suburbium *della Tomba* appropinquabat ædibus *delli Malsani*, terminosque suos inveniebat in Insula *della Scala*; & hoc, ut transitus inhiberetur Comiti *Ricciardo à S. Bonifacio*, 14 quando ex *S. Bonifacio Mantuam* veniebat, eo forsan consilio, ut, præsidiis ipsorum supradicta Insula munita, facilè dictus Comes *Ricciardus* in eorum incideret manus. Ann. 1243.

Castellum *de la Pinta* paucis diebus in dominium recidit *Mantuanorum*; quod Advocatus de *Cla-*

A *Clavica* (subiratus *Eccelino* de *Romano*) tradiderat. Fugit is *Mantuam* & ibidem motus excitavit. Quare autem fugam susceperit, causa fertur, quod quum aliquot diebus *Veronæ* commoratus esset, crudelia opera ab *Eccelino* erga *Veronenses* patrata, ipsum terrore affecerant: tum enim ille alium atque alium in dies capite plecti jubebat, minimaque de causa eos in carceres conjiciebat: diebus quippe eis, inauditis tormentis ejus mandato perierûnt in Arce de *Nogara* duo eximii Cives, *Henricus de Gàzzo*, & *Leo de la Carcere*. Crimen eis objiciebatur, quod Castellum de *Gazzo Turrisendo de Turrisendis*, *Mantuanorum* Duci tradidissent; B quorum cæde haud contentus *Eccelinus*, in contumeliam supradicti *de Turrisendo*, Castellum recuperatum funditus evertit. Peragrans deinde *Veronæ* agrum, pluribus in locis Turres destruxit, & palatia *Bartholomæi d' Abriano*, *de Albertino de Peri*, *di Zanello Segalla*, *de Alberto de Castellano*, ac *Leonis de là Ponzinella*, & in universum insuper turres omnes, domosque in districtu familiæ *de la Carcere*; in Urbe verò destruxit ædificia *Henrici de Gazzo*, in vindictam omnium, quæ is inique contra Rempublicam egerat. Devastationibus his, prorsùs inimicos suos deprimebat *Eccelinus*, C suspectisque aliis metum incutiebat, adeò ut nullus, contra ipsum quidquam agere, aut saltem loqui auderet.

Comes *Ricciardus*, ad quem omnes ab *Eccelino* expulsi confugiebant, otiosus minimè manebat; sed denuo cum numerosis *Mantuanorum* copiis, & cum Marchione *Azzone ab Este* regionem *Veronensem* ingressus, duas expugnavit Arces, alteram scilicet *Sancti Michaëlis* in districtu *d' Herbetto*, *Trevenzoli* alteram, in qua captivus factus fuit *Petrus dal Buggio* Castellanus cum Civibus in præsidio existentibus.

Videns autem *Eccelinus*, D quod Profugi (apud inimicos existentes) summas eorundem exercitui adderent vires, quosdam inter eos potentiores in gratiam recipere decrevit, ut eorum vires diminueret; & rogatus à *Turrisendo de Turrisendis*, gratiam cum bonorum ejus restitutione eidem impertivit, & similiter cum quibusdam aliis egit civibus. Hoc magnum attulit incommodum Comiti *Ricciardo*, validamque ei intulit suspicionem, timenti de illis qui apud ipsum remanserant. Quorum conscius factus *Eccelinus*, Comitem *Ricciardum* aggredi constituit, sciens eum timore correptum esse. E Quapropter vocatis in auxilium populis *Vicentinis*, & *Mantuanis*, (Imperatori enim obediebant, & ipse illius Vicegerens erat) magna celeritate obsedit Arcem *di Santo Bonifacio*, ac illicò à duobus lateribus aggressus fuit. Quibus perterritus filius ejus *Bonifacius*, in Arce illa existens, vel forsan à Patre jussus, cum *Eccelino* pactus, ut nempe salvæ fierent personæ obsessæ cum eorum bonis, Castellum tradidit, quod occupatum, continuo per milites eversum.

Mantuani, audito accessu *Eccelini* ad Arcem *Sancti Bonifacii*, ut ejus expeditionem impedirent, castra posuerunt apud *Hostegliam*, obsidioneque F & parvis præliis eam vexabant, ita ut obsessi *Eccelinum* ad auxilium mittendum quotidie solicitarent, commeatu enim omnium carebant. Quapropter misit *Eccelinus* validum Equitum numerum, Duce *Castellaro Mantuano*, jussos ut regionem *Mantuanam* invaderent, ac deprædarentur; & sic illi ab infestanda *Hosteglia* desisterent. Hoc medium tamen fuit frustraneum; milites enim in *Hosteglia*, fame correpti, Arcem *Mantuanis* tradere coacti fuere; ipsi (ea potiti) ejusdem mœnia destruxerunt.

Anno sequente, quum Prætor *Veronæ* esset *Gilbertus de Vivaro*, hùc accessit *Fredericus* Imperator ingenti, nobilique dominorum, ac equitum comitatu, summo honore, ac totius populi applausu (ut alias) exceptus. Abbatia *Sancti Georgii* sumptuosè ornata, ac omni victu repleta pro hospitio ei tradita fuit. Hujus adventus causa fuit, quod quum actum esset de matrimonio inter ipsum & Ducem *Austriæ*, ut *Fredericus*, secundis nuptiis duceret in uxorem nepotem hujus Ducis, decretum inter ipsos fuerat *Veronæ* conveniré, pro confirmando, & consummando hoc matrimonio. Multi idcircò Principes tunc *Veronam* se contulêre ad sponsalia celebranda, inter quos numerabatur *Conradus Frederici* filius, Rex *Hierosolymæ* electus; Hic cum Aula pulcherrima sua hospitium sumpsit in Communitatis Palatio. Episcopus *Heidelbergensis* in Ecclesia, & Ædibus *Sancti Sebastiani*. Præter hos *Baldoynus Constantinopolitanus* Imperator, Dux *Carinthiæ*, Dux *Sabaudiæ*, Comites *de Marano*, & *Tyroli*, plurimique alii Magnates, Prælati, Episcopi, Abbates, & Præpositi, quibus plena era Urbs; Ultimus accessit Dux *Austriæ* cum comitatu maximo; Cui, suoque comitatui pro hospitio assignata fuit tota pars Urbis ultra fluvium. Hic copiosus advenarum numerus, ut plurimum idiomate Barbaro, & haud nobis intellecto utens, novis in Urbe turbis originem præbebat; & die quadam, parva quædam excita pugna penes pontem *de la Pietra* ad *Sanctum Petrum* inter *Germanos Austriacos*, & *Veronensem* populum, ob emptiones ac venditiones, in qua plures *Veronenses* vulnerati, aliique spoliati fuere; supervenientibus autem *Eccelini* excubiis sedatus fuit rumor, prædaque apud *Germanos* inventa, *Veronensibus* restituta. Consummato autem matrimonio, atque ab illis Magnatibus magni momenti negotiis actis, iidem die decima Julii *Verona* discesserunt; pars altera in *Germaniam* abiit, altera Imperatorem *Lombardiam* versus comitata fuit. Per annum integrum quiete gavisa est Respublica; subsequente verò Anno MCCXXXVI. sub Prætura *Henrici da Egna*, secundò ad hanc elevati dignitatem, mirandus evenit casus; dictus enim *Henricus* in proprio residentiæ suæ Palatio crudeliter à *Joanne Chevaiolla* occisus fuit; multorumque fuit opinio, homicidium istud *Eccelini* instinctu commissum fuisse; ut Prætorem sceleribus ejus forsan contrarium, e medio tolleret: hæc autem orta fuit opinio à parva tanti criminis vindicta. *Eccelinus* statim ac secuta fuit mors Prætoris, tanquam Dux, & Vice-Prætor composuit cum *Mantuæ* Prætore, ut reciprocè commutarentur *Mantuani*, in carceribus *Veronæ* detenti, cum *Veronensibus* captivis *Mantuæ*; atque sic utrique libertate donati fuêre. Magna autem sollicitudine egit interea *Eccelinus*, ut Respublica novum, loco defuncti, crearet Prætorem, nominatum pariter *da Egna*, *Eccelini* intimum; & hoc quia 15
valdè ipsi intererat, inimicis sese cum exercitu opponere.

Fredericus Imp Veronam venit.

Magnus jam conscriptus erat exercitus, cujus capita erant Comes *Ricciardus à S. Bonifacio* cum *Mantuanis*, & *Azzo* Marchio *ab Este* cum *Ferrariensibus*, ut cogerent *Veronenses* ad recipiendos in Patriam exules, & confiscata bona eisdem redderent. Transiturus erat exercitus is Fluvium, quando *Eccelinus* cum *Veronensibus* agminibus sese illis opposuit. Ad ripas fluvii inceptum fuit prælium; acies vero cum adversa fronte pugnare haud possent, velitatio hæc magna sanguinis effusione diù duravit; utriusque partis exiguo successu; *Eccelinus* tamen aliquanto superior fuisse videbatur; aliquot enim hostium insigniores cepit, inter quos duo factionis Duces, *Taglia ferro* nempe,

& *Ottolinus da Riva* numerabantur: ex adverso steterunt aliquot diebus *Mantuani*, ac *Ferrarienses*, & quia movere castra, aut dimicare utrisque periculosum fuisset, utrique recesserunt.

Veronam cum captivis reversus *Eccelinus* in opprobrium exsulum, publicè eorum confiscata bona vendi jussit, Aedificia præcipuè, Terras, & Vicos *degli Grotti*, omniaque bona *Joannis da Palazzo* tam *Veronæ*, quam in comitatu sita; & quia emptores inveniebantur nulli, diminuto omnium pretio, ea mille, & quingentis libris monetæ *Veronensis* emit *Eccelinus* ipse; & licet prætium hoc exiguum videatur, notandum tamen est, libras majoris fuisse diebus illis valoris, quam hodie; tres enim ducati aurei pretium conficiebant; sic pretium valorem hodiernarum librarum excedebat. Emptione hac exulibus ostendit *Eccelinus*, conclamatum esse de illorum reditu, ipse quippe eorum emerat bona.

Aliquot hujus anni præterlapsis mensibus, *Fredericus* Imperator, qui in *Apulia* cum nova *Austriaca* uxore moratus erat, ubi Pontificis hostis factus, Feuda Regni *Siciliæ* citerioris à se possessa, Ecclesiæ solvere recusans, illinc discessit, ac in *Lombardiam* venit, animo repetendi ab Ecclesia Urbes ad Imperium spectantes, & ab illa illicite possessas, ac præcipuè *Parmam*, quam paucis diebus ante *Frederici* in *Lombardiam* ingressum, Papa præsidio muniverat, & *Georgium da Monte* Apostolicum Legatum ei præfecerat, qui magnum *Guelforum* numerum secum habebat, inter quos Comes *Ricciardus à S. Bonifacio*, *Bernardus*, & *Rolandus* Fratres *delli Rossi* numerabantur. Reperiebantur quoque in *Bresello* (dominii *Parmensis* districtus) Ecclesiæ nomine, *Alberigus de Romano*, *Bianchinus da Camino* & *Azzo* Marchio ab *Este* cum suis copiis, quorum pars destinata erat ad custodiendum Pontem supra *Padum*, quo magna victualium pars *Parmam* deferebatur. *Fredericus* cum præsidiis Urbium illi subjectarum, & confœderatarum, tam in *Lombardia*, quam *della Marca*, filium suum ad obsidendam *Parmam* misit, frustraneam forsan, & damnosam judicans ejus oppugnationem, propter militum in ea existentium multitudinem. *Henricus* eò perveniens, supradicto potitus est ponte; & in dies *Parmensem* districtum equitibus percurrebat; aliquando cum inimicis pugnans. Aliquot transactis diebus, deficientibus *Parmæ* victualibus Ecclesiæ milites audaces inde redditi, atque cum illis *de Bressello* conjuncti, irruerunt in Imperatoris acies Pontem custodientes, easque Ponte superato, fugarunt: inde sufficientibus *Parmæ* prospiciebatur commeatibus. *Henricus* autem agminibus revocatis, nullum alliud damnum *Parmensibus* inferre potuit, nisi quod Urbem ædificavit intra *Parmam* & Vicum *di S. Donino*, cui *a Victoria* nomen imposuit, putans tali modo *Parmæ* officere, præsertim quum vicus is immunis, & liber ab Imperatore renuntiatus esset; secus vero evenit: procul enim existente exercitu Cæsareo, & victualibus deficientibus, *Parmenses* noctu hanc aggressi sunt *Victoriam*, ac eam parva difficultate ingressi, omnes habitantes occiderunt, novamque everterunt urbem. *Fredericus* cum copiis suis *Cremonam* jam erat ingressus, & *Eccelinus* cum *Vicentinis* copiis reversus substitit in *Castellaro Mantovano*, regionemque eam deprædari mandavit: unde multis cum spoliis, animalibus, captivisque *Veronam* rediit.

Duo transiere anni, quibus nil suscepere *Veronenses*, præterquam quod anno MCCXXXXIX. sub Prætura *Arnaldi da Ponticello* oblata fuit *Eccelino* occasio deprædandi Castellum de *Este* ad Marchionem ab *Este* spectans. Nam in illa dux erat

A quidam *Vittalinus d'Arolda*, venalis, & nullæ fidei vir; qui, quum ei oblata fuisset certæ pecuniæ quantitas, ea accepta, Castellum de *Este* in manus *Eccelini* tradidit. Fideles confugerunt in Arcem, ad cujus expugnationem omni machinarum bellicarum genere se accinxit *Eccelinus*, die nocteque toties ipsam aggressus, ut fatigati, & stupefacti propter indesinentes vigilias, milites, coacti succubuerint; hac arce potitus, eam prorsus evertit, unica tantum relicta Turri, unde militibus, quia eminens erat, longinquus patebat prospectus. *Este* Arce subacta, in tantum petulantia crevit *Eccelini*, ut nullum vicinorum
B se opponi posse sibi persuadebat.

Sequenti anno MCCL. propria auctoritate, & absque *Magnatum*, & *Populi* consensu se proclamari voluit *Veronæ* Dominum: spretis Senioribus, *Petrum da Fortanezza* sectatorem suum *Veronæ* Prætorem creavit, imperabatque tamquam Tyrannus. Fossas jam constructas à *Verona* ad Insulam *dela Scala* usque purgari & ampliari mandavit. Ipsi præterea, tamquam domino, traditum fuit Castellum *di Monselice*. In hoc suo primo Principatus (vel melius Tyrannidis) anno, obiit ejus uxor *Salvaggia* Imperatoris *Frederici* filia. Triste illi sui Principatus hoc augurium. Ann. 1250.
C Parum diu mansit viduus; duxit enim in uxorem Filiam *de Bontaveso*, cujus non refertur prosapia: quapropter facile credere est, eam nullius nobilitatis, aut prosapiæ, sed potius amasiam quandam suam extitisse; amicitia idcirco Imperatoris erga eum minui cœpit, odium autem *Veronensium* in dies augebatur.

Anno MCCLI. *Eccelinus* Prætorem *Veronæ* creavit *Ugonem* de *S. Giustina Patavinum*; is quum ira accensus esset, propter tot injurias & damna à *Mantuanis*, præcedentibus temporibus, accepta, & quæ adhuc etiam inferebantur quotidie, in contraria persistentibus factione: *Mantuani* enim tunc sectæ *Guelfæ* favebant; eos non tam Ann. 1251.
D cito ad defensionem parari posse sciens, celeritate magna armis captis, milites adversus eos eduxit; in Territorio *del Broletto* viginti consecutivis diebus regionem deprædatus est; ulterius autem procedendo, cepit Castellum *del Capitello*, mœniaque ejus Arcis destruxit; iterumque in *Mantuanum* Territorium perveniens multos destruxit Pagos. Eodem in loco *del Capitello* ei obviam venit *Conradus* Rex Apuliæ, *Frederici* filius, & *Eccelini* cognatus, cum pulchris Equitum agminibus: ac simul juncti perrexerunt in *Goyto*, di-
E strictus pariter *Mantuani*; Ubi ordinatum fuerat, ut *Communitatum* Deputati & *Lombardiæ* Magnates convenirent, & per quindecim dies consulerent de bello, ac pace; & querelas controversiasque 16
Procerum audirent contra *Conradum*, ac eas deciderent. Quibus omnibus peractis, à *Conrado* dein dimissi in suam redierunt patriam; sic pariter egit *Eccelinus*, qui animo sinistro *Veronam* ingressus erat; tempore quippe quo extra Urbem manserat, conscius factus fuerat multarum contra eum machinationum; Cives enim & populus ejus Tyrannide pressi, nil nisi eum perdendum cogitabant. Duobus à reditu suo diebus, de pluribus inquisivit pro-
F ditionem contra ipsum tentatam, ac in carcerem trudi jussit *Carterum de Menticoli*, *Usum de Alberto* cum Filio suo, *Peccorarum* cum fratribus *de Peccorari*, *Petrum delli Buoni* cum Fratribus, *Joannem de Adamo* cum Filiis, *Florum de Vorla* cum fratribus, *Albertum Benzapa* cum filio suo naturali, *Henricum* Notarium *Caccietum*, & *Pancieram*, Fratres *delli Caccieti*, *Andriolum* Notarium, cum aliis, qui incusabantur eorum complices atque fautores. Exterorum autem detineri mandavit Prætorem *Ugonem de S. Giustina* cum ali-

aliquibus *Patavinis*, qui magno suo infortunio *Veronæ* tunc temporis existebant. Hos omnes torminibus prius affectos, tanquam rebelles in statum Tyrannus iste ad mortem damnavit; majoremque in ignominiam, eorum corpora per vias ad *Majorem Plateam* trahi jussit, ubi postea à carnifice perempti fuerunt.

Obitus Comitis a S. Bonifacio. Anno MCCLIII. vitam cum morte commutavit Comes *Ricciardus à S. Bonifacio* vir bonus, magni animi, ac à magnatibus & factione maximo in honore habitus; palam vero factioni *Veronæ* dominanti inimicus. Familia hæc inter præcipuas *Italiæ* nobilitate generis & antiquissimo Comitatus titulo honorata. Nec minora ipsius erant dominia, pluribus enim imperabat Arcibus & Castellis, tam in *Veronensi*, quam in *Ferrariensi* Territorio. Ejusdem stirpis splendor ex privilegiis multorum Pontificum videri potest, in quibus leguntur beneficia Ecclesiæ sanctæ præstita per Comites *à S. Bonifacio*; & hodierno etiam die, licet dominiis careant, multis tamen divitiis ornati, *Patavii*, & *Veronæ* reperiuntur. Inter hos temporibus nostris Comes *Bonifacius*, qui majorum suorum nomen gerit, Vir summæ integritatis, Serenissimoque Senatui *Veneto* pergratus. Obiit prædictus Comes *Ricciardus* in Urbe *Brixiæ* in Conventu Fratrum Prædicatorum, ac in eorum templo inhumatus fuit. Ejus mors, ut amara & dolorosa extitit factioni *Guelfæ*, ita majoris solatii, & lætitiæ fuit *Eccelino*. Veronæ autem vacante Prætura, duos constituit Vice-Regentes *Eccelinus*, qui ipsum absentem repræsentarent, ejusque locum gererent: hi fuerunt *Buzacharinus de Buzacharinis*, & *Albertus del Macagno*, cives *Patavini* ambo, ab illius moribus haud dissimiles; & hoc fecit, ut *Veronenses* in continuo terrore contineret.

Subsequenti tempore, Anno scilicet MCCLIV. vel veris, vel fictis rationibus in concepta suspicione se confirmans *Eccelinus*, magis in *Veronenses* sæviebat; quapropter multos cives incarcerari jussit, qui fuerunt *Tasius da Castel rotto*, *Thomas de Grezani*, *Thomas da l'Ocha*, *Mangiapane*, *Lione* & *Aleardinus à Massa* Fratres, *Firmus de Ceretta*, & *Thomas* ejus filius, *Fredericus Sospirogna*, qui, ut supradicti alii, incusabantur egisse contra ejus personam, & Statum: paucis post diebus eos morti tradidit, hac crudelitate addita, ut mortua illorum comburerentur corpora.

Anno MCCLV. in pejora ruens iste Tyrannus, manus vertit in sanguinem suum; quoniam diffidens fratri suo *di Giannnotto*, cum conjecit in carcerem Castelli *de Monte della Valle Pullicella*, qui & *Veronam* tandem ductus vita privatus fuit; Fratricidio sceleribus aliis adjuncto. Idcirco irritati omnes ejus subditi, in Rebellio in Eccelinum. ipsum arma ceperunt; *Tridentini* primi, quorum gubernator per *Eccelinum* erat nobilis quidam *Apulus* cum eo conjuratus, contra *Eccelinum* rebellarunt, Rempublicam erigentes, fugiendi crudelitatem, & avaritiam hujus nefarii viri, exemplum cæteris præbuere. Hac Urbis *Tridenti* amissione nil territus est, nec animum despondit *Eccelinus*; immo *Mantuam* sibi subjectam reddere cogitavit. Vix enim ingressus erat Ver, cum conatu magno multas congregavit copias, evocans subditos suos, *Tarvisinos* nempe, *Patavinos*, *Vicentinos* atque *Veronenses*, qui præter copias suas majori, quam solitum erat, numero castra sequebantur. Vocavit insuper amicos, & familiares suos, ut ad hanc expeditionem debita ipsi tribuerent subsidia, uti *Cremonenses*, quorum nomine Marchio *Pallavicinus* Prætor cum Reipublicæ militibus accessit. *Veronæ* autem congrega-

A tis gentibus, ac in ordinem exercitu cum curribus, & victualibus redacto, discessit; relictis ibi *Bonifacio de Marostiga*, & *Compagnone da Padova* Vice-regentibus suis. *Mensio* Fluvio superato ante *Mantuam* ad Orientalem plagam, ubi minus paludosa, & debilior erat Urbs, sua posuit castra, ac ad latus illud equitum agminibus totum districtum deprædatus est. Urgente ipso deinde expugnationem, domini *Itali* (*Guelfi* præcipuè gestorum *Eccelini* conscis), & quanti momenti foret *Mantuæ*, urbis eis fidelis amissio, omnes conatus adhibere decreverunt, ne in *Eccelini* manus caderet. Consilio autem hac de re *Venetiis* habito, paucis diebus exercitum congregarunt; Pontifex scilicet, & *Bononienses*, qui gnam balistariorum copiam adduxerunt, *Veneti*, quibus & vicinitas *Eccelini* magnum injiciebat terrorem. Hi *Patavium* aggressi sunt, in quo, nomine *Eccelini*, *Anastasius* ejus nepos, & *Usbergus de Vivaro* paucis militibus imperabant (quia bellum hoc non præviderat *Eccelinus*) ac brevi prælio fœderatorum milites *Patavium* ingressi sunt: prædicti enim duces, timore captivitatis, *Patavio* deserto, *Vicentiam* confugerunt. Redacto *Patavio* cum majori Territorii parte in potestatem fœderatorum, libertas jussu Pontificis, *Patavinis* data, & eisdem se ipsos gubernandi facultas concessa fuit. *Monselese* vero cum fortis esset locus, in ditione *Eccelini* mansit, ad cujus obsidionem Legatus reliquit Marchionem ab *Este*. Nuntio hoc funesto percepto, *Eccelinus* castra illico *Mantua* movit, atque furore captus, majorem quam potuit, *Patavinorum* numerum retineri, eosque in carceribus crudeliter occidi jussit. Celeritate deinde amissum *Patavium*, iterum subigi posse putans, in ejus suburbia, ut *Patavinos* perterreret, & ut ad evitandas deprædationes illi sese submitterent, exercitum suum misit. Hic tamen conatus fuit frustraneus: crudelitas enim contra miseros ac innocentes *Patavinos* exercita, civibus obstinate, ac strenue Urbem defendendi causam præbuit: mori quippe potius decreverant, quam sub immanissimæ hujus bestiæ jugum redire, ac tanquam vitulos, cultro lanionis sese exponere.

Fœdus contra Eccelinum. (B)

Nullum autem aditum *Patavii* reperiens *Eccelinus*, *Vicentiam* redire coactus fuit, non solummodo cum honoris sui diminutione, sed & damno, ac pudore maximo; quod *Mantuam* expugnare cupiens, *Patavium* amisisset.

Damnum hoc, & *Eccelini* pudor, animum addidere illis *de Bonencontro*, *Peronio*, & *Martino*, ex præcipuis *de Lignago* Civibus & eorum amicis, qui famam hujus Tyranni minui videntes, armis captis, occiderunt *Conradum de Occhi de Cane* Civem *Veronensem*, atque illius loci Præsidem; Vexillaque Marchionis *ab Este* elevarunt. 17
Idem factum fuit à *Coloniensibus*, quorum in Caput eligebatur *Bonsado*, plurium filiorum generosorum Pater, Arcemque prædicto Marchioni reddiderunt, præsidio, & officialibus *Eccelini* expulsis. Hæc duo vulnera tristitiam, & rabiem Tyranno intulêre: ignoransque quomodo eas exhalaret, *Veronam* reversus vanis imaginationibus plenus, novam suscepit vindictam, in carcerem conjiciens duos nobiles *Veronenses* Cives, *Bonifacium*, scilicet, & *Fredricum* fratres *de la Scala*, priscæ, divitis, ac potentis prosapiæ, ex qua plurimi orti sunt domini, qui imperium tenuerunt *Veronæ*, ut fusius in secundo libro dicetur: retinuit cum iis *Boninsegnam de Clavica* dicti *Frederici* socerum, *Avanzum Mezzoladum*, *Jacobum de Zenone*, cæterosque hujus familiæ omnes, *Joannem de Fello da Porto*, *Bonaventuram de Alberto Tridentinum* cum fratribus, *Nicolaum de Pietro duro*, *Antonium de la Mole Veronen-*

*nenses*que alios, quorum nomina adnotata non reperiuntur. Culpa, qua ipse hos insimulavit, ea fuit; Quod cum *Mantuanis* & cum Marchione ab *Este* hostibus suis de tradenda ipsis *Verona* convenerint; quos & absque ulla alia veritatis perquisitione, enormiter per plateas ad supplicium tractos, per carnificem percuti, ac necatos in platea magna comburi jussit: res equidem detestabilis, & Christiana religione indigna; pejorem enim non subiissent mortem, si Christianæ Fidei persecutores ac destructores fuissent. Ita *Eccelinus* omnibus diffidebat, ut sollicitudine de unico suo superstite fratre *Alberico* maxima vexaretur, verens, ne quum is Gubernator esset *Tarvisii*, urbem illam hostibus traderet. Hoc autem prævisо, *Albericus* voluntati *Eccelini* locum dedit, eique hanc reddidit Urbem, antequam quæsitus, aut coactus esset; sicque hanc Fratris sustulit suspicionem erga se conceptam ab *Eccelino*, volensque testimonium præbere fidelitatis suæ, obsides ei tradidit, duos nempe Filios, quos in Arcem *S. Joannis* Tarvisini Territorii in manus deputatorum *Eccelini* reposuit. Conciliatus hoc modo Fratri *Eccelinus*, ad excidium *Veronensium* reversus est, novis falsæ suspicionis nuntiis; plures quippe eodem modo, ut ante dictum, interfecit Cives, *Blasium* scilicet *della Banda* cum Filio suo, *Gabrielem de Zuanino*, *Jacobum Giovanni*, *Zanellum de Bongiovani*, cum ipsorum filiis omnibus, prosapiæ *de Calzolai*, *Jordanum*, & fratrem, omnes ex prosapiis insignioribus, ut taceam de pluribus aliis minoris conditionis. Desperatione igitur moti *Veronenses* Urbem magno numero deseruere, ac ad Proceres *Guelfæ* Factionis confugientes, eosdem, ut bellum aperte *Eccelino* inferrent, instigabant. *Ravennæ* quippe Archiepiscopus, Apostolicus Legatus, ad congreganda *Guelforum* confœderatorum præsidia venerat, ut una cum illis hujus nefarii debellationem susciperet. Paucis autem diebus congregatæ fuerunt Ecclesiæ auxiliares copiæ; quæ fuere, *Simeon da Foggiano Mantuæ* Prætor cum Reipublicæ agminibus, *Bianquinus da Canino*, *Pancratius d'Archo*, & *Buratus da Sala*, Gentium *Brixiensium* duces, pluresque alii, præter gregarios Pontificis milites. *Brixienses* hi, castra moventes, morati sunt in Arce *de Torresella Brixiensis* districtus, ad evitandum, ne tercenti *Eccelini* equites, *Cremonæ* existentes, sese cum exercitu recenter *Verona* egresso, conjungerent. Exierat *Eccelinus* cum gentibus, & militibus *Veronensibus*, *Vicentinis*, *Feltrinis*, ac *Tarvisinis*, qui in ejus venerant auxilium, quibus militibus se bene munitum esse intuens, quum *Pescheram* pervenisset, eamque præsidio sufficienti custoditam reliquisset, *Mentium* audacter transivit fluvium, hostibusque suis obviavit, ac in *Brixiensi* territorio prælio cum illis commisso, insigni Ecclesiasticis strage illata, victor evasit. Multos eorum fecit captivos, inter quos inveniebatur Episcopus *Veronæ* exul, antedictus Legatus, *Mantuæ* Prætor, & *Buratus da Sala* cum plurimis aliis nobilibus, *Brixiæ*que magnatibus. Proxima ab hac Victoria die *Brixiam* ingressus fuit *Eccelinus*, ipsiusque ac totius ejusdem territorii obtinuit dominium; & quum aliquot diebus *Brixiæ* commoratus esset, in eaque satis præsidii reliquisset, *Veronam* ad restaurandum exercitum reversus est. Audiverat enim hostes brevi temporis spatio copias aucturos fore; quanta igitur maxima potuit celeritate, conscriptis novis militibus in defunctorum locum, exercituque pecuniis soluto,
Ann. 1259. Anno MCCLIX, *Eccelinus* animo majori sumpto ex Victoria (cujus effectus est, audaces victores reddere) de monarchia *Lombardiæ* obtinenda cogitavit. Ne quid autem in potestate in mico-

A rum suorum relinqueret, quod expeditionem suam turbare posset, cum aliquot equitum, peditumque aciebus Arcem aggressus fuit Vicentinam *de Friole*, quæ antea ab eo defecerat; quam exiguo adeptus fuit conatu; ut vero terrorem vicinis incuteret, ne amplius rebellare auderent, jussit à militibus suis occidi, quotquot reperiebantur in arce, ut ne fœminis quidem ac infantibus venia concessa. Hoc peracto statim discessit, ac *Veronam* ingressus, gentes suas jam restauratas reperiens, nulla interposita mora, *Brixiense* intravit Territorium, ac apud *li Orzi* stetit, circumvicina loca deprædando, ac devastando. *Cassanum* inde
B profectus, ut ibi *Addam* transiret, flumen latum, ac impetuosum. Hoc in loco patuit, summum Deum (nefariorum operum vindicem) omnem vim judicii & peritiam militandi ei abstulisse: Ne enim in construendo supra fluvium ponte, tempus consumeret, motus hostium ignorans, nullumque in transeundo fluvio sibi putans obstaculum, imprudenter equestri acie *Addam* transire incepit; cum autem suorum quidam flumen transiissent, cæteris sequentibus, aggressi sunt eum *Dossius da Dovara*, sagacissimus vir, cujus prudens consilium fuit, hac uti occa-
C sione ad *Eccelinum* invadendum in hujus Fluminis transitu, ac cum inordinatis agminibus invenire. Quum autem medio flumine divisus esset exercitus, & aggredientium impetum haud sustinere posset, horæ spatio debellatus, & magna illata clade fugam abripuit; *Eccelinus* graviter vulneratus captivus remansit. Victores autem fugientes insequentes, maximum captivorum fecerunt numerum; ac pro Victoriæ coronide, Tentoria, Currus, Vexilla, victualia *Mediolanensibus* prædæ Mors Eccelini. cessit. Ductus fuit *Eccelinus Soncinum*, ubi tertio die exspiravit; & tamquam pessimus, & profanus vir, in Ecclesia indignus inhumari, sub sca-
D la, publici *Soncini* Palatii repositus fuit.

Hic fuit acerrimi hujus Tyranni exitus, qui *Veronensem* Rempublicam triginta trium annorum spatio occupavit, in ejus ruinam, & desolationem natus; armis vero strenuus, ac intrepidus; quibus, licet ex minima prosapia (pater enim ejus miles Cæsareus tantum fuerat) ortus, Universæ *Lombardiæ* terror factus erat, & parvuli unius Vici in *Tarvisino* districtu dominus, ad tantum elevatus fuerat imperium; statim autem ut ejus mors successit, continuo ejus cum ipso periit imperium. *Albericus* frater cum aliquibus filiis ex hac prosapia tantum remansit; qui *Ecce-*
E *lini* morte audita, cum uxore, & filiis in forte quoddam Castellum *Sancti Joannis*, *Tarvisinæ* regionis, ubi se diù conservari posse putabat, confugit.

Quantæ *Veronensibus* fuerit lætitiæ *Eccelini* 18 mors, scribere videtur superfluum: facile enim creditu est, homines non tantum, & bruta, resque omnes insensibiles gavisas fuisse, cernentes tandem se tanti Carnificis, incendiarii, ac devastatoris manibus liberatas. Renasci pæne extincta cœpit Respublica; ac *Veronenses* secundum statuta sua elegerunt in Prætorem *Mastinum della Scala* suum Civem. Familia hæc ducentis ante
F *Eccelinum* annis *Veronæ* exstiterat; qualis vero ejusdem fuerit origo, ignoratur; sed ut aliis evenire solet, sensim, sensimque divitiis & viribus crescendo, primaria reddita fuit civitatis. Summus Deus ipsi dono dederat, ut plures ex iis *Scaligeris*, summa prudentia & ingenio dotati essent; inter quos *Mastinus* iste, ejusque præsertim successores, qui usque ad *Veronæ*, aliarumque Urbium Principatum *Scalam* elevarunt suam.

Mastinus Præturæ regimine sumpto, pro primo suæ Patriæ beneficio, de omnibus reliquiis, proleque

leque *Eccelini* delendis cogitavit, ne monstruosa hæc Hydra nova produceret capita. Fœdus igitur iniit cum *Mediolanensibus*, *Cremonensibus*, *Mantuanis*, ac *Ferrariensibus*, antiquis *Eccelini* inimicis, nulla ratione habita factionis sive *Guelforum*, sive *Gibellinorum*; omnibusque viribus & magna sollicitudine *Albericum de Romano* debellandum tentare cœpit; quod facile à Fœderatis obtinuit, atque *Dosio de Dovara* copiarum duce confirmato; (æquum enim videbatur, ut, qui *Eccelinum* debellaverat, ejusdem pariter prosapiæ extinctor esset.) Exercitu igitur formidabili, cui fœderati pendebant stipendia, a *Dosio* congregato, ad obsidionem Arcis *di S. Giovanni*, quo *Albericus* confugerat, perrexit; illius autem oppugnatione fatigatus, locus quippe situ fortis erat, bene munitus, ac à strenuis militibus custoditus; prudenter cogitavit majorem eorum partem esse *Germanos*, qui ægre ferrent se includi, ac famis atque sitis essent haud diu patientes. Hac spe ductus, custodiis constitutis Arcem artius inclusit, ne ullus sive ingredi, sive egredi ullo modo posset. Sic ea obsessa remansit à mense *Majo* ad finem usque *Augusti*; quando quædam conventio inita fuit cum *Masso da Porcile*, obsessorum duce quodam, & executioni demandata, noctisque tempore, ingressæ fuerunt fœderatorum copiæ. In tumultu eo occisus fuit cum Uxore *Albericus*, quorum corpora sequente die cognita, in majus ipsorum opprobrium in conspectu exercitus combusta fuêre. Duorum autem ejus filiorum utrique Fœderatarum partium unus in signum trophæi, & consumpti belli, traditus fuit, atque ambo per plura loca tracti, publice perempti sunt ad integram extinctionem hujus stirpis, prolis, & affinitatis illius tanti & adeo terribilis Tyranni. Hoc modo Status & prosapia *de Romano* periit.

Andreas Zeno Prætor.

Mastini de la Scala Prætura finita, electus à Consilio fuit *Andreas Zeno*, nobilis *Venetus*, sub quo novum exortum fuit bellum. Marchio enim *Azzo ab Este*, fautores habens in *Veronensi* Republica, factionem *Guelfam* eo tempore illuc iterum introducere conatus est, & Comitem præsertim *Ludovicum*, Comitis *Ricciardi* Filium, diù à Patria cum complicibus suis exsulem. Existimabat Marchio, se, *Eccelino* mortuo, nullum apud *Veronenses* reperturum esse obstaculum, & cum numero quodam militum, ac vassallorum suorum ex *Lendenara*, una cum dicto Comite *Ludovico*, & exsulibus *Veronensibus* lento gradu *Veronam* versus profectus est; sperans aliquem *Veronæ* oriturum tumultum, eoque medio se in Cives unanimiter receptum iri. Quum quinque ab Urbe abessent milliaribus, per duos dies steterunt, & nullum, ut speraverant, tum audientes *Veronæ* tumultum, retrocesserunt pedem versus *Coloniam* vertentes, quæ illico se tradidit. Potiti sunt dein *Sabbione*, *Lignago* & *Porto* cum eorum adhærentiis. Comes *Ludovicus* cum familia sua, & Exsulibus, hospitium cepit *Porti*, timebat enim *Lignagi* morari, cum nimis distaret ab auxiliis Marchionis, si forte *Veronenses* eum aggrederentur. Inconsulte tamen egerunt; antequam enim à *Veronensibus* subsidium acciperent, copiæ *Marchionis* eos aggressæ invitos sub Comitis *Ludovici* jugum revertere coëgere. Inter has autem discordias in Consilio ab aliquibus quietis publicæ cupidis propositum fuit, ut reciperetur Comes *Ludovicus*, & ita finis huic bello imponeretur, votisque collectis illi recepti fuerunt; atque *Lignago*, & *Porto* sub Reipublicæ *Veronensis* dominium rediit.

Restituto Patriæ *Veronæ* Comite *Ludovico*, tres præterlapsi sunt menses, quibus servata fuêre promissa; iisque finitis, mense Septembri exortus in Urbe tumultus fuit multis in plateis, cum clamore: *fuora li Guelfi*: hoc est: *expellantur Guelfi*. Inde Comes *Ludovicus* securitati suæ & amicorum suorum prospiciens, *Verona* exiit. Sequenti autem die decretum emanavit à Consilio, ut in posterum nec Comes de *S. Bonifacio*, nec alii ejusdem factionis in Urbem reciperentur. Quod decretum, licet plures alii domini *Veronæ* imperassent, semper servatum fuit usque ad annum MCCCXXXI. quo ab Urbis Consilio abrogatum fuit, & dicti Comites *à. S. Bonifacio* patriæ suæ restituti, ubi &, uti supra diximus, impræsentiarum reperiuntur. Republica igitur manibus *Gibellinæ* factionis servata, cognoverunt Cives Regentes, formam regiminis diu perdurare non posse, nisi Caput eligeretur Populi, factioni *Gibellinæ* addictum; auctoritate ea, ut nemo de *Guelforum* reditu mentionem facere auderet: intelligebant enim annuos Prætores diversæ, & forsan tacite contrariæ sententiæ esse; qui copiis imperantes, multis in Republica turbis occasionem præberent. Plures hujus fuêre sententiæ, ac sæpe invicem de hac re egerunt; atque consensu Populi decreverunt in ducem suum Generalem, & perpetuum, *Mastinum dela Scala*, qui jam Prætor fuerat, eligere, ac proclamare. Mastinus dela Scala Dux perpetuus eligitur.

Facile credi potest, eos in hac prima electione tantam ei tribuisse auctoritatem, quantam successori ejus *Alberto*: non enim publicata fuit hæc potestas forma instrumenti, uti de illa *Alberti* infra referemus. *Mantuani* vero, quibus hæc nova forma eximiè placebat, crearunt Ducem *Passarinum de Bonaconsis*, suum pariter Concivem; ac tandem plures aliæ *Lombardiæ* Civitates, & *Marchæ*, constituerunt unum ex præcipuis Patriæ Ducem Generalem, auctoritate, ac privilegiis ei tributis, ut fecerant *Veronenses*.

Mastinus hac dignitate, à concivibus suis ornatus, discordiis ac bellis exterioribus finem imposuit, maximamque operam dedit suffocandis earum fomentis, ne denuo reviviscerent; curam deinde impendit suam restaurandis dirutis Urbis ædificiis; ut & destructorum Vicorum reparationi. Mercaturam insuper cum Lanificio introduxit; & majora patravit iste dignus Cives opera, malens clementia, quam armis subigere Cives.

Anno MCCLXV. sub Prætura *Henrici da Rezzo* ad intercessionem ejus recepti fuerunt in gratiam à Consilio *Turrisendus de Turrisendis*, & *Pulcinellus dalla Carcere* jam exsules. Hoc eodem anno exercitu Reipublicæ parato, profectus est *Mastinus* ad recuperandam Urbem *Tridenti*, quæ jam *Eccelini* tempore à *Veronensium* dominio defecerat. Eò perveniens quum Cives sese haud tradere vellent, levi prælio ingressus est urbem, ac more bellico Urbem subactam magno incolarum damno militibus diripiendam dedit. Sequenti anno curam adhibuit recuperandis arcibus amissis, eisque partim vi, partim transactionibus quibusdam potitus est, uti, *Montebello*, *Lonigo*, *Montecchio*, aliisque Territorii *Vicentini* locis. Duo post hæc præterierunt anni absque armorum strepitu, quibus valde restaurata fuit *Verona* ab acceptis jamdiu cladibus usque ad Annum 19 Ann. 1265.

MCCLXVIII. quo summopere turbata fuit Civitatis quies; & hoc quia exsules, qui præcedentibus annis in gratiam recepti fuerant, sive quod publicis rebus sese immiscere vellent, sive quod novæ *Scaligerorum* magnitudini inviderent, inimicum in *Mastinum* susceperunt animum: inde accidit, ut die quadam occisus fuerit *Turrisendus de Turrisendis* à Filio *Bernardini de S. Apostolo*; socius autem ejus *Pulcinellus* & cæteri jam in gratiam recepti, *Verona* in exsilium expulsi fuêre. Ann. 1268.

Verona digressi ad Arces confugerunt de *Lignago*, *Villafrancha*, *Soave*, *Bovolcha*, & *Vesteni*, novumque iterum contraxerunt fœdus cum Comite *Ludovico à S. Bonifacio* contra Rempublicam *Veronensem*; protestantes se hoc agere ad expellendum munere Ducatus *Mastinum*, non autem ad oppugnandam suam Patriam. Sic interea ortum bellum, ab exterioribus inchoatum; quod potius depopulatio, ac deprædatio vocari potest, quam bellum, licet duos continuos perdurasset annos. Hujus belli exitus fuit; ut *Mastinus* expelleret illos Arcibus, & has Reipublicæ restitueret, easque conventionibus, ac intelligentiis potius, quam armorum vi subigeret: exsules enim ob continua incolis illata damna, eorum odium contraxerant.

Lenoardus Dandalus Prætor.

Turrisendi de Turrisendis mors, expulsioque *Pulcinelli* cum cæteris aliis summopere displicuit *Leonardo Dandolo*, nobili *Veneto*, tempore eo *Veronæ* Prætori, putanti minimi habitam fuisse suam auctoritatem circa commissum homicidium, & tumultum: sponte igitur sese abdicavit Prætura, ac *Verona* discessit, patratorum se minime fuisse conscium, populo ostendens. Huic successit *Bonifacius da Castel Barcho*, sub cujus Prætura nihil notatu dignum contigit, præterquam quod milites quidam Reipublicæ Arci *di S. Bonifacio* impositi, suspecti, Regentium jussu capti, & in *Veronæ* carceres conjecti fuere. Initio autem sequentis anni *Ubertus dela Tavola* ex numero contumacium, ac inimicorum Reipublicæ, qui præterito bello defenderat Arcem *d' Illasi* (quæ diebus illis inexpugnabilis fere existebat) cum *Veronensibus* composuit, & dictam Arcem Reipublicæ reddidit, illique cum cæteris in patriam redire, bonisque suis confiscatis iterum potiri, concessum fuit.

Bonifacius da Castelbarco Prætor.

Ann. 1271.

Bellis hisce sedatis Anno MCCLXXI. sub Prætura *Gerardini de Piis*, viri, bella & discordia fastidientis, à Republica multa sancita sunt decreta, ac statuta, & præcipue contra officia Vicariorum, Pagos regentium; suffragiisque Consilii statutum fuit, ut magnus civium numerus eligeretur, ad Vicariatus officium implendum aptorum; atque ex hoc numero tot extraherentur cives, quot vicariatuum implendorum officia, & alii præter istos illis successuros, qui officium eis sorte datum recusare non auderent; & sic de singulis usque ad Vicariatuum completionem: qui ordo ad tempus usque præsens servatus. Reformatæ fuerunt præterea leges Municipales, tam civiles, quam criminales; quarum tenorem brevitatis gratia omittimus. Hoc eodem anno firmata à *Veronensibus* fuit pax cum Gubernatoribus, & populo *Mantuæ*, & secura ad latus illud *Veronenses* regionem reddiderunt. Bellis itaque liberati, in Reipublicæ commodum *Domum Novam* in platea ædificarunt pro habitatione Advenarum Jurisperitorum, qui cum Prætore *Veronam* accederent; Atrium pariter Palatii cum fulcro, ubi Notarii publicare tenerentur decreta; conciones quoque, & expeditiones criminales per Prætorem factas, restaurarunt. Cives tandem ubertate pacis fruentes, subsequentibus annis villas repararunt, terrasque jam per bella, & civiles discordias incultas coli curarunt. Et quoniam dictorum bellorum, ac civilium discordiarum diuturnitate, multa damna, abusus, hæresesque in Territorium ingressæ fuerant; iram Dei fugere cupientes, decreverunt fuit in Consilio hæc mala exstirpare radicitus. Atque sic Anno MCCLXXVI. ex mandato Regentium, *Veronæ* Episcopus, Frater *Philippus de Bonaconsi* Mantuanus Inquisitor, una cum *Pinamonte* dicti Inquisitoris pater, ac *Veronæ* Prætor, & *Albertus de la Scala* frater, & Viceregens *Mastini* Ducis, perrexerunt simul ad *Sermionem* Lacus *Benaci* Peninsulam, familiæ à *Scala* à multis jam annis subjectam; & rigorosam ibi in hæreticos, & falsos Christianos tam *Sermionis*, quam aliorum circumjacentium Pagorum, & Arcium instituerunt inquisitionem; ex quibus ultra centum utriusque sexus reos, & incorrigibiles inventos, in aliorum exemplum igne comburi jusserunt.

Vicarii Pagorum.

Leges Municipales reformatæ.

Fruebatur Respublica *Veronensis* pace, quiete, & omnes tam Regentes, quam privati Cives Urbis restaurationi incumbebant, quando Fortuna bonorum operum invida, novum diffidium excitavit, ut denuo *Veronenses* vexaret, eisque acerbos suos præberet fructus. Prætor *Veronæ* tunc erat *Joachimus*, cognominatus *Gamba Grossa de Bonaconsi* Mantuanus, eximiæ justitiæ vir, sub cujus Prætura rarum quid accidit. Inter insigniores, & honore præditos *Veronenses* Cives, ii *de Rigozzo* numerabantur, ac timebantur, animosi enim erant & valde bellicosi. Ex prosapia hac vidua quædam unicam habebat filiam, cujus matrimonium plures, non propter ejus tantam pulchritudinem, sed divitiarum ergo, ambibant: quapropter plures eam amatoriis oculis intuebantur, pluribusque amore captis, ea zelotypiam & sollicitudinem unicuique ipsam obtinendi excitabat. Quidam igitur vehementior, sed imprudentior aliis, ejus domum ingredi ausus fuit, blanditiisque non tantum, sed violentia usus, hanc stupravit virginem; in magnam prosapiæ hujus contumeliam & injuriam. Offensi itaque ii *da Pigozzo*, & cum eis *Scaramella de Scaramellis*, inter præcipuos cives, intimus amicus, & affinis matris hujus virginis, vim illatam detulerunt ad judicem, ac ab eodem stupratoris incarcerationem obtinuerunt. Actione autem instituta sententiam rigorosam petebant, ut nempe morte multaretur. In favorem hujus curabat Dux *Mastinus*, ut matrimonio inito, & dote aucta, virgini læsæ satisfieret; adeo ut Juveni, quia ex nimio amore, ac animo ipsam in uxorem ducendi hoc se commisisse crimen fassus erat, plenarie ignosceretur; nec enim nobilitate, nec ætate, nec divitiis ullo modo virgine erat inferior. Tanta erat *Mastini* auctoritas, ut sententia in hoc delictum lata, nunquam exsequutioni mandaretur; nec *Pigozzi* ad reparandam virginis violatæ pudicitiam sufficiens existimabant matrimonium, ut intendebat Mastinus. Desperatione igitur moti, vindictam de *Mastino* sumendam cogitant. Re itaque deliberata, armati cum domino *Scaramella* illi in platea, penes novam domum, obviarunt, ac nullo prolato verbo à duobus lateribus ipsum aggressi sunt. Is differens cum *Antonio Nogarola* intimo suo socio, & in terram projectus fuit, antequam gladium stringeret, aut ejus famuli resisterent; *Nogarola* vero, vir valde animosus, gladio evaginato, unius ex *Pigozzis* guttur transfixit gladio, qui extinctus cum *Mastino* remansit: sed propter aggressorum multitudinem *Antonius* quoque periit, & sic in vita, & in morte, *Mastini* socius extitit.

Cædes Mastini de la Scala.

Tumultu autem ingenti in urbe horum duorum Primatum cæde excitato, populoque ad arma pulsa Communitatis Campana vocato, quidam ex sociis *Scaramellæ* capti fuere (qui una cum *Bigozzis Verona* exierat per locum, qui custodiis erat destitutus.) Inter eos *Isnardus de Scaramellis*, *Gibertus de Bridaris*, *Bonmassarus*, & *Nigrellus delli Planchani* (cives omnes) qui sequenti die à Carnifice capite plexi sunt. Profugi autem proclamati fuerunt ad Capitolium mercati in platea, & in eorum contumaciam, atrocissimum eis irrogatum exsilium: Cujus tenor fuit: ut *Bartholomæus*, & *Antonius de Planchanis*, *de Pigozzo*, &

& *Scaramella de Scaramellis*, cum aliis ſuis ſequacibus, & fautoribus, ſint, & haberi debeant rebelles, & Reipublicæ inimici; ut omni ejus ditione, ac dominio exulent, pœna mortis afficiendi, ſi in manus caderent juſtitiæ. Sancitum quoque per Regentes, & Prætorem, ut eorum bona, Feuda, ac jurisdictiones publico addicantur Fiſco, ipſi & omni ſucceſſione, hæreditate, vel legato cujuſcumque ſortis privarentur; ut ipſorum domus ac habitationes intra, & extra urbem deſtruerentur, atque funditus dejicerentur; vineæ, & arbores earum eradicentur; Agri ſemper inculti linquerentur; ut poſterioribus temporibus ad hos maleficos ſpectaſſe agnoſcantur. Hæ condemnationes, quamvis damnum inferrent Reipublicæ, hoc horribili modo fiebant, ut terrorem incuterent aliis, & ut quisque ab ejuſmodi enormibus delictis abſtineret.

LIBER SECUNDUS.

Ducis *Maſtini* mors favorem *Scaligeris* auxit: homicidio quippe divulgato, multi ex ditioribus, & potentioribus Urbis familiis, uti *Nogaroli*, *Aleardi dal Vivaro*, *Isnardi*, *Aruari*, *Amici*, *Sacramoſt*, *Marzagagli*, conſenſu popularium (qui proſapiæ *à Scala* ad unum omnes favebant) ſeſe congregaverant. Propoſitum ipſis fuit elevandi ad Ducis dignitatem *Albertum della Scala*, defuncto fratre ſuo prudentia, ac virtute haud minorem; hoc addito, ut ad Ducis conſervandam perſonam, major eidem tribueretur auctoritas, ne ullus (licet potens civis) eum offendere auderet. Hac propoſitione privatim examinata, quum omnibus laudabilis viſa fuiſſet, publicatum fuit, ut Cives, & Mechanici ad Capitolium Plateæ majoris ſeſe transferrent; ubi accerſitis prius Regentibus, & Artium Capitibus, Conſiliariisque omnibus ſedentibus, ac ſtante plebe, tubarum ſonitu, publicata fuit electio *Alberti de la Scala* in Ducem Generalem *Veronenſium*, omni facultate, auctoritateque. Interrogatis per Notarium Senioribus, Capitibus, ac Conſiliariis, an huic conſentirent electioni; quam illi unanimiter ratam habuere. Rogato deinde Populi conſenſu, maximo gaudio, & applauſu, manibus elevatis, exclamaverunt omnes *Scala*, *Scala*. Hujus electionis inſtrumentum fuit conſcriptum, cujus tenorem hic deſcribere neceſſarium mihi videtur; ut conſtet quantæ extiterit magnitudinis hoc Ducatus munus (fundamentum dominationis *Scaligerorum*) eorumque vera ſcala, qua ad Principatum *Veronæ*, aliarumque Civitatum aſcenderunt. Ante ratihabitionem inſtrumenti, rogatus fuit Notarius, electionem hanc deſcribere, ac populo publicare; quæ talis fuit:

Albertus de la Scala Dux eligitur.

In Honorem Dei, glorioſæque ejus matris Virginis Mariæ, *&* *Beati* Zenonis *Confeſſoris, ac defenſoris Urbis* Veronæ, *aliorumque Sanctorum, & Sanctarum: In honorem pariter, & meliorem ſtatum Urbis, & factionis dominantis, quæ factio intelligenda eſt pro Communitate* Veronæ, *ſtatuimus, ac ordinamus, electionem factam Nobilis Viri* Alberti de la Scala *in Ducem, & in Rectorem Capitum Artium, & totius* Veronenſis *Populi, validam, & perpetuam eſſe, atque à Communitate* Veronenſi *inviolabiliter in omnibus, & in qualibet ejus parte obſervandam, uti in hujus electionis inſtrumento amplè continetur; cujus hic formalis eſt tenor:*

Die Mercurii, vigeſima ſeptima Octobris *ad Capitolium Mercati Urbis* Veronæ, *ubi ſolent concionari, præſentibus dominis* Falcone delli Falconi, Bolveſo de Feliciano, Michaële de Roſio *Tarviſino*, Matthæo de la Romana, *Communitatis* Veronæ Judicibus, & Marzagaglia delli Aleardi, Nicolao de Turriſendis, Antonio de Creſcentio, Beria da Montorio, Bonaventura Q. de Iſnardo de l'Iſolo de Verona, Bartholdo Notario Veronæ, Bonaventura Notario de Magnino, & Alberto Notario Q. de Alberto dal Ponte della Preda, *pluribuſque aliis teſtibus:*

In publica, ac generali Communitatis Veronæ 21 *concione, ad ſonitum Campanæ, pro more congregata, præſente, ac exiſtente Nobili Viro domino* Joanne de Bonaconſi Mantuano, *honorabili* Veronæ *Prætore, auctoritatemque ſuam in hoc præſtante; In eadem Concione præſentes fuere generaliter, & Univerſaliter* Nobiles Viri, Magnates, Seniores, *&* Artium Veronæ Capita, *univerſuſque hujus Urbis* Populus, *& unanimes, nemineque contradicente, elegerunt viva voce, & conſtituerunt Ducem ſuum, ac totius Urbis Generalem in perpetuum (id eſt durante ejus vita) dominum* Albertum de la Scala, *dantes, concedentes, ac conferentes eidem, ac in eumdem, generalem, ac liberam in omnibus, & ſuper omnia Auctoritatem regendi, gubernandi, tuendi, diſponendi Urbem, diſtrictum* Veronenſem, *& partem vel factionem nunc* Veronæ *regentem, juxta arbitrium, & voluntatem ſuam, & ut melius ei convenire videbitur. Amplam tribunt ipſi libertatem, novas condendi leges, & ſtatuta, tam generalia, quam particularia, eaque ut & illa, quæ impræſentiarum obtinent, reformandi, corrigendi, interpretandi, permutandi, augendi, vel minuendi, ſuper ea prorogandi, ac de eorum tenore diſpenſandi juxta ſententiam, & voluntatem ſuam; dandi præterea, concedendi, alienandi, diſtribuendi bona Communitatis* Veronæ, *remittendi, commutandi, interpretandi, abſolvendi, & ab eis diſpenſandi, quantum illi placebit; atque generaliter & univerſaliter omnia, & quodlibet negotium, vel factum cujuſcumque ſortis ad communitatem* Veronæ, *& ad ſuam antedictam partem ſpectans, agendi, & libere tractandi, & firmandi, omniaque cujuſcumque ſint modi, vel formæ, ab illo facta, vel facienda, valida ſint, immobilia, ac in eadem maneant vi, ac ſi facta fuiſſent per* Prætorem, Magnates, Seniores, Capita, Conſilium Generale, ac Particulare, *ac per Univerſum* Veronenſem *populum; ſicque integre obſervari debent, non obſtantibus quibuſdam ſtatutis, decretis, reformationibus, & Communitatis* Veronæ *mandatis, quæ in parte aliqua obſtarent, vel contraria eſſent præſenti huic novæ electioni* Ducis, *& auctoritati illi conceſſæ: ſimiliter etiam non obſtante aliquo ſtatuto, lege, aut reformatione, quæ in poſterum contra hanc electionem fierent, quibus omnibus de certa ſcientia derogatur, ac ſi eorum particularis, & ſpecialis mentio facta eſſet. Actum Anno Domini MCCLXXIII. indictione quinta.*

Et ego Fredericus de Buon Huomo de Gaffaro, Frederici *Imperatoris Notarius, præſens fui, rogatuſque ſcripſi.*

Facile ex hoc publico inſtrumento agnoſci poteſt, *Albertum de la Scala*, Ducem nominatum, revera Principem, & Dominum *Veronæ* creatum fuiſſe; conſtat inſuper auctoritatem ipſi tributam, majorem fuiſſe illa, quæ *Maſtino* ejus fratri conceſſa. Ab *Alberto* igitur incipienda erit *Scaligerorum* dominatio, quum plenarium, ac integrum *Veronæ* Regimen in eum translatum fuiſſe pateat.

Alberti de la Scala Auctoritas.

Suscepta ab *Alberto dalla Scala* Veronæ Gubernatione, laudabile is, dedit dominationi initium: erat enim humilitatis, & misericordiæ semper observantissimus; nunquam superbia inflatus, sed nobilibus tanquam fratrem, plebejis benevolum sese ostendebat dominum. Primis duobus Principatus sui annis, nullo occupatus bello, omnem curam suam adhibuit sedandis discordiis, olim in Civitate excitatis. Et quoniam anno electionem suam præcedente, extiterat Prætor *Mantuæ*, ubi *Mantuanorum* maximam sibi conciliaverat benevolentiam, integram inter eos, & *Veronenses* amicitiam, pace confirmata, procuravit. Idem cum *Brixiensibus* fecit, conditionibus, ac capitibus quibusdam constitutis; quorum sollemne conscriptum fuit instrumentum authenticum per Notarium rogatum. Ejus exemplar hic exhiberi esset conveniens, sed brevitatis gratia, in calce harum historiarum referetur, ut modum, qui tunc in pace componenda servabatur, curiosi conspicere possint.

Discordiis iis cum *Mantuanis*, & *Brixiensibus* sedatis, quod evenit Anno MCCLXXIX, *Albertus* pacem iniit cum *Patavinis*, quam facile composuit; ab utrisque enim æque desiderabatur; firmata autem ea anno MCCLXXX. illico publicata Tubarum sonitu ad Capitolium Mercati plateæ, tribusque diebus festis celebrata fuit. Hujus pariter pacis publicum factum fuit authenticum instrumentum; cujus exemplar adjungetur loco supradicto *de pace cum Mantuanis*, *& Brixiensibus*.

Vicinis itaque ab omni latere pacifice conciliatis, exorta fuit quies in Urbe cum cura ædificandi, colendi, ac mercandi (quæ omnia divitias comparandi media.) Atque sic Civitas vires acquirere, in dies restaurari, & augeri cœpit. Anno MCCLXXXIII. quum electus esset per *Albertum* Prætor *Veronæ Thomas de Bonaconsi Mantuanus*, altercatio quædam de limitibus inter *Veronenses* & *Tridentinos* orta est. *Tridentini* quippe jus *Veronensium* in montana cum illorum ditione confini restringere volebant. *Albertus* igitur *da Castel Barcho* ad eos missus fuit, ut hujus rei peritus, ac ita instructus, ut spes esset, ipsum *Tridentinos* erroris sui esse convicturum. *Albertus* illic veniens rationibus *Veronensium* expositis, demonstravit, illos injuste detinere, quod ad jurisdictionem spectaret *Veronensem*; Hi autem tamquam naturæ vicinorum *Germanorum* participes, furore correpti, impetum fecerunt in *Albertum*, ac eum in carceres incluserunt. Qua exorbitantia audita, *Albertus Scaliger*, cum justo equitum agmine *Tridentum* adiit, *Albertum da Castel Barcho* liberavit, atque hanc illatam injuriam à *Tridentinis* ultus est. Inde reversus totum se quieti dedit, & multa necessaria ad majorem Urbis munitionem construi curavit ædificia. Anno præcipue MCCLXXXVII. validis mœniis *Veronam* à *Porta del Vescovo* ad *Athesim* usque cinxit: ambiendo *Campum Martium*, locum spatiosum, quo antiquitus milites in militari disciplina exerceri solebant: nunc vero ibi lotæ, ac purgatæ exsiccantur lanæ. Hisce ædificiis exstruendis quatuor consumpsit annos; quibus Arces multas per Territorium restaurari, aliasque à fundamentis erigi curavit. Justitiam omni studio administrari jubebat, pium, & misericordem erga plebem se exhibens; gratus æque omnibus redditus, Urbem tranquille regendo, bellaque evitando ad annum usque MCCLXXXXII. Tum, Prætore *Veronæ Petro de Gavardo*, audiebatur, *Patavinos* contra conventiones cum *Alberto* contractas, *Castelbaldum* erexisse in jurisdictione, ac districtu *Veronensi*. Nec ulli mirum sit, in principio cujusdam bellicæ actionis, vel alterius rei, temporibus iis susceptæ, vel sub Reipublicæ regimine, Prætorem nominari, qui tunc temporis sedebat: ipsi enim Prætores rerum transactarum memorias scripserunt, licet rudi stylo, ac inordinatè eas nobis reliquerint; *Romanam* tamen in hoc imitati sunt consuetudinem, ubi in actis temporum eorum citabantur Consules ad eadem tempora notanda, ut scribit Livius. Ut ergo *Paulo Æmilio*, & *Terentio Varone* Consulibus, decretum fuit exercitum contra *Annibalem* augere; sic his hodiernis Chronicis Prætores *Veronæ* notati, publicarum, ac privatarum actionum tempora nobis certo indicant. Hic scribendi modus, Prætorem scilicet nominandi, sæpius sub dominatione Dominorum *Scaligerorum* servatus fuit, licet ad Prætores belli cura non amplius spectaret. De hac *Castelbaldi* ædificatione à *Patavinis* indebite facta, prudens *Albertus*, antequam ipsis bellum moveret, iisdem gravamina sua amicè exposuit, ab illis autem responsum accepit, se existimare, quæ fecerint, legitimè esse facta, & ut eorumdem civilis instituatur cognitio, se concedere, parituri omnibus, quæ per Judices, amicè electos, fierent. His auditis, acquievit *Albertus*; nova enim occasio suum augendi Statum sese illi obtulerat. Communitas *Parmæ*, quum universali contagione infecta esset, in factiones scilicet divisa, quarum Capita erant *Li Rossi*, *& Palavicini*; post plura invicem facta certamina, victi tandem, ac fugati fuerunt *Li Rossi*; qui *Veronam* se contulerunt, auxilium ab *Alberto* petentes, ac eidem *Parmæ* Dominium offerentes, recuperatione saltem privatorum bonorum suorum contenti. Hæc oblatio valde placuit *Alberto*, qui cum prædictis *Rossis*, misit *Canem Franciscum, Magnum* cognominatum, suum tertiogenitum, prudentem, ac bellicosum Adolescentem, cum magno equitum, peditumque numero, qui sine obstaculo subegerunt *Parmam*. Dominium hujus Urbis, juxta promissa, ante dicto *Cani Grandi*, *Alberti* nomine traditum fuit; Quo *Parmæ* morante, copiis autem per territorium hospitantibus, accidit, ut, *Rezzanis* discordibus, sicuti antea apud *Parmenses* contigerat, pars altera subacta (quæ *Li Sanguenazzi* dicta) Dominum *Canem Grandem* accederet, eadem offerens, quæ Parmenses *Li Rozzi* obtulerant. Qua oblatione admissa, dominationem *Rezzæ*, ut *Parmæ* obtinuit, sicque brevi temporis spatio *Scaligerorum* nomine, & Statu ampliatis, majorem sumpsit *Albertus* animum, & amplioris Dominii cupidus (ut moris est iis, qui ditiores quotidie fiunt) evasit. Anno MCCLXXXXIV. sub Prætura *Andreæ Zeni*, nobilis *Veneti*, fœdus iniit cum *Patavina* Communitate contra *Azzonem & Franciscum* Marchiones *ab Este*. Illi enim in medio sitæ ditioni imperantes, utrique Urbi, illegitimorum vectigalium, ac teloniorum exactione, quæ transvehendis mercibus imposuerant, officiebant. Et forsan aviditas eorum Statum opprimendi verisimiliorem reddebat prætextum. Hujus autem fœderis exercitu in ordinem redacto, *Albertus*, qui ejus erat Ductor, ad Arcem *da Este* profectus fuit, eamdem oppugnaturus; quæ cum præsidio munita non esset, Populus illicò, salvis suis personis, relictis militibus spoliis, eam tradidit. *Este* in manibus *Alberti* relicta, à Fœderatis captæ fuerunt Arces *de l' Abbatia de l' Anguillara*, & *Barbuglio*, quæ ditionis fuerant istorum Marchionum, & juxta conventionem *Patavinis* traditæ fuerunt. Debellatis Marchionibus prædictis, ac expeditione finita, *Veronam* reversus est *Albertus*, ubi victoria hæc, hastiludiis, conviviis, ac saltationibus ad recreandum populum, atque ad animandos nobiles juvenes ad majores expeditiones, celebrata fuit. Ex illis, qui excellue-

Margin notes: 22 — Variæ Alberti Expeditiones. — Ann. 1294.

luerant in hoc bello, aliquos creavit equites, & præmiis omnes ornavit; inter quos numerabantur *Albertus delli Zerli*, *Nicolaus* Filius *Mastini* sui fratris, *Fredericus* filius Domini *Pizardi della Scala*, *Canis Franciscus* ipsius filius, *Petrus* pariter *Mastini* Fratris Filius, licet naturalis, *Baliardinus* & *Antonius* Fratres *delli Nogaroli*, *Albertus*, & *Aldrighettus de Castelbarcho*, *Cavalcane* Civis *Veronensis*, *Petrus Nanus*, & *Nicolaus de Cereto*, cives *Vicentini*. Prudentem, circumspectum, ac valde magnificum se exhibebat *Albertus*; Generositate enim omni utebatur, ut universalem sibi conciliaret benevolentiam; Convivia, quæ faciebat, lautissima, ac splendidissima dici poterant. Invitabat ad ea magnum numerum militum, & Civium, Artificum Capita; aliosque suos populares amicos; ac miranda magnificentia excipiebat convivas. Ob hanc Arcis *de Este* expugnationem mille & quingentas distribuit diversorum colorum vestes eximii panni, tam *Veronensis*, quam Ultramontani, majorique earum parti pelles erant subductæ, cum Autumni finis immineret: atque hac sua liberalitate *Veronensium* animos sibi devinxit. Sequentibus an-
Ann. 1295. & 1296. nis MCCLXXXXV, & MCCLXXXXVI. vires, & Fama *Alberti* tanta fecerunt incrementa, ut è Proceribus *Lombardiæ* quilibet ejus ambiret amicitiam; & quanta ejus nominis fuerit fama, inde patet, quod *Estenses*, Ferraria, cujus ipsi ut Feudatarii Ecclesiæ dominium obtinuerant, pulsi, denegante ipsis Pontifice investituram, titulum & possessionem, Urbemque per Legatum suum regente, auxilium ad *Ferrariam* recuperandam ab *Alberto* petierint. Qui iisdem auxilium libenter tulit, duabus ad id inductus rationibus; quarum prima erat, ut deleret tali auxilio odium erga se Marchionum ab *Este*, propter Arcem *Este* illis ademptam, ac reliqua, de quibus supra diximus, durante fœdere cum *Patavinis*; altera vero ratio erat, ut sublata e potestate Pontificis *Ferraria*, vires Ecclesiæ, & per consequens factionis *Guelfæ* debilitarentur. Pro certo enim habebat, *Estenses* dominio restitutos pro servanda sibi *Ferraria*, partes necessario secuturos esse *Gibellinorum*. Illis igitur *Bartholomæum* filium suum primogenitum cum omnibus, quæ colligi potuerunt, viribus, auxilio misit anno MCCL-
Ann. 1296. XXXXVI. ut *Ferrariam Estensibus* restitueret. Talis, ac tantus fuit exercitus iste, ut *Legatus* Urbem tenens, de fuga prius, quam de defensione cogitaret, & clam digrediens, Urbem liberam relinqueret, adeo ut *Estenses* à populo iterum excepti, Imperium receperint amissum. Atque hoc *Alberto* referentes acceptum, eumdem grato prosequuti perpetuo fuerunt animo.

Tempore autem sequenti, bellis vacans, ædificiis exstruendis incubuit; eoque anno à fundamentis erexit Turrim, quæ impræsentiarum videtur ad Portam Arcis *de li Reji Figlivoli*; atque in Oppido de *Hosteglia* Turrim majorem ad caput Pontis, aliaque peculiaria minoris momenti ædificia.

Ann. 1297. Anno MCCLXXXXVII. *Vicentini* seditionibus, bellisque civilibus fatigati, quietis cupidi, unanimiter Civitatem suam *Alberto* tradiderunt; qua accepta, is *Canem Franciscum* ad illius dominium occupandum, atque à populo fidelitatis juramentum accipiendum misit. jussisque illis tranquillè vivere, eorum factiones extinxit, ac discordias partim dexteritate, partim minis sedavit. Magni autem ii *Scaligeri* facti, Fortuna ipsos de die in diem magis, magisque exaltante, cum magnis Principibus affinitatem matrimoniis con-
23 traxerunt. *Alboynus* enim secundo genitus *Alberti* in uxorem duxit *Catharinam*, filiam *Maffei Visconti*, *Mediolani* domini; quod matrimonium honorem

A *Scaligeræ* Prosapiæ valde auxit. Nuptiæ maxima, solemnique pompa celebratæ fuere: Multi *Mediolanenses* magnates *Veronam* comitati sunt sponsam; ubi magnifice, ac splendide excepti, muneribusque honorati sunt. In conviviis vero, quæ quotidie fiebant, pro more suo donavit *Albertus* tam viris, quam fœminis, mille vestes lanæ elegantissimæ, pannis subdititiis diversorum colorum subsutis; & in Chorearum lætitiis quinque creavit equites, juvenes egregios & amabiles: hi fuere, *Alboynus* sponsus, *Petrus da Mesa*, *Ognibene de Sacramosi*, *Joannes da Palazzo*, & *Gulielmus de Pardolino* cives *Veronenses*: multa insuper pro plebe publi-
B ca instituit convivia, dapibus paratis cuilibet in Aula, edere, aut bibere cupienti. Inde Civitas in universum gavisa fuit, dominum præcipue suum à Magnatibus *Lombardiæ* honorari, ac æstimari intuens.

Nuptiis hisce celebratis, ad ædificia Patriam suam illustrantia rediit, restaurando Plateam ad ripam *Athesis* penes pontem *di Preda*, quæ versus *Sanctum Georgium* tendit, & cujus hodierno die nomen retinet, vocata *la Regasta*. Turrim in capite hujus Pontis versus Ecclesiam Cathedralem à fundamentis erexit; pontem pariter, qui tunc
C ligneus erat, & per inundationes, ac usum continuum valde deturpatus, corruptus & destructus, reparavit, & pulchritudini restituit. Turrim præterea in angulo palatii sui & versus Pontem novum sitam construxit, quam nunc inhabitant Cubicularii. Initium quoque dedit Pontis novi ædificationi, fundamenta maximis sumtibus jaciens in fluvio palis in fundum fistucatis, quibus innituntur Arcus, Turris ac structura dicti pontis, ubi hodie vigiliarum statio. A Principis hujus exemplo animati cives, pulchriora reddiderunt sua domicilia, plurimaque nova ædificarunt. Summoperè invigilabat *Albertus* rebus tam intra
D quam extra Urbem, Status ac potentiæ suæ dilatationem semper intendens.

Tempore illo, quo ipse hæc ædificaverat, Dux Populi *Mantuæ* erat quidam *Troggianus de Bonaconsi* nuncupatus, qui *Scaligeris* parum amicus erat, multaque in illorum contemptum, & damnum *Alberti* malitiose patrabat, invitis pluribus nobilium *Mantuanorum*, qui amici *Scaligerorum* tacite erant; quinimo conabatur hos opprimere & jam sub delictorum quorundam specie, eorum aliquot in exilium miserat. Hi ad *Albertum* confugientes, ab eo petierunt, ut ipsos *Mantuam* reduceret, uti per injuriam expulsos, non
E autem ob commissa crimina. *Albertus* idcirco cum multis equitibus, & peditibus misit *Bartholomæum* filium suum, qui cum copiis his, & exulibus *Mantuam* ingressus, cum *Troggiano* in Urbe dimicavit; qui in eo certamine victus fuit; *Troggianus* & *Bardellone* frater *Troggiani* captivi facti; ipse autem *Troggianus* per portam *Cremonam* versus cum quinquaginta equitibus fugam arripuit. Hujus in locum electus fuit à *Mantuanis* alius nobilis vir, secundum exulum, & *Bartholomæi* sententiam.

Copiis *Veronam* reversis, nulla interposita mo-
F ra, equitavit *Canis Franciscus* versus *Forum Julii*, ac à Populo eo vocatus omnium consensu possessionem obtinuit *Feltri*, *Cividalis Belluni* cum Territoriis utriusque Urbis. Evidentissimè apparet, quantum elevarit Numen *Scalam*, Procerum horum insigne, qui plus ab eo obtinebant, quam viribus consequi potuerint.

His expeditionibus feliciter finitis, *Albertus*, ædificium Palatii inchoavit, in quo Mercatoribus jus administratur, quod nunc etiam conspicitur in platea Majori. Quum autem is valetudinis esset non satis validæ, *Bartholomæum* filium mi-

 sit,

ſit, ut primum jaceret lapidem in illius fundamenta. Factum id die XXIX. Martii Anni MCCCI. Nec ab ædificatione ceſſatum umquam, uſque dum ad perfectionem redactum fuit opus inceptum. Ingraveſcente autem in dies *Alberti* infirmitate, hydropiſi enim male curata laborabat, die decima *Septembris* vitam finiit. Mœrore, ac triſtitia tanta affecti fuerunt cives ob mortem Domini ſui, & benevoli *Patris Patriæ*, ut Cives omnes veſtibus ſeſe induerent nigris, ac per integrum anni ſpatium, in doloris notam, barbam nutrirent; ſicuti moris eſt, charos Patres, & Filios honorare. Vixit in Imperio *Veronæ* annos viginti tres, ſumma cum laude, & continuo Status & familiæ ſuæ incremento. Exſequiis valde honorificis inhumatus fuit in Eccleſia Parochiali *Sanctæ Mariæ Antiquæ*, in Tumulo petreo, Epitaphio carente: ultimis enim vitæ diebus ab ambitione alienus Filiis ſuis ſic mandatum reliquerat;

Alberti de la Scala obitus.

Bartholomæus de la Scala, Dux Veronæ.

Veronenſes, antequam ſepulturæ traderetur defunctus, Ducem proclamarunt, fidelitatis præſtito juramento, (auctoritate eidem jam ab *Alberto* conceſſa) *Bartholomæum* ejus filium, Virum benigniſſimæ indolis, atque pacificum, ad gubernandum potius, quam ad bella gerenda, aptum. Duas habuit is Uxores, alteram *Conſtantiam*, Ducis *Antiochiæ* filiam, cujus ſtatus in *Apulia* erat; alteram *Honeſtam* vocatam ex Comitibus *de Sabaudia*, qui nunc Ducis titulo gaudent, ex neutra ullos ſuſcepit liberos; ſpurios tamen habuit duos ex concubina, dum in matrimonio viveret. Statim autem, ut imperium ſuſcepit, duas in matrimonium dedit ſorores, *Catharinam* viduam alteram, quæ vivente *Alberto*, uxor fuerat *Nicolai da Foggiano* Principis & Domini *Rezi*, quo defuncto, duobus annis poſtea, eam in uxorem collocavit *Baylardino Nogarolæ* equiti, atque tam divitiis, quam nobilitate, inter *Veronæ* cives facile præcipuo, qui conſanguineus horum dominorum factus, ob magnam, quæ in ejus fidem collocabatur, confidentiam, Prætor, & Vice-regens *Vicentiæ* creatus fuit, & ipſi in illa Urbe monetas, ſigillo tamen *Scalæ* notatas, ac ſtemmate ſuo gentilitio infra illam exhibito, cudere conceſſum fuit; *Conſtantia* vocabatur ſoror altera, quam Marchio *Obizzo da Eſte*, *Ferrariæ* dominus duxit. Duobus tantum annis ab omni bello liber Principatum tenuit *Bartholomæus*, *Veronam*que ſumma rexit tranquillitate, potius plebis, quam nobilitatis amicus; religioni deditus, eccleſias viſitabat, precibus ſacris quolibet die intererat, adeo beneficus, ut pauperes magno numero prandium ejus expectarent: eo enim finito, omnibus largus præbebatur cibus. Hac ſua vita, vere Chriſtiana, brevem geſſit Principatum: ac menſe *Majo* MCCCIII. animam Creatori ſuo reddidit. Ejus juſſu exequiæ non exceſſerunt pompam funeris nobilis privati; & loco Magnatum, a pauperibus omnibus Urbis lacrimantibus, tantique benefactoris ſui mortem dolentibus, ad ſepulturam elatus fuit; rogantibus inſuper, ut Deus ſummus pro operibus ejus bonis, animæ ipſius retributionem redderet. Inhumatum ejus corpus fuit juxta Patrem in ſupradicta Eccleſia *S. Mariæ Antiquæ*.

24 Per Seniores, Artium Capita, Conſilium Majus, atque per Populum *Veronenſem* proclamatus fuit Dux, & Dominus *Alboynus*, *Alberti* ſecundogenitus, ad quem de jure ſpectabat Principatus; naturam is & mores Genitoris *Bartholomæi* referebat, mitis, lenis, & pacificus, prorſus à militari regimine alienus: Quapropter, eodem conſentiente, ſocius ipſi datus *Canis Franciſcus* frater minor natu, vir bellicoſus, ſtrenuus, & robuſtus, qui extremis Patris Principatus annis, regente *Bartholomæo* fratre natu majore, expeditiones exequebatur militares, militeſque regebat. Hoc modo dominus creatus *Alboynus* populorum regimen ſuſcepit; rebus militaribus, militibuſque *Cani Franciſco*, collegæ ſuo relictis. Uxorem habebat (uti diximus) Alboynus *Catharinam de Viſcontis*, Mediolanenſem, ac ex ea quatuor ſuſcepit liberos; maſculos & fœminas. Horum primogenitus erat *Albertus*, dein *Maſtinus* cum duabus ſororibus. Primis Imperii ejus temporibus incolæ oræ *di Salo*, diſtrictus *Brixienſis*, ægre ferentes extorſiones, & gravia vectigalia *à Luchino Viconti* domino ſuo ſibi impoſita, a fide *Mediolanenſibus* præſtanda defecerunt, atque ſeſe *Alboyno* tradiderunt. Profectus igitur eò *Canis Franciſcus* cum aliquot agminibus equitum, cui traditus fuit *Salo*, præcipuus ad Flumen *Benacum* locus; ipſique fidelitatem *Alboyni* nomine, populi ii jurarunt. Nulla alia bellica expeditio (præter hanc) primis quatuor regiminis ejus annis ſuſcepta fuit; quinto autem ingreſſo, *Canis Franciſcus* collega fratris ſui eſſe nolens, agnoſci voluit dominus, ac ſibi a *Veronenſibus* jurari obſequium, uti *Alboyno* erat præſtitum. Cui ut fieret ſatis, congregatis Senioribus, Capitibus, Conſilio majori, ac populo, ipſe Dux & Dominus renuntiatus fuit, atque in ejus manus publicum vexillum traditum. Conſentit hiſce *Alboynus*, ingenium *Canis Franciſci* noſcens, cujus altior animus aliter non fuiſſet acquieturus; & vires militares in obſequio habens, forte vi obtinuiſſet id, quod ut ipſi placide concederetur, idem merebatur; ad hæc ille ſobole carebat & idcirco certus erat *Alboynus*, ad filios ſuos tranſiturum eſſe imperium. Erat *Canis Franciſcus* à natura dotatus proceritate, & venuſtate, grandi corpore, intellectu perſpicaci, animo intrepido ac magnifico: merito igitur *Magnus* cognominatus eſt. Inde relicto *Franciſci* nomine, primum retinuit Baſptiſmatis, & ultimum illud gloriæ, ut vocaretur *Canis Grandis*. Cum uxorem duceret, tunc magnitudinem, & valorem ſuam manifeſtare cœpit. Amabat ſummopere *Canis* primis adoleſcentiæ ſuæ annis, *Joannam* Principis *Antiochiæ* filiam, cujus amore captus fuerat *Romæ*; aliquot poſt annis accidit, ut dictus Princeps eam in uxorem daret domino cuidam Provinciæ *Scotiæ*, quæ ad ſponſum miſſa iter per *Germaniam* factura, *Veronam* tranſivit. Ea viſa à *Cane Franciſco*, priores amoris flammæ in eo reſuſcitatæ, atque is, nulla alia prævia conſideratione, amaſiam detinuit ſuam, eamdemque ſibi in uxorem junxit, nulla petita dote. Raptum dein apud Socerum excuſavit, dicens: extremam *Italiæ* futuram fuiſſe jacturam tam pretioſa orbari gemma; qui & poſtea eumdem dilexit, & ob commiſſa laudavit. In eo tamen minus propitii erga *Canem Franciſcum* fuerunt Cœli, quod proles legitimas ei nunquam conceſſere; licet quoſdam cum aliis procreaſſet mares, generoſos, & ſtrenuos, ut erat ipſe; ita ut, mortuo Patre, illi pluribus malis occaſionem dederint.

Canis cognominatus Grandis.

Canis Grandis Amores.

Anno MCCCX. ſequente, *Henricus* Imperator, jam in *Germania* electus, in *Italiam*, ut coronaretur, tranſivit, & per *Sabaudiam*, ut eo commodius prima potiretur corona, hinc vero *Alexandriam*, deinde *Mediolanum* verſus, & tandem recta via *Romam*, ut à Pontifice ungeretur, & coronaretur, perrexit. Quapropter Proceres *Lombardiæ*, ac *Marchæ* Nuntios ei obviam miſerunt, ad ipſum, ut legitimum ſuum Dominum, venerandum. Domini pariter *Scaligeri* miſerunt *Baylardinum Nogarolam* cum domino *Paganotto de Paganottis*, ambos Conſiliarios, ac Primarios ſuos, qui *Henrico* in Civitate *Aſti* reperto, eidem

Henricus Imperator venit in Italiam.

dem suam exposuerunt Legationem. Hi ab illo fuerunt benigne excepti, atque benevole habiti: quoniam præterea, quæ ipsis erant demandata, Cæsari summopère grata, eximiè illi placuerunt Nobilium horum virtutes, temporibus istis satis raræ. Utrique auxit honorem *Henricus*, *Baylardino* Vicario suo Imperiali *Bergomensi*, ac *Paganotto* Camerario & Consiliario suo intimo, generoso assignato stipendio, creatis. *Mediolanum* perveniens *Henricus*, aliquot ibi diebus moratus est; ac à *Mediolanensibus* summa cum lætitia exceptus, à dominis præcipuè *Viscontis*, factionis *Gibellinæ*, Vicariisque suis *Mediolani*, qui simul ac ingressus *Mediolanum* fuit *Henricus*, ejus jussu ejecerunt omnes *Guelfæ* factionis sectatores, cujus Caput erat *Guido Turrianus*; *Guelforum* autem quidam in *Marcham* confugerunt *Tarvisinam*, *Vercellas*, & illis vicina loca. Quidam ex istis, factione celata, & mutato cognomine *de Turrianis* in illud *de la Torre*, putantur *Veronam* venisse, ubi nunc divitiis reperiuntur satis præditi, uti *Julius*, & *Dominicus*, ambo utriusque Juris Doctores eximii. *Canis Grandis* magnifico *Veronensium*, ac *Vicentinorum* nobilium comitatu *Mediolanum* accessit, ut Cæsarem veneraretur, atque à Majestate sua obtineret, quod *Paganottus* & *Baylardinus*, oratores sui, exposuerant, ut scilicet Domini *Scaligeri* Vicarii Imperiales Urbium & Arcium ab eis possessarum constituerentur, atque renuntiarentur debita forma & solemnitate Imperatoris Feudatarii. Per *Henricum* igitur fuerunt declarati in Urbe *Mediolani*, Vicarii Cæsarei *Alboynus*, & *Canis Grandis*, ac per *Canem Grandem* Imperatori, & Imperio jurata fuit fidelitas; *Scaligeri* autem pro tali beneficio *Henrico* maxima obtulerunt dona. Discedentem vero *Mediolano* Cæsarem comitatus fuit *Canis Grandis* cum comitatu suo *Bononiam* usque. Legitur hæc comitiva quingentis constitisse *Veronensibus* equitibus, inter quos centum numerabantur ex nobilioribus, qui ducentos habebant secum famulos egregiis equis vectos, sumptuosissimeque ornatos. Dimissus ab Imperatore *Canis Grandis* cum Cæsareo Commissario *Joanni de Pisa* Consiliario *Veronam* venit, & convocatis Senioribus, Capitibus, Consilio majori, cum Populo, *Alboynus* & *Canis Grandis* per publicum instrumentum, jam ante electionem per ipsos compositum, Duces populi Dominique electi, per dominum *Joannem da Pisa* renunciati sunt, & publicata Collatio ab *Henrico* facta dictis Dominis & posteris suis in perpetuum, potestate dominorum realium & Vicariorum *Cæsareorum*. Jussu præterea Imperatoris mandatum fuit dictis Senioribus, Capitibus, majori Consilio, & Populo, ut imposterum istis Dominis, & successoribus eorum obtemperarent tamquam personam Cæsaris ac sacrum *Romanum* Imperium repræsentantibus, quorum esset summum in hanc Urbem Dominium. In horum comprobationem jurarunt omnes Imperatori fidelitatem, & postea *Scaligeris* tamquàm Vicariis il-
25 lius, & sic urbs in *Scaligerorum* familia remansit. Principatu jam à populo collato, ac jurisdictione Imperii sumpta, Legales Domini vocari poterant, justum titulum cum possessione habentes. Feudatarii sic facti, rogati fuerunt isti Domini, ut hoc nomine ad acquirendam Urbem *Brixiæ* auxilium *Henrico* præstarent. *Canis Grandis* ideo cum optimis equitum, ac peditum copiis in auxilium Cæsaris profectus est. Exercituique Cæsareo junctus, *Brixiam* agressi sunt, ac eamdem armata manu oppugnarunt, ac debellarunt. Urbem autem ingrediente *Joanne* Comite *Flandriæ*, Castrorum Imperatoris Præfecto, eamdem milites deprædati sunt, atque partem ejus *Germani*, populi feroces, & conflagrationibus ejusmodi sese terribiles reddere soliti, igne injecto combusserunt. Flammis correptum fuit Propugnaculum in monte exstructum cum aliquot vicinis domibus. Hic *Brixiæ* casus, multas *Lombardiæ* Civitatibus metum injecit, ut sponte sese Imperatori subjicerent, quarum plures absque recognitione superioritatis, Imperatori debita, sese regebant; Aliæ suis Civibus, tyrannis factis, parebant. Finito bello eo, *Henricus* servitia tam à *Cane Grande*, quàm militibus ejusdem sibi præstita agnoscens; populos autem recenter subactos, sibi fidos reddere cupiens; edictum emisit generale, quo publicabatur omnibus exsulibus, cujuscumque Civitatis tam Majestati suæ subjectæ, quàm à Vicariis, & Feudatariis suis possessæ; in patriam redire licere liberè, eorumque delicta remitti, juramento tamen præstito fidelitatis, ac perpetuæ obedientiæ. Hoc edicto ad *Canis Grandis* instantiam exclusi fuerunt Comites *à S. Bonifacio*: rebelles enim Imperii renuntiati, *Verona*, omnique alia Urbe, ac Imperii Dominatione denuò exterminati. Hoc tunc temporis in honorem familiæ dictorum Comitum accipiebatur, quod tantus scilicet Princeps, ut *Henricus* Cæsar, Dominos illos exiguæ potestatis, aliquatenus timere, aut respicere videretur.

Febri ardenti laboravit eo anno *Alboynus*, & licet summo cum studio à medicis curaretur, convalescere tamen haud potuit, imo continua febri hecticus evasit, ac paulatim consumptus, die ultima Novembris mortem obiit, ingenti *Veronensium* dolore, tam bono, ac humano Principi se orbatos esse cernentium. Antequam verò obiret *Alboynus*, *Canem* fratrem rogavit, ut ipso Filiis carente legitimis, *Albertus* & *Mastinus*, ipso defuncto, ejus Nepotes in Principatum succederent; quod *Canis* ei spopondit. Defuncto autem Fratre, publicari statim mandavit in Dominatione sibi socium, *Albertum*, Fratris Primogenitum; quod eximium Civibus attulit gaudium; tantamque fidem *Canis* valdè laudavit Populus, quod ratio cupidinem superasset; Filios quippe habebat naturales, ab ipso summoperè dilectos. Generositatem insuper suam *Veronensibus* ostendit: Doctor enim *Fredericus della Scala*, quùm esset *Veronæ* Prætor, cum Senioribus & Artium Capitibus hos duos rogarunt dominos, ut possidentes tot reditus, vectigalia, multas decimas, aliaque olim Reipublicæ bona, liberarent Cives debito solvendi magnum arcubalistariorum numerum privatis sumptibus ad publica servitia tribuendum; quod illis gratiosè concessum fuit; servato tamen arbitrio & potestate, tempore belli, vel alio necessitatis casu idem onus per aliquod tempus pro Urbis salute ipsis imponendi. Alboyni obitus.

Rebus itaque *Veronæ* compositis, Anno MCCCXII. *Canis* iter *Vicentiam* versus suscepit, ut ipsam inviseret, atque ab illo agnosceretur Populo, multasque quæ ibi irrepserant confusiones tolleret; & præcipuè, ut post mortem fratris novum sibi fidelitatis præstaretur juramentum. Urbem hanc ingressus, summo cum honore, & gaudio exceptus fuit; adeòque se ipsum gratum, & benignum reddidit, ut non minus his, ac *Veronensibus* charus esset. Summa hujus junioris Domini prudentia inde facilè cognosci potest, quod anno natus MCCXC. ætatis suæ vigesimum tertium haud excedebat annum, quum summam obtineret Regiminis, quod etiam dignissime administravit. Duos integros menses *Vicentiæ* moratus est, quo tempore de ejus reditibus, omnibus jurisdictionibus, & confiniis exactè instrui voluit. Tum deprehendit, *Patavinos* aliquid Territorii *Vicentini* usurpare, cujus restitutionem

nem petiit, quam si recusarent, armis id, quod ablatum, vindicaturus. Negarunt apertè *Patavini*, se aliquid ad *Canem* spectans possidere. Indignatus igitur bellum in eos suscepit: & Anno MCCCXIV, mense Augusto cum equestri militia adversus *Patavinos* profectus est; eorumque districtum peragrans, deprædatus est, & rusticis captis, usque ad suburbium *S. Joannis* prope *Patavii* mœnia, processit. *Patavio* igitur ad eum aggrediendum populus tumultuariè erupit; *Canis* autem imperterritus & belli peritus, antequam ii se in ordinem locarent, maximo cum eorum damno, ipsos in urbem repulit, ducentis captivis factis, ac *Veronam* ductis. *Cane* autem digresso, *Patavini*, mense Octobri *Vicentiam* aggredi decreverunt; & magno numero duobus cum vexillis militaribus muros aggressi sunt *Vincentiæ*, Portamque infringere tentarunt. Præsidio autem, interius, & quibusdam Civibus, strenue se defendentibus, *Patavina* agmina recesserunt, ac in suburbio *Sancti Petri*, ut expectarent machinas ad mœnia dejicienda, morata sunt. De quo per tabellarios plures certior factus *Canis*, magis in hoc animosus, quam prudens, cum quingentis strenuis militibus *Verona* exiit, montiumque viam tenens, clam & insciis hostibus *Vicentiam* ingressus est, ubi per noctem quievit, ac equitibus refocillatis, sequenti die sub Auroram, cum duabus *Vicentinis* manipulis, *Patavinorum* postremum agmen aggressus est; quo diruto, reliqua absque prælio, fugam arripuerunt. Fugientes autem dein insequens, eorum ultra mille occidit, & quingentos captivos fecit, cum Tentoriis, curribus, vexillis, ac exercitus commeatu; septingenti capti sunt equi, & multi præcipuorum Civium, inter quos *Jacobus de Carraria* major, *Patavinus*, Urbis hujus primas, numerabatur. Hi omnes ducti *Veronam* in *Clausum de la Brayda*, locum nunc armis dominorum servandis assignatum. Perterriti hoc excidio *Patavini*, pacem cum omni suo damno, à *Cane* petierunt; quam post multas controversias, ac magnam pecuniæ summam pro redemptione captivorum, & diminutionem Territorii sui, obtinuerunt.

Victoria hæc maxime famam *Canis* elevavit, & ipsum *Gibellinis* venerabilem, *Guelfis* autem terribilem reddidit. Hoc inde clare patet: ejecti nimirum ab adversariis *Brixia Gibellini*, *Veronam*
26 confugêre omnes, bonaque sua *Brixiæ* & in ejus districtu per publicum instrumentum *Cani* cessêrunt; & per consequens, ipsum *Brixiæ* dominum crearunt, tamquam loci jurisdictionis Cæsareæ à *Guelfis* recenter occupati. Renunciatio hæc licet verbis tantum consisteret, effectibusque careret, grata tamen extitit dicto domino, qui & protestatus est, (Imperatore consentiente) publice armis se id vindicaturum. Belli *Brixiensibus* inferendi creditur fecisse initium Anno subsequenti MCCCXVI, sub Prætura *Ugolini da Sesso Rezino*, nisi *Patavini* pacem cum *Cane* compositam violassent, cujus in culpa fuerunt illi, qui *Verona*, ac *Vicentia*, tam ob rebellionem, quam alia crimina, fuerant ejecti: quapropter ducenti ex eis *Patavii* congregati instigarunt *Patavinos*, quibus pax minime probabatur, ad arma capienda, facile *Vicentiam* expugnari posse dictitantes, si sollicite illuc proficiscerentur; pace quippe secura non bene munita erat. Et quoniam mutabiles sunt mentes hominum, qui facile credunt, novorumque tumultuum sunt cupidi, inconsideranter & clam ad opus id se accinxerunt; egressi autem noctu, ducibus exsulibus *Vicentinis*, quibusdam forsan Civium consciis, scalarum ope *Vicentiam* ingressi sunt. Copiæ eæ mille tantum pedites, & quadringentos conficiebant equites;

A inter quos pauci reperiebantur milites exercitati, sed major eorum pars adolescentes omnis ordinis ac disciplinæ militaris ignari. Hoc inexpectato nuncio *Veronæ* percepto, *Canis Patavinorum* perfidiam indignatus, iter illico suscepit cum tercentis equitibus tunc apud ipsum *Veronæ* existentibus, quibus tercentos alios Cives *Veronenses* adjunxit; mandavit insuper ut quingenti pedites eum sequerentur, ac in transitu copias Pagorum Territorii *Veronensis*, ac *Vicentini* adsciscerent. Celeritas tanta fuit in itinere *Canis*, & equitum suorum, ut repente perveniens *Vicentiam*,
B porta potitus, hostibus ipsam claudendi, & cataractam demittendi facultatem abstulerit. Agmina interim, quæ ipsum secuta fuerant, accesserunt. Occidente Sole Urbem ingressus asperum, & sanguinolentum certamen iniit, in quo eximii ducis, ac strenui militis functus fuit officio; sæpe quippe mediis hostibus sese immiscuit; ut Victor tandem, maxima cum hostium clade, evaserit: Exsules enim omnes cum *Patavinis* peditibus occisi fuêre. Equites sese captivos dederunt; inter quos numerabatur Comes *Ludovicus à S. Bonifacio*, Dominus *Pischarise Romani* districtus, Dux *Patavinorum* cum duobus filiis, *Filarolus*
C unus ex primatibus *Patavii*, *Martinus da li Cani*, caput Vigiliarum Plateæ. Inter occisos plures inventi sunt cives tam *Patavini*, quam *Vicentini*. Erga captivos, more usi sunt belli legitimi, ut pecuniis, scilicet, se redimere possent, Comite à *S. Bonifacio* excepto, quem, quum durius *Cani* videretur, ipsum morte tradere, ad perpetuum damnavit carcerem.

Canis autem victoriam prosequens, cum exercitu suo *Monselicem* profectus est, quam Arcem ab incolis obtinuit, salvis personis, & bonis eorum. *Veronam* dein eo redeunte, iisdem conditionibus, Vicum *de Este* inhabitantes sese tradiderunt;
D Præsidium vero Arcis *d'Este* prælium expectavit, strenueque sese defendens, duodecima die tandem vi subactum, mortuorumque corpora in fossas ex mœniis projecta fuêre. Arx de *Montagnana* crudeli hoc eventu perterrita, vexilla *de la Scala*, antequam *Canis* accederet, erexit. Atque hoc fuit *Patavinorum* lucrum ex violata pace; quam cum *Cane* ante inierant. Sequente hyeme bellum contra *Patavinos* continuatum, milites quippe, in præsidiis subactarum Arcium existentes, ad portas usque *Patavii* excurrebant, nihil autem, deprædationibus exceptis, dignum narratu gestum. Vere autem anni MCCCXVIII. ineun-
E te, prædictus *Canis* duxit exercitum in *Patavii* suburbia, *Patavinos* partes suas esse amplexuros sperans, nec permittere, ut totus ipsorum ager in prædam cederet militum; spes ejus tamen vana evasit; nullus enim inter cives reperiebatur, qui, duobus ab eodem cladibus acceptis, *Canis* nomen audire voluerit. Pertinaciam igitur illorum videns, ad *Bassanellum* recessit, Turrique ea expugnata, lignis, & terra (mœniorum ad instar) eam in propugnaculi formam redegit, illiusque circuitum adeo amplum fecit, ut sufficiens militum numerus ibi hospitari posset. Quo peracto, Arcem obsedit; obsidionem tamen
F eam continuare haud potuit, tum quia tantæ supervenerant pluviæ, ut viæ plurimo luto redderentur incommeabiles, tum propter novum magni momenti casum, qui circa res *Mutinæ* eo tempore contigerat.

Possidebat *Passerinus de Bonaconsi*, *Mantuæ* dominus; amicus intimus confœderatusque *Canis*, Urbem *Mutinæ*; & accidebat, ut *Franceschinus* Comes *Mirandolæ* cum aliquot *Mutinensium* exsulibus, incolis consciis, *Mutinam* occuparet, militibus omnibus *Passerini* ibi præsidio causa existen-

ſtentibus peremptis; quum autem *Mantuanorum* vires ad eam recuperandam haud ſufficerent, auxilium *Paſſarinus* à *Cane* amico petiit; quo impetrato *Mutinam* recuperare conatus eſt; ubi tamen ſpem eventus fefellit: Militibus enim locum, & commeatu probe deprehendit inſtructum. Coactus ergo fuit, ab incepto opere recedere, atque auxiliares copias remittere. Ipſo *Veronam* reverſo, decrevit *Canis* bellum majoribus viribus contra *Patavinos* reſtaurare, exercitui, novis conſcriptis militibus, ac commeatibus proſpiciendo, ſtipendiaque augmentando. Quo percepto, *Patavini* adhibuerunt omnem induſtriam, ut illi reſiſtere valerent; quilibet enim civis bona ſua propria in Reipublicæ ſervitium offerebat. Ducis, & Dictatoris munus *Jacobo de Carraria*, ut maxime ſtrenuo, & prudenti e civibus reliquis tradiderunt. *Jacobus* quaſi ad Principatum ſe elevatum videns, oblationibus admodum plauſibilibus *Venetis* factis ab ipſis magnum aureorum numerum accepit, quibus ſe ad defenſionem validam præparavit. Atque talis fuit iſte apparatus, ut oppugnationem *Patavii* tentare *Cani* difficile, ac periculoſum videretur: reverſus itaque cum copiis ſuis *Tarviſium* verſus abiit, Arces ejuſdem Regionis ſibi ſubjiciens: *Tarviſio* vero potiri non poterat, cives enim viribus ſuis haud confidentes, Arcem Comiti *de Guritia* tradiderant, quæ à ſtrenuo præſidio cuſtodiebatur, ita ut præſidium non minoris eſſet numeri, exercitu *Scaligerorum*. Præſidio itaque arcibus expugnatis impoſito, *Canis* cum ceteris ſuis copiis *Veronam* rediit. Æſtate vero, quum circa *Tarviſii* urbem gereretur bellum, plures orti ſunt in *Lombardia* tumultus. Imperatore enim in *Germaniam* reverſo, cujuſque urbis *Guelfi*, auxiliante Pontifice, quotidie cum *Gibellinis* rixabantur; atque pecuniis ſubminiſtratis prævalebant; factio *Gibellina* oppugnabatur, cujus capita pejora timentes, ne prorſus exterminarentur, *Soncini* ex qualibet urbe duo convenerunt, & poſt varia de modo ſe conſervandi pertractata, mutuum ſibi promiſerunt auxilium; ac fœdus contraxerunt; conditionibus, ac repartitione gentium, quot à quolibet capite in auxilium, quo neceſſitas exigeret, conferendæ, juramento firmatis; & ut melius ipſorum regerentur vires, in Ducem ſuum Generalem honorabili, & amplo ſtipendio *Canem* elegerunt. Septem conſtituerunt Oratores (tot enim erant ſeptem Civitatum præcipua Capita) qui electionem, & ſtipendium *Cani* denuntiarent. Libenti is animo hanc ſuſcepit dignitatem, ac ad ipſius Factionis, Statuum, & nominis Imperialis defenſionem paratum ſe eſſe declaravit. Quapropter præter Dominii ſui titulum illum expreſſis ſubjungebat verbis, ſubſcribens ſe, *Fidelium Gibellinorum Lombardiæ Ducem Generalem.* Quæ nova dignitas magnum ipſius animum ad nova & majora ſuſcipienda incitavit.

Anno deinde MCCCXIX, *Canis* inſtructiſſimum contra *Patavinos* eduxit exercitum, duabus motus prægnantiſſimis rationibus. Harum altera erat quod *Uggoccionem dela Foggieta* ſtipendio recenter conduxerat, virum temporibus iſtis eximiæ in arte bellica famæ, in cujus virtutes inſignem felicis eventus ſpem collocare poterat; Altera, quod amicitiam jam contraxerat cum Comite *de Gurritia*, & cum eo pactus erat in manus ejus tradere Caſtella ab ipſo poſſeſſa in diſtrictu *Tarviſino*, hac tamen conditione, ut dictus Comes ſuis ſumptibus aleret centum equites in exercitu uſque ad expugnationem *Patavii*. Sibi enim perſuadebat, *Patavinos* auxilio hujus Comitis deſtitutos, ſe ſe facilius ſubmiſſuros. Egreſſus ergò cum exercitu, dicto Comiti Caſtella reſtituit, & copiis ſuis ſecum ductis, recta ad civitatem oppugnandam perrexit.

A Hæc autem oppugnatio neceſſaria haud fuit; Incolæ quippe perterriti, arbitrio *Canis* ſe tradiderunt. Ad quam Urbem regendam, & ſervandam *Baylardinum Nogarolam* cum agmine militum reliquit. Profectus dein fuit ad invadendum *Patavinum* Territorium. *Jacobus de Carraria*, qui probe ſciebat, quam difficulter viribus *Canis* reſiſtere poſſet, licet facile *Patavium* ſervaſſet, non tamen poterat, quin diſtrictum ejus continuis *Scaligerorum* incurſionibus devaſtaretur: ex quibus extrema victualium penuria in urbe oriretur. Tentavit igitur, *Canem* e medio tollere; B & de hac re cum Comite *Gurritiæ*, viro infideli, ac inconſtanti egit, dominium *Patavii* ipſi promittens. Modus, quem invenerat, iſte fuit, ut Comes, quibuſdam ex centum illis equitibus, apud *Canem* ſtationem agentibus, perſuaderet, ut eum prorſus occiderent, & ad idem *Ugoccionem* pariter moveret. *Jacobi* oblatio Comiti placuit, qui unum ex Secretariis ſuis in exercitum miſit, ut hoc exſequeretur ſcelus; ubi ex quibuſdam indiciis Secretarium hunc *Canis* ſuſpectum habuit, eumdemque cum aliquibus ex his equitibus ſuis captum, tormentis affici juſſit: C quorum ille impatiens faſſus eſt & excuſavit ea, quæ ipſi a Comiti demandata fuerant: ideoque morte cum aliis duobus punitus fuit. *Patavini* magnam diſcordiam, inimicitiamque inter Comitem, & *Canem* inde exortam fuiſſe cogitantes, quamvis conſpiratio effectu caruiſſet, crearunt Comitem Dominum ſuum & Ducem, tum quia ad eos defendendos, & *Canem* debellandum potens erat, tum quia Ducum *Auſtriæ* & *Carinthiæ* cognatus erat, a quibus neceſſitate urgente juvari poterat. Hæc audiens *Canis*, & *Patavii* expugnationem manibus ſuis elapſam videns, audiit Legatum *Venetorum*, quibus *Patavii* urbem ſubjectam D eſſe *Germanis* ſummopere diſplicebat, & *Canem* ab illis opprimi, (potentium vicinorum defectu,) dolebant; omnique cura, de Armiſtitiis egerunt ad decem menſes, quæ per dictum ipſorum Oratorem firmata fuere, incipiendo nempe à menſe *Majo* uſque ad proximum *Martium* incluſive; cuilibet iis quæ tunc poſſidebat relictis: atque ſic bellum finitum. Reverſis itaque copiis ad ſua domicilia, Duceque *Veronam* ingreſſo, *Ugoccio* ſtrenuus Dux, magni à *Cane* habitus, febri ardenti, ac fluxu obiit; cujus mortem *Canis* valde doluit, ac digniſſimis funeralibus eum inhumari curavit in loco capitulari Fratrum minorum *Sancti Firmi.*

Obitus Uguccionis de la Foggietta.

E Hyeme durante, colligendæ pecuniæ militibuſque conſcribendis maximam adhibuit operam *Canis*, ut Vere proximo paratus eſſet ad arma, hocque magna agebat ſollicitudine, certior factus, novas inter Comitem, & *Patavinos* ortas eſſe diſcordias, & bellum reſuſcitari, nec non aucto *Patavii* Germanorum numero, diſcordias per diverſitatem morum *Germanorum* ac *Italorum* pariter multiplicari. Armiſtitiis igitur menſe Martio MCCCXX. finitis, caſtra locavit *Canis*, eaque *Tarviſium* verſus movit; Caſtella Comiti de *Gurritia* tradita, recepit, hanc ut evidentem reddens rationem, Comitem in eo, quod ſibi invicem F juramento ſtipulati eſſent, defeciſſe, &, quod pejus erat, ut proditor, mortem ipſius intentaſſe; ſibi licere ſua repetere, ac juſtum illi inferre bellum; atque ſic omnibus hiſce propugnaculis abſque certamine ullo potitus fuit. Fauſtum hoc principium animum ipſi addidit, ut exercitum ad *Patavium* expugnandum duceret; hoc autem iter, ingens ipſi attulit detrimentum. In urbe illa enim magnus reperiebatur equitum, peditumque numerus, quatuorque *Germanorum* millia eo iter faciebant, qui ſequenti die *Patavium* ſunt ingreſſi. Poſteaquam *Canis* exercitus ante mœnia

castra locaverat; Comitis & *Patavinorum* copiæ è duabus egressi portis, cum furore aggressi sunt *Scaligeros*, & antequam se se colligere possent, eorum potiri sunt castris, ita ut magna cum difficultate, pauci se in tutum recipere possent; Primas qui agebant custodias, omnes perempti, cæterique captivi facti. Dominus cum Ducibus fugam arripuit, & *Veronam* se recepit, quam illico commeatu, ac militibus, nulla interposita mora, muniit, metuens, ne insequerentur hostes, ac eodem, quo ipsum fugerant, impetu, urbem quoque expugnarent, *Germani* vero hujus faustæ diei felicitate frui haud sciverunt: terribilis enim ipsorum furor eosdem ad *Monselicem* usque movit, locum fere inexpugnabilem, in quo tercenti circiter pedites & equites *Canis* numerabantur; qui plures quam alii prædas egerant; eosque prorsus delere cupiebant *Patavini*. Tribus igitur vicibus eos aggressi sunt; quum autem ipsos debellare non possent, Arcem obstinate obsederunt; qua in obsidione anno integro consumpto, ipsorumque sensim diminuto exercitu, pax inter eos, & *Canem* composita fuit, ea conditione, ut redderentur Comiti *de Gurritia* omnia, que in Territoriis *Patavii*, & *Tarvisii* possederat. Tantum hoc bello damnum passus fuit *Canis*, ut duobus sequentibus annis de armis contra quemdam capiendis minime cogitaret; imo animo adeo erat dejecto, ut paci compositæ haud fidens, die nocteque hostes ad mœnia *Veronæ* accedere putaret.

Hoc ipso tempore *Lombardiæ* Proceres, quibus Pontifex magnum inferebat damnum, & injuriam, pontem *Pado* impositum, tanquam *Placentiæ* Dominus, tenens, quo impediebantur naves fluvio secundo & adverso navigantes & redeuntes, magno ab iisdem exacto telonio, pro mercium, & itinerantium transitu, in gravia populorum *Lombardiæ* onera. Illi igitur convenerunt in Castellum de *Pallazuolo*, districtus *Brixiensis*, ubi adfuit quoque *Canis* tamquam Dominus *de Hosteglia*, & cui pons ille magno erat detrimento. Quo
28 in conventu Proceres decreverunt, pontem omnino esse solvendum, ut naves, & merces teloniis exemptæ, libero gauderent transitu. Hujus decreti Pontificem certiorem facere per Oratores statuerunt, quibus mandatum fuit, *ut serio rogarent suam Beatitudinem, velit consentire voluntati ac beneficio* Lombardorum; *idque eo magis quo pons ille, ac vectigalia, illegitimæ essent innovationes contra antiquas consuetudines. Si autem Pontifex in proposito suo pontem servandi persisteret, armis eum ad Pontem tollendum constringere*, decreverunt.

Conventu hoc soluto, *Veronam* reversus *Canis*, ingens inchoavit ædificium in monumentum urbis, conferentibus ad sumptus Civibus, & rusticis; Fossa effecta fuit lata & profunda extra murum Portæ *Sancti Georgii*, similis illi, quæ ad Portam *del Vescovo*; fuitque res summi laboris; magna enim ejus pars in monte, contis, ac ferrariis instrumentis exscindenda erat, ac excavanda. Magna festinatione insuper mœnia instructa fuere pinnis, Turribusque inter dictam portam *del Vescovo*, & Ecclesiam *Sancti Zenonis* in Monte sitam. Festinationis hujus ratio fuit; quod perceperat ipse, *Austriæ* Duces, & *Carinthiæ*, instinctu Comitis *de Gurritia*, ac *Patavinorum*, copias ad *Veronam* oppugnandam congregasse, & novum jam excogitasse prætextum, *Canem* scilicet pacem, cum ipsis factam, conari frangere. *Canis* autem prudens, donis furorem illorum Principum sedavit, atque sic ipsorum belli apparatus statim cessarunt. Modus quo ipse usus erat, fuit, ut dictos Dominos *Germanos* rogaret inducias per totum annum millesimum ducentesimum vigesimum quartum,

A quæ libenti animo ei, (Comite de *Gurritia* ac *Patavinis* insciis) concessa fuêre. Multam hoc anno adhibuit industriam in restauranda urbe; a *Veronensibus* viginti solidos pro libra mercium ingredientium, quindecim vero exeuntium, in subsidium sumptuum ædificationis, accepit. Clam autem interea conscribere, & congregare novos milites haud desiit, ut hostibus inopinantibus, ad eos reprimendos esset paratus. Induciarum tempore præterlapso, mense Martio novo, cum quadringentis equitibus hostium territoria ingressus est, ac præsidiis corruptis, duo cepit Castella,
B alterum *di Vigazollo*, *de Brusaporcho* alterum, quæ direpta igni tradidit; per viam deinde *de Lonico*, districtum ingressus est *Patavinum*, deprædatus *Montagnanam*, *Este*, *Monselicem*, & reliquum Territorii ad latus illud existentis absque ulla resistentia devastatum, igni tradidit, atque maximis deinde spoliis *Veronam* reversus est. Tum statim & nulla interposita mora, ædificia restauravit, & alio novo telonio imposito, sexdecim nempe solidis pro libra tam in Civitate, quam extra eam solvi jussit. Quum autem mense *Junii* certior fieret, duos Papæ Legatos *Mutinam* venisse in caussa Pontis supradicti, in mandatis habentes, ut cum *Lombar-*
C *diæ* Proceribus componant, & prorsus tollant has controversias; *Mutinam* profectus est cum quibusdam aliis ad id vocatis. Viginti nondum *Mutinæ* transegerat dies, cum ad ipsum pervenit triste quoddam novum, magni scilicet incendii in urbe *Vicentia*, quod quarta die *Julii*, per tres sequentes alias dies duraverat. Hoc autem incendium studio potius, quam casu accidisse creditur; à tribus enim lateribus initio sumpto, quartam urbis partem consumpsit.

Canis dolore, ac tristitia plenus, idem de *Verona* metuens, illico *Mutinam* deseruit, *Veronam-* Morbus Canis.
D que anxius ac perterritus se contulit. In itinere autem in febrim incidit pestiferam, ex commotione sanguinis, & bilis contractam; atque *Veronam* delatus est. Ad ipsum autem curandum Excellens ejus Medicus, & Consiliarius *Avantinus de Frachastoris* continuo vocatus fuit, qui periculo morbi ejus cognito, ne ab ullo visitaretur, inhibuit, sciens quam periculosum illi futurum sit, cum aliis differere. Inde ob hanc ejus solitudinem, eum mortuum esse apud *Veronenses* fama oriebatur.

Quum autem *Albertus*, & *Mastinus* ejus nepotes, (ad quos jure pertinebat dominium) admodum
E juvenes essent, *Fredericus de la Scala*, Vallis Pulicellæ Comes, a fide *Veronæ* præstanda deficiebat (Vassallus enim erat) & feudo ab Imperatore collato rumorem suscitare cœpit, ac cogitare, divitiis, quibus abundabat, se se Dominum reddere; Ducum etiam aliquot in partes suas jam traxerat. Conatus autem ejus in vanum abiit: undecimo quippe die cura & studio *Avantini*, *Canis* febre liberatus fuit, atque sub finem mensis plene convaluit. Ejus convalescentia. Salute autem recuperata, multa Deo, (gratitudinis ergo) adimplevit vota; & in Medicum generosa contulit munera. Hæc nobilis *de Frachastoris* prosapia in urbe adhuc honorata existit, di-
F vitiis, ac virtutibus abundans; cui annumeratur *Avantinus* quidam, nomen Tritavi sui ferens, Eques, atque Dux equitum Serenissimæ Reipublicæ *Venetæ*; alter ejusdem familiæ *Hieronymus*, Medicinæ Doctor, in *Italia*, & extra eam æque clarus ac notus, patriæ suæ non vulgare ornamentum. *Canis*, pravos *Frederici* conatus audiens, eosdem ægerrime tulit, ac *Fredericum* in carcerem conjectum, & criminis convictum, ad perpetuos damnavit carceres; complicibus ejus partim morte damnatis, partim in exilium missis, eorumque bonis fisco addictis.

Re-

Rebus hisce compositis hoc anno MCCCXXV. ædificia reparare perrexit, magnamque murorum partem erexit a Porta *Sancti Maximi* ad *Athesim* usque, ad tercentarum & quinquaginta perticarum longitudinem, quarum quælibet sedecim constabat florenis, intellecta scilicet totali ejus longitudine & altitudine.

Initio autem anni MCCCXXVI. duo simul *Veronam* pervenerunt Legati, Pontificis alter, alter *Roberti*, *Siciliæ* citerioris, seu *Neapolis* Regis, quibus erat injunctum, *Canem* rogare, ut *Gibellinorum Lombardiæ* Ducatus munere cederet, ac ipsi utiliora, & honorabiliora offerrent, idque aliis forsan ex rationibus haud annotatis. Maximo excepti fuerunt honore; petita tamen haud obtinuerunt, sed celeritate magna in Pagum *S. Zenonis in Mozo*, locum *Veronensis* districtus, sese contulerunt, ubi multa cum Legatis *Gibellinorum Lombardiæ* egêre. Caput rei erat, quod horum Procerum exercitus oppugnabat Arcem *di Vitaliana*, districtus *Cremonensis*, factionis *Guelfæ*, ac ditionis Ecclesiasticæ. Quum autem viribus ad succurrendum loco destitueretur Pontifex, conabatur idem, pacto quodam rem componere, ne subditi sui damnum paterentur. Hujus negotiationis exitus fuit, ut *Gibellini*, *Vitaliana* potiti, in gratiam Pontificis incolas salvos servaverint.

Verona, pace & quiete gavisa fuit reliqua anni parte, quo *Canis* continuo in ea moratus est usque ad annum sequentem MCCCXXVII. ubi *Ludovicus Bavarus*, jam electus Imperator, juxta Cæsarum consuetudinem, *Italiam*, ut coronaretur, ingressus, per *Helvetiorum* Regionem, *Mediolanum* venturus iter fecit, ubi ab omnibus *Lombardiæ*, cæterisque *Italiæ* Proceribus summo honore exceptus fuit. *Canis* igitur ut Feudatarius, ac fidelis Vassallus, ut novam obtineret possessionum confirmationem, quam, novo Cæsare creato, petere tenebatur, eo pariter perrexit. Tum autem prima vice hunc commisit errorem, quod non ut *Veronæ* & *Vicentiæ* dominus equitaret, sed tamquam Rex, & Imperator: in comitatu enim suo duo millia habebat equitum, qui omnes erant nobiles, ac splendide vestiti, quibus additi
29 erant quingenti pedites, sericis vestibus, armisque probe instructi; adeo ut magnificus is comitatus in admirationem traxerit *Ludovicum*, aliosque Proceres *Mediolani* existentes; magnitudinem eam *Canis* non æquo ferentes animo. Sed omni illo tempore, quo in ista commoratus fuit urbe, victum omnibus secum ductis largiebatur; ad decem insuper usque viginti ex primatibus Imperatoris quotidie ad convivium adhibens. Generositas igitur ejus, & magnificentia per *Italiam* totam divulgata fuit; & Cæsarem præcipue in eam adduxit opinionem, ut *Canem* existimaret maxime magnaminum, & potentem *Italiæ* Principem; quod testificatus est per confirmationem possessionum ipsi factam, remissis annatis Imperialibus pro feudi collatione solvi solitis. Præter collationem feudi *Henricus* ipsi quoque concessit libertatem & potestatem tenendi Pontem *Pado* Hostegliæ impositum, vectigaliaque, & pedagium pro mercium, acque navium transitu recipiendi; qui pons tamen haud constructus fuit, quia mors ejus proxime sequuta, omnia ipsius interrupit consilia. *Romam* versus proficiscentem Cæsarem *Bononiam* usque comitatus fuit; quod antea *Henrico* præstiterat; ulteriori itineri sese offerens; gratiis tamen ab Imperatore actis, dimissus, & *Veronam* reversus est.

Credi facile potest, *Canem Mediolani* Imperatori exposuisse injurias, bello *Patavino* sibi illatas instinctu *Passarini de Bonaconsis*, Ducis, ac Domini A *Mantuæ*, qui amicitiam simulans, magnum militum numerum stipendiis suis Comiti *de Gurritia*, paucis diebus ante profligatum *Scaligeri* exercitum submiserat. Ab Imperatore igitur potestatem obtinuit ejiciendi eumdem *Passarinum* urbe *Mantua*, & ejus loco reponendi *Guidonem de Gonzaga*, nobilem *Mantuanum* (natione autem *Germanum*) amicumque *Canis*, ac factionis *Gibellinæ*, qui divitiis, amicis, & sectatoribus in ea urbe multis gaudebat; strenuus insuper & prudens vir, aptiorque regimini, quam *Passarinus* ignavus, & levifidus. Quod ut exequeretur *Canis*, misit nepotem *Albertum* in hanc expeditionem cum tribus equitum, B peditumque agminibus; qui copiis *Gonzagæ* junctis, *Mantuam* adierunt, ac parvo obstaculo per portam *delli Molini* ingressi, oppugnarunt Palatium, ubi *Passarinus* cum aliquot militibus morabatur, eoque vi expugnato, ipsum cum filiis suis peremerunt. Sequenti autem die publice renuntiatus fuit à *Mantuanis* Princeps, & Dominus, *Guido*, ipsiusque filii *Philippinus*, & *Feltrinus* ejusdem successores. Hoc est initium Dominii Prosapiæ *de Gonzaga*, quæ multum à *Scaligeris* auxilii & vigoris obtinuit; cujusque vim, ac potentiam ad præsentem usque diem servavit & auxit Deus pro C religionis studio; quemadmodum *Scaligeram* extinxit familiam, quia proprio se maculavit sanguine.

Guido de Gonzaga.

Animus autem *Canis* inquietus, qui *Patavii* Dominio summopere inhiabat, & noverat, se urbem illam vi subigere nequaquam posse, novo medio ipsam sibi comparare cogitavit. Cum *Jacobo* enim *da Carraria*, ibi Primate, egit de filia ipsius, nepoti suo *Mastino*, *Alboyni* fratris filio, in uxorem danda; qui *Canis* prædicti successor erat designatus. *Albertus* enim, licet major natu frater, prole carebat. Ut autem hoc matrimonium celaretur *Patavinos*, nec ab eis turbaretur, misit D *Jacobus* filiam, cui nomen erat *Thadea*, *Venetias*, ubi illa in monasterio *Sancti Georgii Majoris* die prima Septembris desponsata fuit, secreta ea conventione, & intelligentia cum *Carrariis*, ut *Patavium* nempe præterlapso decem dierum spatio *Cani* traderetur. Matrimonio autem consumpto, ut promissa executioni mandarentur; dispositis omnibus, quum scilicet *Veronenses* copiæ *Patavio* propinquæ essent, decima Septembris die, absente *Jacobo*, *Marsilius da Carraria* cum militibus, quibus pro defensione urbis imperabat, vexilla elevavit *Scaligerorum*, consentientibus quibusdam nobilibus *Parmensibus*, *delli Rossi*, Equitum Ducibus, à quibus E militibus *Scaligeris* apertæ fuerunt portæ. Sequenti die ingressus fuit *Canis*, ac a populo renuntiatus *Patavii* Dominus, eidemque homagium præstitum, vexillis, clavibus ac urbis sigillo traditis. Possessione capta, custodias urbis disposuit, Præfectos novos ad eam suo nomine regendam constituit; Duces deinde districtus *Patavini* propugnaculis, ubi necessitas urgebat, præfecit; & antequam abiret, convocatis civibus, capitibus Artium, pluribusque popularibus, gratias eis egit, pro electione sui facta, summam justitiam, benignumque regimen eis in posterum promittens, atque contestans non minus sibi charos esse *Patavinos* quam F *Veronenses*, concives. Relictis eis bona spe plenis, *Veronam* animo admodum contento ac læto reversus est *Canis*, se Dominio *Patavii* tam diu desiderato potitum videns. Cumque arte ac dexteritate consecutus esset id, quod armis obtinere non potuerat, *Veronæ* gaudii sui testimonia, campanarum pulsatione, ignibus festivis, hastiludiis, conviviis, atque Choreis exhibuit: inter amicos, & benemeritos suos equites declaravit, *Nicolaum Foscarum* Venetum, *Aloysium de Gonzaga* Mantuanum, *Gullielmum primum*, & *Guillielmum Novel-*

Canis Verona potitur.

lum da Castel Barcho, *Azzonem da Castel Barcho*, *Rovizzanum de Rusconis* Comensem, *Albertum de Sovardis* Bergomensem, *Ugolinum da Sesso* Rezzinum, *Marcholinum de Castel Barcho*, *Ribaldonem*, nobilem Novariensem, *Franciscum de Catanis* Vercellensem, *Bernardum Ranuccum* Florentinum, *Nicolaum da Vivaro* Vicentinum, *Jacobum* & *Petrum dal Verme* Veronenses, *Joachimum de Gunizzellis* Bononiensem, *Aldrigettum da Corte* Bononiensem, *Lanfrancum de Piis*, *Dinadanum de Nogarolis*, *Galesum de Nichesola* nobiles Veronenses, *Guerzinum de Ubertis* Florentinum, *Franciscum Frasalasta*, *Dusem Buzzacharinum*, *Leonardum Capo de Vacca*, *Jacobum de Carraria*, *Marsilium de Carraria* majorem, *Philippum da Perega*, *Marsilium de Carraria* minorem, *Tisum de Campo S. Petri*, *Taurinum de Lendenara* Patavinos. Præter hos, die sequenti quatuor alios propinquitate sibi junctos iis addidit, audita missa in Ecclesia Cathedrali, *Albertum* scilicet, & *Mastinum* nepotes suos, *Cagnolum Nogarolam* natum ex *Catharina* sorore sua, & *Franciscum* filium naturalem. Ex equestri militia hac cognosci facile potest Aulæ ipsius nobilitas, & splendor: apud se enim plures ex nobilioribus, honoratioribusque *Italiæ* familiis, ac *Lombardiæ* præcipue habebat; & hoc quia serviebant magnanimo huic, ac bellicoso Principi, cui nobiles prosapia, ac strenui armis pergrati erant; nec minus etiam literarum periti. Atque hoc inde confirmatur, quod tum temporis *Florentia* multæ expulsæ essent familiæ nobiles *Gibellinorum* à contraria factione, illarumque magna pars *Veronam* confugisset, ut sub tutela hujus Domini (unici *Gibellinorum* Patroni & benefactoris) quiescerent. Hos inter fuerunt *li Alberti del Bene*; eximiusque ille Philosophus, ac Poëta *Dantes Aligherius*, cujus posteritas adhuc *Veronæ* existit honorata, fortunæque bonis dotata; cui annumeratur *Ludovicus* Doctor Legum, vir inter excellentes revera rarus; sic etiam Familia *del Bene*, & *de Albertis*, e quibus *Bertolottus* ipsorum Atavus Thesaurarius extitit *Canis*, ac ab illo summopere dilectus; ex *Veronensibus* autem prosapiis extant hodierno die posteri Equitum *Nichesoli* & *Nogaroli*, qui sicuti multum valuerunt
30 apud *Scaligeros*, ut iidem cum *Baylardino* affinitatem contraxerint, & nepoti *Dinadano* plura in districtu *Vicentino* concesserint Castella, præter ea quæ ab ipsismet *Nogarolis* ædificata fuêre, ut *Nogarole* Castellum, quod nunc existit, possiderent cum jurisdictionibus civilibus, criminalibusque: ita posteri eorum, in dies splendorem generis servare studebant, à pluribus Imperatoribus titulo Comitum, privilegiisque honorati; & ultimo loco à *Carolo Quinto*, Imperatore maximo, qui illustrem *Nogarolæ* prosapiam idoneam renuntiavit, ad succedendum in Feudis Imperialibus; atque tres viventes Fratres, Comites, scilicet, *Ludovicum*, *Alexandrum*, *Franciscum*, & *Leonardum* defunctum strenuum, ac bellicosum jam Ducem, cum posteris ipsorum ad Palatinos suos in perpetuum & Aulicos, cum facultate, & auctoritate benemeritos gradu doctoratus, & equitis titulo honorandi, sicuti in eorum privilegiis videre est, declaravit.

Occupatione *Patavii* haud contentus *Canis*, tempore verno anno MCCCXXVIII, exercitum prioribus majorem congregavit, omniaque ad urbem *Tarvisii* oppugnandam præparavit; præter armatos milites, magnam operariorum, fossorum castrensium, machinariorum bellicorum, armorum & commeatus congregavit copiam. Hisce omnibus instructus ad *Tarvisium* castrametatus est prope fluvium *Sylum*, ad monasterium *de Santi Quaranta*, antequam urbem tentaret, ubi plures construxit pontes ad fossam transeundam; præterea cuniculos & testudines firmis tegminibus, fieri curavit, ut milites sub iis cooperti, mœnia tuto infringere possent; jussit etiam vias a fossoribus castrensibus planas reddi; absconditasque vias (castrenses fossas nuncupatas) fieri, per quas copiæ fossas commodius ingredi possent. Apparatibus iis perterriti *Tarvisini*, oppugnationem haud expectare decreverunt, sed dato signo, sese velle dedere, Nuncios ad componendum, urbemque *Cani* tradendam miserunt. Qui in tentorium hujus Domini venientes, admodum blande a *Cane* excepti, *Tarvisium* ei tradidere, qui eisdem spopondit, se illos in bonos recipere subditos, jurisdictiones, & honores eorum in officiis & dignitatibus ipsis confirmaturum. Sequenti mane *Canis*, mille equitibus, & Castrorum Ducibus comitantibus, ingressus est urbem, ubi à *Tarvisinis* maximo honore, ac gaudio exceptus fuit. Eo ipso die in manum ejus traditum fuit sceptrum, in signum veri Dominii *Tarvisini*; fidelitasque à civibus, ac pagorum Consulibus, illi jurata fuit.

Obitus Canis Grandis.

Discessurus erat *Canis*, quando febri & fluxu eadem hora laboravit. Uterque morbus ab extremo calore, tempore eo existente, & ab immoderato fructuum esu, quorum natura erat appetens, provenisse putatur. Morbo autem, & præsertim fluxu ingravescente, quatuor diebus prætérlapsis, exspiravit, à toto exercitu defletus, ac *Veronam* delatus, a *Veronensibus* suis extrema cum tristitia conspectus. Funeris sollemnia mirando apparatu persoluta, pedissequis nobilibus & equis nigro velamine coopertis, qui vexilla equestria per terram trahebant, comitantibus multis familiaribus, qui omnes nigris vestibus erant induti. Hora prima noctis a sex copiarum præfectis feretro delatum fuit ejus corpus in Ecclesiam *Sanctæ Mariæ Antiquæ*, sequentibus civibus omnibus, funalia accensa manu gestantibus; collocatumque fuit in tumulo marmoreo, ubi adhuc ejus requiescunt ossa. In tanti Domini memoriam lapidi, qui ante arcam conspicitur, epigramma versibus rhythmicis, stylo quidem illorum temporum parum eleganti, incisum est sequentis tenoris:

SI. CANIS. HIC. GRANDIS. INGENTIA. FACTA. PEREGIT
MARCHIA. TESTIS. ADEST. QVAM. SAEVO. MARTE. SVBEGIT
SCALIGERAM. QVI. LAVDE. DOMVM. SVPER. ASTRA. TVLISSET
MAIORES. IN. LVCE. MORAS. SI. PARCA. DEDISSET
HVNC. IVLI. GEMINATA. DIES. VNDENA. PEREMIT
IAM. LAPSIS. SEPTEM. QVATER. ANNIS. MILLE. TRECENTIS.

Vixit *Canis* in Imperio annos decem, & novem, obiit anno ætatis suæ trigesimo septimo, amplo multarum urbium principatu Nepotibus relicto.

Albertus & Mastinus Scaligeri.

Successerunt igitur *Albertus* & *Mastinus* in Patrui Dominium; pacifice, & nemine contradicente, ad Capitolium *Veronæ* publicati fuerunt. Facta fuit proclamatio ea die vigesima quarta *Julii*, & campanarum, igniumque artificialium sollemnitate per integrum diem celebrata fuit. Hi duo recentes Domini, in ultima Dominii confirmatione *Cani*, Mediolani à *Ludovico Bavaro* Imperatore facta, jam comprehensi, & nominati erant, expressa à dicto Cæsare addita clausula, ut altero ex istis prole mascula carente, alter in omnibus succederet, nulloque modo *Scaligerorum* Status dividi posset, sed semper Primogenito remaneret integer. Et quamvis Dominium pertineret ad *Albertum*, majorem natu, voluit ipse tamen, & consensit, normam & regulam majorum suorum sequutus, ut *Mastinus* ei Collega, & in regimine socius existeret. Hi duo fratres genio erant a se invicem diverso: *Albertus* enim quietus erat, pacificus, hilaris, literatorum, musi-

Fratrum duorum ingenia, & mores.

muſicorum, & Aulæ ſplendidæ amans, natura teneriori, nec ſufferendis laboribus idoneus. *Maſtinus* e contra bellicoſiſſimus, vehemens, ſtrenuus, omnibusque ferendis par moleſtiis & laboribus. Ratio igitur Status ſuadebat, ut rerum gerendarum curam interſe partirentur, & *Maſtinus* res adminiſtraret militares atque bellicas. Magna igitur dexteritate, & facilitate negotia *Veronæ* compoſita fuêre; Major quippe Officialium numerus a *Cane* jam officiis præfectorum, ab his duobus confirmabatur fratribus, qui ſeſe hæredes reddebant amicorum *Grandis* Patrui, uti erant Dominii. Aliquot transactis diebus, viſum fuit *Alberto* Civitates *Marchæ*, Caſtellaque inviſere, ut videndi & cognoſcendi ſe copiam populis faceret. Electis igitur aliquot nobilibus, ac militibus, ſe *Vicentiam* contulit, ubi a *Vicentinis* maximo cum honore exceptus eſt. In hac urbe confirmavit is, & mutavit præſidia, capita, & officiales, uti Principum moris eſt, & ipſi videbatur conveniens. *Patavium* dein, *Tarviſium*, *Feltre*, *Cividalem* viſitavit, tamque benignum omnibus ſubditis ſe exhibuit, ut vere cognoſcerent, jacturam morte *Canis* factam, eſſe reparatam. *Veronam* reverſo *Alberto*, non minori comitatu profectus fuit *Maſtinus* ad viſitandam ditionem, cui per omnes urbes, & loca, majores quàm *Alberto* venerationis teſtificationes ſunt exhibitæ, idque duabus ex rationibus: altera illarum erat, quia omnes eum maxime verebantur; altera, quia filios habens maſculos, ſucceſſorum quoque ipſis ſpem faciebat. Quod ab *Alberto* factum, & decretum erat, ipſe comprobavit, ne minimo quidem aucto, vel minuto, eaque prudenti ratione, ac urbanitate, fratrem ſibi chariſſimum reddidit.

Ineunte ſecundo anno Principatus detecta ab iis Dominis fuit conſpiratio contra ipſos inita per *Bartholomæum*, & *Gisbertum*, naturales *Canis* filios; qui una cum aliis militibus, ac Civibus, de in-
31 terficiendis *Alberto*, & *Maſtino* conjuraverant, Dominium occupaturi. Nefariæ hujus machinationis Auctor fuit *Franciſcus* Grammaticus, horum juvenum præceptor, homo valde levis, ac ſeditioſus. Cujus rei certiores facti hi Domini, fratres antedictos ſuos naturales, & *Franciſcum*, cum quinque aliis noxiis, comprehendi juſſerunt; & quia ipſis barbarum ſanguine *Scaligero* cruentari videbatur, *Bartholomæum*, & *Gisbertum* ad perpetuos damnarunt carceres; pædagogus vero, & reliqui alii laqueo publice ſuſpenſi fuêre; plures cives hujus criminis conſcii in exilium acti, omniaque eorum bona fiſco addicta ſunt.

Autumno autem anni MCCCXXX. *Maſtinus* armorum fortunam tentare voluit; bellum enim contra *Brixienſes* ſuſcepit. Hujus ratio fuit, quod *Brixienſes* graviſſimis bellis civilibus premerentur; *Gibellini* quippe *Guelfos* prorſus exterminare, ſibique ſolis urbis regimen vindicare conabantur. Inde *Maſtinus* de pace, quæ inter ipſum & illorum compoſita fuerat Rempublicam, rumpenda cogitavit, leves quidem ob controverſias, quæ exortæ erant circa limites fluminis *Sali*, ditionis *Scaligerorum*; exiſtimans acceſſuram ſibi alteram harum factionum, & ſic facile *Brixia* ſe potiturum. Excurſiones igitur in diſtrictum *Brixienſem* fecit, & multas ibi prædas egit, indeque ſcopum ſuum obtinuit: debilitati enim *Guelfi*, ac fere ad deſperationem redacti, *Corradinum del Duch*, & *Nerum de Bruſſatis*, clam ad *Maſtinum* miſerunt, oblaturos ei portæ cujuſdam traditionem, & urbis Dominium, ſi ipſis concederet factioni *Guelforum* favere, & urbem ingreſſus copiam faceret *Gibellinos* deprædandi, eorumque perimendi Capita, qui revera Rempublicam ſuſtinebant *Brixienſem*, obſtaculumque erant cuique Principi, illius Dominium
A ambienti. Aſſenſit juvenis *Maſtinus* cupidus ſuum ampliandi Statum, a *Jacobo Carraria* ſuo ſocero perſuaſus, qui dixerat, ut *Julius Cæſar* canere conſueverat *Euripidis* poëtæ græci carmina, quorum ſenſus: *Si juramentum umquam violandum eſt, hoc regnandi gratia fieri debere*. Adjunxerat idem, *Brixiam*, urbem tanti momenti, ſuum excuſaturam eſſe errorem, cum conſentiret oppreſſioni factionis ſuæ. His firmatis cum *Guelfis* articulis, octava ab inde die *Brixiam* cum exercitu adiit; & rumore in urbe excitato, a *Guelfis* aperta illi fuit porta; quod ſane *Gibellinis* prorſus inopinatum:
B hi enim Proſapiæ *de la Scala* amicitiam certiſſimam ſibi firmiſſime perſuaſerant. Faventibus itaque *Guelfis* ingreſſus *Brixiam Maſtinus* promiſſis ſtetit; & direpta fuere bona *Gibellinorum*, ac permulti eorum diebus tribus conſecutivis crudeliter occiſi ſunt. Inde facile cognoſci poteſt Tyrannorum animus, quorum cupiditas, amicitiam, rationem, & timorem iræ divinæ ſuperat. Rumore ſedato, *Maſtinus* ſocerum ſuum, *Jacobum* Prætorem, & Gubernatorem *Brixiæ* creavit, cui duas militum turmas in præſidium reliquit: & quaſi ipſum erroris commiſſi pœniteret, mandavit illi, ut ſenſim, ſenſimque *Gibellinos* in gratiam reciperet, &, quan-
C to minus poſſet, Statum *Guelfis* concrederet.

Scaligerorum imperio addita *Brixia*, novem decus Fortuna *Maſtino* obtulit. Reſidebant tunc temporis Pontifices *Avenione* in *Gallia*, & ut ſtatum Eccleſiæ in *Italia* ſervarent, commovebant plures principes ad ingrediendam cum exercitu *Italiam*, ipſos inaugurantes, & in propoſitum adducentes, ſe ibi reddendi potentiores. Hortatu igitur Pontificis, aliquot ante annis *Italiam* ingreſſus *Joannes*, Rex *Bohemiæ*, quibusdam *Lombardiæ* urbibus potitus erat; & auxiliante ac favente hoc Rege, bellum gerebat Pontifex contra *Eſtenſes*, *Ferrariæ* dominos, ut ipſos prorſus dominio pri-
D varet. Magnam hoc ſuſpicionem injiciebat *Gibellinis*, qui prævidebant, grandeſcentem Pontificem, & dominium retinentem Regem *Joannem*, ipſis brevi cauſaturos ingentes moleſtias, & forte illaturos damna. Convenerunt igitur inter ſe invicem, de ſua defenſione, & offendendo Rege *Bohemiæ*. Decreta fuit in primis defenſio *Ferrariæ*, quæ ab exercitu Eccleſiæ oppugnabatur, & obſidebatur, non absque expugnationis periculo. Convenerunt inſuper circa diviſionem Status a Regé *Joanne* poſſeſſi. Qui fœdus hoc inierant, fuerunt, *Viſconti* Mediolani domini, *Eſtenſes* Ferrariæ, *Gonzagæ* Mantuæ, & *Scaligeri* Veronæ. In-
E itum fuit, & ſigillis munitum fœdus hoc *Veronæ*, repartitione facta expenſarum, quas quilibet horum Procerum conferre deberet, ſicuti & militum, atque nummorum. Si autem forte aliquid ex hoſtium bonis acquireretur, quomodo id inter fœderatos ſupradictos dividendum eſſet, pariter ſancitum fuit. Summus Dux fuit *Maſtinus*; & locus ſervatus in hoc ingrediendi fœdus *Roberto* Regi *Neapolis*, atque Reipublicæ *Florentinæ*; & continuo duo miſſi Legati, alter *Neapolin*, alter *Florentiam*, conſenſum illorum rogaturi. Publicato hoc fœdere *Veronæ*, *Mediolani*, *Ferrariæ*, & *Mantuæ*, ſollicitus fuit *Maſtinus* de congregando exer-
F citu in auxilium *Ferrariæ*; paucisque diebus collegit *Veronæ* tria equitum, decemque peditum millia, qui, ſtipendiis ſolutis, *Ferrariam* verſus profecti ſunt. Eccleſiæ exercitus (ut ſupra diximus) ad *Ferrariam* conſederat, & aggeribus terreis, atque ligneis, ac foſſis verſus urbem ſe munierat, ita ut non niſi cum extrema difficultate obſeſſi exire poſſent. Obſidio autem aliquot dies continuata, victualium penuriam *Ferrariæ* cauſaverat, atque præter panem & caſeum omnia deficiebant obſeſſos. Quapropter antequam eo perveniret *Maſtinus*,

literis *Obizonem*, Marchionem & *Ferrariæ* Dominum, de adventu suo certiorem reddidit, designans ipsi diem, quo exercitum Pontificium aggressurus esset; eumdem insuper monens, ut cum copiis suis, & præsidio, pariter in hostes eruptionem faceret, ut illi a duobus infestati lateribus minus resistere possent. Castris Pontificiis Legatus præerat *Bertrandus* Cardinalis *Hostiensis*, vir sapiens, & bellicosus, majorque militum, quibus imperabat, pars ultramontanorum erat, qui audito *Mastini* adventu, ad pugnam se se præpararunt. Ordinata à *Mastino* acie, & copiis in duas divisis catervas harum altera aggressa est aggerem, quem mille tenebant hostes. Suspicatus erat *Mastinus*, quod evenit, Cardinalem scilicet metuentem, eos succubituros, ex locis suis munitis erupturum ad juvandos eosdem, indeque pugnandi necessitatem esse orturam. Oppugnantibus igitur fossam castrensem, magnum accessit subsidium, novem millibus tam equitum, quam peditum, constans; ad quorum postremum agmen altera erat exercitus *Mastini* pars; & statim inchoatum fuit prœlium, quod sensim sensimque universæ inerunt acies, multa sanguinis effusione, parvoque militantium successu; atque dubia, & fœderatis periculosa extitisset victoria, nisi fortuna iisdem favisset. Egressi enim *Ferraria*, quum hostium opera superare haud possent; horum nonnulli, naviculis quibusdam conscensis, in terram salvi appulsi clamarunt *Victoriam*; quo clamore perterriti Pontificii omnes adesse, & munitionum præsidia occidisse existimantes, confundi, ac paulo post fugam arripere cœpe-
32 runt. Sic victor exstitit *Mastinus*, multis tamen militum suorum amissis; hostium, præter cæsos, capti, mille & quingenti pedites *Germani*, & *Normanni*; equites vero ducenti *Galli*, inter quos numerabatur Comes *d'Armignaco*, sanguinis Regii. Profligatis hostibus, prædas omnes collegit *Mastinus*, & præmiis quibusdam benemeritos copiarum Duces primum affecit, deinde reliqua publice vendi jussit; ex quibus decem & octo millia provenêre florenorum, quos militibus suis distribuit, sibi servatis Vexillis captis, cum Comite captivo, una cum fausti eventus gloria. Sic liberavit *Ferrariam* periculo, in quo ea constituta erat, sibique ipsi auxit honorem. Reversus autem *Veronam Mastinus*, eximie a *Veronensibus* elevatus fuit; & sicuti ab omnibus credebatur fortis, prudentis quoque & fortunati ducis nomen sibi comparavit.

Clade hac exercitus Ecclesiastici percepta, *Joannes* Rex *Bohemiæ*, in *Italia* tunc existens, cognoscens se huic Fœderi resistere haud posse, transactionem aliquam tentare statuit. Misit itaque *Carolum* filium suum *Veronam*, ut cum *Mastino* conferret, eique utilia multa proponeret, quo a fœdere ipsum divelleret. Ille honore exceptus fuit maximo à Proceribus, & mandato Patris exposito, aliud haud obtinuit reponsum; nisi *quod Scaligerorum sit, cuique fidem servare; Regemque Joannem omni extra Italiam loco pro amico, & maxime suspiciendo se habere; in Italia autem pro hoste.* Responsum hoc parum gratum *Carolus* patri retulit, & *Germaniam* versus profectus est. *Joannes*, animo *Mastini* cognito, abire quoque constituit hac motus ratione; in *Italia* enim si ipse moratus esset, non poterat, rerum suarum defensioni vacare, nec armis se contra Fœderatos munire, quibus ipse resistere non valebat. Ne igitur persona sua periclitaretur, meliori ductus consilio *Veronam* venit, ubi a *Mastino* maxima exceptus est benevolentia, & honore; Hospitio in Palatio dominorum concesso, & magnificis donis eidem oblatis. Multa habuit cum *Mastino* colloquia; tribus diebus post ejus in urbem adventum, die sexta *Novembris* Anno MCCCXXXIII. comitantibus, præter pedites & currus, octoginta equitibus, idem, quod filius, iter persequutus est.

Ingresso autem mense Januario MCCCXXXIV, sollicitatus *Mastinus* a Fœderatis ad executionem promissorum, cum majori exercitus sui parte equitavit versus *Bresellum*, Castellum ad ripam *Padi* situm, districtus *Parmensis*, decem a *Parma*, viginti sex a *Cremona*, quindecim a *Rezo*, milliaribus distans; ibi *Pado* imposuit Pontem, cujus extrema ligneis & terrenis munitionibus instruxit. Ad quorum custodiam magnum peditum numerum intro reliquit; *Bresselli* autem reliquum exercitus sui collocavit. Eo autem *Correzza* venientibus, *Hectore da Bologna*, *Gothofredo da Sesso*, *Joanne de Manfredis*, militum ducibus, cum copiis suis; omnibus *Correzza* digressis, ubi hyemem transegerant; accidit, ut per ditionem *Rezi* transeuntes aggrederetur *Gibertus da Foggiano*, dominus, ac Gubernator *Rezi*, noctuque inermes & quietos repertos omnes deprædaretur, & captivos faceret, unaque ad sexcentos usque equos cum eorum sarcinis. Præda hæc non tam honorabilis, quam utilis fuit; quoniam præter redemptionis pretium a captivis solutum, equitum ornamenta, supellectilia ac mobilia publica auctione exposita decem millia florenorum reddiderunt. Hic error tantam intulit *Mastino*, & Fœderatis tristitiam, ut recedere, *Veronam*que regredi ad scribendos novos milites in amissorum supplementum, eis expediretur; atque sic in vanum abiit hæc expeditio.

Bononienses temporibus iis obsequium Ecclesiæ præstandum excutiendi, seque ipsos libere regendi cupidi, cum ejus vires prorsus debilitatæ essent per stragem *Ferrariæ* passam, a Pontifice defecerunt, & captivo facto *Bertrando* Cardinale Legato, *Bononiæ* residente, magistratus, a quibus regeretur Respublica, crearunt. Aliquot dein præterlapsis diebus, ne ad ipsos excommunicandos irritarent Pontificem, Cardinalem Libertate donarunt, eidem omnia ablata restituentes. Pontifici insuper scripserunt, se filios obedientes Ecclesiæ futuros, sed regimen Civitatis, a Civibus administrari velle, nec pati, ut ipsos quotidie Legati deprædentur.

Eodem tempore, *Junii* mense, *Veronæ* horrendum accidit incendium; in platea quippe *Isolo di Sopra* nominata, ubi Ligna & asseres ad ædificiorum constructionem, naviumque reparationem venduntur, & ubi pix, & stuppæ parantur, operariorum negligentia, ignem conceperat dolium ebullientis picis, & acervus dein lignorum, quæ pauperibus venundabantur, ac tandem alius locus, & promptuarium aridis lignis repletum; adeoque crevit flamma, ut fieret inextinguibilis; domos præterea contiguas corripiens, tantas sumsit vires, ut totius Plateæ ædificia consumerentur; de domo in domum transiens ignis ad *Pontem novum*, lignis constructum, perrexit, eumque comprehendens, integrum combussit. Res prorsus horribilis, summoque hujus plateæ vicinos damno afficiens, ac revera prodigium belli, quod brevi sequutum fuit contra dominos *Scaligeros*, cum eorum damno & majoris ipsorum Imperii partis amissione, atque magnitudinis, ad quam virtute *Canis* pervenerant, imminutione.

Incendium Veronæ.

Hoc incendio perterritos haud esse, sese ostendere *Scaligeri*; & Anno autem sequenti MCCCXXXIV, *Pontem Novum* erigi curarunt; qui cum antea ligneus esset, eumdem lapideum atque firmiorem & formosiorem fieri jusserunt. Ut autem executioni mandaretur, quod per fœdus expediendum supererat, *Mastinus* anno MCCCXXXIV, exercitu duodecim peditum & equitum tribus millibus, tempore veris ordinato, celeritate magna *Padum* transivit, ac directa *Parmam*

mam progreſſus eſt, jam antea à *Cane* ſubactam, & requirente Pontifice in ditionem Regis *Bohemiæ Johannis* traditam. Hinc præſidio deſtitutam ingreſſus eſt, delatis ante ejus adventum urbis clavibus per illos *de Roſſis*, & eodem tempore adveniente Legato *Lucenſium*, urbem *Lucam* ipſi offerente, eamdem iniit, & dominium ejus occupavit, ac novos officiales, præſidio inibi relicto, creavit. Exemplum *Parmenſium*, & *Lucenſium* ſequens *Gibertus da Foggiano* Rector *di Rezo* lubens urbem *Philippino da Gonzaga*, à Patre miſſo, tradidit. Idem fecerunt *Cremonenſes* & *Bergomenſes*, qui non exſpectato exercitus adventu, poteſtati Dominorum *de Viſcontis* ſeſe permiſerunt. Tali modo quiſque Fœderatorum paucarum dierum ſpatio voti ſui abſque pugna factus fuit particeps. Fœdere hoc conſummato, decepti tantummodo remanſêre *Florentini*: Ineunti enim hoc fœdus Reipublicæ promiſſa fuerat urbs *Luca*, quam *Maſtinus*, licet à deputato *Florentino* ea peteretur, haud tradidit, ſed occaſionem ex tempore arripiens, aliaque aliis immiſcuit, ut eam ſibi retineret; & hoc egit, quia *Lucenſes* nullo modo ſubjici volebant *Florentinis*, & multas offerebant pecunias *Maſtino*, ne illis tra-
33 derentur. *Florentini* autem certiores fieri cupientes de *Maſtini* voluntate, duos miſerunt *Veronam* Legatos ad urbem *Lucam* petendam juxta conventiones cum fœderatis initas; *Maſtinus*, non amplius excuſationibus adhibitis reſpondit, ſed aperte faſſus eſt, *Lucenſes* nullo modo *Florentinis* ſubjici velle, & hac expreſſa conditione ſeſe tradidiſſe, ut ſub Imperio manerent *Scaligerorum*, nec unquam alius cujuſdam cederentur poteſtati. Turbati hoc reſponſo *Florentini*, Legatos miſerunt ad *Venetos*, qui apud illos de *Maſtini* perfidia quererentur, & oſtenderent, quantum eſſent duabus hiſce communitatibus *Venetorum* nempe, & *Florentinorum* metuendæ vires *Scaligerorum*, quibus erga illas innatum eſſet odium; & *Venetis* præcipue formidabiles, ob confinia *Scaligerorum* cum *Patavinis*, & *Tarviſinis*. Oratores ii à *Venetis* auditi fuere, eo magis, quia *Albertus de la Scala*, non ita pridem conſtrui curaverat Caſtellum *da le Saline* ad *Chiozam*, unde magna imminere videbantur incommoda, & damna, & in dies pejora metuenda erant. Quapropter inter has duas Reſpublicas Fœdus initum fuit contra *Scaligeros*, ſpe haud dubia, inituros idem fœdus *Mediolani* Dominos. Fœdere hoc divulgato, multi inimicos *Scaligerorum* cognoſci cœperunt; ac inter alios *Marſilius* & *Rolandus de Roſſis*, quos *Maſtinus* poſt *Parmam* occupatam *Veronæ* habitare voluerat, cum illis haud fideret, honeſtumque eis aſſignaverat ſtipendium, ne ibi morari ipſos tæderet. Hi duo literas ad *Venetos* ſcripſerunt, quibus ſervitia ſua militaria offerebant. At quoniam verebantur, de hiſce literis quid cognoviſſe *Maſtinum* paucis horis antequam à Quæſtore quærerentur comprehendendi, *Verona* aufugerunt, atque *Venetias* ſe ſe contulerunt; proclamati ſunt igitur rebelles, & proſcripti, atque omnia eorum bona Fiſco addicta.

Ex hoc aliiſque evidentibus ſignis, Anno
Ann. 1336. MCCCXXXVI, perſpiciens *Maſtinus* bellum contra ſe, & fratrem iri ſuſceptum, hoſtium conſilia præoccupare decrevit. *Parmam* itaque profectus eſt, ut Caſtella *Roſſorum* occuparet, quibus ſubactis, potitus eſt *Maſſa*, ipſi ſex florenorum millibus vendita per quemdam *Florentinum* nomine *Johannis* Bohemiæ Regis, eam tenente. *Pontremolum* eodem pariter modo emit a militibus præſidiariis, quatuor millibus florenorum; tantum enim conficiebant, ut ipſi dicebant, debita & non ſoluta ſtipendia. Hæ duæ emptiones à *Maſtino* factæ, inſtimularunt duas haſce

A Reſpublicas ad ſuum publicandum fœdus, & ad declarandos ſeſe hoſtes *Scaligerorum*; idque eo promptius, quia temporibus iis *Venetorum* Dux erat *Franciſcus Dandolus*, vir magni animi, atque Imperium Reipublicæ augendi cupidus. Ante publicationem fœderis, ingreſſum inhibuerunt mercibus ex ditionibus *Scaligerorum* advectis, exceptis ferro, ligno, & rebus ad victum neceſſariis. Atque hoc non ſine cauſa factum: hac enim ratione præcludebatur illis medium extrahendi è Republica pecunias, niſi rebus ejuſmodi, quæ in Rempublicam invectæ, eidem utiles erant ac
B neceſſariæ; *Scaligeris* autem, ſi exportarentur, erant noxiæ. Idem à *Scaligeris* factum fuit, qui commercium cum *Venetis* omnimode inhibuerunt. Poſt has evidentes hoſtilitates, die prima *Junii Venetiis* Anno MCCCXXXVI, & *Florentiæ* publicatum fuit bellum contra *Albertum*, & *Maſti*- Ann. 1336.
num Scaligeros, eorum Status, bona, & ſubditos, quibus interdicebatur diſtrictibus utriusque Reipublicæ. Hoc audito, *Albertus* (*Patavii* tunc degens) exivit cum quingentis equitibus, ac duobus millibus peditum, & recta perrexit verſus *Forum Julii*, ut oppugnaret *Uderzum*, Arcem à *Venetis* poſſeſſam; eoque inopinato per-
C veniens, poſt exiguam reſiſtentiam potitus eſt loco; ubi captivum fecit *Gerardum da Camino*, copiarum ductorem, qui cum multis *Venetis* hunc cuſtodiebat locum. *Uderzo* profectus Vicos, & Pagos à *Venetis* poſſeſſos, deprædans, incolaſque captivos faciens, peragravit. Redeunti *Patavium* verſus illi ſeſe tradidit Caſtellum *Caninum*, diſtrictus *Tarviſini* (licet juris *Veneti*.) Atque hoc factum opera ſupradicti *Gerardi*, qui amicitiam *Alberti* ſibi conciliare cupiens, Patriam ſuam in illius redigere poteſtatem conatus eſt. *Veneti* vero ſe laceſſitos videntes, (ut ſolent omnes Reſpublicæ, neceſſitate potius, quam ſponte age-
D re) in ſuum, fœderiſque totius Ducem crearunt *Petrum de Roſſis*, Parmenſem, qui cum aliis à *Scaligeris* defecerat; eique generoſum aſſignantes ſtipendium, viginti dierum ſpatio, exercitum quinque peditum & trium equitum millium congregarunt. Reverſo autem *Patavium Alberto* cum copiis ſuis, *Petrus*, ad Caſtellum *de la Mota Tarviſini* diſtrictus, ut illud oppugnaret, caſtrametatus eſt. Unde oportuit *Albertum* iterum egredi, & hoſtibus invigilare, ne idipſum oppugnarent Caſtellum; & propter exercituum propinquitatem multæ quotidie commiſſæ velitationes, parvo utriuſque partis emolumento; & hiſce inſumta
E fuit Æſtas, cum deprædatione tantum Pagorum, & exigua partium belligerantium utilitate. Superveniente autem Autumno (qui pluvioſus ac frigidus fuit) ad hibernacula ſua ſe receperunt milites. Hyems vero ſubſequens aſpera fuit, nive geluque copioſa; refriguit itaque bellum, ac utraque pars quievit. Reſpublicæ autem eæ duæ, magnam pecuniæ contulerunt ſummam, & majora ſe ſoluturos militibus ſtipendia divulgantes, effecerunt, ut multi *Scaligerorum* milites, ad Fœderatos transfugerent, ut conditione meliori & largioribus fruerentur ſtipendiis. Atque ſic Vere ſequente anni MCCCXXXVII. Fœderatorum auctus fuit Ann. 1337.
F exercitus, diminutis copiis *Scaligerorum*, qui hoſtium viribus prævalentibus, brevi ſpatio perdiderunt Caſtella *Sancti Petri*, *Tevole*, *Rigonzone*, *Aſolo Roman S. Zenone*, *Seravalle*, pluraque alia *Patavini*, atque *Tarſivini* diſtrictus loca. Accidebat inſuper quotidie, ut Præfectorum, qui *Scaligerorum* Arces cuſtodiebant, aliqui ſeſe hoſtibus offerrent, ab iis quippe infidelitatis pretium obtinebant. Præterea Arces *di Feltro*, & *Cividale* à *Scaligeris* deficiebant, & ſe ſe *Venetis* tradebant. Pejus quid evenit (ut ſolet Fortuna, quæ quando

do cuidam incipit esse iniquior, eum, ut plurimum, dat præcipitem.) Quum autem *Albertus* ob exiguum copiarum, quas habebat, numerum ad campum procedere haud valeret, curam omnem ad defensionem *Patavii* convertit, meliorem rerum suarum occasionem sperans. A *Marsilio* autem *Carraria* hujus urbis Primate proditus fuit; *Veneti* enim Dominium *Patavii* illi promiserant, si *Scaligeros* urbe ea ejici consentiret; qui utilitatis propriæ studiosus faciles illis aures præbuit. Pactus igitur cum ipsis & excubias ad portam quamdam agens, die tertia *Augusti* aditum præbuit hostibus, ita ut in urbe essent, antequam *Albertus* quid de eorum adventu audivisset. Civitate autem occupata, *Scaligeros* captivos fecerunt, quibusdam, qui in Arcem confugerant, exceptis. Horum Dux *Albertus* & alii Præfecti captivi *Venetias* deducti; ac secundum promissa *Marsilio* facta, ipsi concessum *Patavii* dominium; cui decem postea diebus Arx se se quoque dedidit. Fœderatorum exercitus, *Patavio* absque mora relicto, profectus est ad Arcem *Monselicem*, eamque oppugnare cœpit; ubi strenue se defendebant obsessi, hostes repellentes. *Petrus de Rossis* exercitus Dux, ut animum militibus adderet, gregarii militis officio fungebatur, & mœnia aggre-
34 diens ictum catapultæ vulneratus obiit. Corpus ejus *Venetias* translatum, a Dominis illis magna pompa in Ecclesia *Divi Marci* inhumatum fuit, positis in immortalem honorem ad ejus latera fœderis vexillis. Defuncto duce, recessit exercitus; nec *Monselicem* amplius aggredi, nec aliud quid tentare ausus est. *Patavii* amissione, *Alberti*que captivitate divulgata, insurrexit *Azzo de Viscontis Mediolani* Dominus, *Scaligerorum* inimicus; atque illico copiis aliquibus congregatis, *Brixia* potiendi se se obtulit occasio. In præsidium ejus a *Mastino* locati erant *Guido da Coreggia*, & *Bonetus da Malavesina*, Veronenses, Equitum alter, alter vero peditum Præfectus, qui Dominos suos oppressos cernentes, cum *Azzone* pacti, *Brixiam* ipsi tradiderunt, & ejusdem militiæ nomina dedere. Arx autem, cui præfectus erat *Gentilis de Cyprianis*, pariter Veronensis, aliquot diebus restitit; tandem autem cum nulla spes affulgeret auxilii, pacta personarum, ac bonorum incolumitate, sese tradidit.

Hæc *Brixiæ* amissio, licet *Scaligeris* damno, & dedecori esse videretur, revera ipsis salutaris fuit. *Veneti* quippe, & *Florentini* videntes *Azzonem* multis copiis instructum, *Scaligeros* autem debiles, totalem horum statum amitti nolebant, & *Azzonem* tanta incrementa sumere, cujus ipsi vires magis quam *Scaligerorum* formidabant. Mox igitur *Mastinum* reddiderunt certiorem, honestam se cum ipso, pacem velle componere, & residuum ditionis ejus conservari. *Mastino* in angustiis constituto opportuna videbatur hæc oblatio, ideoque is inducias cum *Venetis* iniit, spe pacis sequuturæ. *Azzo* idcirco ultra *Brixiam* non processit, de pace inter *Venetos*, & *Mastinum* nil dubitans; & hoc, ut supra diximus, saluti fuit *Scaligeris*. *Mastinus* autem omnibus facile consensit, fratremque carceribus liberare cupiens, Oratorem, & procuratorem constituit suum *Franciscum de Rugolinis*, Artium, & Medicinæ Doctorem, intimum suum Consiliarium; ipsumque *Venetias* plena instructum auctoritate ad pacem ineundam, & contrahendam misit. *Mastinus*, per tot atque tanta, quæ exiguo temporis spatio ipsum afflixerant, mala, valde turbatus, & quasi rabidus factus, nemini se concredebat, ac versus unumquemque suspiciosus erat. Quumque a quibusdam susurratoribus ipsi delatum fuisset, *Bartholomæum de la Scala*, *Veronæ* Episcopum, *Brixia* literas ab *Azzone* accepis-
A se, absque alia veritatis indagatione, die vigesima septima *Augusti* obviam veniens dicto Episcopo, ira accensus ipsum occidit. Quo crimine excitatus Pontifex *Mastinum* excommunicavit, interdictumque *Veronam* misit, ne imposterum ibi divina celebrarentur officia; quapropter necesse habuit *Mastinus*, absolutionem criminis humiliter petere, atque in illius expiationem ingentem pecuniæ summam solvere. *Venetiis* interim assiduè de pacis conditionibus agebatur, quo Dominii *Veneti* nomine intervenerunt *Nicolaus Pistorinus* Primus Reipublicæ Secretarius; nobilesque viri, *Philippus Belegnus*, *Thomas Soranzus*, & *Marcus Loredanus*, *Divi Marci* procuratores; *Florentinorum* vero nomine, *Cyprianus Joannis Goradini* Filius, & *Diote-*
B *fece*, atque *Michaël* Reipublicæ Deputati. Diuturna fuit contentio circa articulos hujus pacis formandos; quia præter utilitatem suam propriam, duæ illæ Respublicæ rationem quoque volebant haberi omnium illorum, qui ipsis in bello hoc faverant, nec non, ut illi, qui a *Scaligeris* defecerant, bonorum suorum possessioni restituerentur. Quæ victores poscebant, permittenda erant *Francisco Rugolino* putanti, dominis suis utilius fore, parvo consentire incomodo, pro evitando majori.

Mense igitur *Januarii* anno MCCCXXXVII. Pax composita.
firmata & sigillis munita fuit pax, viginti quinque conventionum articulis; quorum tenor fuit, ut
C *Scaligeri Tarvisium* cum districtu traderent *Venetis*, renuntiantes dominio, omnique potestati, quam in id haberent; *Florentinis* vero aliquot Loca, & Arces *Lucensis* districtus; in amicitiam susciperent Episcopos *Parmæ*, & *Vicentiæ*, qui in bello ipsorum hostes extiterant; ignoscerent ad hæc *Rossis*, nobilibus *Parmensibus*, ac cuicumque alio rebelli, *Veronensi*, & *Vicentino*; permittentes, ut æque præsentes, ac absentes suis reditibus, ac bonis fruerentur; Pecunias præterea solverent Mercatoribus, quos *Veneti* erant deprædati; præter alia quæ simul sancita fuere capita, quorum licet authenticum habeatur exemplar, ex hujus pacis instru-
D mento extractum, hic tamen non referam, quum res contineat exigui momenti. Pace ea publicata, carcere liberatus fuit *Albertus*, & antequam permitteretur ei discessus, libertati restitutus laudavit, & approbavit omnia, quæ in illa pace continebantur; sufficienti deinde comitatu *Veronam* usque deductus fuit.

Bellum hoc, uti patet, plures infregit gradus magnæ *Scalæ*, horum dominorum insignis, eorumque valde diminuit potentiam. Tali autem tem-
E pestate gubernaculum servare, navimque, licet rudentibus destitutam, in portum deducere non exigui momenti fuit.

In complementum igitur eorum, quæ promissa fuerant, *Tarvisium Venetis*; ac *Florentinis Pescianum*, *Bugiatum*, *Colle*, & *Altus Passus*, Comitatus *Lucensis* Castella, tradita sunt: & reliqua capitulationis contenta integrè adimpleta; unica superstite differentia, quod *Marosticani* recusabant in posterum parere *Scaligeris*, licet *Vicentino* districtu comprehenderentur; prætendentes, *Marosticam*, locum esse à *Vicentia* separatum: contra quos *Albertus* cum mille, & quingentis equi-
F tibus, peditumque tribus millibus perrexerat; eosque fidelitatis ac obedientiæ juramentum præstare coëgit, relinquens eis gubernatorem *Guillielmum da Castel Barcho*, & licet hac pace paucis diebus compositæ fuissent res, finem tamen minime obtinuit tristitia, & odium ab *Alberto*, & *Mastino* concepta, per injurias à multis suis subditis acceptas. Ægre enim illi hanc ferebant molestiam coram videndi illos, qui ipsorum statum omni, quantum potuerant, offecerunt injuria; & interdum ira superavit rationem. Clam enim occidi curarunt.

Vi-

Vivarum de Vivaris, nobilem *Vicentinum*, cujus expressa & peculiaris in Capitulatione facta erat mentio; qui in patria sua commorari diffidens, *Roveredi* in loco districtus *Tridentini* degebat, ubi a *Mastini* satellitibus peremptus fuit. Alios non paucos acerbè punivêre, qui nihil prorsus pactis conventis juvabantur. Diebus iis discessit è vita *Baylardinus Nogarola*, jam *Cani Grandi* cognatus, relicto *Cagnolo* unico filio, ingentium divitiarum hærede. Repositus fuit defunctus in Ecclesia parochiali Dominorum in peculiarem tumulum, ubi nunc adhuc ejus ossa quiescunt.

Tribus a pace inita sequentibus annis, qui fuerunt MCCCXXXIX. MCCCXL. MCCCXLI. quieverunt *Scaligeri* pecuniis exhausti, atque belli damnis debilitati: & tamquam prudentes Patresfamilias, ut vires aliquantum recolligerent, militum stipendia & aulæ magnificentiam coarctarunt. Anno MCCCXLII. quum ortum esset bellum in *Etruria* inter *Florentinos*, & *Pisanos*, in quo *Visconti Mediolanenses* multum favoris & amicitiæ præstitêre *Pisanis*, magnum iisdem copiarum præsidium mittentes; adeo ut *Florentinis* difficile esset, illis resistere; qui idcirco *Mastinum* in Ducem suum adsciverunt, eique ingentem pecuniæ summam miserunt ad copias colligendas, & in ipsorum defensionem adducendas. Oblatio hæc accepta fuit à *Mastino*, qui adhuc animum fovebat vindictæ cupidum contra Dominos *Visconti* propter urbem *Brixiam*. Cum itaque una cum copiis suis in *Etruriam* venisset *Mastinus*, aliquot velitationibus extitit superior; hostibus vero tandem propinquior factus, quum ab eis recedere non posset, sanguinolentum cum eis commisit prœlium, in quo, Fortuna eum persequendo nondum lassa, profligatus fuit; plurimis suorum ibi peremptis, atque captivis relictis, inter quos præcipui quatuor reperti sunt Duces, *Fregnanus da Sesso*, *Guilielmus da Foggiano da Rezo*, *Luchinus dal Verme*, & *Benedictus dal Malvicino*, *Veronenses*, qui à *Pisanis* incarcerati fuere, & magna pecuniæ summa pro illorum redemptione postulata. Pejus insuper quid *Mastino* accidit: reliquis enim exercitus sui copiis fugatis, obsidionem *Lucæ* suscepêre *Pisani*, quæ urbs quum victualibus non probè instructa esset, diù sustinêre se non poterat; sed fame coacti milites eam custodientes, se se *Pisanis* tradiderunt. Et hic duplex fuit *Mastini* error; putans namque *Florentinorum* auxilio *Pisanos*, & *Viscontos* deprimere, *Brixiam*que recuperare, *Lucam* ipse amisit. Hinc facile cognoscitur belli eventus, ubi ut in ludo, *Vincere accidentale est, perdere verò quasi necessarium*. Nec *Lucæ* amissio ultima *Mastini* jactura fuit: sequenti quippe anno MCCCXLIII. *Azzo da Correggia* unus ex primatibus *Parmæ* monentibus exulibus *de Rossis*, nunc tempus esse, communem Patriam à Tyrannis liberandi, populum sic excitavit *Parmensem*; & armis contra *Scaligeros* captis, eodem tempore supervenientibus prædictis *de Rossis*, cum amicis suis, & sectatoribus, *Parma* ejecerunt *Petrum dal Verme*, urbis illius Gubernatorem, & *Gibertum da Foggiano* præsidii Præfectum cum officialibus, & *Scaligerorum* amicis; quorum plures bonis spoliati, & capti sunt: atque sic eorum dominium complectebatur urbes *Veronæ* tantum, & *Vicentiæ*, perditis reliquis ea, qua acquisitæ fuerant, facilitate.

Converso ad res *Veronæ* animo, *Mastinus* sollicitus fuit de ea munienda variis exstructionibus, & decrevit Claustrum in districtu excitare, quo belli tempore confugere possent rustici, & ibi securè cum suis pecudibus habitare, murumque satis firmum construxit à *Villafrancha* usque ad *Nogarole*, Turribus, & justo ordine instructum. Multa prætereà in Territorio munivit Castella. In urbe autem mœnia pluribus in locis restauravit, de defensione potius quam offensione sollicitus. Anno MCCCXLVIII. nil notatu dignum contigit, præter ea, quæ à sideribus, vel natura dependent. Paulo enim post initium prædicti anni, die vigesima quinta *Januarii* auditus, visusque fuit in *Lombardia* horribilis terræmotus, qui terram adeo concussit, ut plurimæ turres, ædificia, & campanilia pluribus in urbibus, ut & *Veronæ* septem, extremo cum horrore, dejicerentur domus; quod portentum præsagivit jacturas, & ruinas Dominii *Scaligerorum*, licet aliquantum adhuc dilatas, & mortem præcipuè *Mastini*, quæ brevi post sequuta est. *Terræmotus.*

Antequam is autem vita fungeretur, Fortuna ipsi aliquantum benigniorem se exhibuit, ne, illâ prorsus adversâ, discederet. Plures *Mastinus* legitimos habebat liberos, quorum tres erant masculi, *Canis Grandis*, *Canis Signorius*, & *Paulus Alboynus*, totidemque fœminæ, *Beatrix*, *Altaluna*, & *Verde*; inter quas *Beatrix*, gratias omnes, quas Cœli fœminis impertiri possunt, consecuta erat: omnibus quippe partibus prorsus venustissima, prudens, animo virili dotata, summisque moribus ornata, ita ut merito ab omnibus *Regina* vocaretur. Ejus fama per *Lombardiam* diffusa, *Bernabovem de Viscontis*, unum ex Principibus *Mediolani*, ad eam adamandam movit, qui, ut solent juvenes, furtim sese *Veronam* ad eam conspiciendam contulit. Quam visam, famâ de ipsa præstantiorem adhuc deprehendit, & amoris in eam impatiens, omnes, ut eam sibi uxorem jungeret, conatus adhibuit. Misit idcirco viros honorabiles ad Patrem legatos, qui ipsam peterent, eademque, laudata tanti Domini humanitate, quod scilicet, cum *Scaligerorum* sanguine conjungi dignaretur, statim concessa fuit. Matrimonium mense *Julii* Anni MCCCXLVIII. consummatum fuit. Ad sponsalia, nuptiasque celebrandas plures *Mediolanenses* Nobiles *Bernabovem* comitati sunt, quos *Mastinus* sumtuosissimè & amicissimè excepit; ac Nuptiæ magna cum pompa, & splendore celebratæ. *Mediolanum* à Fratribus, majorique nobilium *Veronensium* parte ducta fuit illa *Regina*. Affinitas ea animum *Mastini* dejectum aliquantum erexit, ut sibi persuadere inciperet, se tuto Ditionis suæ reliquum posse conservare. Cumque nuper securus esset redditus quoad *Lombardiæ* partes, meliora jam sperabat, quando mala auræ constitutio, & forsan influxio quædam noxia sequenti anno pestem contagiosam adeò excitavit acrem, ut per annum, tertiam *Veronensis* Populi sustulerit partem. *Pestis.* Id autem accidebat, quod temporibus iis, non adeo solliciti erant de vita sua homines, ut solent hodie; sed imprudenter sese miscentes, morbo quotidie ingravescendi præbebant occasionem. Ex nobilibus autem minima periit pars, urbem quippe deserentes in suis Pagis habitabant. Postquam desierat pestis, ac urbi salus esse restituta, *Mastinus* suam quasi prævidens mortem, Filio suo Primogenito *Cani Grandi*, hujus nominis *Secundo*, uxorem jungere omnimodo studuit; qua in re Fortuna votis ejus prorsus respondit: moto *Ludovico Bavaro* Cæsare, ut legitimam filiam suam *Elisabetham* in uxorem concederet. Matrimonium hoc *Scaligeram* Prosapiam vere illustravit, quum hac affinitate Domino suo jungeretur. Non autem permisit Cœlum nasci ex *Elisabetha* prolem; quod si evenisset, dominium forsan *Scaligerorum* haud periisset, nec eorum prosapia tam infelicem, quem posthac habuit, experta esset exitum.

Sponsa maximo cum gaudio deducta, sequenti anno MCCCL. *Mastinus*, lenta febri, ex superflua orta melancholia, laboravit, quam ferendis laboribus, & adversitatibus contraxerat. Tantæque malignitatis intimæ fuit hæc febris, ut ipsi superve- *Morbus & Obitus Mastini.*

niret lethargia quædam, & *Mastinus* difficulter expergefieri posset. Dies tertia *Junii* fatalis ipsi fuit, ætatis suæ anno XLIII. *Albertus*, major natu, consensit, ut *Canis* secundogenitus *Mastini*, continuo Princeps publicaretur; erat enim *Albertus* otio deditus; & cogitabat insuper pergratum fore Imperatori, ejus Genero liberum *Veronæ*, ex *Vicentiæ* dominium relinqui. Inhumatum fuit *Mastini* corpus in Ecclesia *Sanctæ Mariæ Antiquæ*, splendidis & tanto Domino dignis exsequiis celebratis; atque repositum in tumulum Pyramidalis formæ, ab ipso in cœmeterio exteriori jam paratum; in cujus circuitu marmori insculpta fuere hæc Latina carmina:

SCALIGERA. DE. GENTE. FVI. CELEBRIQVE. FEREBAR
NOMINE. MASTINVS. CLARAS. DOMINABAR. IN. VRBES
ME. DOMINVM. VERONA. SVVM. ME. BRIXIA. VIDIT
PARMAQVE. CVM. LVCA. CVM. FELTRO. MARCHIA. TOTA
IVRA. DABAM. POPVLIS. AEQVO. LIBRAMINE. NOSTRIS
OMNIBVS. ET. FIDEI. CHRISTI. SINE. SORDE. SEQVVTOR
36 OCCVBVI. PRIMO. POST. ANNOS. MILLE. TRECENTOS
ET. DECIES. QVINOS. LVX. IBAT. TERTIA. IVNII.

Canis Grandis Secundus.

Suscepto dominio, *Canis Grandis Secundus*, valde juvenis, decimum quippe ætatis suæ annum haud excedebat, à Socero investituram pro se, suisque posteris procuravit; quam gratiose obtentam, *Veronæ*, & *Vicentiæ* publicari mandavit. Magna in veneratione habere *Albertum* Patruum suum cum aliquibus prudentibus civibus demonstravit, atque secundum horum Consilia Statum regebat; bella prorsus evitare decrevit; ac illo, quod ipsi reliquerat Pater, contentus esse voluit; quibus amorem populi sibi conciliavit. Primus nondum transierat dominii sui annus, cum è vita decederet *Albertus*, ætatis anno quadragesimo sexto, ab omnibus propter ejus eximias virtutes defletus; & quamvis dominio se abdicasset, ut verus princeps tamen semper in honore habitus fuit, ac in tumulum juxta fratrem *Mastinum* repositus. Hoc equidem *Scaligerorum* maximum fuit infortunium, quod nullus eorum senectutem attigerit; sed facile credi potest, Principum appetitum esse fortiorem quam aliorum; ac ubi ad pejora inclinant, vitamque vivunt corruptam, suum sibi ipsis contrahere interitum. Præterea appetunt iidem plura, faciliusque ea obtinent, ut ex iis sæpe oriantur infirmitates, & mors ipsa tandem. Duo transierunt anni, quibus *Canis* sagacior, ac ad Statum regendum aptior evasit: atque sorori suæ *Altalunæ* nuptum collocandæ studuit, quam in matrimonium tradidit *Ludovico* ex Marchionibus *Brandenburgensibus*, in *Germania* Imperii Electori, ampla dote, ac magnificis nuptiarum sumptibus; & hoc procurante Imperatore, cui iste Marchio propinquitate sanguinis erat junctus.

Passiones Principum.

Anno MCCCLIV. in *Germania* Comitia convocata sunt à *Ludovico* Cæsare propter urgentia Imperii negotia, ad quæ cum aliis Principibus invitatus fuit *Canis*, tamquam Vassallus, & ejusdem Imperii Feudatarius. Cupidus *Canis* videndi ejusmodi conventuum rationem (quæ à *Germanis* Comitia vocantur), & præterea socerum suum invisendi, vestes, currus, & Comitatus magnificos parari jussit; quibus paratis, in *Bavariam*, ubi conventus is celebrandus erat, profectus est; & præter nobiles, qui sequi jussi erant *Canem Signorum*, fratrem quoque suum deduxit, ut Imperatoris manus deoscularetur. *Veronæ* suo loco regendæ reliquit *Azzonem de Correzzeschis*, Parmensem, virum, cui summopere fidebat; & quum essent Bacchanaliorum tempora ad statutum locum perrexit.

A *Bolzanum* autem cum pervenisset, infaustum accepit nuncium, *Fregnanum* defuncti *Canis* naturalem filium, à dominis *Gonzagis* & militibus, & pecuniis adjutum *Veronam* occupasse. Tali novo perterritus *Canis*, quosdam ipsum comitantes consuluit, quid scilicet consilii in ejusmodi sequendum esset casu: & ea fuit omnium sententia, ut illico instituendum esset *Vicentiam* versus iter duabus ex rationibus; quarum prima erat, ut servaretur urbs illa, ne *Veronæ* sequeretur exemplum; altera, ut congregentur ibi milites pro recuperanda *Verona*. Sic nulla interposita mora, die noctuque B equitando *Vicentiam* venit, ubi invenit *Joannem de la Scala* in illa Locumtenentem, qui pro fidelitate sua ad ejus paratus erat (si necessitas urgeret) defensionem. Valido itaque militum numero congregato, duabusque acceptis militum turmis à *Patavii* domino, qui *Fregnani* proditionem maxime improbabat, & ex consilio quorundam *Veronensium*, intimorum suorum amicorum, qui *Verona*, ut ei obviarent, fugerant, cum aciebus venit in *Campum Martium* exteriorem, ubi existebat antiqua clausa Porta, ruptu facilis; hancque clam aggrediens, urbem ingressus fuit, antequam hostes sese opponere possent. Copias in aciem dispositas in urbem deduxit, atque C hoc fuit die *Bacchanaliorum*; hostesque invenit in platea ad caput *Pontis delle Navi*, ubi inchoatum fuit certamen, in quo *Canis*, ante primas acies semper dimicans, strenuis militis officio functus est. Hujus ingressu *Veronæ* divulgato, una cum certamine ad *Pontem delle Navi* inchoato; aliquot amici *Canis* clamare cœperunt *Cane*, *Cane*; & Fratres *Sancti Firmi* ultra fluvium siti, magnæ campanæ pulsu signum dederunt. Quo perterritus *Fregnanus* cum suis, primus omnium aufugiens, reliquis in confusione relictis, certamen deseruit; quibus profligatis, ducenti cæsi, totidemque captivi remansere; *Fregnanus*, quo confugeret ignoD rans, naviculam, flumen secundum sequuturus, conscendit; sed vel fuga, vel remigandi imperitia, navicula submersa, ipse in profundum ab armorum pondere depressus atque suffocatus periit. Quidam ex *Mantuanis* per portam *Sancti Spiritus* exeuntes, servati sunt. *Canis*, Victoria obtenta, corpus *Fregnani* aquis extrahi, pluresque criminis hujus conscios comprehendi curavit. Hoc ipso die pervenerant *Gusolengum*, pagum septem milliaribus a *Verona* distantem, octingenti armati equites à *Bernabove Mediolano* missi, qui *Brixia* egressi, usque ad Portam *Sancti Maximi* pervenerunt; cum vero E *Veronam* à *Cane* recuperatam audirent, in districtum *Brixiensem* reversi sunt. Scribunt quidam horum ductorum *Bernabovem* extitisse: An vero ad auxilium præstandum *Cani*, vel *Fregnano*, venerint, diversæ sunt opiniones; verosimile tamen videtur *Bernabovem* à cognato rogatum, vel ab uxore *Brixiæ* tunc commorante incitatum, auxilium potius præstiturum fuisse legitimo Domino, & affini, quam proditori, & spurio.

Sequentibus diebus præter multorum Civium domos direptas, qui *Fregnanum* sequuti erant, per Carnificem strangulati sunt sequentes, ut offensores manifesti rebelles inter sectatores *Fregnani* reperti: qui fuerunt *Alboynus* naturalis *de la* F *Scala*, *Albertus de Montefalcone*, *Gianottus* Frater uterinus *Fregnani*, *Raccochus* peditum dux, *Bozzola*, & *Cirus de Parma* præfecti tormentorum bellicorum, *Abbas de Brayda*, naturalis *de la Scala*, *Jacobus Paduanus* Physicus, *Cælestinus de Bonis*, *Petrus dal Verme*, *Joannes de Montagna*, *Petrus de Aruaris*, pluresque alii, penes quos altero pede suspensus fuit *Fregnani* corpus, ut in flumine inventus fuerat, in majorem ejus ignominiam. Nec eorum supplicio contentus Dominus, ut recens semper maneret proditorum memoria, eorum effigies pingi

pingi curavit patibulo affixas, in palatii loco, qui dicitur *la Sala de li Procuratori*, quarum adhuc hodie quædam conſpiciuntur fragmenta. Exteris vero, *Mantuanis* & aliis in prœlio, quo recuperata fuit urbs, captivis factis, libertatem Dux conceſſit ſeſe pecuniis redimendi: cum ipſi videretur conſultius cum utilitate ſua illos libertate donare, quam eoſdem perimere cum damno, & contra militum libertatem, quibus licet cuilibet ſtipendia juſte ſolventi ſervitia ſua addicere.

Tumultus jam erant ſedati, & ſupplicium de hiſce reis ſumtum, cum à *Cane*, per literas *Bolzani* datas, certior factus cognatus Marchio *Brandenburgenſis*, de iis, quæ *Veronæ* acciderant, cum quingentis probe armatis equitibus adveniret, haud opinatus, *Fregnanum* tam cito rejici poſſe; victoria tamen obtenta, *Canem* hortatus eſt, ut vindictam *de Gonzagis* ſumeret, moreſque ſequutus *Germanorum*, totam illorum ſubverteret regionem, ut flammam ipſos devaſtantem dolerent, uti ex devaſtata *Verona* voluptatem ceperant. Marchioni actæ fuerunt gratiæ pro ſincera benevolentia, quam oſtenderat, ex *Germania* tot copias in cognati ſui auxilium addu-
37 cens; pecuniiſque ei pro expenſis in colligendis militibus factis, atque ad eoſdem in patriam ſuam reducendos neceſſariis, ſolutis. Cæterum hac ratione minime ſatisfiebat Marchioni; illi enim cognati humanitas videbatur puſillanimitas & inertia, qui injuriis ſibi acceptis ignoſceret. Indignatus igitur diſceſſit, quod ſuum non acceptum fuerat conſilium.

Anno tumultus hoſce ſequente, Arcem in urbe ædificavit *Canis*, in qua à machinationibus tantæ prolis ſpuriæ *de la Scala*, offenſæ & irritatæ per mortem antedictis proditoribus *de la Scala* illatam, tutus manere poſſet. Summo ſtudio incepit ædificationem Caſtelli veteris juxta fluvium, quam non exigua ſollicitudine, trium annorum ſpatio abſolvit: Turres exſtruxit, mœnia, foſſas, pulcherrimumque Pontem, fluvio impoſitum, quæ omnia hodierno adhuc die conſpiciuntur. Res ſane temporibus iis ingens, & ſummæ expenſæ. In Arce ea habitationem conſtituit ſuam, illaſque inſuper militum ad Arcis cuſtodiam deſignatorum; quibus perfectis, eam cum militibus ſtatim ingreſſus eſt; Fratribus ſuis relicto Plateæ Palatio. Quare autem Arcem eo in loco conſtruxerit, facile intelligitur inde, quod ſemper rationem haberet auxilii e *Germania* obtinendi, ob affinitatem, quam ibi per uxorem & ſororem contraxerat, conſiderans pontem omni caſu ſibi prodeſſe, & arcem ita ſitam, aliis longe præſtare. Caſtello hoc exſtructo, mœniis *de Villafrancha* a patre inceptis, ultimam impoſuit manum. In diſtrictu poſtea *Vicentino* à fundamentis erexit Arcem *di Montecchio Maggiore*; hos autem ædificando impenſos ſumptus à populis recipere voluit, quo prætextu ingentem pecuniæ ſummam coacervavit.

Anno MCCCLV, quatuor ſolidos monetæ *Veronenſis* pro quolibet agro ſolvendos impoſuit, onus revera injuſtum, propter inæqualitatem fertilitatis, & pretii illorum: interdum enim, tantum inter alium, atque alium agrum, deprehenditur diſcrimen, quantum inter unum & numerum centenarium: uti obſervatur in terris fertilibus, & incultis; nihilominus tamen ex æquo tam pro fertili, quam inculto ſolvendum erat. Hinc facile poteſt colligi, quantam pecuniarum ex hac impoſitione collegerit copiam, cujus & effectus ſequenti patuit anno. *Canis* enim duos habens naturales filios parvulos, *Thebaldum* ſcilicet & *Guilielmum*, horum exaltationi ſtuduit, eos poſt ſe dominos relinquere intendens. *Venetias* abiit, ac ducenta florenorum millia Procuratoribus *Divi Marci*, tamquam depoſitum ad filios ſuos ſpectans,

A tradidit; conditione hac expreſſa, ut ipſo defuncto, nemini numerentur, niſi filiis ſuis; & ipſos gubernationi ſubjecit eorum, quorum munus eſt protegere, & defendere pupillos, & viduas, eorumque bona diligenter adminiſtrare. *Venetiis* reverſus copiarum ſuarum Duces, & qui juramento ipſi erant devincti, conſtrinxit, ut poſt obitum ſuum filiis ſuis favere tenerentur; occupando, & conſervando pro illis dominium: Quod maximam ſimultatem, & inimicitiam inter ipſum, & fratres genuit, illiſque contra ejus perſonam machinandi occaſionem præbuit. Cumque nulla ratione impedire poſſent, ut ejus voluntas in effectum
B deduceretur; eorum quidam de tollendo *Cane* agere cœperunt, qui populo jam exoſus erat ob recentia eis impoſita pecuniæ onera. Natura *Canis* bella fugiebat, & licet iracundus, ac facile levem ob rationem ad iram provocaretur, clam tamen vindictam ſumebat. Inimicum ſuum animum prodere non audebat, uti fecit Anno MCCCLVIII, quando *Bernabos Viſconti*, cognatus, bellum gerens contra *Guidonem*, & *Feltrinum de Gonzaga*, *Mantuæ* Dominos, ut potentior, horum regione occupata, urbem adeo obſederat, ut ea, deficiente quippe pecunia, diu reſi-
C ſtere haud potuerit. Obſeſſi igitur deſtituti mediis ſolvendi ſtipendia militibus, ad *Canem* recurrerunt, ac eidem Caſtella *Veronenſi* territorio contigua, *Caſtellaro* nempe, *Canedole* & *Più forte*, vendiderunt tribus millibus florenorum. Atque hinc obtinuere copiam, & milites alendi, & *Mantuam* ab hoſtibus ſervandi. Hac aſtutia uſus *Canis* & auxiliatus *Gonzagis*, opinatus eſt contra cognatum errorem celare, qui majori cum illius indignatione detectus eſt. Iratus igitur *Bernabos* hac tacita offenſione, quaſi victor, pacem per humanitatem *Gonzagis* donavit, redditis omnibus iis, quæ bello iiſdem ademerat. Voluit præterea *Cani* in-
D dignationem ſuam de *Verona* oſtendere, ac in ejus contemptum, affinitatem cum *Gonzagis* contraxit, *Catharinam* neptem ſuam collocando in matrimonium *Ugolino*, uno ex filiis *Guidonis* Principis; Quæ pax, & matrimonium, maximum *Cani* intulerunt dolorem, pejora, quæ & brevi ſucceſſerunt, timenti. *Canis* enim *Signorius*, ejus frater, cognita cognati erga fratrem inimicitia, auſus eſt aggredi ea, quæ de tollendo *Cane* convenerant, non dubitans, quin mala omnia, quæ huic acciderent, cognato pergrata ſint futura. Modus tollendi *Canem* ſtatutus, ac ad finem perductus eſt hac ratione. Conſueverat dominus iſte
E ſæpe amaſiam quamdam, prædictorum filiorum matrem, inviſere, cujus ædes prope *Atheſim* penes Eccleſiam *Sanctæ Euphemiæ* ſitæ erant; & ſicuti moris eſt Principum ad ſimilia loca parvo pergere comitatu, eo ſæpius tendebat equitando, cum duobus tantum famulis, & domeſticis pediſſequis, horis diurnis, liberioribus, ut prandio finito, vel mane, vel ſole occidente. Hujus conſuetudinis haud inſcius *Canis Signorius*, ei obviare ſtuduit in parvula quadam platea, ut eum ibi commodius occidere poſſet. Die itaque quartadecima *Decembris*, Sabbato quodam, dictus *Canis Signorius*, poſitis ad platearum exitus numeroſis cuſtodibus, ar-
F matus una cum tribus ex ſuis fidelibus militibus, *Andriolo* nempe *Malaſpina*, *Gualtiero de Montorio*, & *Jachelino* Germano ex *Lindo*, obviavit fratri, &, nullo prolato verbo, haſta eum petiit; & qui cum ipſo erant, ſeptem eidem inflixerunt vulnera, quibus equo dejectus, ſtatim exſpiravit. Fratricidio conſumpto, antequam id per urbem divulgaretur, equum aſcendit *Canis Signorius*, & feſtinanter abiens eo ipſo die *Montagnanam*, & ſequenti die circa meridiem *Patavium* pervenit. Cædes hac à Civibus, & populo percepta, quili-

Ingenium & mores Canis.

Cædes Canis.

bet quietus remansit. Atque hoc vere ostendit, exosum eum potius quam dilectum fuisse. Dominii enim sui tempore avarissimus habitus fuerat: Amicos quippe, & domus *Scaligeræ* sectatores multis affecit, (avaritia ductus) injuriis; uti *Nogarolis* fecit, hereditatem *Cagnoli* usurpans, cujus bonorum cepit possessionem tribus diebus ante mortem, nullo rationis prætextu habito, nisi quod bona ea haud separata essent ab illis *Antonii*; præter dicti *Cagnoli* partem, alteram quoque *Antonii*, ut omnia simul haberet, usurpavit. Sic opulentum reddidit fiscum, hujus & illius bona ob minimum patratum errorem sibi vendicans. Non solum enim fisco addicebantur, pro cujuscumque generis homicidio, homicidarum bona, sed etiam illorum, qui alium vulneraverant, morte licet non sequuta: pro ratione enim sufficienti erat sanguis effusus. Tertio post cædem die sepultus, & juxta Patrem suum *Mastinum* repositus exigua cum pompa tantum, cum Cives vere-
38 rentur ne offenderent fratrem, si exequiis eum honoratioribus extulissent. Amasia ejus antedicta cum filiis suis, *Verona* abiit, & pecuniis multis, gemmis, pretiosisque rebus aliis onusta, *Ferraria* transiens, *Venetias* se contulit, ut ibi tuta maneret, frueretur que reditibus pecuniarum, quas ibi reposuerat *Canis*, propinquam suam mortem vere prævidens.

Canis autem *Signorius Patavium*, uti diximus, confugit, auxilium ab avunculo *Francisco de Carraria*, ejusdem urbis Domino, suæque matris fratre, & forsan fratricidii hujus conscio, petiturus, cæsi autem nepotis parum amicus: natura enim superbus erat, pluris faciens *Germanos*, quam *Italos*, inflatus per magnitudinem soceri, & cognati.

Die decima septima *Decembris Canis Signorius* reversus est, duabus militum stipendiariorum catervis ab avunculo suo *Patavii* in comitatum concessis. Sequenti die civibus conspiciendum se exhibuit, & commissum crimen excusare conatus dixit, se confirmare posse testimonio & juramento virorum fide dignorum, fratrem mortuum, fuisse conatum, ipsum cum fratre *Paulo Alboyno* occidere, ut spurii ejus filii in Principatu succederent, & sic ordinationibus, priscisque institutis *Scaligeræ* prosapiæ derogaretur. Exposuit insuper insolentiam, & maximam ejus in pecuniis coacervandis aviditatem. Ad populum autem commovendum, ut illius cædem approbaret, (confictum forsitan mendacium) adjunxit, id agitasse fratrem, ut uxoris in gratiam, magnam *Germanorum* numerum *Veronam* deduceret, eisque domos & bona distribueret, & sic statu *Veronensium* mutato, ex *Italis Germanos* faceret. Hoc dicto, murmur inter auditores exoriebatur, & dictis fides habita videbatur. Lætus igitur *Canis Signorius* finem cum quadam faciebat vehementia orationis suæ (facundus enim erat orator), se justum, liberalem, & clementem dominum omnibus offerens; honoratum fratrem civibus, benevolum plebi patrem se vocabat. Asserebat insuper, se velle, (pro antiquo *Scaligerorum* more) ut *Paulus Alboynus* in imperio esset socius, cujus bonitas omnibus nota. Approbata fuit ejus mens, & (uti solent subditi) exclamarunt omnes *Vivat Dominus noster Canis Signorius*; eademque hora in Capitolio Areæ majoris, præsente populo, renuntiati sunt *Veronæ* & *Vicentiæ* Domini *Canis Signorius*, & *Paulus Alboynus*, fratres, fidelitasque ipsis jurata, ac sceptrum, veri Imperii signum, in manus traditum. Postea autem *Paulus Alboynus*, licet declaratus fuerit Princeps, parum, aut nil regiminis gerebat. In dies enim comparata sibi potestate, & auctoritate omni, *Canis Signorius* solus imperabat, fratrisque in re nulla fie-

Canis Signorius & Paulus Alboynus, Duces Veronæ.

A bat mentio; officiales omnes, & administratores per *Canem* constituti fuêre: sigillo, nomineque suo signabantur monetæ; Privilegia pariter, investituræ, gratiæ, condemnationes, mandata, ac publicationes, *Canis* nomine fiebant: qui natura sua astutus erat, & cujuscumque affectus optime callebat. Cives igitur elegit eos, quos existimabat natura sui similes, ac blanditiis, beneficiisque sibi fideles redditos, præcipuis præficiebat officiis. Gubernationem militum, Arciumque *Guilielmo de Bevilacquis* concredidit; eumque suum intimum & primum instituit Consiliarium: erat ille nobilis vere magnanimus, cujus majores à *Sca-*
B *ligeris* hisce elevati fuerant, atque Castello *de la Bevilacqua* donati, quod hodie adhuc eorum posteri obtinent. Reperiuntur ex hac prosapia quidam *Veronæ*, aliisque in *Lombardiæ* Urbibus, ab Imperatoribus Comitum titulo insigniti; inter quos præsenti tempore splendet Comes *Joannes Franciscus*, ejusque fratres, divitiis plurimis ornati; quorum fidelitas, & magnificentia Civitatis splendorem augent. Administrationi vero redituum rerum ad dominium spectantium, teloniorum, impositionum, ut & aliarum specialium decimarum, redituumque agrorum
C præfecit *Thomam de Peregrinis* priscum civem, cujus Pater *Andreas Joannes*, & *Peregrinus* prædecessores ejus tempore Reipublicæ, & primorum *Scaligerorum* fruiti fuerant honore Seniorum Urbisque Gubernatorum, ut in Seniorum Catalogo videre est. Huic insuper addidit *Canis* auctoritatem Judicis Fiscalis cum officio Thesaurarii, atque redituum ex ingredientibus & egredientibus mercibus administratoris. Hoc Dominum quoque opulentiorem fecit, ut videri potest in libris authenticis æstimationum; & absque dubio *Thomas* optima fuit Patriæ suæ radix: amplam enim, &
D honestam produxit familiam divitiis locupletem, eximiæ virtutis homines, e quorum numero vivit *Gabriel* Civilis, & Canonici Juris Doctor consultissimus, prudentiæ, integritatis, bonorumque morum verum exemplar.

Status gubernatione ordinata, his duobus dirigentibus, munivit se *Canis* contra adversitates, quæ illi accidere potuissent, à parte *Germaniæ* turbas aliquas & Imperatoris potentiam verens, cujus metu sors brevi eum liberavit. Paulo enim postquam electus fuerat *Veronæ* Princeps, obiit *Ludovicus Bavarus* Cæsar, ac in ejus locum successit *Carolus Quartus*, *Bohemiæ* Rex. Magis autem
E timebat vires cognati *Bernabovis Visconti*, qui potens factus, *Cremonæ*, *Bergomo* & *Brixiæ* dominans, continuo de *Verona* sibi subjiciendo cogitabat; ut universalis Principum imperii dilatandi est cupiditas. *Canis Signorius* igitur uti vir sagax cum factione *Guelfa*, ac cum Cardinale *Ægidio* Hispano, *Bononiæ* & *Romaniæ*, nomine Ecclesiæ, Legato, atque cum Marchionibus *ab Este* Ferrariensibus fœdus inire decrevit, ad communium Statuum conservationem. Et ut fortius amicitiam consolidaret, *Viridem* sororem suam in matrimonium *Nicolao Ferrariæ*, & *Mutinæ* Prin-
F cipi collocavit. Hoc fœdus ingressi sunt pariter *Franciscus de Carraria*, ejus avunculus, *Patavii* Dominus, & *Gonzagæ Mantuæ* Domini; ita ut Magnates illi uniti, cuilibet alio *Italiæ* Principi resistere valerent. Horum fœderatorum Generalis Dux, in *Canis Signorii* gratiam, creatus fuit *Jacobus de Caravallis Veronensis*, vir prudens, ac rerum militarium peritissimus, qui posteà Reipublicæ *Venetæ* copiarum ductor fuit, in bello contra *Genuenses*, ob cujus merita posteri ejus à Republica *Veneta* in Nobilium numerum adscripti fuerunt, & Status uti alii Senatores participes renuntiati. Inter Patricias familias *Venetiis* hodierno

diemno etiam dieilli *de Cavallis*, *Venetiis* & *Veronæ*, reperiuntur. Fœderati ii, quorum caput erat Apostolicus Legatus, bellum contra supradictum *Bernabovem Visconti* (ut eum aliquantum humiliarent, atque factionem *Guelfam Gebellinæ* redderent æqualem) iniri decreverunt.

Anno igitur MCCCLXI, fœderatorum pecuniis, quolibet eorum portionem suam conferente, validus exercitus à Duce *Jacobo* congregatus fuit, adversus *Bernabovem* ducendus; qui districtum *Brixiensem* ingressus in Fœderatorum potestatem redegit quasdam præsidio destitutas Arces, *Pozzalengum* scilicet, *Gavardum*, *Grignanum*, *Gardonem*, & *Pontevicum* cum quibusdam aliis. Pro-
39 gressurus insuper erat *Jacobus* ad subigendam *Brixiam*, cum *Bernabos* armis Fœderatorum resistere haud valeret, uti sagax, misit fidelem quemdam Aulicum ad *Canem Signorium*, ut ei exponeret, eumdem sine ratione ulla hoc contra ipsum bellum suscepisse; ac insuper adjungeret, *Gibellinum* cognatum, & fratrem, contra alterum *Gibellinum*, cognatum, & fratrem pugnare. Præter hæc mandata exposita, *Cani Signorio* reddidit *Reginæ*, sororis ejus, literas, vehementi, ut creditur, affectu, hoc de negotio conscriptas. Quibus intellectis, convictus fuit *Canis Signorius*; fœdere quippe, ut antea non indigebat; quum satis in statu esset confirmatus, majorque timoris sui ratio evanuerat. *Jacobo* igitur copiarum duci clam scripsit, ut per mentem procrastinaret expeditionem, ubi levibus quibusdam rationibus obtentis, a fœdere discessit securus de cognati amicitia. Digresso eo à Fœdere, friguêre Fœderati alii: exercitus dissolutus est, Castellaque Fœderatis dedita præsidiis destituta, ad obsequium *Bernabovis* rediere; quorum nonnulla, quæ ex abjectione animi ab ipso defecerant, in dedecus, ac damnum incolarum mœniis dirutis, in Pagos conversa sunt; sic *Canis Signorius* bellum, quod ipse excitaverat, etiam dissolvit.

Ann. 1623. Pestis. Anno MCCCLXII. *Veronenses* mercatores, in *Apulia* negotiantes, pannosque ad Nundinas deferentes, pestem *Veronæ* intulerunt, quæ mense *Junii* incepit, indiesque mense *Julio* ingravescens, superveniente Autumno in tantum excrevit modum, ut circa finem *Augusti* & *Septembris* ad ducentos usque homines quolibet die raperet; adeo ut omnes periissent, nisi urbem plane deseruissent: unde quatuor, continuis mensibus solitaria extitit *Verona*, mense scilicet *Octobris*, *Novembris*, *Decembris* ac *Januarii*, mortuorum accuratus numerus ignoratur; quidam vero, hanc commemorantes stragem, tertiam *Veronæ* partem vita privatam fuisse referunt.

Civibus autem, populoque reversis, visum fuit *Cani* uxorem ducere, ut Statui legitimam procrearet successionem. Duos autem genuerat filios, cum totidem filiabus ex quadam amasia sua ex domo *de Pittatis*. Mense igitur *Majo* matrimonium cum *Agnete* filia Ducis *de Durazzo*, (& magnæ *Apuliæ* partis domini) iniit, ac mense Septembri sponsam *Veronam* deduci curavit, anno MCCCLXII. quæ magno nobilium Fœminarum, & virorum comitatu urbem ingressa est. Ad nuptias hasce invitati fuere Marchio *Nicolaus ab Este Ferrariæ* Dominus, cum *Viride* uxore sua, *Franciscus de Gonzaga Mantuæ* Dominus, *Beatrix Regina*, *Bernabovis Visconti* uxor, quæ cum honorificentissimo & sumptuosissimo nobilium *Mediolanensium* tam matronarum, quam Procerum, & comitatu & ministris honorabilioribus, atque equis omnibus serico coloris coccinei tectis advenit. Fuerunt nuptiæ eæ splendidissimæ, & sumtuosissimæ omnium, quæ a centum annis in *Italia* umquam celebrata fuerant. Quindecim dierum spatio Aulam patere voluit *Canis*
A *Signorius* omnibus, qui lautioribus epulis & potu excepti. Advenas omnes cum equis & famulis, propriis aluit expensis. Instituit hac occasione saltationes, hastiludia, ludicra certamina; tamque viris quam fœminis cursu asinorum, mularum, equorum velocium & barbarorum certantibus, præmia proposuit. Excellentiores *Italiæ* musici tam vocales, quam instrumentales cujuscumque generis his nuptiis adfuere. Septimo harum nuptiarum die, annum agenti circiter vigesimum quartum, sponsa copulata est in Ecclesia Cathedrali per urbis Episcopum, post Spiritus Sancti missam
B celebratam. Sponsalibus peractis, Princeps uxorem amplexus, Palatium versus progrediebatur, sequentibus aliis proceribus binis atque binis, viris scilicet uxores suas pariter amplexis. Hos magna tibiis & tubis canentium copia, vexillis expositis, mirabili magnificentia præcedebat, & sequebatur. Convivia, ut legitur, singularia fuêre, & quidam, qui iisdem interfuit, scribit, ex centum, & triginta ferculis, multa fuisse carnibus, piscibus, aliisque culinaribus compositionibus variata. Plura alia fuerunt admiranda, quæ brevitatis gratia omittimus.

Nuptiis peractis, regressisque convivis, ædifi-
C cationibus incubuit *Canis*, & pulcherrima, illisque temporibus digna excitavit opera. Turrim enim condidit ad ingressum majoris Plateæ, quæ *Gardello* nuncupabatur, & cui Horologium impositum, quod die nocteque ad Civitatis commodum horas indicat. A fundamentis exstruxit omnia loca, ubi hodie habitant famuli, & officiales Ducis, constructis cellis profundioribus ad vina collocanda aptis. Hortum altis ac firmis cinxit muris, qui hodie adhuc conspiciuntur. Palatium pluribus conclavibus auxit, & instruxit. Multas insuper in Ditione sua curavit exstrui domus, in Arcibus, qua ante centum circiter annos dirutæ In quolibet villa ma-
D jori amplam tenebat domum, ad reditus colligendus suos; tres enim cujuslibet decimæ possidebat quadrantes, unde centum millia annuatim provenmebant florenorum. Mirandam insuper fundorum, agrorumque possidebat copiam, adeo ut propria ejus bona, illa Dominii longe superarent. Per ingentes hosce reditus, quum natura parcior esset quam largior, brevi tempore ditissimus evadebat, & magnam pecuniæ coacervabat summam. Videns autem uxorem sterilem, amor ejus erga spurios crevit, ita ut omnia conaretur, quo ipsos imperii heredes relinqueret. Huic suo desiderio
E unicum esse obstaculum cognoscens fratrem *Paulum Alboynum*, curabat ut ille *Verona* abiret, & castra sequeretur cujusdam Principis, aut Reipublicæ; vel alio modo extra patriam vitam ageret: quod omnimodè recusabat *Paulus Alboynus*, qui cognoscebat, sibi omni jure competere successionem in Imperio; & hoc eo magis, quia *Canis Signorius* debilis erat, atque constitutionis infirmioris, cujus vita ideo in longum protrahi non posset. Discordia idcirco inter eos orta, quam excepit odium, quod indies relationibus iniquis auctum, in apertam erumpebat inimicitiam. Delatum igitur *Cani Signorio* fuit, fratrem suum una cum quibusdam
F aliis in mortem ejus conspirasse; hac de causa (sive vera fuerit, sive ficta) noctu in carceres ducti fuere *Paulus Alboynus* Frater, *Dominicus* Fratrum prædicatorum in conventu *Sanctæ Anastasiæ* Prior, *Joannes de Sacramose*, *Bartholomæus de Pitatis*, *Aloysius de Morandis*, *Buonhuomo de Aleardis*, *Albertus da Mizolle*, *Bernardinus de la Raffa*, *Michaël Seccadenari* nuncupatus, aliique conspirationis in Dominum incusati. Inquisitiones contra ipsos factæ fuêre, atque torminibus interrogati omnes, quorum major pars conspirationem fassa est; in causa vero propria judicem agere nolens, senten-

tiam ferendam Justitiæ Prætori cum Aula demandavit, ac per eos supradicti Rei mortis damnati fuere. Sententia executioni demandata, *Paulo Alboyno* excepto, cujus ob dignitatem judices habebant rationem, & ipsum Arci *de Peschera* ad vitæ usque finem includi jusserunt. Bona, illorum ut rebellium, Fisco addicta sunt. Sequenti anno *Canis Signorius* viam Filiis suis faciliorem reddere, & omnia quæ ipsis, ne imperio potirentur, obstare possent, tollere cupiens, alium conquisivit suspectorum numerum, & in carceres eosdem conjecit, amicos scilicet, & fautores *Pauli Alboyni*, quia existimabant, illum injuste inclusum teneri in Arce *de Peschera*, atque in illius favorem palam, exiguo Principis respectu habito loquebantur. Causam igitur præbuere, quare de iis, ut malevolis puniendis cogitaretur. Cumque non videretur sufficiens inquirere in eos, quod fratri faverent, aliis enormibus criminibus accusati sunt; quorum præcipui laqueo suspendi jussi, cæteris in carceribus retentis. Suspensi fuerunt *Joannes Petrus* Naturalis *de la Scala*, *Joannes Grassus*, filius Oeconomici Aulici, *Gilettus Aldi da Lignago*, & *Cantius de Conradinis*.

His quatuor morte sublatis, animus ejus requievit, & ipse timore omni se liberatum existimavit. Ad urbis itaque commoda reversus, quum cives aquæ penuria laborare videret, plurimi enim procul à flumine habitabant, puteique, propter ingentes sumptus, pauci reperiebantur; eorum quippe unus temporibus eis florenis ad minimum constabat octoginta, & plures eorum antequam satis profundi effoderentur, operariorum inscitia ruebant, terraque inferius suffocabantur fodientes: decrevit itaque in urbem ducere Fontem *de Avesa*, & per alveos petræos, ac lateritios eum per portam *Sancti Georgii* immisit; inde in hortum Abbatis Sancti *Georgii de la Brayda*, ubi cisternam, in qua purificaretur aqua, ædificavit; plumbeus etiam canalis factus fuit has recipiens aquas a dicta cisterna usque ad plateam *Veronæ*. Canalis iste Ponti *de la Preda*, ut urbem ingrederetur, innitebatur, atque ex eo aliquot deductis Tubulis, aqua in domus proximas & remotiores pro Tubulorum longitudine ingrediebatur; talique modo tercentis domibus aqua usque ad plateam majorem prospiciebatur, ubi ad populi commodum plura egrediuntur epistomia. Fons is hodierno etiam die, sed minori quantitate, aquam civibus impartitur, canalis quippe major plumbeus, ante aliquot jam annos sublatus, ac in ejus locum alter ligneus repositus, qui continuo destillat, quumque malè compaginatus sit, rimas agit. Cives igitur hodierni non magni faciunt hanc aquam, quum facilis, & exiguæ expensæ repertus sit modus effodiendi puteos. Præter fontem hunc *Canis Signorius* perfecit *Pontem delle Navi* inchoatum ingenio & opera duorum Architectorum, *Joannis* scilicet *de Ferrara*, & *Jacobi da Gozzo*, quorum in construendis ejusmodi pontibus magna erat peritia; paulo enim ante, felici successu extra *Paviam Tesino* pontem imposuerant. Constabat illi pons iste *delle Navi* triginta *Florenorum* millibus, præter necessarios operas agricolarum a civibus mercede conductorum. Studio autem ædificandi captus, granaria erexit sua eximiæ amplitudinis inter portam *de la Brayda*, & eam *de li Reisiglivoli*, nec unquam videbatur defatigatus, aucto in ipso indies appetitu nova construendi ædificia, quibus quinque consumpsit annos, nihil aliud suscipiens. *Vicentiæ* pariter ut & in Territorio multa nova erexit ædificia ingentis expensæ; & licet avarus fuerit, repetere tamen sæpe solebat tritum illud proverbium, ædificare jucundam esse ad paupertatem viam; & si privatus fuisset Civis, nulla alia cupiditate ad facultates suas dissipandas inductus præter ædificandi studium, credere se, illum benefacere posteritati.

Anno MCCCLXXIV. infirma ejus corporis constitutio eum debilitabat. Ab ætate enim usque puerili stomacho male affecto laborabat, qui difficulter admodum digerebat cibos; ideoque sæpe febri laborabat; & quoniam ob aliquam offensionem in iram erat pronior, facile infirmabatur; quumque infirmitati ejus quies esset necessaria, cogitare cœpit de parando defuncti suo corpori habitaculo, putans se in illud collocatum, eumdem ac in vita honorem, habiturum. Vocatis idcirco ad se excellentioribus sculptoribus, & architectis, qui tunc in *Italia* reperiebantur, tumulum suum ad instar mausolei, figuris, & ornamentis magnificis, nullis parcens sumptibus, exstrui curavit. Atque in hoc non solum æquare voluit, sed & superare Patrem suum *Mastinum*. Tantumque in hoc opere studium adhibuit, ut antequam è vita decederet, id perfectum cerneret. Epigramma præterea *Latinum* ipsemet composuit, post ejus mortem tabulæ, ad hoc paratæ, insculpendum. Morbo paulatim ingravescente, vires eum sensim sensimque deficiebant; & Anno MCCCLXXV. sub finem mensis Augusti, morbus eum lecto plane affixum detinuit. Die autem XIV. *Septembris* morti se propinquum sentiens, dilectos suos ad se vocavit, *Guilielmum Bevilacquam*, & *Thomam de Peregrinis*, cum aliquot urbis primatibus; posteaque arcessi curavit *Bartholomæum*, & *Antonium* filios quindecim annorum alterum, tredecim alterum, eosque, præsentibus hisce nobilibus, ita alloquutus est: *Filii mei, amor meus erga vos tantus est, ut ejus causa aliquod suplicium subire non verear, cum vita decessero, vos Principes relinquere volens; & si in hac re pecco, judicio divino me submitto: libenter enim pœnas sufferam, dummodo vos prosperitate gaudere noverim. Pulcherrimum, nobilem, & fidelem vobis relicturus sum Statum; si vos humani, & prudentes eritis, eodem diu fruemini, sin autem mali, stulti, & discordes, mutabilis erit iste, & brevis. Vobis autem ut dominus impero, ac ut propensus pater rogo, ut obediatis eis, quos semper colui; quorum gubernationi & inspectioni ego vos trado. Præ cæteris autem vobis constituo* Guilielmum Bevilacquam, *hic præsentem, ut patrem,* Thomamque de Peregrinis *tamquam gubernatorem. Si illorum utemini Consiliis, vos diu fore salvos, non dubito. Relinquo vobis Statum, eumque omnibus bonis abundantem: vobis, super omnia, timorem Dei, & justitiam, populosque vestros commendo; quibus si vos bonos, justos, & pios exhibebitis Principes, illi fidelitatem vobis servabunt.* Quum vis lacrymarum plura non permitteret, finem loquendi fecit. Stipulatum illico fuit testamentum, per manus *Alberti da Monselice* Cancellarii sui conscriptum; cujus tenor erat, quod institueret heredes Status & Imperii *Veronensis*, & *Vicentini*, & quorumcunque bonorum suorum, tam mobilium quam immobilium, dictos *Bartholomæum*, & *Antonium* filios suos naturales, legitimatos tamen. In Camera autem ejus jussu stipulatum hoc testamentum, idem sequenti die populo prælectum fuit; atque dicti *Bartholomæus*, & *Antonius* ad Capitolium plateæ majoris deducti, renuntiati & publicati sunt Principes, & Domini *Veronæ*, & *Vicentiæ*, atque à civibus, & populo fidelitas eis jurata fuit, secundum prædecessorum Principum, & Dominorum *Scaligerorum* institutum.

Infirmitas Canis Signorii.

Canis Signorii Alloquium ad filios.

Bartholomæus & Antonius de la Scala Principes.

Paulo post Dominus is filiorum amore obcæcatus, sibi adferri jussit acta in causa conspirationis contra ipsum initæ à *Paulo Alboyno* fratre, quibus per aliquos Jurisconsultos Aulicos suos examinatis, renuntiatum est, sententiam de perpetuo carcere esse iniquam, ipsumque mortis esse reum

pro

41 pro delicto commisso. A qua sententia cum per commodum proprium appellaret *Canis Signorius*; commissa denuo fuit causa novis Judicibus, & reformata in melius, mortisque damnatus *Paulus Alboynus*. Res equidem injustissima, magnæque cæcitatis desipientis Principis, qualis erat dictus *Canis Signorius*, qui stulte novum fratricidium excusare præsumebat, callida hac inventione, terminis obfuscata legalibus. In hujus novæ sententiæ executionem supplicio affectus fuit *Paulus Alboynus* jussu Principis in Arce *de Peschera*.

Hujus mortem brevi sequutus est obitus *Canis Signorii*, qui tribus diebus loquela destitutus, die decima nona *Octobris*, quum triginta sex vixisset an- A nos, exspiravit. Pomposis elatus fuit exsequiis, equitibus, vexillis, tercentisque pedissequis, funebribus indutis vestibus, hora secunda noctis, toto Clero, Civibus, militibus, ac populo ad tumulum comitantibus. A quatuor celebrioribus urbis Doctoribus feretro delatum ejus corpus, collocatum tandem fuit in tumulum ab ipso ædificatum, opere magistri *Bonini da Campo Lione*, Architecti *Mediolanensis*, & sculptoris celeberrimi; tumulumque ultra decem millia florenorum constitisse ferunt. Epigramma secundum ipsius mandatum lapidi insculptum versibus rhythmicis heroicis, sequentis tenoris.

SCALIGER. HAC. NITIDA. CVBO. CANSIGNORIVS. ARCA
VRBIBVS. OPTATVS. LATIIS. SINE. FINE. MONARCHA.
ILLE. EGO. SVM. GEMINAE. QVI. GENTIS. SCEPTRA. TENEBAM
IVSTITIAQVE. MEOS. MIXTA. PIETATE. REGEBAM.
INCLITA. CVI. VIRTVS. CVI. PAX. TRANQVILLA. FIDESQVE
INCONCVSSA. DABVNT. FAMAM. PER. SAECLA. DIESQVE
ꝏCCCLXXV. OCTOBRIS XIX. OBIIT. MAGNIFICVS. CANSIGNORIVS.

Duo isti adolescentes Principes imperio paterno relicti hæredes, primis annis boni regiminis spem fecerunt Populo: & hoc quidem, quia regimen administrabatur ab iis, qui utile, & honorem illorum intendebant, justitiamque administrantes, & clementia utentes, eosdem populo gratos reddere conabantur. Primis horum imperii sex annis *Veronenses* maximoperè locupletes evasisse leguntur. Lanificium autem in urbe erat florentissimum, propter pecorum in regione ea copiam. Conficiebantur ibi ad sex & usque septem millia volumina pannorum eximiorum, & pretiosorum, quæ in Regnum *Neapolis* venum exponendæ devehebantur, unde proventus major pars numeratæ erat pecuniæ, ita ut mercatores ad octingenta millia florenorum quotannis lucrarentur. Quapropter suas exornare domos cœperunt; & ut nullus ædificare recusaret, publice proclamatum est mandato Dominorum illorum, ut fulcra omnia lignea in viis expositæ (quorum magna reperiebatur copia) auferrentur sub pœna centum librarum ab inobedientibus solvendarum pro quolibet eorum, ultra præfixum tempus existenti. Omnia igitur sublata, atque frontispicia domorum recta, planaque reddita. Et si alter cum altero, vel plures coædificare vellent, illud ipsis concedebatur, dummodo pavimenta pulchra construerentur forma. Atque sic urbs lignea reddita est lateritia & petræa; plures quoque domus, quarum habitacula terrena erant, elevatæ fuerunt, & tabulatæ.

Hac ratione *Verona* exornari cœpit, atque ad majorem pulchritudinem absque dubio pervenisset, si domini ii paternis obtemperassent mandatis. Sed *Antonius* adultior, anni ætatis vigesimi, plus, minusve; quia ingenii erat acutioris, atque ad decipiendum fratrem pronus, imitari cœpit Patris opera pessima; bonorum, si bona quædam ab illo umquam gesta, oblitus; & cogitans, gloriosius esse, dicere, *hoc est meum*, quam, *hoc est nostrum*: lectione quippe priscarum Historiarum dedicerat (peritus enim literarum erat Latinarum) *Tyrannos dominandi gratia omnia patrasse scelera*; firmiterque sibi proposuit interficere *Bartholomæum* fratrem suum majorem, tranquillum virum, non adeo sagacem, sed superbum, ambitione plenum, & prudentia destitutum. Nec defecerunt improbi & callidi homines, qui (malitia cognita *Antonii*, ad malum proni) pejora eidem suppeditaverunt consilia, suam offerentes operam, ut valen- B tiores evaderent atque ditiores. Quo autem maturarent abominabile hoc scelus, claves adulterinas ad conclave hujus Domini confici curarunt; & die quadam, quum ad venationem profectus esset *Bartholomæus*, pessimi duo satellites, ab *Antonio* fratre missi, sub lecto *Bartholomæi* sese abscondiderunt: tunc enim temporis lecti in usu erant majores, & inferius asseribus clausi. Noctu vero cum cubitum iret *Bartholomæus*, ut quietem caperet, una cum *Galvano da Pojana* egregio adolescente, intimo suo, ac Thesaurario, fatigati exercitio illius diei, facile obdormierunt. Quum autem somno addormirent profundo, aggressi facinus sicarii illi C ambos crudeliter occiderunt, & illico hujus certiorem reddiderunt *Antonium*; à quo alius excogitatus fuit prætextus, ad scelus commissum tegendum. Ea ipsa nocte, quæ excepit diem duodecimam Julii anni MCCCLXXXI. hæc duo corpora è palatio plateæ sublata fuere, atque delata ad atrium *Sanctæ Cæciliæ* ad latus portæ domus *Antonii Nogarolæ*; atque hoc non sine plausibili suspicione. Habebat enim *Antonius Nogarola* egregiam, atque honestam filiam, in cujus amorem *Bartholomæus* aliquantulum proclivis videbatur. *Antonius Scaliger* idcirco suspicionem injicere volebat, cædem fratri, & socio illatam fuisse à populo in ædibus D *Nogarolæ*, quasi forte tentassent vim inferre huic virgini. Ac uti huic figmento verisimilitudinem conciliaret, statim comprehendi jussit *Spinetam de Malaspinis* Marchionem, dictæ virginis *Nogarolæ* amatorem, ei imputans, ex zelotypia illos interfecisse. Jussit præterea diripi domum infelicis & innocentis Patris hujus virginis, qui furore Domini hujus perterritus, quasi reus criminis ab eo numquam commissi, fugam arripuit. Figmento autem huic nulla apud cives habita fides: quindecim enim dierum spatio veritas innotuit omnibus; & sicarii, qui scelus hoc commiserant, multum valuerunt apud Principem. Tertio à morte die se- E pultus fuit *Bartholomæus Scaliger*, cui, ut Principi, honorificæ a fratre solutæ sunt exsequiæ, qui paulo ante ut inimicus eumdem trucidari jusserat.

Cædes Bartholomæi de la Scala.

Execrabile hoc facinus ab *Antonio* patratum cum subsequentibus aliis, dum scilicet *Nogarolam* injuste ejiceret, atque *Spinetam* in carcere detineret, summopere omnibus displicebat; præ ceteris vero *Guilielmo de Bevilacquis*, & *Thomæ de Peregrinis*, maxime; qui, cum viderent, homines novos, pessimæ indolis, recens in intimos Principis receptos, uter-

uterque ab Aula recessit. *Guilielmus* vero, natura sua virilis & audax, non poterat (*Cani Signorio* quippe promiserat, se filiis ipsius haud defuturum) quin animum suum *Principi Antonio* aperiret, in pessima ejus facinora invehens, pro sua prudentia gnarus, eam esse viam, quæ prosapiam *Scaligeram* ad præcipitium duceret; quapropter (ut Comicus ait, *veritas odium parit*) brevi horum Princeps rationem habuit; & non multo post, odium erga illum erupit: expulsus enim fuit *Guilielmus*, bonis suis omnibus direptis: idcirco una cum *Spineta* confugit ad Comitem *Joannem Galeazzum*, *Mediolani* Principem (*Comitem virtutis* nuncupatum) virum magnanimum, potentissimumque; & hæc fuit causa ruinæ, & exitii *Antonii*, ut inferius dicemus.

42 Præterlapso hoc anno lamentabili, quod *Antonio* lætum fuerat, ipse uxorem ducere decrevit, & sicuti naturalis filius erat, fratricidioque contaminatus, ab aliis degeneravit *Scaligeris*, & appetitui deditus, dignitate posthabita, duxit in uxorem filiam Domini *Guidonis da Polenta*, qui Ecclesiæ nomine Vicarius *Ravennam* regebat & *Cerviam*. Formosa quidem erat sponsa, sui ipsius potius quam alterius amans, ac eo dementiæ pervenerat, ut nullum mortalium sua persona dignum sibi persuaderet; nec mortalem se sed cælestem putabat: dolebat, quod *Jupiter* e Cœlis non descenderet, ut ejus frueretur divinitate. Ipsaque altera fuit causa, quæ ruinam promovit *Antonii*, qui se uxoris non reddidit maritum, sed amasium. Cui ut satisfieret, amplissimi regni haud suffecissent divitiæ. Die autem vigesima quinta *Julii* deducta fuit *Veronam Samaritana*, (sic enim ea vocabatur): Nuptiæque pompa non minori celebratæ fuerunt, quam *Canis Signorii* Patris sui; hoc tantum discrimine, quod his minor intererat nobilium numerus, quam præteritis. Sed major in vestibus, ac novæ sponsæ ornatibus erat magnificentia; affirmantibus iis, qui nuptiis aderant, talibus vestibus, auro gemmisque eam ornatam fuisse, ut septuaginta millia florenorum pretium ostentaverit. Magnitudinem animi sui ostendit iste Dominus: in iisdem enim nuptiis plura instituit hastiludia; eligens septem strenuos adolescentes amicos suos, quos septem acierum duces constituit; acies enim quælibet undecim constabat equitibus, qui generosis vehebantur equis, probe armati, vestibus sericis variorum colorum induti, quolibet symbolum gestante vestiarium. Hi jussi agere hastiludia, ludos Circenses, equestres, ludicra certamina, aliosque ludos, & spectacula in honorem nuptiarum, & ad populos recreandos. Septem ii fuêre *Fredericus de Ciprianis*, & *Bartholomæus de la Campagna*, quorum utraque acies vestibus induta erat albis; *Bartholomæi de Sandro de Nogara*, & *Petri da Saccho*, ambæ acies rubris vestibus indutæ; *Franciscus de Marzariis* viridi imperabat aciei; *Bartholomæus de Dolcettis*, & *Justinianus Faella*, ducebat cœruleam. Horum nobilium aliquot posteri, hodierna die *Veronæ* existunt, nominatim prosapiæ *de la Campagna*, *de Dolcettis*, *da Saccho*, atque *Faelli*; qui temporibus vixerunt nostris, *Joannes* scilicet *Ludovicus Faella* utriusque Juris Doctor, & Eques, *Maximiliani* Cæsaris Consiliarius, & Orator. *Samaritanæ* jam *Veronæ* commoranti Aulam nobilium fœminarum constituere opus fuit, aliasque ministras, nobiles pedissequos, & officiales, numero & expensis majoribus, quam eos *Antonii*. Neque hæc sufficiebant damna, ad extenuandas opes Principis, sed, quod pejus erat, amicis, & fidelibus se reddebat destitutum: curavit enim insuper fœmina ista, antiquos omnes domesticos & ministros Aula expelli, aliosque novos introduci, ut ii pro beneficiis ab illa acceptis, Dominum inducerent ad satisfaciendum

A dum appetitui uxoris. Sic quinque transierunt ferè anni, quibus *Antonius* de nulla alia re poterat esse sollicitus, nisi ut uxori suæ complaceret. Et in eo forte sopore quasi fuisset obrutus, nisi urgens necessitas ad arma capienda, seque defendendum, eum adegisset. Vicinus erat per ditionem, quam tenebat, *Franceschinus de Caldonazzio*, Baro *Tridentinus*, & Dominus quarumdam arcium *Vallis Suganæ*, ditionis, & districtus *Vicentini*; atque ut homo, qui nullam habebat *Antonii* rationem, præsumebat superioritatem sibi vindicare duorum pagorum, quos Domini *Scaligeri* semper possederant, ex quo *Vicentia* ipsorum ditionis fuerat. Incitatus igitur

B *Antonius* à *Vicentinis* contra *Franceschinum*, tercentos misit equos, qui cum quingentis aliis regionis *Vicentinæ* militibus, vallem ingressi *Suganam*, totum illius districtum deprædati sunt, & flammis deleverunt; ita ut fugam arripere, seseque ad *Franciscum de Cararia*, *Patavii* Dominum, (cujus erat dux copiarum *Franceschinus*, amicus, & fidelis assecla) confugere coactus fuerit. *Franciscus*, divulgata fama, se summa affectum esse injuria, atque ad Bellum per *Antonium* provocatum, eo quod levi ex ratione, nullaque ratione habita relationis, quam ad ipsum haberet *Franceschinus*, eumdem aggressus fuisset, anno MCCCLXXXV. cum magno

C militum numero contra *Antonium Scaligerum* profectus est, & pagum de *Menerbe* cum quibusdam vicinis aliis subegit. Necesse igitur fuit *Antonio*, arma capere contra *Patavii* Dominum, suumque Ducem creavit Generalem *Cortesiam Marassum Saraticum*, *Vicentinum*, quem valde diligebat: paucis quippe ante diebus junxerat ei in uxorem *Luciam*, sororem suam, amplissima dote duorum vicorum in districtu *Coloniæ* sitorum, quorum alter *Lucha*, *Amicha* alter vocatus, qui hodierno die à posteris ejus possidentur. Ex hac *Saratica* prosapia *Veronæ* existunt quidam Comitum titulo ab Imperatoribus ornati. Is igitur *Cortesia* animosus magis, quàm prudens, cum

D *Scaligeri* exercitu hostium regionem ingressus est, offendendi avidus; ignorans consultius esse, propria servare, atque expectare loca opportuna ad hostem oppugnandum. Quum autem *Patavinis* aciebus, quarum dux erat *Azzo de Ubbaldinis*, vir sagax, armisque summopere exercitatus, propior esset factus, prope locum, *le Brentelle* nuncupatum, prælium inchoatum fuit; & Victoria, licet sanguinolenta, & damnosa, penes *Patavinos* die illa fuit, qui magna captivorum copia cum victualibus potiti. Victoria autem talis fuit, ut debiles Victores Victoriam prosequi minime possent: necesse enim fuit illis se refocillare, exerci-

E tumque remittere. Bellum interea continuabatur, gentibus invicem in confiniis tam *Veronæ*, quam *Vicentiæ* sese deprædantibus, modo se defendentibus, modo *Patavinos* infestantibus, usque quo vires fuere recollectæ ad novos formandos exercitus.

Anno MCCCLXXXVII. extremas adhibuit vires *Antonius de la Scala*, & duce mutato, fortunam quoque se commutaturum existimans, conduxit *Hostasium da Polenta*, cognatum suum, magna *Romandiolorum* militum copia, qui quum juvenis esset, ac exiguæ prudentiæ, bellum inchoavit,

F quasi in patria sua, ubi inter aliud atque aliud castellum, aut vicum facile exoriuntur contentiones, bellum gereret, munitiones castrorum hostilium stolidè aggressus est. Castrametabatur *Azzo Ubbaldinus* cum exercitu *Carrariensi* circa confinia prope *Castel Baldo*; & studio in locis tutioribus, situque ei commodis, hostibus vero damnosis (si ad certamen veniretur) se locare studebat; cum autem nullus ipsi locus natura satis videretur munitus, fossis, aliisque militaribus propugnaculis se cingebat. *Hostasius* talium imperitus, milites suos humanas

manas vires excedere sibi persuadens, magno suo cum detrimento timiditatem hostium vilipendebat: ex quo evenit, ut minimo *Patavinorum* damno fractus, & dissipatus fuerit exercitus *Scaligeri*; quoniam præter cæsos, quorum numerus duo excessit millia, tria millia numerabantur captivo-
43 rum, vexillis, tentoriis, curribus, cæterisque omnibus belli impedimentis à *Patavinis* captis. Hæc victoria, absque dubio major fuit præcedenti: victores quippe majorem utilitatem inde capiebant, minusque experti erant detrimenti.

Prodigia. Hujus, aliarumque ruinarum Statuum *Scaligerorum* signum, & prodigium extitit duobus antea mensibus. In arce quippe de *Hosteglia*, vexilla ea parva, summitati Turris, ut moris est, affixa, in quibus pictæ erant Scalæ, die quadam multitudo cornicum, ingenti facto strepitu, circumvolitans, deinde omnia vexilla ea rostris laceravit. Horridum alterum indicium futuri excidii *Antonius* ipse vidit; ipso enim die, quo egressæ fuerunt ultima contra hostes tentaturæ ejus copiæ, quas ipse ducebat, equo vectus, simul ac urbe exierat, cecidit in planitie equus, domino suo in terram projecto, & graviter afflicto, ita ut quasi fatalis à summo Deo *Antonii* præsignaretur ruina, in pœnam Fratricidii, aliorumque maxime enormium facinorum, ab ipso patratorum. Cladibus autem hisce duabus & viribus, & pecuniis orbatus *Antonius*, animoque prorsus destitutus fuit; populisque vociferantibus, mala ea omnia a Divina justitia esse immissa, cujuscumque ipse fugiebat aspectum; & in *Castello Veteri*, solus ambulans mœrore conficiebatur. Inimici ejus, & præcipue illi, quos contra rationem bonis spoliatos in exilium ejecerat, uti *Spinetta* Marchio, *Guillielmus de Bevilacquis*, de Patre ejus benemeritus, & *Antonius Nogarola*, ob *Bartholomæi de la Scala* tragœdiam, expulsus; illi omnes stipendia merebant Potentissimi Domini *Galeazzi*, Ducis *Mediolani*, & Comitis virtuosi; atque dictum dominum adiere, demonstrantes illi modum, ac facilitatem *Verona*, ac *Vicentia* cum reliquo *Marchiæ* districtu potiundi, si proficisci juberet exercitum ad hanc expeditionem, asserentes, se certo scire, subditos ægre ferre *Antonii* dominium; ita ut hasce duas subigere urbes in ejus esset arbitrio; & ad obtinendum in eas dominium non deesse, nisi ut milites suos easdem ingressuros mitteret; offerentes insuper, mensis unius spatio totum *Antonii* imperium ipsi subjicere. Addebant ad hæc, quum *Brixia* nuper in manus ejusdem *Joannis Galeazzi*, una cum aliis, quæ *Bernabovis* fuerant, pervenerit, posse a *Veronensibus* prius conspici exercitum, quam aliquid de eodem audiri, per vicinitatem, & breve iter ab urbium altera ad alteram. Hisce rationibus & persuasionibus apud *Joannem Galeazzum* de ruina agebatur & destructione *Antonii de la Scala*. *Mediolanum* insuper accedebant duo Legati *Francisci* Secundi *de Carraria*, implacabilis *Antonii* hostis, omnes *Francisci* vires cum victorioso Duce *Azzone de Ubbaldinis Galeazzo* offerentes, declarantes insuper illum concedere ut *Verona*, & *Vicentia* Domino *Galeazzo* subjicerentur, dummodo hostem suum destructum, exutum, & nido suo ejectum cerneret. Amplæ huic oblationi aures præbuit Dux *Mediolani*, & illico copias suas ad expeditionem hanc misit, junctis secum *Carrariæ* copiis, & eorum ante dicto Duce. Exercitus sui duos constituit delegatos, *Spinettam Malaspinam* scilicet, & *Guillielmum de Bevilacquis*, *Veronenses*; qui *Brixiam* abierunt, ubi conveniebat exercitus. Publicato contra *Antonium* bello, & populo ad revolutionem jam disposito, cives haud defuerunt *Veronenses*, & *Brixiam* profecti, *Spinettæ*, & *Guillielmo* modum *Veronam* ingrediendi obtulere; affirmantes *Antonium*, & militibus, & spe urbis servandæ esse destitutum.

A *Brixiæ* igitur firmatus fuit modus per *Ugoccionem*, & Fratres *de S. Georgio*, quibus demandata erat custodia Portæ *S. Maximi*, ut Ducali exercitui advenienti eadem Porta pateret. Congregatæ igitur copiæ Ducis in *Brixiensi* ditione, illæque *Francisci de Carraria* in *Albaredo* fluvium *Athesim* die tertia decima Octobris, anno MCCCLXXXVII. transeuntes ingressæ sunt omnes Territorium *Veronense*, & *Carrariensibus* cum Ducalibus unitis, die decima octava *Veronam*, ordine pulcherrimo adierunt, atque secundum acta illa, de quibus modo diximus, tradita fuit Porta *Sancti Maximi Spinettæ*, & *Guillielmo* Ducalibus delega-
B tis. His auditis, *Antonius* attonitus, omnique destitutus remedio, ultima experturus, claudi jussit portas secundi muri, qui urbem à suburbio *Sancti Zenonis* separat, & se se illo in loco munire velle ostendens, campanarum Turris pulsu populum ad arma excitavit. Huic aperiri jussit armamentaria, ut quisque se se armare posset; omnes autem conatus ii vani fuere: quoniam multi ex popularibus, armis captis, vim intulerunt armamentariis & granariis Domini, eaque deprædati sunt; postea vero dixerunt, se non valere ad resistendum viribus tanti exercitus urbem jam ingressi. Perterritus idcirco miser iste, ingressus est *Castellum Vetus*, pontes-
C que levavit. Cives interea cum populo Capitaneum suum elegerunt *Aleardum de Aleardis* equitem, & post ipsum sex Consiliarios, qui pacisci deberent cum copiis Ducalibus, atque honestis conventionibus urbem illis tradere. *Antonius* interim in Castello Veteri existens, per Tubicinem significavit *Guillielmo Bevilacquæ*, ut in locum aliquem veniret, quo coram colloqui possent, propositurum enim se esse pacta pro communi bono. Illuc ergo venit *Guillielmus* præsidio valido satis munitus; & ambo invicem diu collocuti sunt. Tenor petitionis *Antonii* erat, ut armistitia ad duodecim concederentur dies, quibus ipse Ducem *Joannem Galeazzum* adire, ab eoque petere vellet quoddam pro
D urbe *Verona* æquivalens, ostendens *Vicentiam* se retinere velle. Cui post longas interlocutiones tandem respondit *Guillielmus*, se circa hoc nihil a Duce habere in mandatis, sed *Verona* dedita, se ipsi concessurum, reliquis consentientibus copiarum Delegatis, ut incolumis *Mediolanum* proficiscatur. Quum hæc ad votum non essent *Antonii*, ipse abire constituit, veritus ne detineretur captivus. Ut autem ignominioso suo abitui speciem quamdam honoris conciliaret; convocatis aliquot Notariis, ac testibus, Dominio *Veronæ*, & *Vicentiæ* renuntians, potestati Imperatoris illud cessit, ac aliquot *Germanos* milites cum ipsorum ductore Arci imposuit, ut milites Imperatorios & præsidiarios. Hoc peracto, accitos *Veronæ* Gubernatores, Capi-
E taneum, ac Consiliarios recenter electos monuit, ut, urbem pro Imperatore legitimo Domino servarent; protestatus insuper de damno inde resultaturo, si id negligerent. Protestationem hanc suam ut conscriberent, tres publicos vocavit Notarios. Quo facto, noctu discessit, ac transiens fluvium per Arcis pontem, *Venetias* versus iter suscepit, aliquot diebus anteà uxore eo missa cum bonis, & rebus omnibus, quæ asportari potuerunt magna navi, per fluvium, *Ravennam* usque. *Antonii* discessus, licet majori parti fuerit exosus, Cives multo affecit dolore, quibus durum videbatur
F *Mediolanensibus* sese submittere, & pati, ut imposterum sanguis ipsorum ab exteris sugeretur; plures- 44
que ab eo beneficiis affecti summam ostenderunt mœstitiam, ut familia *de Seraticis*, *Veritati* & *Maffei*. Hæ tres familiæ hodierno die in urbe, dignis ornatæ viris, & prosperitate florent: Ex illa autem *de Veritatis*, *Hieronymus* adhuc vivit, vir doctus, multisque egregiis dotibus or-

Sarayna. [F] natus.

natus. Discessum autem *Antonii* præ cæteris doluerunt *Bevilacqui de Lacise*, quibus eximium semper exhibuerat favorem. Horum quoque dolor satis se exseruit, cum omnem pro retinendo eo moverent lapidem; ipsorum tamen vires contra tantos minimè valebant adversarios. Horum familia numerosa *Veronæ* remansit, hodieque mater plurium est honoratiorum civium, quos inter eminet *Bevilacqua* (sic enim ipse nuncupatur, nomen familiæ referens) utriusque Legis Doctor Consultissimus. Die autem *Antonii* discessum excipiente, Cives, conventione cum Ducalibus facta, Urbem tradiderunt. Atque is fuit infaustus Imperii *Scaligerorum* exitus: licet enim *Joanne Galeazzo*, Duce *Mediolani*, anno MCCCC defuncto, introductus fuerit in *Veronense* Dominium *Guillielmus de la Scala* unus filiorum *Canis Grandis*; is tamen inter Principes haud numerandus est, quoniam non nisi decem modo dies imperium obtinuit, & veneno à *Francisco de Carraria*, secundo *Patavii* domino, sublatus est, qui ipsi *Veronam* ingredienti copias suas præstiterat, idque ut statum deglutiret. Et quod pejus fuit, idem post mortem dicti *Guillielmi*, duos ejusdem filios *Brunorium*, & *Antonium*, captivos detinuit. *Guillielmus* iste exsequiis Principe dignis honoratus est, ac ejus ossa juxta majores suos reposita.

Quamdiù autem *Veronæ* dominati sint *Scaligeri*, sic potest colligi: si principium eorum Dominii sumamus à *Mastino*, primo Populi Duce, qui ad hanc elevatus fuit dignitatem anno MCCLX. annos centum & viginti septem conficiemus; si autem a publica investitura, ab Imperatore *Henrico* facta *Alboyno*, & *Cani Grandi* Primo, quod accidit anno MCCCX. eorum Imperium annos sexaginta septem tantum durasse asserendum est. Veritatem autem sequentes, dominiumque eorum intelligentes cum, & sine titulo, ab Imperatore concesso, centum & viginti septem annos, Familiam *de la Scala* dominium, & Principatum *Veronæ* obtinuisse affirmare possumus.

LIBER TERTIUS.

Brevis hodiernæ Ditionis Veronensis Descriptio.

QUoniam in historiarum mearum initio, tempora Dominorum *Scaligerorum* haud excedere mihi proposui, gnarus, res eas, quæ postea in urbe *Veronæ* ac in ejus dominio contigerunt, Orbi satis notas esse; conveniens judicavi de ejusdem situ, ubertateque regionis breviter quædam dicere, ne mater absque prole relinqueretur, & quum de arbore aliquantum differuerim, de ramis, & foliis ipsius pariter aliqua proferre decrevi.

Veronæ Situs.

Circumdatur *Verona* à regione, situ, ubertate, ac bonitate valdè differenti, quæ, secundum communem divisionem, quatuor in partes dispescitur. Septemtrionem versus, montes, & valles, habet, *Tridentinæ* ditioni confinis: ad Austrum vero plana est, *Ferrariæ* & *Mantuæ* districtui conterminа; antea *Padus* ejus constituebat confinia, cum *Hostegliam* possideret, quæ hodie adhuc in Ecclesiasticis jurisdictioni subest Episcopi *Veronensis*: Orientem versus, tangit *Vicentinum*, & *Patavinum* territorium, ab altero collibus, & vallibus, ab altero vasto separatur agro: & tandem Occidentem versus includitur *Benaco*, altissimique montis *Baldi* uno brachio, cujus alterum trans *Menzum Brixianam* attingit ditionem. Et sicuti hæ regiones diversæ sunt, sic maximam a se invicem situs, & habitationum habent dissimilitudinem. Regio igitur, quæ septemtrionem respicit, montuosa, nec frumenti ferax est, abundans vero silvis, pratis, & pascuis; ac in montibus iis lati, & herbosi reperiuntur campi, ut æstate infiniti armentorum, & pecudum greges ibi pascantur, cum sint refrigeratorii, ubi multum caloris sui sol amittit. Sylvæ ibi adsunt plures, in quibus magna carbonum conficitur copia, indeque multum redundat lucri. Alti montes ii, aliquot habent Pagos, in quibus propter frigus, nullæ inveniuntur vineæ, iique inhabitantur à *Germanis*, reliquiis priscorum Barbarorum, qui jam à *Mario* Consule victi & fugati, in nemora ista confugientes sese absconditerunt, silvestria enim, & densa temporibus iis erant. Ad horum montium latus vallis est *Lagharina*, per quam rapide fluit *Athesis* deducens Ligna combustibilia ad Civitatis usum, una cum magnis trabibus ad asseres, & ædificia construenda, adeo ligata & compaginata, ut iis impositæ quoque vehantur merces, e *Flandria*, & *Germania* in *Italiam* missæ. Regio ista magis frigida, quam calida est, ac tempore Solstitii Ver ibi potius, quam æstas obtinet; ita ut quibusdam in vallibus à calore solis absconditis, diebus canicularibus multum glaciei reperiatur. Antedictus fluvius *Athesis*, à *Tridento* usque ad mare *Adriaticum* navigabilis est, *Verona* præcipuè flumine secundo graves devehit naves, oneratas mercibus, facile abeuntes, & redeuntes, quum fluvius majore anni parte aquis abundet.

Mons Baldus.

Mons Baldus, ut antea diximus, *Benaco* imminet altus se decim millia passuum, fontibus, pascuis, medicinalibusque herbis copiosus; ibi plurima nutriuntur animalia; in æstate tamen facilius pecudes, quam armenta; magnamque adfert utilitatem, ut & cæteri montes ultra *Athesim*, lignis, carbonibusque abundantes. Et facile patet lucrum, quod ista reddunt loca: præter necessaria enim quæ *Veronensibus* præstant, magna butyri, & casei copia exteris venditur. Nec exiguum est lucrum illud, quod provenit e saxis ex montibus eis excisis, ad columnas, & alia ædificiorum ornamenta construenda, quoniam (præter *Veronam*) mittuntur pariter *Venetias*, *Ferrariam*, *Mantuam*, ac ad plura alia loca, & urbes. Ita ut montes ii minimè sint infructuosi, immo tanti lucri, quanti ager reliquus.

Benacus.

Radices *Montis Baldi* alluit *Benacus*, hodie *il Lacco di Garda* nuncupatus; sumit ipse nomen a Castello *de Garda* ad ejus ripam existente, vel, si dicere malimus secundum mentem *Merlini Angli*, qui in vaticiniis suis hunc nominans lacum, dicit, nomen eum accepisse à *Gardane*, Regis quondam *Agolantis* Filia; priscos autem *Veronenses* sequuti auctores, vocabimus eum, *Benacum Veronensem*, cujus longitudo incipiens à Castello *de Riva Pescheram* usque, triginta continet milliaria, latitudo vero quatuordecim non excedit. Recipit is flumina, quorum ripæ Castellis, Pagis, copiosis ac amœnissimis hortis ornatæ; qui abundant citris, malis limoniis, & Aurantiis. Insulam habet in centro è regione Castelli *Brixiensis de Salo*, in qua Ecclesia est cum monasterio Fratrum minorum. Aliam præter hanc tenet Penninsulam *Sirmione* nuncupatam, patriam quondam *Valerii Catulli*, poëtæ celebratissimi, in qua hodie

die cernuntur monumenta antiqua, & pulcherrima, Arcus, & Fornices, cum epigrammatibus, quæ omnia ostendunt hunc locum olim *Romanis* pergratum extitisse. Piscium qui in hoc laco vivunt, magna est copia, & varia species, omnes tamen saporis sunt gratissimi, quibus non tantum *Veronenses*, sed & vicini quolibet anni tempore fruuntur. *Benacus* ille est, qui solus in *Italia*
Carpiones. Carpiones pisces nobilissimos producit, eosque mineralibus in fundo suo existentibus nutrit. Pater est suavis illius *Menzii* à Poëta *Virgilio* adeo celebrati, cui superstruxit *Thebana Mantûs* pulchram urbem, inde *Mantuam* nuncupatam, ad quam producendam *Benacus* semen præstitit. Hujus *Benaci* ripæ olivis, vineisque adeo sunt ornatæ, ut præter lucrum, pulcherrimum præbeant aspectum; oleumque tanta copia producunt, ut proximæ & procul dissitæ urbes, & *Germania* quoque illa ingens eo fruantur. Vina præterea producunt alba, rubra, acria, & dulcia, suavitatis eximiæ: fructus similiter cujuscumque generis, sed præ ceteris omnibus, ficus optimas maxima abundantia. Lacum, *Athesim*, & urbem multi interjacent pagi, quorum agri, vina & fructus producunt exquisitissimos. Regio hæc nomen accipit à Lacu, & nuncupatur *Gardesiana*, cujus longitudo triginta milliaribus, latitudo vero ad summum duodecim constat.

Huic altera jungitur pars, nomen habens à parvulo quodam flumine *Teggione* dicto, & quia recta ejus fluxum sequitur, vocatur *Longo Teggione*: incipit hæc pars à *Villafranca*, & latera semper legens Territorii *Mantuani*, finitur ad *Hostegliam*, *Veronense* Castellum; Longitudinis ea est milliarium viginti quinque, latitudinis vero decem. Hujus regionis agri magis fertiles sunt quam *Gardesianæ*, ac sufficientia producunt vina, & frumenta; debiliora tamen, & tenuiora quam illa alterius partis: multos habet populosos vicos, in quibus olim venustissima reperiebantur Castella Arcesque mœniis fossisque munitæ, quæ nunc dirutæ sunt, ad evitandas tot militum ultra *Teggionem*, eas custodientium, expensas. Major fluvius in eadem invenitur parte, *Tartarus* vocatus, cujus mentionem facit *Cornelius Tacitus Lib.* III. *Cap. IX. Historiarum* suarum. Cujus transitus absque Ponte difficilis; valde quippe profundus est, limosumque fundum, & palustres habet ripas; piscibus copiosus, ac magna ex parte navigabilis. Tractus hic *Longo Teggione* colitur à Ruricolis laboriosis, qui industria sua eum reddunt uberrimum, estque per integrum suum spatium planus, & fertilis.

Alia sequitur hunc tractum pars, *Zosana* dicta, quæ inde nomen hoc sortita, quod aliquanto sit depressior: à Civitate quippe illam versus semper declinat via, ac sensim sensimque descendit. Continentur in ea ampliores Pagi, quam in *Longo Teggione*; & *Zosanæ* agri in universum feracissimi putantur, maximeque pingues. Recens vero, *Mediolanensi* Ducatu bellis turbato, *Mediolanenses*, opibus suis eversis, eo confugientes, culturam oryzæ introduxerunt in *Zosanam*, unde Civibus, & incolis maximum provenit lucrum. Plures ibi parvi sunt fluvioli in *Athesim* se effundentes, qui ad devehendos in urbem proventus, naviculis impositos, sunt percommodi. Continet mercatorium Castellum *di Lignago*, quod nunc à Serenissima *Venetorum* Republica miranda munitione ac formositate restauratum est. Extenditur *Zosana* ad *Ferrariensem* usque ditionem, longitudinis viginti quinque milliarium; latitudinis vero quindecim. Frumenta cujuscumque generis ibi colliguntur optima, vina autem tenuissima, æstivis tantum caloribus grata. Æstatis tempore frequentatur multum à Civibus, hyeme vero per luta, ingratissima redditur regio.

A Ultra *Athesim* fluvium alia jacet pars districtus *Veronensis*, cognominata *Fiume novo*, sic nuncupata à Flumine, quod labitur per *Coloniensem* districtum olim *Veronensi* ditioni subjectum; eaque pars versus Orientem extenditur, incipiens à *Caldero* olim Castello, nunc vero vasto Pago: ubi exquisita reperiuntur balnea, quæ multis morbis sunt medicabilia, & præsertim ad purgandum stomachum plurimum valent, & renes infrigidatos admodum juvant, quorum fama talis est, ut quolibet anno mense *Majo*, ex pluribus & remotioribus regionibus magna hominum copia, valetudinis recupe-
B randæ gratia, ad ea veniat. *Novus* is *fluvius* conterminus est *Coloniensibus*, & *Patavinis*, ejus longitudo viginti milliarium est, latitudo vero novem; Plures ejus ripis adjacent vasti pagi, optimaque dotatus est tellure, generosa producente vina, dulcia non pauca; Cannabis, lini insuper, & leguminum, magnam copiam; omniumque tractuum *Veronensis* Territorii hic est optimus. Castellum *di Porto* adjacet huic *Flumini Novo*, olim habitaculis plenum, bello dein inter Cæsarem *Maximilianum*, & Rempublicam *Venetam* destructum. Nunc restaurari & muniri cœptum est à Dominis *Venetis*, imminetque ripæ *Athesis*. Regredientibus versus
C montes à latere urbis sinistro, Regio occurrit, ingens, collibus, ac vallibus plena, ideoque *Montana humiliora* (*le Montagne basse*) vocata. Inde septentrionem versus alii sunt majores montes, *Germaniæ* finitimi, quos, (ut supra diximus) *Germani* incolunt; eæ autem valles montibus intermediis dividuntur; ex his vallibus, ab urbe remotissima, *Vicentino* districtui contermina, vocatur *la Valle de Montecchia*; quoniam pago in ea sito tale nomen est: frumento, vino & oleo fertilis est, circumdata collibus, qui olivis ornati; tota sane amœna, & delectabilis est. Planitiei ejus Flumen *Alpion*, qui molas versat frumentarias, ma-
D joremque pratorum partem irrigat, eaque fœcundat. Hinc sequitur vallis, in qua Pagus est *de Cazzano*, non minoris quam præcedens fertilitatis, sed majori dotata flumine, *Tromegna* vocato, quod pisces generat, abundantiusque irrigat prata, fluens ad Castellum de *Soave*, locum verè amœnum incolis, cujus situs aspicientibus arridet, vinaque producit exquisita; in hoc nundinæ fiunt publicæ venditionibus & emptionibus, & locus est incolis refertus atque optime frequentatus. In hac Valle *de Cazzano* alii sunt adhuc Pagi, (magnæ 46
enim longitudinis est) in quibus excellentia vina, maximaque diversorum fructuum copia, inveniuntur. Sequitur Vallis *de Tregnago*, sic à magno superio-
E ri pago nuncupata, plures habet vastas, & fertiles planities, oleumque producit, frumenta, & vina magni pretii. Ultra hunc *Illasi*, & *Collegnola* duo vicini, ampli & feraces Pagi omnia frugum genera producentes. Urbi propinquior est Vallis *de Mezzane*: Vicus is recenter palatiis in eo ædificatis ornatus fuit; vallem habet fertilem, sed supradictis aliis arctiorem, olivis tamen, vineis, pratis, & aquis dotatam; dilatatur aliquantum in planitie, sese enim agris jungit *de Lavagno*; & sic includit magnum agrorum numerum pinguium, & sufficientium ad victum incolis præstandum. Ultra
F alium monticulum, *Veronam* versus, vallis est *de Marcelise*, & vicus major quam *Mezzane*, angustiorem tamen habet regionem, ejusdem similitudinis, & qualitatis, ut supradictus *de Mezzane*. Huic proxima est vallis dicta *de Montorio*, vel *Aurio*, duobus ab urbe milliaribus distans, à natura pulchrioribus ornata dotibus, quam antedicti; & quum suburbium ferè sit, plura habet ædificia. Per hanc labitur Fluvius, *Fibius* dictus, ita latus, ut navigabilis sit; cui imminent multæ officinæ ærariæ, ac ferrariæ; Fullonia insuper conspiciuntur ad con-

Balnea Galderina.

densandos, & purgandos pannos; multæque officinæ chartariæ. Magna copia alit is fluvius pisces delicati saporis, ut trutas, cancros & anates sylvestres optimas; thymallum insuper producit, piscem suavem, & esu pergratum. Fundus ibi est ferax, ac vina generosiora. Hoc in loco *Scaligerorum* temporibus plures constructæ ædes; *Montorium* autem hoc iidem in locum elegerant, quo se animi reficiendi gratia reciperent. Hac in valle alii quoque sunt minores Pagi, quos brevitatis gratia omittam; amœni tamen & fertiles sunt omnes. Ad urbis latus Septentrionem versus, *Publii Acii* vallis est, quæ, nomine corrupto, hodierno die (propter ejus amplitudinem) *Valle Paltena* nuncupatur, decem quippe continet Pagos, inter quos numeratur ille, qui dicitur *Sancta Maria in Stelle* præ ceteris delectabilis, in quo duo magnifica exstructa sunt Palatia à Comitibus *Justis*, cum hortis, ac vivariis admirandis, quæ ornata supellectilibus, omnibus visuris patent; ibique Cives, ac Advenæ summo cum humanitate excipiuntur ab istis Proceribus, qui *Justi*, jure meritoque vocantur, omnibusque digni honoribus. Inter illos vivit Comes *Ugoccio*, humanitate, & scientia ornatus, concivibusque suis notus, & charus. Multa est hujus vallis ubertas, vinis præcipue abundat, quæ omnia non parvi pretii, propter eorum excellentiam; atque magnum est lucrum, quod consequuntur Cives possessores; majus etiam adhuc commodum, secundum Axioma Comici in *Eunucho*, magnum scilicet commodum illud, quod provenit à Pago urbi propinquo, eò enim ire, & redire minime molestum est.

Trutæ, Anates Sylvestres. Thymallus.

Ultima vallis, cæteris major, licet *Vallis Pullicella* nuncupetur, amplus revera est Comitatus, viginti septem Pagos cum multis vallibus continens, cujus circumferentia viginti quinque milliarium numerum excedit; ex Pagis illis, quidam montibus impositi, alii ad ejusdem latera, pluresque in planitie siti. Hanc vallem astuti incolunt Ruricolæ, qui ob sua gesta heroica, ac opera egregia, multis fruuntur privilegiis à Dominis *Scaligeris* olim, ac dein ab illustrissima *Venetorum* Republica concessis: uti jus, ac prærogativa eligendi in Vicarium suum civem quendam cum facultate de quacumque pecuniæ summa judicandi: aliis præter has gaudent immunitatibus, quibus à multis publicis oneribus & operibus præstandis sunt liberi. Egregia producit hæc vallis vina, rubra, dulcia, acria, & matura, oleum abundans, ligna copiosa, ac præcipue omnis generis fructus copiosissimè gignit; quibus *Verona* non solum, sed & aliæ vicinæ fruuntur Civitates: ita ut verissimè possit asseri, *Vallem Pullicellæ* delicias esse *Veronæ*, tam per delicias omnes ab ea productas, quam per eam, quam cum urbe habet vicinitatem. Viri ibi nascuntur robusti, ac ad labores ferendos validi, quibus magno cum successu principes in bellis uti possunt. Situm ibi est Castellum *Maranum* nuncupatum, à *Mario* Consule *Romano* olim exstructum, in memoriam victoriæ a *Teutonibus* aliisque *Germaniæ* populis reportatæ; quod Castellum non procul ab *Athesi* abest.

Altera restat explicanda in districtu *Veronensi* regio, quæ per quinque milliaria circumit Civitatem, atque per *Athesim* eam dissecantem, dividitur. Vocantur istæ partes *Pagi*, & *Campestres domus* (*li villaggi, e maggioni de la campagne*) Siti enim sunt in confiniis duorum latissimorum agrorum. Illarum altera incipit per latitudinem ab antedicto *Athesi*, & procedit usque ad Pagum *de Villafranca*, ubi initium sumit *Longo Teggione*, atque ad flumen revertitur *Athesim*, continetque milliaria quindecim, totaque referta est planis pascuis,

A ad omne genus armentorum pascendum aptis (arboribus autem caret.) Longitudo ejus latitudine multo minor est, à suburbiis quippe Civitatis incipiens, quinque milliarium terminatur spatio. Ad Finem hujus *Meridiem* versus, situm est Castellum de *Azzano*, priscum Comitum *de Nogarolis* patrimonium, locusque amœnissimus est: altera regionis hujus pars, ultra flumen sita, pauciores agros continet, fertiliores verò; quanto propius enim ad flumen acceditur, eo majori gaudent agri fertilitate, in pratis scilicet, bis quolibet anno secatur fœnum. Et quamvis loca appareant sterilia, campi B tamen ii, si pascua considerentur, inutiles haud sunt, maximum enim ex iis provenit lucrum. Oves enim iis in agris nutritæ, propter cibi suavitatem, elegantissimam præbent lanam. Ad extremitatem harum duarum partium regionis supradictæ extant domus campestres (*Maggioni*) quæ processu temporis multiplicatæ fuêre, ita ut in parvos evaserint vicos, vina generosa producentes. Ruricolarum horum divitiæ sunt armenta, & greges. Hi sunt agri ab Auctoribus *le Campagne di Verona* nuncupati, in quibus creduntur *Cajus Marius*, & *Q. Catullus*, *Romani* Consules, cladem eam *Germanis*, & *Cimbris*, aliisque *Germanis* gen- C tibus intulisse, cujus prisci scriptores toties faciunt mentionem. Duabus hisce partibus terminatur *Athesis* fluvius. Eadem quoque plana electa fuerunt ab *Antonio Romano*, *Vespasiani* Imperatoris copiarum Duce, ad prœlium committendum cum *Vitellio*, quoniam ampla, & spatiosa est regio, ad equestre prælium valde apta, uti refert *Cornelius Tacitus Lib.* III. *Historiarum* suarum. Talis est districtus *Veronensis* breviter à me expositus; & verissimè potest affirmari, eum per diversitatem producere omnia, quibus opus habent incolæ, tam in urbe, quam extra eamdem; & si non omnibus ab- D undat, majori tamen ex parte delectabilis; bonique aëris temperie dotatus est. In ea enim montes, Colles, Valles, Agri, Flumina, agrique culti, 47 & inculti reperiuntur. Audacter ideo, *Veronam*, Territoriumque ejus aliis potius finitimis locis fructibus suis subvenire, quam peregrinis uti, potest asseri.

Lana egregia.

TENOR COMPROMISSORUM,

Quæ facta in pace olim composita inter *Eccelinum de Romano Veronæ* Prætorem, nomine Communitatis *Veronæ* ex una parte, & Comitem *Ricciardum de S. Bo-* E *nifacio* ejusque factionem ex altera,

IN *nomine Christi anno Nativitatis ejus MCCXXVII. die* Jovis *undecima* Februarii, *Indictione quinta decima coram infrascriptis testibus*, & *Notariis specialiter ad hoc convocatis*, & *rogatis*; *nempè*, D. Salinguerra Ferrariensi, D. Briano da Castel Barcho *Tridentino*, Buono *Patavino*, & Joanne de Rosano *equitibus*, Eccelino, & Beltramo *de* Camariero, & Amico de la Torre *equitibus*, D. Papino de la Torre, *Prætore Brixiæ*, Manfredo de Cauriolo, Jacobo de Bagnolo, *equitibus*, D. Lafranco de ponte Caralo, *Mediolani Prætore*, F Henrico Reggiato *equite*, D. Spina de Soresina, *Bononiæ Prætore*, Pagano Matiale *equite*, D. Biranardo Incoardo *Bergomi Prætore*, Arnolpho de Marino *equite*, D. Thoma de Mainis, *Lodii Prætore*, Jacobo Rengone de Croceris, Rogerio de Sozzopelo, Ambrosio de Rodano, Lafranco de Soldario, & Lafranco Magela, *urbis Mediolani Notariis*, Rustigario *urbis Faventiæ Notario*, Restauro *urbis Bononiæ notario*, Carolo *urbis Brixiæ notario*, Joanne Chieregella *urbis Tarvisii notario*, Uberto *dictæ urbis pariter notario*, Uberto de Serminione, Guilielmo de Contarinis, Manfredo da

Scova *Patavii notariis*, Leonardo *Notario urbis Vicentiæ*, Provalo de Gadis *notario urbis Lodi*, Brongoncino Blanchardo *urbis Alexandriæ notario*, *&* *coram infrascriptis Prætoribus*, *Rectoribus*, *&* *Legatis Civitatum* Lombardiæ, Marchiæ, *&* Romandiolæ: *scilicet*

D. Lafrancho de Ponte Caralo, *Mediolani Prætore.*

D. Roberto de Concorezo
D. Uberto de Marchiata } *Rectoribus.*

D. Theodorico de Villa
D. Pagano de Præda Santa
D. Alderico de Pusterla } *Communitatis Mediolani Legatis.*

D. Businardo Vicoardo, *Bergomi Prætore.*

D. Lafranco de Busso
D. Robastello de Mozzo } *Rectoribus.*

D. Luterio de Adelasiis
D. Bernardo de Rivolta } *Communitatis Bergomi Legatis.*

D. Pagano de la Torre, *Brixiæ Prætore.*

D. Lafrancho de Salis
48 D. Vianeso de Lavello longo } *Rectoribus.*

D. Conrado de Bagnolo
D. Raymondo de li Ugoni
D. Conrado de Lucago } *Communitatis Brixiæ Legatis.*

D. Thoma Maino, *Lodiensi Prætore.*

D. Bassano Pechalodo
D. Arnolfo de Susiraga } *Legatis.*

D. Spina de Soresina, *Bononiæ Prætore.*

D. Orsarino Giudice
D. Bonifacio de Sancto Laurentio } *Rectoribus.*

D. Soicelo Giudice
D. Tucimano } *Communitatis Bononiæ Legatis.*

D. Bonifacio Comite de S. Martino, *Patavii Prætore.*

D. Guilielmo de Carturio
D. Henrico de vico d'Arzere } *Rectoribus.*

D. Jacobo de Desmavino
D. Nicolao de Lozza
D. Vitaliano Giudice
D. Lutricio de Megion d'Ardengo
D. Ugone de Corvo
D. Arnoldo di Maggiori. } *Communitatis Patavii Legatis.*

D. Jacobo Teupolo, *Tarvisii Prætore.*

D. Ugoccione Joannis Bona pace
D. Conrado de Solaro } *Rectoribus.*

D. Ziramonte de Arzeli
D. Joanne Cæsaris Giudice
D. Joanne de Liberio
D. Azzone Giudice } *Communitatis Tarvisii Legatis.*

D. Gotfredo Giudice
D. Gerardo de Luschettis } *Rectoribus Communitatis Vicentiæ.*

D. Bernardo Balbo
D. Antonio de Fontana } *Rectoribus Communitatis Placentiæ.*

D. Maneschoto Joannis Maneschoti
D. Berigeto Ugone } *Rectoribus Communitatis Faventiæ.*

D. Jacobo de Oriario
D. Orsetto de Sabello } *Rectoribus Verzeliensis Communitatis.*

D. Ruffino de Stelis
D. Ugone Claro } *Communitatis Alexandriæ Rectoribus.*

In urbe Verona, *atque in ejusdem Communitatis Palatio, ac in dictæ Civitatis Consilio juxta consuetudinem campanæ pulsu congregato*, D. Eccelinus de Romano Veronæ *Prætor ex consensu*, *ac speciali mandato omnium Civitatis* Veronæ *Consiliariorum*, *in hoc consilio simul præsentium*, *pro se*, *pro communitate* Veronæ, *ac pro omni ejus parte*; *&* D. Aleardinus de Lendenara, *Mercatorem* Veronensium *Prætor*, *ex consensu*, *&* *mandato Consilii unanimi*, *&* *concordi pro se*, *&* Veronæ *communitate*, *ac omni ejus parte*, *promittunt*, *&* *jurant*, *obsequium*, *observantiam & obedientiam cuicumque mandato* D. Lafranchi de Ponte Caralo, Mediolani *Prætoris pro Communitate* Mediolani, *in omnibus controversiis*, *&* *quæstionibus exorientibus inter Comitem* à S. Bonifacio, *factionemque ejus*, *&* *Communitatem* Mantuæ *ab una parte*, *&* *præfatum* D.

A Eccelinum, *&* *Communitatem* Veronæ, *ejusque factionem ex altera*, *de omni bello*, *damno*, *injuria*, *rapinis*, *incendiis*, *devastationibus*, *offensionibus illatis*, *atque ab utraque parte acceptis*, *&* *de quacumque alia discordia*, *quæstione*, *atque controversia*, *quæ agitata*, *&* *occurrerit*, *aut agitari*, *aut excogitari quacumque de causa possit*; *&* *de omnibus terris*, *bonis*, *&* *causis*, *circa quas inter eos quæstio orta esset*, *aut orta esse posset*. *Primum*, *ut præfatus* D. Lafranchus de Ponte Caralo, Mediolani *Prætor*, *nomine Communitatis* Mediolanensis *per Legatos suos*, *ac per literas scriptas*, *&* *absque scriptis*, *ut illi videbitur*, *possit ac debeat*, *sententiam*
B *ferre*, *arbitrari*, *arbitria facere*, *&* *mandata dare*, *&* *proferre præsentibus*, *&* *absentibus*, *citatis*, *&* *non citatis*, *diebus festis*, *ac profestis*, *stando*, *sedendo*, *&* *ambulando*, *ac omni alio modo*, *ut illi videbitur*. *Renuntiantibus expresse dicto* D. Eccelino, *&* Aleardino *omnibus omnis generis solemnitatibus*, *quæ competere possent contra supradicta*; *&* *præstituto termino venient*, *vel mittent*, *nec ullo dolo evitabunt*, *ne veniant*, *audient*, *&* *accipiant*, *taliaque mandata observent*; *&* *sic in omnibus &* *per omnia promiserunt*, *&* *jurarunt ad ea toti se attendere*, *eademque observare velle in omnibus*, *&* *circa*
C *omnia*, *quæ ad dictas pertinent res*, *ut &* *inducias*, *pacem*, *&* *concordiam inter eos initam*.

In nomine Domini Anno M. CCXXVII. die Jovis undecima Februarii *Indictione decima quinta in Palatio Communitatis* Veronæ *præsentibus antedictis testibus*, *coram præscriptis Prætore*, *Rectoribus*, *&* *Legatis: Et Consilio pro consuetudine in Communitatis Palatio* Veronæ *congregato*; *post juramentum præstitum à* D. Eccelino de Romano, Veronæ *Prætore*, *ac ab hominibus dicti Consilii*, *de observandis mandatis* D. Lafranchus de ponte Caralo, Mediolani *Prætor*, *nomine* Mediolanensis *Communi*-
D *tatis*, *injunxit & interdixit per sacramentum prædictum* D. Eccelino de Romano, Veronæ *Prætori*, *ac omnibus hominibus in dicto Consilio existentibus*, *ne imposterum offenderent*, *aut offendi permitterent per se*, *aut suo nomine*, *aut per alios suo mandato*, *Comitem* Ricciardum *à* S. Bonifacio, *vel ullum alium*, *nec prædis*, *nec verbis*, *vel quocumque alio* 49
modo, *volens*, *ac mandans*, *ut cum dicto Comite sicut & cum cæteris suæ factionis in posterum habeant ac firmas servent inducias quoad usque voluerit dictus* D. Lafranchus Mediolanensis *Prætor*, *nomine Communitatis* Mediolani; *quorùm unum*, *&* *plura conscribi debent solemnia instrumenta*.

E *In nomine Domini Anno MCCXXVII. die septima* Martii *Indictione quinta decima*, *in Urbe* Mantuæ *in Palatio communitatis ejusdem Urbis*, *præsentibus testibus infrascriptis*, *atque coram Prætoribus*, *Rectoribus*, *ac Legatis Urbium fœderis* Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ *infra nominatis*, *juramentis præstitis per Comitem* Ricciardum à Sancto Bonifacio, *ac per infra citatos homines factionis suæ*, *de servandis scilicet mandatis* D. Lafranchi Mediolani *Prætoris pro Communitate Mediolanensi*, *mandantis*, *&* *jubentis vi sacramenti antedicti prædicto Comiti* Ricciardo, Guilielmo de Lendenaro Peccoraro del Mercato novo, Joanni da
F Palazzo, Vivaldo Judici, Danieli de Pigis, Joanni d'Inganna majori, Guilielmo Visconti, Fino de Frisone, Lyprandino de Guza, *&* *filiis*, Confaloniero de Carlasaro de Capra, Bonaventuræ Azolini da Mosto, Bartholomæo Judici, Alberto Ticioni, Lucheto Cambiatori, Ottolino de la Chasa, Laurentio da Puzogna, Venturæ Judici de Riva, Lioprandino Guidonis da Roncho, Henrico Bartholomæi Judicis *filio*, Alberigo de Accordino, Venturæ de Liviano, Bonacorso da Riva, Alberto de Molis, Bernardino de Lendenara, Sylvestro de Tenaldo, Ognibene de Molis,

lis, Jacobino Bracco, Alberto de Guarnereto, Gerardo Porchæ, Bonmassaro Clavesi, Alcharino de Guantiero, Brunatio de Borgo, Peregrino da Cengia, Isolano de Pizza, Icelino Notario, Alberto Judici, Saletto de Ridottis, Benincontro Ottolini dalla Casa *filio*, & Langarioni da Borgo; *ne imposterum offendant, aut permittant offendere, per se, aut per factionem suam, aut alias personas prædationibus, aut verbis, vel quocumque alio modo,* D. Eccelinum de Romano, *Veronæ Prætorem, aut ejus factionem, & quoscumque factionis suæ, & cum illa* D. Eccelino *atque factione ejus, nec non quolibet ipsius factionis habeant ac servent inducias, quamdiu voluerit dictus* D. Lafranchus Mediolanensis *Prætor nomine Communitatis* Mediolani, *firmas & solidas; & de his rogatus fuit* Ambrosius de Stefanardis *publicus Notarius.*

Et promiserunt, jurarunt antedictus Comes Ricciardus de S. Bonifacio, *& suprascripti omnes factionis suæ se velle tenere, & servare mandata omnia* D. Lafranchi de Ponte Caralo *Mediolani Prætoris super omnibus discordiis, quæstionibus, controversiis, bellis, injuriis, damnis, & devastationibus ab utraque parte patratis, quæ contigere, & contingere, vel dici, aut excogitari possunt inter prædictos ab utraque parte quacumque de causa; Et* D. Eccelinus de Romano *Prætor* Veronæ *pro se, &* Veronensi *Communitate, & pro tota factione sua expresse renunciat cuicumque solemnitati rationis; & hoc voluntarie, & absque timore; ita ut prædictus* D. Lafranchus *per se, per nuntios suos, & litteras tam scriptas, quam sine scripto, ut illi videbitur, possit, & debeat sententiam ferre, arbitrari, aut arbitramentare, mandare, sententiam dicere partibus præsentibus, & absentibus, citatis, & non citatis, die festo, & profesto, stando, sedendo, ambulando, & qualicumque alio modo, uti illi videbitur, renuntiando expresse rationibus omnibus dictis ad prædictas res attinentibus, seque termino præfixo venturos, vel missuros, nec fraudulenter evitaturos, sed audituros omnia mandata, eaque accepturos, & servaturos se esse promittentes.*

Sequuntur dein juramenta omnia facta per Prætores, Legatos, & Rectores prædictarum Urbium; & multa mandata injuncta partibus, ac tandem omnia acta per supradictum Prætorem *Mediolani* de hac pace; sed quia longum esset hæc referre, iis missis, solummodo referam sententiam ab eo latam, quæ jam sequitur.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno à nativitate ejus MCCXXVII. *die Martis,* 8. *Mensis Junii, Indict.* XV. *in Episcopatu urbis* Veronæ, *in territorio & loco* de Nogara, *supra locum elevatiorem, præsentibus* D. Salinguerra de Ferraria, & D. Aleardino de Lendenara, *Prætore & Deputato* Veronensi, *atque antedictis Notariis diversarum Civitatum, & coram Prætoribus, Rectoribus, ac Legatis Societatis* Lombardiæ, Marchiæ & Romandiolæ, *de quibus supra dictum.*

In nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Ad perpetuitatem firmæ pacis, concordiam & prosperitatem Status Veronæ, *totiusque illius urbis districtus, atque ad honorem, commodum, & utilitatem totius fœderis* Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ, *D. Comes* Ricciardus de S. Bonifacio, & Guilielmus de Lendenara, Græcus da Mola, Joannes de Palazzo, Crescentius *filius* de Peccoraro del Merchato nuovo, Ubertus de Advocatis, Albertus de Crescentiis, Bartholomæus Judex, Vivaldus Judex, Joannes de Inganna Maggiore, Joannes de Mola, Finus de Frisone, Albertus de Rizzone, Robertus D. Eccelini da Mosto *nomine suo, & nomine totius suæ factionis, perpetuam composuerunt pacem, finem, condonationem, remissionem omnium suarum actionum & pactum sancientes promissis perpetuum de non*

A *compellando* D. Eccelino de Romano Veronæ *Prætore,* Joanne de Chiavega, & Leonardo de Nascinguerra, Uguccione de Crescentiis, Desiderato da Castello, Zavarisio de Viscontis, Morbio de Porchetto, Uberto de Bonadico, Alberto d'Arcole, Bochafolio, & Marione de Scalis, Redusio Nogarola, Bonaventura Nogarola, Guidotto de Zerlis, Alberto Grosso, & Bonifacio de Insula, *omnibus Veronensibus; nomine suo, & totius suæ factionis, non compellandis, neque accusandis omnium injuriarum, homicidiorum, vulnerum, aggressionum, damnorum, devastationum, rapinarum, incendiorum, exiliorum, pœnarum in genere & omnium* B *aliarum offensionum, dictis, aut cuilibet illorum, vel cuicumque alii ejus factionis, in personis, rebus ullo modo, illatarum, factarum, aut perpetratarum à prædicto* D. Eccelino *& à factione sua, vel à Communitate* Veronæ, *vel ab eis, qui vocantur* Monticoli, & Quatroventi, *vel ab illis, qui fuerunt, & de præsenti sunt factionis ejus; vel aliquo eorum, quibus omnibus dictus Comes* Ricciardus *prædictum* Eccelinum *affecit osculo pacis, obligans bona sua, ita ut unusquisque horum in solidum teneatur cum effectu, & conveniri possint: renunciantes recentibus constitutionibus, ac alio cuicumque auxilio,* C *usui, legi, quibus sese defendere possint, & jurarunt corporaliter illam perpetuam pacem, & finem, & condonationem in perpetuum, velle habere ratam, & firmam, & inviolabiliter tenere, servare, & quod omnia prædicta tenebunt, & tenere, & servari facient omni possibili modo à factione sua, omnibus, & quocunque suæ factionis hominibus; nec ullo tempore ipsos, aut suorum quosdam contravenire permissuros, sed omnibus modis prohibituros: E contra prædictus* D. Eccelinus de Romano Veronæ *Prætor, & omnes alii suprascripti factionis suæ, omnesque urbis* Veronæ *cives nomine suo, suæque factionis,* D *& nomine illorum, qui vocantur* Octoginta & Monticoli, *& tota eorum factio* Veronensis, *perpetuam inierunt pacem, finem, donationem, & remissionem omnium suarum actionum, pactum sancientes imposterum non petendi, nec procedendi, nec accusandi Comitem* Ricciardum à S. Bonifacio, *& alios factionis suæ, & nominatim de omnibus injuriis, ut supra dictum est de Comite* Ricciardo, *sic de iis juramento, ut supra; quorum omnium &c.*

Ego Ambrosius Notarius.

IN *nomine* Christi, *& ad honorem Individuæ Trinitatis, & Beatæ Mariæ Virginis, omniumque* E *Sanctorum, & Sanctæ matris Ecclesiæ; & ad honorem, utilitatem, & prosperitatem Statuum* Brixiæ, Veronæ, & Mantuæ, *& partium regentium urbes prædictas, quæ partes, & Communitates earum urbium una, & eadem res sunt.*

Hæc est forma pacis, & compositionis facta per prudentes Viros D. Obiccionem Judicem de Lomello, & Busianum da Sala *Syndicos, & procuratores nobilium virorum* D. Leonardi Amati, *Cremonæ Vicarii, &* Aldegerii de Senaza *Capitanei populi* Senazæ, *pro Serenissimo* D. Carolo Hierosolymæ, & Siciliæ *Rege dignissimo; nec non Communitatis, &* F *Universitatis* Brixiæ, *ut constat ex publico instrumento scripto manu* Antonii de Calepio, *a me Notario infrascripto, viso, & perlecto, (ex una parte,)* & D. Tebaldum Coperium Veronæ *Syndicum, & procuratorem nobilium virorum* Gelasii de Carbonesis *Prætorem,* & Albertum de la Scala *Ducem Generalem populi* Veronensis, *& Communitatis, Universitatisque* Veronæ, *ut constat publico instrumento scripto manu* Gerardi Q. de Ottonello *per me notarium infrascriptum viso, & lecto; &* Ubaldum de Cofanis *Syndicum, procuratorem nobilium virorum* D. Marini Strambecchi Cornarii *Prætoris, &* Pinamontis de Bonaconsis *Ducis* Mantuæ, &

& Communitatis, ac Universitatis Mantuæ, ut constat per publicum instrumentum manu Aldeberii de Aldeberiis scriptum, à me notario visum, & lectum, (ex altera parte) vices, & nomen prædictarum Communitatum gerentes.

Primum, Invictissimo D. Carolo, per Dei gratiam Hierosolymæ & Siciliæ Regi Serenissimo in omni actu suus honor, ut decet, servetur.

Item, Loca occupata, ac retenta; ab utraque parte restituantur.

Item, Verona, & Mantua in exilium pulsis cum suis familiis liberum sit ac integrum, manere in Civitate Brixiæ, & ab urbe Brixia ad viam de li Orzi a parte superiori versus Occidentem, ita ut ex urbe Brixia versus Veronam & Mantuam, earumque urbium districtum non audeant, neque præsumant accedere; & è contra Brixiæ exulibus, & ipsorum familiis liberum sit, ac integrum manere in urbibus Veronæ, & Mantuæ, & ab earumdem urbium parte inferiori, ita ut ex dictis urbibus ad partem superiorem versus Brixiam non possint accedere; & si vellent exules Brixienses Verona Mantuam abire, vel Mantua Veronam, ut iter suscipiant via del Castellaro, & d'Isola, & ingredi, & egredi solumodo possint per portam, & pontem Antiquæ urbis Mantuæ, & per portam delli Rey Figlioli Veronæ; neque dictis liceat Brixiensibus exulibus à dicta via del Castellaro, & d'Insula superius ire, morari, aut redire, sed à dicta via inferius tendere, quo eis placebit.

Item, quod si aliquis, ex iisdem urbibus in posterum in exilium pellatur ob factionem, & proditionem, in dictis urbibus, morari queat nec solus, nec cum familia sua, sed ex iis urbibus, & earum districtu, illi ac suæ familiæ expellantur, nec recipiantur, nec liceat ipsis ibidem morari.

Item, pax firma, communis, & æqualis in posterum sit inter prædictas Communitates Brixiæ, Veronæ, & Mantuæ: quæ perpetuo inter dictas Communitates, & earum incolas perdurare debet, & observari, adeo ut nullo modo frangi queat per quamcun-
51 que personam Ecclesiasticam, aut sæcularem, nec per quodcunque Collegium, vel Universitatem, nec aliter per quamlibet inventionem, quæ contra ipsam machinari possit.

Item, omnes & singuli ex urbe, & districtu Brixiensi obedientes Communitati Brixiæ salvi sint, & securi in Civitatibus, & districtibus Veronæ, & Mantuæ cum personis, & bonis suis, euntes, manentes, & redeuntes, sicut & omnes, & singuli ex urbibus, & districtibus Veronæ, & Mantuæ, obedientes Communitatibus Veronæ, & Mantuæ, salvi sint ac securi in urbe, ac districtu Brixiæ, cum personis, & bonis suis, euntes, morantes, ac redeuntes.

Item, damna ne inferantur, aut injuriæ, aut offensæ districtui Veronensi & Mantuano per districtum Brixiæ sive terra sive aqua; & similiter, damna nec inferantur, nec fiant injuriæ, vel offensæ districtui Brixiæ a districtu Veronæ, & Mantuæ, neque terra, neque aqua.

Item, quod si damna quædam inferantur in prædictis urbibus, vel in earum districtibus, prædicta damna emendari debent, damnorum summariè cognitione sumpta absque judiciario strepitu intra mensis spatium à quæstione de damnis istis cœpta.

Item, Veronenses, ac Mantuani nec possint, nec debeant proficisci per districtum Brixiæ cum armis, vel sine armis, ob arma capienda ad alicujus servitium, vel offensionem alicujus; & pariter Brixienses, neque possint neque debeant per Territorium Veronense, & Mantuanum cum armis, vel sine armis, ob arma capienda ad servitium, vel damnum alicujus.

Item, damna omnia, injuriæ, & offensæ indirecte illatæ, & commissæ inter illas factiones, remittantur, & de præsenti remissæ, & deletæ intelligantur.

A Item, inter Communitates Brixiæ, & Veronæ, via tendat terra per Pescheram Veronam, & per Veronam qua rectius fieri potest Brixiam, ut inter Communitatem Brixiæ, & Mantuæ iter pateat per Godium, & per agros Godii ac Montechiari, qua rectius fieri potest Brixia versus Mantuam, & Mantua versus Brixiam.

Item, omnes viæ eæ servari debent per prædictarum urbium Communitates, dictarum Communitatum sumptibus per decem equites, pro qualibet communitate, qui tres habeant duces, pro qualibet scilicet urbe unum, qui duces, & equites eligi debent per Prætores, & harum urbium mercatorum Consules,
B homines bonæ famæ, omni suspicione immunes; hi duces, & equites has servare debent vias die, nocteque, & diligenter vigilare, manere, & esse iis in locis, ubi harum viarum custodia, dictarum urbium Communitatibus maxime conveniens videbitur, & nihilominus per viam ad Lacum Gardium, mercatores prædictarum urbium, districtuumque earum, & alii homines, & unusquisque earum urbium, & districtuum illarum cum personis, mercibus, aliisque rebus libere proficiscantur, & per alias etiam vias districtuum harum prædictarum urbium.

Item, omnes clarigationes, indirecte factæ, con-
C cessæ, & judicatæ, sint deletæ, & nullius valoris, ita ut, aliquis, aut aliqui, quibus concessæ fuerint, eis nullo modo uti possint, salvis tamen iis, quibus datæ, aut concessæ fuerunt, eodem gaudeant statu, quo fuerant, quando dictæ clarigationes eis concessæ fuerunt, ut possint jus suum petere juxta modum & ordinem, quemadmodum a doctis provisum fuerit, ut infra continetur.

Item, quæstiones omnes tam de istis clarigationibus quam rebus aliis, quæ moveri potuerunt ob res aliquas, antea factas vel illatas, suspensæ maneant abhinc usque ad annum proximum; prædicto autem anno eo præterlapso quisque jus petere volens, litemque movere, si mercator sit, hanc ad Prætorem
D deferat, vel ad Mercatorum Consulem ejusdem Civitatis, ubi litem movere voluerit; si autem verè mercator non sit, coram Prætoris Judice, vel Vicario suam moveat causam, sub præsidio, tam Judicum, quam Vicariorum vel Prætoris, & Consulum mercatorum summariè, & absque processus forma cognosci, debet, & terminari: atque sic de quæstionibus omnibus, in posterum oriundis; qui modus in omnibus, & per omnia observari debet.

Item, omnes solutiones factæ iis, qui pignerati sunt res immobiles, abrogatæ sint, & irritæ, atque res ejusmodi prioribus restituantur possessoribus; & ex nunc intelligantur spectare ad illos, qui-
E bus restituendæ sunt, & in eorum arbitrio, ac possessione esse intelligantur.

Item, præterlapso hoc anno, Sapientes harum Civitatum inquirere debent in viam & modum reperiendum & decernendum, quo omnes prædictæ quæstiones facilius cognosci queant atque terminari; & si dicti Sapientes hac in causa non conveniunt, eædem quæstiones summarie & absque strepitu judiciario cognosci & terminari debent per Judicem, Prætorem, vel Vicarium ad id specialiter deputatum, vel per Prætorem aut Consulem Mercatorum, uti supra dictum est.

Item, durante bello, nulli Civitatum ad præscri-
F ptiones nominatas liceat recurrere.

Item, mercatorum prædictarum urbium omnibus & cuilibet, per illas, & earum districtus cum suis mercibus cujuscumque generis, & à quolibet loco venientibus, liceat liberè ire, manere, & redire, absque ullo impedimento quoad dictas merces, sive ex toto sive ex parte, vectigalibus solvendis exceptis; reservatis pariter eis, quæ a Sapientibus prædictarum urbium, usque ad novum proximum annum imposita, & imponenda judicabuntur præter eadem vectigalia, ut Communitates & mercatores urbium illarum majorem consequan-

quantur utilitatem; reservato insuper, ne præter Telonium consuetum, solvi solitum in urbe Mantua, *aliud quid in posterum ullus solvi teneatur.*

Item, Vicarius, & Capitaneus Brixiæ *& Seniores ex parte populi* Brixiæ, *Consules mercatorum, ac viri Consilii* Brixiensis, *ac generaliter omnes, & quilibet ex urbibus, ac villis suprascriptis, & earum districtibus juvare debent, & firmare dictam pacem, & omnia, & quælibet earum promittere, & contribuere, ut omnia, & quælibet earum obtineant firmitatem, & strictius, ac totaliter observentur.*

52 *Item, Dux, & Communitas* Venetiarum *unanimiter rogetur per Legatos, vel Nuncios prædictarum Communitatum, ut velint pro antedictis Communitatibus securitatem præstare omnibus prædictis rebus plenariè observandis; & si illi id recusarent, idem peti debet ab urbibus* Bergomi, *&* Rezii; *& si eæ Communitates quoque recusarent, intra mensem à recusatione* Bergomi, *&* Rezii, *per prædictas urbes inveniri debet sufficiens securitatis cautio.*

Item, Nobili viro Alberto de la Scala, *vel procuratoribus suis summariè, & absque judiciario strepitu ratio reddatur contra* Brixiæ *Communitatem, & illam* Vallis Camonicæ, *ratione stipendii, quod ei solvere tenetur per Præturam Vallis* Camonichæ *eo tempore, quo incolæ Vallis* Camonichæ *Communitati* Brixiæ *parebant.*

Item, pignerationes inter prædictas Communitates nullo modo imposterum concedantur.

Item, præsens pax perpetuo servari debet, omnia, & singula quæ continentur in præsenti pacis instrumento adnotata, pro majori firmitate, & observantia hujus pacis, vim obtineant statuti perpetuo servandi, apud Vicarios, Prætores, Capitaneos, Seniores, partes, populos, & Consules Mercatorum, & Consilia, hominesque, urbium prædictarum inviolabiliter, ac præcisè; non obstante re quacumque, quæ obstare posset. Rebus obstantibus hac pace inita, & conventione præsenti in ea parte de certa scientia derogatum intelligatur. Forma hujus pacis sive, conventionis & statuti ordinate inscribatur codicibus statutorum prædictarum urbium; & scripta in illis semper observetur; ad quæ teneantur vicarii, Prætores, Capita Pagorum, & eorum familiæ præsentes, & futuri, seniores, populorum Decani, & Prætores, & Consules mercatorum, Consilia, & incolæ prædictarum urbium ad ea observanda, perpetuo inviolabilia, & absolute absque ulla dimunitione; præterquam, quod, quæ scripta sunt in præsenti pacis instrumento, haud juvent, nec juvare possint quemdam, vel quosdam prædictarum urbium exules conditionis cujuscumque, sed semper intelligantur, scripta & facta in eorum læsionem, & damnum, & semper huc in specie referantur, & prædictæ res &c.

Die Lunæ decima octava Septembris, præsentibus D. Oldeviando de Targetinis, Juliano de Ugonis, Nicolao de Calegariis, Gerardo Lambardi, Cajetano de Lavello Longo, Fiomondo de la Riva Giudice, Marzagaglia de Aleardis, Joanne Spolverino Giudice, Sylvestro d'Isolo, Guidone da Riva, Bartholomæo de Busis, Guidone de la Torre, *testibus specialiter vocatis.*

In domo Communitatis di Montechiaro, *Episcopatus* Brixiensis, *Anno MCCLXXIX. Indictione septima.*

Ratificatio Antedictæ Pacis per Consilium, & Populum Veronensem.

D*ie Lunæ vigesima quinta* Septembris *Anno MCCLXXIX. in cœnaculo Communitatis* Veronæ *in majori Generali Consilio Communitatis* Veronæ *juxta morem congregato, prælecta pax inter Communitatem* Brixiæ, *ex una parte, & Communitatem* Veronæ, *&* Mantuæ *ex altera; scripta die decima octava* Septembris *antedicti, quam præstito* A *juramento ratificarunt, qui in Consilio adfuerunt Seniores Populi* Veronensis, *quorum nomina notata sequuntur.*

D. Boninsegna de la Osella.
D. Buono Cartero.
D. Adam de Ogniben Gatto.
D. Bartholomæus da Presana.
D. Ognibene Zanchada.
D. Antonius de Peregrinis.
D. Joannes de Borchanis.
D. Gerardus de Bruno.
D. Petrus de D. Nicolao.
D. Vitalis Bevilacqua.
B D. Jacobinus de Mazurega.
D. Aringello.
D. Brunamonte de Poya.

Nomina revera universi Consilii urbis Veronæ, *eorum scilicet, qui adfuerunt, & pacem jurarunt, brevitatis gratia omissa sunt; Instrumentum tamen publicum reperitur, scriptum per* Gerardum de Ottonello *Serenissimi* Regis Caroli *Notarium; illorum autem numerus ultra quadringentos ascendit.*

PAX COMPOSITA INTER VERONENSES ET PATAVINOS,

C Quæ brevius, ut fieri potest, describetur, ex originali desumpta.

D*Ie Lunæ, 11. Septembris in mercatu* Veronæ, *ad Capitolium præsentibus Dominis* D. Leonardo Venero, *&* Marco Dandolo *Legatis Domini Ducis, & Communitatis Venetiarum,* D. Ansedisio de Guidottis, Juliano *filio* Alexandri Novelli, Guizelio Novello, *&* Buono *de* Sancto Martino *Legatis Tarvisii, Fratre* Laurentio de la cha de Dio *Venetiarum, Fratre* Albertino de la cha de Dio *Vicentiæ,* D. Ugone Ditiario *Legum Doctore,* Bartholomæo Anselmino, *&* Boldemando *notario* Anselmini *filio,* Henrighetto da Padova, D. Malgarito D Giudice, *&* Guidone Giudice da Figarolo *Legatis Ferrariæ;* D. Angelo Giudice de Verlatis, Henrico de Ravasinis *Legum Doctore,* Morando da Dressino, Ricciardo de Seratico *Legatis Communitatis Vicentiæ,* D. Marzagaglia de Aleardis, Martino da Valgro, Betino de Montorio, Henrigetto da Baldaria, Jacobo de Ceserina, Bartoldo Notario *filio* Buonhomi, Paganino *Notario Cerettæ, &* Schenelo *notario* da Pigna, *testibus, pluribusque aliis.*

In honorem, & gloriam Omnipotentis Dei, gloriosæque Matris Virginis Mariæ, *& beati* Zenonis 53
E *protectoris urbis & districtus* Veronensis, *in generali, & publica concione Communitatis* Veronæ, *campanæ sonitu, ac voce Tubæ secundum morem congregata;* D. Bertolaccius de Barro *Syndicus, actor, & procurator; &* Mancius de Galesio de Carbonesis *honorabilis* Veronæ *Prætor, & nobilis vir* Albertus da la Schala *Capitaneus Generalis Populi, Communitatis, & incolarum* Veronæ, *inierunt, & composuerunt bonam pacem, firmam, & perpetuam cum* Alberto Bibi *Syndico, Actori, Procuratori, & Legato nobilium virorum* Matthæi de Cengia *honorabilis Prætoris Communitatis, & incolarum* Patavii, *capitibus infrascriptis.*

F *Primo, Communitas* Veronæ *juvet, defendat, & servet Communitatem* Mantuæ *in suo, &* Mantuæ *districtu tam terra, quàm aqua, si forte nobilis vir,* Marchio *ab* Este, *&* Ferrariæ *Communitas cum generali exercitu districtum* Mantuæ *&* Mantuanum *Territorium ingrederentur, & non aliter: sic pariter, Communitas* Patavii *juvet, servet, & defendat dictum* Marchionem *ab* Este *nobilem Civem* Patavinum, *uti & Communitatem* Ferrariæ *quotiescumque necesse fuerit, contra* Mantuanos; *& finis & remissio ab utraque parte*

te fiat solemniter, per amnestiam injuriarum, & damnorum ab utraque parte illatorum personis, & rebus, quæ quocumque modo, vel medio facta, & commissa sint.

Et restituantur utriusque partis captivi, tempore præsentis belli facti.

Et Castellum Coloniæ *cum terra destruatur, ac penitus dejiciatur, ut nullo umquam tempore eo in loco aliud Castellum, sive Arx a* Veronensibus, *aut aliis personis ab* Alpone *versus* Patavium, *vel* Vicentiam *in districtu* Veronensi *construi possit.*

Et omnes terræ, & possessiones, vel quasi, tam Communitatis Veronæ, *quam particularium personarum, quæ obediunt Communitati* Veronæ, *scilicet* Veronenses, *&* Veronensis *districtus, liberè restituantur iis qui eas tenebant, & possidebant ante tempus, quo* Patavium *captum fuit, & in eum reducantur statum, quo erant ante bellum, ita ut restitutæ intelligantur in pristinum suum statum, pace hac firmata.*

Et si quidam Patavini, *&* Vicentini, *tempore, quo* Patavium *bellum gerebat, tenuerunt, & possederunt, vel quasi, aliquid in districtu* Veronæ, *id illis libere relaxetur; & idem fiat* Veronensibus, *si aliquid tenuerunt, & possederunt, vel quasi, in districtu* Patavii, *&* Vicentiæ.

Item viæ utrique parti sint liberæ; & circa pignerationes periti quidam a Communitatibus Patavii *&* Veronæ *eligantur, qui intra trium, vel quatuor mensium spatium, examinent, definiant, & eas terminent, cujuscunque generis sint eæ pignerationes, ab actionibus concessæ, illisque satisfiat pro Communitate illa, contra quam concessæ sunt; illæ vero, quæ datæ contra actionem sunt, abrogatæ, & irritæ sint, ac nullius valoris.*

Circa factum vero, & quæstionem Communitatis Vicentiæ, *de* Gambelara, *de* Brione, *&* Carrigiano *per sapientes viros cognosci debet, an* Vicentiæ *Communitas rationem, & jus habeat possidendi loca illa, quæ illa obtinuit; si autem nullum eidem jus habendi competat, restituantur illi, cui id competit, ut fusius continetur in Instrumento scripto per* Gilbertum *Notarium* Ruffini, *Anno MCCLXXXVII. Indictione Octava.*

PAX COMPOSITA INTER VENETOS ET FLORENTINOS EX UNA PARTE; ET DOMINOS MASTINUM; ET ALBERTUM, FRATRES DE LA SCALA, EX ALTERA:

Breviter & fideliter ex originali exemplari extracta.

I*N nomine Domini. Quoniam discordia, & bellum variis de causis, gravaminibus, offensis, injuriis, & novitatibus ortum est, ut gestum inter Communitates* Venetiarum, *&* Florentiæ *ex una parte; & Magnificos, & potentes Dominos* Albertum, *&* Mastinum de la Scala *fratres, urbis* Veronæ *Dominos generales ex altera; & dictæ partes Deum præ oculis habentes; considerantesque pericula, damna, expensas, onera, destructiones, cædes, & perditiones Corporum, & animarum, ac suorum agrorum, & bonorum, dissipationes, quæ hucusque contigerunt, & imposterum contingere possent per discordiam, & bellum præsens, inclinarunt animos suos ad pacem, & quietem, reformationem & pulchritudinem, atque ad disquisitionem & compositionem ejus, speciales, ac solemnes personas, Procuratores, & Syndicos præcipuè ordinarunt & miserunt. Post solemnes & maturas collationes, deliberationes, & consultationes de ea re habitas; sapientes ac discreti viri* D. Nicolaus Pistorinus, *Cancellarius Ducalis Palatii* Venetiarum, *Syndicus, Actor, & Procurator Illustris, ac Magnifici* D. Fran-

A cisci Dandoli, *Dei gratia inclyti* Venetiarum *Ducis, ejusque Consilii, & Communitatis ad infrascripta solemniter, ac specialiter constitutus, ut constat ex publico Instrumento scripto per me* Jacobum *infrascriptum Anno incarnationis Domini nostri MCCCXXXVIII. Indictione septima, die* XXIX. *Decembris. Et discreti viri* Cyprianus Lipezo, Gerardinus de Giovannis & Diotifece, *&* Michaël Notarius *Civis* Florentiæ, *Procuratores, & Syndici Prætoris, Priores, Vexilliferi Artium, & Justitiæ, & Consilii, Communitatis, & urbis* Florentiæ, *ut constat ex instrumento Syndicatus scripto per* Fulcium Antonii de Bonsignore *notarium Imperialem. Anno In-*
B *carnationis Domini MCCCXXXVIII. Indictione septima, die duodecima* Januarii, *per me Notarium visum & lectum, ex una parte; & providus vir* Franciscus, *Medicinæ Doctor, Filius* Gabrielis de Rugolino *Procurator, & Legatus Magnifici, & potentis* Mastini da la Scala *prædicti, ac ab illo* Mastino *pro se, & pro* Alberto *ejus fratre ad infrascripta omnia, & singula illorum specialiter, & solemniter constitutus, ut constat ex instrumento publico scripto per manum* Amadei *filii* Gregorii de Campiello *notarii anno Domini MCCCXXXVIII. die Sabbati, decima Octobris, viso & lecto; ex altera parte; nomine præ-*
C *dictorum purè, voluntariè, & unanimiter, omnique alio modo, & forma, quibus optime, & efficacissime potuerunt, & possunt, componunt inter dictos, ve-* 54
ram, legalem, puramque pacem, concordiam, & bonam voluntatem, perpetuo, & firmiter tenendam inter illas partes, gentes, terras suas, & quamlibet earum, omnium & singularum, sublatis omnibus, & singulis litibus, discordiis, bellis, injuriis, offensis, damnis, extorsionibus, rebellionibus, occupationibus, captionibus, & dissensionibus quocumque modo, & causa excitatis, factis, datis, & receptis ab utraque parte, & inter eas partes, quacumque ratione, &
D *occasione, sive per bella, & discordias antedictas, sive per quamlibet aliam causam usque ad præsentem diem.*

Ad Honorem Dei, gloriosæque matris virginis Mariæ, *Sancti* Joannis Baptistæ, *& Sancti* Zenonis *Episcopi, totiusque Aulæ cœlestis, inita & sancita, promissa & firmata, pacta, & conditiones, modi, capita sequentis tenoris.*

Primo, dictus Franciscus *Procurator prædictorum* D. Mastini, *&* Alberti de la Scala, *teneatur liberè, & expedite remittere Communitati* Florentiæ *Dominium, possessionem, & potestatem terrarum, & Arcium infrascriptarum,* Pesciani *nempe,* Bugiani,
E Collis, *&* Altipassi, *loca Communitatis & districtus* Lucæ *cum eorum districtibus, vicis, fortalitiis, jurisdictionibus, ac pertinentiis eorum; quibus dicti Syndici, & Procuratores Communitatis* Florentiæ *acquiescunt;* (& hæc est substantia dicti capitis, licet multis se se extendat verbis quoad jurisdictionem, & personas in illis commorantes.)

Item, Antedictus Franciscus *procurator, & Syndicus* D. Mastini, *&* Alberti de la Scala, *urbem* Tarvisii *cum omnibus Castellis, & Fortalitiis, possessis à* D. Mastino, *&* Alberto *in dicta urbe & in toto ejus tractu, & districtu, toties oblatis antedicto*
F *Duci & Communitati* Venetiarum, *omniaque jura, quæ ullo modo illuc spectant, & pertinent, vel quæ competere possint dictæ urbi, Castellis, locis, & jurisdictioni Urbis illius, & districtus, dat, tradit, & & cedit, libereque, ac expeditè relinquit prænominatis Duci, & Communitati* Venetiarum, *ita ut locis nominatis a* Brenta *versus Territorium* Tarvisii, *hoc est à* Bassano, *prædicti Domini* de la Scala *imposterum se se ingerere, vel intromittere non possint.*

Item, Arcem Castelbaldi *cum pertinentiis suis & Territorium ad* Athesin *versus districtum* Patavinum, *uti teneri solebat per* D. Canem Grandem de la Scala, *liberè, & expeditè relinquatur præfato Duci, &*

Communitati Venetiarum, *Pons insuper, & Catena* Athesi *impositi auferantur, nec umquam eo in loco reponi possint; & Turris ad alteram* Athesis *ripam prorsus destruatur.*

Item, prædicti D. Mastinus, *&* Albertus *debent relinquere liberè, & expeditè, ut & relinquunt, & concedunt Castellum, terram, & fortalitium* Bassani *cum districtu suo, pertinentiis, & jurisdictionibus, prænominatis Duci, & Communitati* Venetiarum, *de quo disponere possint pro suo libitu.*

Item, dicti Domini de la Scala *& Communitas* Veronæ *debent permittere transitum aquæ* Padi *liberum, & patentem omnibus mercatoribus, navibusque, euntibus, ac redeuntibus per dictum flumen, nec aliquid innovare circa transitum* Padi *apud* Hostegliam, *vel in quodam alio loco.*

Item, pacta antiqua inter Communitatem Venetiarum *&* Vicentiæ *integrè observari debent.*

Item, Magnificus Eques Ubertinus de Carraria, *Dux, & Dominus Generalis urbis* Patavii, *& Communitas, atque incolæ illius cum Castello* Bassani, *&* Castelbaldi *recens concessis Communitati* Venetiarum, *& omnia alia Castella, terræ, loca, & Communitates Territorii* Patavini *sint, & intelligantur inclusa præsenti huic paci.*

Item D. Albertus *&* Mastinus *prædicti remaneant & sint liberi Domini urbium* Veronæ, Vicentiæ, *&* Parmæ, *earumque districtuum, exceptis locis* Rossorum, *&* Amicorum, *in hac pace contentis; similiter Civitas* Lucæ *cum districtu suo remaneat in manibus, & potestate antedictorum* Mastini, *&* Alberti, *exceptis locis, & Castellis iis, quæ Communitati* Florentiæ *tradenda.*

Item, Excellens Princeps Carolus, *Rex* Bohemiæ *primogenitus, & Dominus* Joannes *Dux* Carinthiæ *ejus frater, qui in fœdere, & unione fuêre cum dictis Communitatibus* Venetiarum, *&* Florentiæ *includantur, ac inserantur prædictæ paci, & concordiæ una cum urbibus* Feltro, Belluno, *& omnibus suis Castellis, districtibusque.*

Item, Azzo Visconte, *urbis* Mediolani *Dominus,* D. Obizzo, *&* Nicolaus *Marchiones* ab Este, *Domini Generales urbium* Ferrariæ *&* Mutinæ, D. Aloysius de Gonzaga, *& Filii, Domini Civitatis* Mantuæ, *&* Rezii, D. Hostasius da Polenta, *Dominus urbis* Ravennæ, *&* Cerviæ, *&* Sicchus da Caldazzo *Fratres, & nepotes cum eorum urbibus, & districtibus earum, includantur, & intelligantur inclusi præsenti paci.*

Acta, & sancita in urbe Venetiarum *in Ecclesia coram altari Evangelistæ Sancti* Marci *Anno Domini MCCCXXXVIII. Indictione septima, die* XXIV. *Januarii præsentis; & stipulatum fuit instrumentum per* Jacobum, Joannis *filium, publicum notarium ad prædicta rogatum.*

Hoc est prædictæ Pacis summarium, in qua plura insuper continentur capita particularium personarum, de teloniis, vectigalibus, restitutionibus damnorum, aliaque multa, quæ quum valde diffusa sint, omittimus, ne lectori excitemus tædium. De his tamen cuilibet Lectori certum sit, supradicta omnia fideliter extracta esse e vero, authentico & originali exemplari.

Instrumentum hoc plures excipiunt hujus pacis ratificationes, factæ per nominatos in illa; quas brevitatis gratia omittimus. Nobis autem sufficiat, quod paci huic nulla deficiant substantialia capita, eidem necessaria. Et potuissem absque dubio ample omnia instrumenta nominata in meis historiis fusius transcribere; sed uti in iis brevitatem mihi proposui, ob rationem laudabilem, sic pariter in his relationem prolixiorem judicavi indecentem. Principium enim, & finis horum meorum laborum proles fuêre exigui temporis, conceptæ, & editæ, sub regimine Magnificorum *Jacobi de Cavallis*, Legum Doctoris, & *Marci de Guarientis*, Communitatis *Veronæ* Syndicorum, & Provisorum Dignissimorum.

FINIS.



JOSE-

1 # JOSEPHI JUSTI SCALIGERI,
Julii Cæsaris a Burden F.
EPISTOLA
DE
VETUSTATE ET SPLENDORE
GENTIS SCALIGERÆ,
AD NOBILISSIMUM
JANUM DOUSAM,
Dominum à Nordwyk, &c.



UM à *Francisco Sansovino* luculentum opus *de Illustribus Italiæ Familiis* editum esse audivissem, ejusque videndi maximo desiderio arderem: effectum est amicorum opera, ut ejus libri, qui unicus in his regionibus extabat, copia ad paucos dies mihi facta fuerit. intra quas angustias quamvis raptim eum scriptorem percurrimus: tamen per eas nobis licuit non solum fructum aliquem ex ejus lectione colligere, sed etiam de auctore, ejusque opere certo judicare. Nam quin ei ex accuratissima tot illustrium originum investigatione maxima tam ab ipsis illustribus gentibus gratia, quam à posteritate laus debeatur, negari non potest. Quod autem ubi ad vetustissimam *Scaligeram* gentem, Regum & Principum progenitricem devenit, non solum strictim & je-
2 june, sed etiam maligne de ea loquitur, non possum facere, quin quantum ejus diligentiæ tribuebam, tantum candori detraham. Historicus enim clarorum virorum facta moresque posteris tradit, sine gratia, ambitione, & invidia, bonæ tantum conscientiæ precio ductus: ut si de veritate detrahat, necesse sit, hoc aut ignorantiæ recti negligentiæque adscribere, aut invidiæ. Sed ignorantia aut negligentia in eo locum non habent, qui in quibusdam propior adulatori nimio diligentior fuerit, in aliis etiam nimium quantum curiosus. Habet præterea, ut excusari non possit, domesticos testes, per quos illi veraciori esse licuisset, & ridiculo ac contumelioso postremi nebulonis *Villanii* testimonio abstinere. Atque ut alios, qui olim præclare de nostra gente & senserunt, & scripserunt, omittam, vernaculus scriptor *Torellius Saraina* Jurisconsultus tres libros *de principibus Scaligeris & eorum gestis* sermone patrio conscriptos reliquit: qui liber ante hos quinquaginta duos annos *Veronæ* editus est. Cum ergo hoc non sit negligentia, est ergo succus loliginis & κακοήθεια. Neque vero hic ictus est temerarius. ex destinato venit. Jamdudum sentimus nos ab hostibus nominis nostri oppugnari. Sed videamus, quid malevolentia lucrata sit ex hoc perfunctorio & obtrectationi proximo stilo. Nempe commemoratam à *Sansovino* clarissimi nostri generis gloriam lector præteriisset. nunc præteritæ à *Sansovino* omnes causam requirunt. Miseram vero nobilitatem, quæ in alienum suffragium venit, & quam

A non natalibus & majorum nostrorum virtuti sed scriptorum libidini debemus. Ad precatorem, quæso, abeamus, qui nobis precariam generis vetustatem ab istis historicis impetret, quos nisi placatos habeamus, metuendum nobis est, ne non 3
solum obscuri, sed ne bonis quidem prognati censeamur. *Dantes* Poëta illustrissimum Christianissimorum Regum *Franciæ* genus à laniis *Parisiensibus* deducit, utique tam vere, quam ille tenebrio nostrum à scalarum fabro: quas mirum, ni auctor generis in suspendium eorum parabat, quos vaticinabatur illustri nobilitati suæ obtrectaturos.
B *Paulus Jovius*, me puero, in aula *Henrici Secundi* obscurissimo cuique claritatem generis mercede pollicebatur, maledicentia ulturus, qui ejus nundinationi adversaretur: quod quidem expertus est *Annas Mommorantius* Comes stabuli *Franciæ* traductus à venali historico non aliam ob rem, quam quod nescio quid impudenter petens, repulsam tulisset. Sed *Jovius* ultus est privatum odium. *Sansovino* unde ille livor, & ærugo, non video. Dei bonitate, & majorum meorum virtute, generi nostro semper suus constabit splendor, qui si nullus à natalibus esset, à patre meo, à me, ab alio incipere pos-
C set, cum unusquisque sit auctor nobilitatis suæ, quoties ad priscorum heroum virtutes sese componens, existimat eos majores suos esse, nec ex quibus genitus, sed quem se ipse genuerit, & formaverit, respicit: & unusquisque cavere potest, ne in malum depravetur; cum interdum evitare non possit, ne sua nobilitas in plebitatem degeneret: quod parum abest, quin hodie in nobis locum habeat, ex illa tam numerosa nobilitate ad paucos redactis. ὧδε γὰρ ἡμετέρην γενεὴν μούνωσε Κρονίων. Quia igitur me rebus humanis exempto, nemo futurus est, qui memoriam gentis nostræ, adver-
D sus hoc sæculum veritati & virtutibus tam infestum tueri possit, grassanti invidiæ obviam ire decrevi, & generi nostro ab ultima usque origine ad avum 4
meum deducto, patris mei vitam subjicere: qui ut primus in gentem nostram literas intulit, ita dignus est, ut literis, de quibus tam bene meruit, memoria ejus conservetur: quam quidem ab oblivione vindicare, non ambitio est, sed fiducia veritatis. Quo minus difficile erit mihi apud æqua judicia obtinere, ne aut putidus aut molestus esse videar, si in patris mei vita explicanda, cum ejus quædam memoravero, ideo laudare videar, quia illa lau-

Sarayna.

danda. Non dubitavi autem, nobilissime *Douza*, quin tibi privatim rem gratam facturus essem, si cujus scripta amas, ejus vitam tibi describerem, quantum quidem meminisse possum eorum, quæ aut ipse vidi, aut ab ipso, aut ab ejus æqualibus, qui eum in *Liguribus Taurinis* militantem viderunt & noverunt, accepi. Multa hactenus latent me, quæ ignoro: multa excidere, quæ scivi: ut possim agnoscere morbum memoriæ meæ, quæ mihi in hac ætate aurem vellit, & me monet quotidie mori. Quanquam vero ex quo tempore transcriptus es in hanc coloniam, tanti tibi est rei publicæ vacare, ut necessario animum tuum circumscribas à melioribus studiis: tamen tibi iniquus sim, si publicas occupationes tuas neglectum literarum interpretor, quasi bellum aut odium his humanioribus indixeris. Hoc non tibi, sed illis objiciendum est, quibus domus sua diversorium otii est: cum tua tibi sit à publicis curis ad honesta studia receptus. Neque vero ignoro, quocunque tempore conveniaris, parum tibi à re publica vacare. Sed si cum tot concurrentibus curis paria fecisti, & tanti facis hanc epistolam, ut totam velis perlegere; puta te nondum labore defunctum, sed laborem tantum mutasse: quem tibi non in-
5 dicerem, nisi è dignitate gentis *Scaligeræ* esse existimarem, tibi doctissimo patris mei vitam, nobilissimo nobilitatem ejus non ignorari: de qua tametsi nemo paulo doctior dubitare, nemo probior non fateri debet; tamen omni nobilitati hoc, ut ita dicam, vitium intervenit, quod ea sine opinione hominum sola sese tueri non potest. Nam nobilem ignorari, est inter ignobiles censeri. adeo ut non minus referat nobilem haberi, quam esse: & nihil intersit, divitiæ te nobilem acceperint, an fecerint: cum factio atque opes vetustam originem in nobilitate continuent, novam in nobilitatem admittant. Quod si hæc adminicula defecerint, vel ex principe nobilis minorum gentium, vel ex nobili plebs fies. Non vacat adducere huc tum quos prisca historia memoriæ prodidit, tum quos majorum aut nostra ætas tulit, imo quos ipsi vidimus, oriundos felicibus, infelices vero aut nuper natos, aut factos: quorum generis fastigium idem casus, qui & domorum, decusserit. Non adferam tot illustrium familiarum non tantum ipsis, sed & stantibus quoque lamentabiles eversiones. Abunde fidem fecerit fortuna *Scaligeræ* domus, quæ ut majestatem generis apud mentes hominum perpetuare poterat imperio suo retinendo, ita amittendo, splendorem, quem continuare non potuit, obscuravit. Itaque cum videam quasdam familias, historicorum magis factione, quam merito natalium suorum, priscarum prosapiarum illustrem gloriam æquasse: nobis metuendum non erat, ne stante fortuna imperii nostri, deessent, qui tam illustris, tam vetustæ gentis memoriam saltem conservarent. Sed versis fatis in contraria, vix est, ut homines non sibi persuaserint, quia nullum est *Scaligerorum* imperium, propterea nullos extare *Scaligeros*. Imo multi sunt, qui non solum
6 ipsi credere, sed & nobis persuadere, si ita insanimus, parati sunt: cum tamen hodieque multæ familiæ *Scaligeræ* stirpis extent tum in *Bavaria*, & reliquo *Norico*, tum in *Dalmatia*, & *Karnia*. Quare qui defecisse universum genus *Scaligerorum* clamant, & scriptis palam testantur, næ ipsi sui nominis & pudoris decoctores sunt, qui in eorum gratiam, quibus adulantur, tot illustrium familiarum odium mereri, quam verum dicere malunt. Ad hanc hominum invidiam accessit quoque temporis injuria: quia, ut etiam *Torellius Saraina* testatur, per pauca relicta sunt nostri generis monimenta: puto, quod hostes nominis *Scaligeri* omnia, quæcunque nancisci potuerunt, gentis argumenta,

A aboleverint, dum imperii *Veronensis* fato *Scaligeræ* stirpis memoriam finiunt. Ea vero pauca Chronica, quibus se adjutum scribit idem *Saraina*, adeo mendosa erant, & inter se pugnantia, ut in multis conjectura illi opus fuerit. quod tametsi ipse non monuisset, tamen res ipsa palam loquitur. Ut in genere non minor illi à nobis habenda sit gratia, quod memoriam majorum nostrorum, quantum in illo fuit, diligentia sua conservarit, quam venia danda, quod meliorum Chronicorum fide destitutus, in tam periculosa navigatione cursum tenere non potuit, & a vero aberravit. Castigan-
B dus tamen, quod metu, an adulatione quædam tacet, quædam adjicit: ut cum *Wilelmum Grossum* non ex *Elizabetha Bavara*, sed ex concubina natum scribit, adversùs & receptam antiquitus apud majores nostros & in *Bavaria* opinionem, & adeo contra veritatem ipsam, & *Pauli Æmilii* sententiam. Sed hoc additum fabulæ, ne illustrissima Ducum *Bavarorum* gens ullum jus cognatitium habe-
beret *Scaligeros* in veterem imperii *Veronensis* pos- 7
sessionem restituendi. Hinc illæ lacrimæ. Non ferendus etiam, quod in non paucis pueriliter hallucinatur. Ut cum, verbi gratia, Cæsaris *Ludovici Bavari* vitam ad annum usque CIↃ CCC LIX.
C extendit: cum constet ipsum *Ludovicum* anno CIↃ CCC XLVII, mense Octobri, veneno à vidua *Alberti Austriaci* propinato, obiisse. Nisi *Sarainæ* idem condonandum, quod doctissimo *Gaspari Peucero*, qui scribit, mortuo Galeazzio, *Alexandriam*, & *Papiam* à *Cane Signorio* occupatas fuisse, easque successori *Galeazzii* restitutas, *Cane Signorio* in gratiam recepto: qui est manifestus ἀναχρονισμός viginti septem aut amplius annorum. Nam *Canis Signorius* obiit anno CIↃ CCC LXXV. *Galeazzius* autem ille anno CIↃ CCCC II. Sed & non abludunt ab hac absurditate ea, quæ in Epitaphio
D *Bailardini Nogarolæ* incisa sunt in Ecclesia *Ciani* Castelli, in territorio *Veronensi*, ditionis *Nogarolarum* illis olim à *Scaligeris* concessæ. Manifestum enim est, epitaphium multis annis post obitum *Bailardini* conditum fuisse. Imo alii de hoc *Bailardino* scribunt, eum nomine *Alberti* & *Canis Scaligerorum* legatum ad *Henricum* Cæsarem fuisse anno CIↃ CCC XXXV. cum *Henricus* obierit anno CIↃ CCC XIII. Tamen *Saraina* monumentis veteribus destitutus veniam in multis meret. Quod enim multa principum *Veronensium* præclara facta omiserit, non hominis sed temporis culpa est. ut cum tacet, Imperatorem *Rupertum* cum exercitu
E *Canis Signorii* congressum infeliciter in agro *Brixiano* ad lacum *Benacum*, turpi fuga sese recepis-
se. Sed & quid meruit, cum *Mastini Tertii* exi- 8
tum desperationi similem facit? idem sane quod alii, in quibus *Sansovinus*, qui eum imperio excidisse dicunt. nisi quarundam civitatum amissionem imperii exitium vocant. Igitur injuria temporis, malevolentia hostium, imperitia scriptorum, eos cuniculos in generis nostri memoria egerunt, ut de totius nominis *Scaligeri* ruina metuendum esset, nisi præsto fuisset eloquentissimus vir, & antiquarum originum vindex *Paulus Æmilius* Veronensis, qui nactus in *Norico* acta & an-
F nales prosapiæ nostræ vetustissimos, pingui stilo, ut ipse ait, conceptos, edolavit eos, & *Latine* loqui docuit. Ex eo libro parens meus ea excerpsit, quæ ad nostri generis claritatem præcipue pertinere visa sunt. Cætera per otium describere non licuit. Quod utinam fecisset, & nobis edendi laborem reliquisset. Postquam igitur *Paulus Æmilius* multa de splendore & vetustate gentis *Scaligeræ* disseruit, deducta generis serie ad *Alanum Scaligerum*, *Carniolæ*, & *Tirolii* atque montanorum *Feltriæ*, totiusque reliqui tractus Inalpini principem: docet, quomodo *Attila* Hunnorum

Rex

Rex in *Italiam* per *Carniolæ* montes irrumpens ab *Alano* armis depulsus, & in partes *Altini* summotus est. Quo tempore accolæ *Venetici* sinus ingruentem tempestatem prospicientes, relictis oræ maritimæ avitis sedibus, in proximas insulas *Adrianorum* stagnorum sese receperunt. Id fuit initium magnificæ civitatis *Venetiarum*, quæ male gratiam posteritati *Alani* retulit, quam à multis jam annis capite & fortunis oppugnat. Quemadmodum vicinia maris *Venetis*, ita vallis *Polyzela*, sive *Pulicella*, & *Anania* perfugium *Veronensibus* fuerunt, cum *Attila* non solum agrum *Veronensem* ad vastitatem depopulatus esset, sed & ipsam *Vero-*
9 *nam* funditus evertisset. Qua clade ita perfugarum civium animi dejecti sunt, ut patriam jacentem flere potius, quam de ea excitanda cogitare parati essent: donec *Alanus* eos ex vallibus, in quas perfugerant, convocatos ad meliorem spem erexit, & repetendæ patriæ simul, atque instaurandæ auctor fuit. Quod cum bene cessisset, eo nomine omnium *Veronensium* suffragiis princeps renunciatus est. Ita duæ nobilissimæ urbes, *Venetiæ* & *Verona* uni *Alano Scaligero* debent, altera quidem, quod nata, altera autem, quod renata est. Quod autem pater meus in oratione funebri *Theodorico* attribuit, quod de *Alano* dicendum erat, humanitus ϗ μνημονικῶς peccatum est. *Alani* ex *Theodoro Theodoricus* nepos iis gestis fuit, eaque virtutis gloria, ut hodie vernaculis *Germanorum* carminibus & proverbis celebris sit. Quem *Veronensem* ideo vocant, quod præcipuam sedem in ea urbe, cujus instaurandæ avus *Alanus* auctor fuerat, elegisset. Sed ante omnia *Veronensis* agri loca *Sirmionem* peninsulam amavit, quam etiam regio palatio, cujus hodieque extant vestigia, exornavit. Ab hoc *Theodorico* propagati sunt ii, qui vallem *Polyzeliam*, sive *Pulicellam*, *Sirmionem*, & alios tractus agri *Veronensis* aliquot sæculis ante imperii *Veronensis* incunabula possederunt. Nam & *Torellius* ipse fatetur, *Veronæ* potentissimam opulentissimamque antiquitus gentem *Scaligeram* fuisse. Quin & hodie in agro *Veronensi* pagus *Scaligerorum* nomen retinet, quod utique ante sexcentos annos habet. Præcipue autem *Torellius* scribit antiquissimum *Scaligerorum* patrimonium fuisse, *Sirmionem*, &
10 vallem *Pulicellam* jam ante annum Christi CIↃ: ut non solum vappa ille, qui *Mastinum II.* generis auctorem & scalarum fabrum, hoc est *Scalarium*, non *Scalanum*, facit, ridiculus sit, sed etiam omnes, qui in odium tam claræ stirpis illum testem adducunt, & malunt ludibrium debere, quam tacere. *Theodorici* posteritas tum in agro *Veronensi* & ipsa urbe radices egit, tum in *Bavariam*, *Illyrium*, *Dalmatiam*, & *Pannoniam* late diffusa est. Nam progenitus *Alani* posteris *Quiricius Scaliger* Salonarum in *Dalmatia* fuit Dynastes: cui cum filius *Mundus* in imperio successisset, *Gotti* ea tempestate, excusso *Hunnorum*, quibus diu vectigales fuerant, jugo, & multis deinceps victoriis feroces, vicinas urbes bello lacessere cœperunt. quibus *Salonas* obsidentibus *Mauritius* Mundi filius prælio temere cum illis commisso, interfectus est. Pater *Mundus* evocato ex proximis præsidiis *Alarico* nepote suo ex *Abellia* minima filiarum, & *Antenore Scaligero* gentili suo, *Gottos* magna clade prostravit, urbemque *Salonas* obsidione liberavit. In *Bavaria* autem *Alani* posteritas longe lateque crevit. Nam in ea *Nicolaus Scaliger* cognomento *Fortis*, Agnete, *Zelii*, Poloniæ Ducis, aut principis, sorore & *Olao* genitus, *Desiderii* Longobardorum Regis exercitum ad *Adriam* fudit. Hujus filius *Albertus* (alii dicunt nepotem ex *Benedicto* majore) varia fortuna cum *Taxilione Bojariæ*, sive *Bavariæ* Regulo tantisper conflixit, donec *Carolus Magnus* Taxilione devicto, Albertum præmiis virtutis donavit, adjecto ditioni ejus *Bulza-*

A *no*: multisque præterea donis & privilegiis affecit, quæ nepotibus *Alberti* per *Berengarium* Italiæ tyrannum adempta *Otho* Cæsar primus *Emero Scaligero* cum cumulo restituit, data ei in matrimonium sive filia, sive propinqua *Emetilde*. Qua mor- 11
tua *Emerus* ex *Balda* Petri *Hungariæ* Regis sorore, *Trebellium*: hic, ex *Zolomeri* Dalmatarum Regis filia, *Casimirum*: Casimirus *Ansaldum*, & *Othonem*: Othone mature rebus humanis exempto, Ansaldus *Christophorum*, *Clementem*, *Georgium*, *Marmum* genuit. *Christophori* filius Ansaldus *Nicolaum Fortem* secundum; hic ex *Johanna Sueva* Friderici Cæsaris Barbarussæ propinqua *Albericum* suscepit. de cujus fortitudine mira scribit *Paulus Æmilius*. Alberto autem alii progenitum *Erbonem Primum* B scribunt, & *Hardwicum* Comitem *a Burkhaussen*. Certissimum enim est, Comites *a Burkhaussen* ex *Trebellii* posteritate esse. *Erbo* in venatu a bisonte interfectus fuit. *Hardwico* nati sunt *Erbo Secundus* Burggravius *Ratisponensis*, & *Carrionum*, sive *Carriniorum* Dynasta, præfectus prætorio *Bojariæ*, princeps maximæ auctoritatis, fortitudinis, & prudentiæ: item *Boto* posthumus, cognomine *Fortis*: de quibus extat luculentum Elogium apud Abbatem *Urspergensem*. Erbonis filius *Sichardus* Primus ex *Sophia* Henrici Ducis *Charriniani* vidua *Burchardum* Regulum *Burkhaussen*, *Sighardum Secundum*, *Henricum Primum*: Henricus Primus ex u- C xore Itha *Henricum Secundum*, *Gebhardum Primum* habuit. *Henrici Secundi* filii fuerunt *Henricus Tertius*, *Gebhardus Secundus*. Gebhardi Primi filius *Gebhardus Tertius*, Comes sive Regulus *Burkhaussen*, & *Machlandiæ*: uxor *Sophia*. *Henricus* & *Gebhardus* Gebhardi Tertii patrueles in agrum *Veronensem* ad gentiles suos sese contulerunt. Atque adeo ex hac *Burkhaussensium* familia, *Æmilius* & *Wolfgangus*, *Scaligeros* principes *Veronenses* deducunt. Qui enim familiam ducebant in *Veronensi-* 12
bus Scaligeris, ii Comites *Scalenburgi* vocabantur. Iidem autem antiquitus Comites *Scalenburgi*, qui D & *Burkhaussen*, fuerunt: & *Mastinus Primus* Comes *à Scalenburgo* dictus fuit. Hinc etiam Comites *de Lika*, ex quibus prognati sunt *Philippus* & *Bartholomæus Scaligeri*, qui pulsum regno à *Tartaris* Regem Hungariæ *Belam* virtute sua in integrum restituerunt: ac propterea à Rege *Bela* Castro *Zkrad* in *Croatia*, regione *Hun* in *Hungaria* donati sunt, ac insuper Commilitones Regis vocati, qui sunt tanquam *Palatini* Regni. Addita præterea à Rege veteribus insignibus *Scaligerorum* parerga, Cornua cervina, signacula Solis, & Lunæ: quemadmodum *Carolus Magnus* parerga insignibus E priscis *Scaligeræ* gentis adjecit *Alberto* Nicolai Fortis primi filio, ob rem in *Taxilionem* fortiter gestam. Ea parerga etiam ætate sua extitisse *Veronæ* scribit *Paulus Æmilius*, quæcunque illa fuerint. Nam in genere prisca omnium familiarum *Scaligeræ* stirpis insignia sunt, aut *Scala* singularis, aut Canes utrinque Scalæ innitentes. Qualia insignia præferunt hodie Comites *de Scala* in *Bavaria*: in quibus adhuc, ut puto, vivit *Joannes Warmundus* illustribus Comitibus *à Burkhaussen* antiquitus oriundus. Eadem insignia hodie extant in arcibus regionis *Hun* in *Hungaria*, ubi fuit sedes præcipua F illustrissimæ gentis *Hunniadum* ex posteris *Philippi* & *Bartholomæi Scaligerorum de Lika*: ex quibus *Johannes Hunniades*, ejusque filius *Matthias* cognomine *Corvinus* alter *Hungariæ* fuit tutamen, alter etiam Rex, imo Rex Regum illius ævi summus: quod nemo negaverit. Neque alia insignia fuerunt Regum *Bosniæ*, quorum ultimum & septimum *Stephanum* dolo *Mahometes Secundus* circumventum vi- 13
vum excoriavit, imposito novo rege *Isacio*, homine plebejo. Sed inclitus *Matthias Corvinus* regnum gentilium suorum avitum à *Bajazethe* Mahometis filio virtute belli extorsit. Denique prin-

cipum *Veronensium* progenitores eadem habuerunt insignia: donec in eam familiam *Alboinus* & *Canis Magnus* Aquilam imperii cum Scala primum ab *Henrico Septimo*, deinde à *Ludovico Bavaro* acceptam nobis reliquerunt. Insignia enim, quæ ego, & majores mei ab ipso usque *Cane Magno* accepimus, sunt eadem plane, quæ Imperii; uno excepto, quod *Scala* cum quinque gradibus, inferne, quam superne, latior, alitis pedibus subjecta est. Spatium enim aureum, Aquila biceps nigra, Scala rubra. Cujus Aquilæ & Canis *Scaligeri* cum meminerit *Dantes*, *Velutellus*, qui Commentarium in illum poëtam scripsit, ridicula blaterat de Scala cærulea, & campo nescio quo. Non enim memini. Nam semper Scala nostræ gentis tam in *Hungaria*, quam in *Norico*, *Bavaria*, agro *Veronensi*, in ipsa urbe *Verona*, rubra fuit, & canes rubri: spatium aureum. Quicunque igitur hodie Scalam cum Canibus præferunt, scito eos non à Principibus *Veronensibus*, sed Principes *Veronenses* ab illis oriundos. Qui autem imperii Aquilam cum Scala rubra gerat hodie, nemo superest præter me: postquam summo Judici ita placuit, propter majorum meorum commeritam culpam, quam in me etiam persequitur. quamquam quod in magna ejus misericordiæ parte deputo, noluit me fratricidis prognatum esse: quorum posteritas *Antonius* Canis Signorii filius, & *Silius* ejusdem ex *Antonio* nepos Aquilam imperii cum Scala rubra gestarunt.
14 Porro historici variant in nostro cognomine, à quibus nullo delectu dicimur *Scaligeri*, *Scaliferi*, *Scalæ*, *Scalani*, *Scaliski*, *Scalikii*. Nam & *Otho Secundus* Comes *Scalæ* memoratur, qui monasterium monialium in *Erla*, haud procul *Laureaco*, extruxit, anno CIↃ CC LXXXI. Commemoratur præterea Comes *Scalæ* & *Beilstein* Conradus ab *Ottocaro* Marchione Stiriæ, in privilegiis *S. Lamberti* in *Stiria*, quod cœnobium constructum fuit anno CIↃ C LXX. Quin *Bernardinus Scardeonius* nos vocat *Scalas*, & *Mastinum Scalam* dicit, loquens de *Mastino Tertio*. Multos commemorat *Scaligeros* Æmilius, antequam ad *Mastinum primum* Comitem *Scalenburgi* deveniat, patrem *Mastini Secundi*, qui primus Dictator populi *Veronensis* perpetuus creatus est, quem & auctorem nobilitatis *Scaligeræ*, & *Scalarum* antea fabrum impudentissime nugantur hostes virtutis majorum nostrorum; quam cum insectantur, ipsam quoque virtutem insectantur. *Eccelinus Romanius* injusta dominatione *Veronam* jam XXXIII. annum premens, postquam inhumanis & atrocibus factis suis omnium mortalium odium meruisset, potentiam *Scaligerorum* suspectam habere cœpit. Quare *Bonifacium* ac *Fridericum Scaligeros* fratres, viros antiqua nobilitate & summis opibus, ut scribit *Saraina*, conjurationis insimulatos cum aliis urbis proceribus exquisitis suppliciis excruciatos necavit. Quod cum scribit *Saraina*, non temperat sibi, quin hunc atrocem casum miserans, obiter, de vetustate, potentia, opibus, dignitate, & gratia *Scaligerorum Veronensium* magnifice prædicet: quos & tunc, & ducentis ante tyrannidem *Eccelini* annis primas in urbe obtinuisse scribit. Eant
15 ergo *Scalarii* fabri, & alieni Imperii insessoribus caudam jactent. Sed quid non potest historicorum factio? *Saraina* de *Eccelino* loquens, novum hominem vocat, gregario milite *Teutone* ortum, qui ex minutissima arce, quam in agro *Tarvisiano* possederat, ad hoc regium culmen progressus fecisset. Aut igitur ipse, aut *Sansovinus*, qui ejus originem vetustissimam & nobilissimam prodit, parum cavisse videntur. Si *Eccelinus* hominum odium, fraterculus Gigantum, cum historico libuit, omnes illustres familias nobilitate provocat, non mirum, si nos ex justissimo sceptro, & antiquissimo solio, ad fabriles officinas, tanquam ad metal-

A la damnat. Quin *Saraina* in *Eccelino* & ejus fratre *Alberico* incepisse & desiisse nobilitatem eorum dicit, aliter ac scribit *Sansovinus*. Mortuo igitur Eccelino, *Mastinus* Mastini Comitis *Scalenburgi* filius, civis *Veronensis*, primum Prætor, deinde interjecto biennio, Dictator creatur perpetuus, cujus imperium, ut & totius posteritatis, moderatissimum, & justissimum fuit. Quominus audiendus erit *Gaspar Peucer*, vir doctissimus, qui sub *Rodolpho* Imperatore *Scaligeros* injustos *Veronæ* insessores fuisse scribit, perinde ac *Malatestas* Arimini, *Carrarios* Patavii. Cujus sententiæ eum
B pœniteret, si sciret *Alberto* Mastini Secundi fratri imperium *Veronense* ultro à populo delatum fuisse, ut constat ex Plebiscito *Veronensi*. Quid vocat jure imperare, nisi populo volenti & cogenti imperare? Ecquod justius imperium fuit, quam *Alberti Primi*, *Alboini*, *Canis Magni*, *Mastini Tertii*, imo & *Canis Signorii* Fratricidæ? cujus si virtutes, ut fratricidium excipias, considerentur, nullus eorum temporum princeps justitia eum & moderatione, prudentia, & virtute bellica non dicam vicit, sed ne æquavit quidem. *Mastino* principe ju- 16
stissimo inimicorum factione interfecto, suffectus in ejus locum frater *Albertus Primus* summa cum
C laude justitiæ & belli gloria *Veronæ* imperavit. Hujus filii, *Bartholomæus* quidem *Constantiam* filiam Principis *Antiochiæ*, Ducis *Apuliæ*, & hac mortua, *Honestam* filiam Comitis *Sabaudiæ* uxorem duxit. Sine liberis decessit: *Alboinus* autem ex *Catharina* Maffæi Vicecomitis Mediolanensis filia *Albertum Secundum*, *Mastinum Tertium* genuit. Ex posteriore vero uxore *Gilberti Corregiani* Comitis filia nullos liberos suscepit. *Cani* quoque *Magno* ex *Johanna* Antiochiæ Ducis filia, *Constantiæ*, quæ *Bartholomæo* nupserat, sorore, nulli liberi fuerunt. *Constantiam* filiarum *Alberti* majorem uxorem du-
D xit *Obizzo Secundus* Estensis Marchio *Ferrariæ*, mortua priore uxore *Jacoba de Fiesco*. minor *Catharina* nupsit *Nicolao de Fuggiano*, vel *Foliano*, Regii Lepidi Regulo, & postea, eo de vivis sublato, Comiti *Bailardino Nogarolæ*. Mortuo *Alberto* successit in imperium maximus natu *Bartholomæus*, qui non multo post initum imperium decessit. Huic succedens *Alboinus* frater, adscito in societatem imperii *Cane Magno*, Vicarius imperii ab *Henrico VII.* declaratus est, procurante legato eorum Comite *Bailardino Nogarola*, Alboini affine. Adjectum beneficio, ut Dynastia *Veronensis* esset hæreditaria, & Principum *Veronensium* posteritas Aquilam imperii in quadrante scuti præferrent. Sed *Canis Ma-*
E *gnus*, cum eidem à Cæsare *Ludovico Bavaro* idem privilegium confirmatum esset, totum scutum Aquila occupavit, subjecta *Alitis* pedibus Scala: quæ insignia ab eo per posteros Dynastarum *Veronensium* ad patrem meum perpetuata & à *Maximiliano* Cæsare tertium confirmata in me resederunt unico 17
ejus lineæ superstite. *Alboino* justissimo & optimo principe vita functo, *Canis Magnus* filium fratris majorem natu *Albertum Secundum* sibi socium imperii teste populo adjunxit. Quæ res non solum *Veronensibus* gratissima fuit, propter memoriam *Alboini* patris, sed summam æquitatis & moderationis opinionem *Cani* conciliavit. Et sane *Canis* ta-
F lis fuit, qualem decebat esse eum, cui *Magno* appellari contigit, tam propter justitiæ, quam gestarum rerum gloriam. quod è *Saraina* cognoscere licet. Anno XXXVII. ætatis sine liberis decessit, vir cum summis prisci sæculi Heroibus comparandus: cujus vitæ biennium tantum defuisse ad totius *Longobardiæ* regnum consequendum scribit *Paulus Jovius*. Nomen illi fuerat *Francisco*, à sacro lavacro, *Cani* à gentilitate, *Magno* à merito rerum gestarum. Neque enim *Canis* ab illo latranti animali dictus est, ut recte monet *Jovius*, sed quod lingua *Win-*

Windorum, unde Principes *Veronenses* oriundos vult, *Caban* idem est, quod lingua Serviana *Cral*, id est rex, aut princeps. Nam in gente nostra multi fuerunt *Canes*, *Mastini*, *Visulphi*, *Guelphi*. Cani patruo succedens *Albertus Secundus* Alboini filius, more majorum, fratrem suum natu minorem *Mastinum Tertium* in societatem imperii adhibuit. *Mastinus* ex priore uxore *Thaddea* Patavii Domina *Jacobi* Patavini Dynastæ filia liberos habuit *Bartholomæum Canem* ab asperitate morum *Rabidum*, *Canem Signorium*, ob fratricidia *Facinus* vocatum, *Paulum Alboinum*, *Viridem*, *Altalunam*. Ex posteriore uxore *Margareta a Sitzenoffen* suscepit *Be-*
18 *atricem* ob formæ & morum præstantiam *Reginam* cognominatam. Omnes historici *Beatricis* matrem *Thaddeam* Patavinam ponunt, sed Paulus Æmilius *Margaretam à Sitzenoffen* nominat, quam, *Thaddea* mortua, uxorem duxerit *Mastinus*. *Bartholomæo Cani* pene puero nupsit *Elisabetha* Cæsaris *Ludovici Bavari* filia, ex *Margareta* Hollandiæ Comite. Nam *Ludovicus* Cæsar ex priore conjuge *Beatrice* Polonica suscepit *Stephanum* cognomento *Fibulatum* Comitem *Landshut*, & *Ludovicum* Marchionem *Brandenburgensem*: ex posteriore conjuge *Margaretha* Hollandiæ & Hannoniæ Comite habuit *Wilelmum* cognomine *Insanum*, *Albertum* Comitem Hollandiæ & Straubingen, *Ludovicum Romanum*, sive *Romulum* Comitem Tirolii, *Othonem* Marchionem Brandenburgensem, *Agnetem*, quæ dicata est monasterio, *Elisabetham*, quæ primum *Bartholomæo Cani Scaligero*, deinde eo interfecto, Comiti *Wirtenbergensi* nupsit. Sed & tunc mutua affinitate firmius vinculum sanguinem *Bavarum Scaligero* conjunxit. Nam eodem tempore Cæsar *Bavarus* filiam suam *Elisabetham Bartholomæo Cani* Mastini filio; *Mastinus* vero sororem suam *Altalunam Ludovico Romulo* Cæsaris filio desponsarunt. *Cani Signorio Facinori* nupsit *Agnes* Ducis *Dyrrachini* filia. alii dicunt filiam Comitis *de Artois*. Ego puto duas duxisse, hancque posteriorem uxorem fuisse. *Paulus Alboinus* uxorem duxerit, necne, non comperi. *Viridem* duxit *Nicolaus Primus Estensis*, cognomine *Claudus*, Marchio Ferrariæ: *Beatricem* vero *Barnabas* Mediolani *Vicecomes*. Hujus præstantissimæ Heroinæ lectissimas animi & corporis dotes, & numerosam prolem, & regias à filiabus affinitates, satis testan-
19 tur omnes, qui illorum temporum res descripserunt. Ecquænam heroina aut ex veteribus aut ex recentioribus illi comparari possit? Imperavit *Mastinus III.* annos XXII. Hic primus imperium avitum imminuit amissis multis urbibus, quæ *Scaligerorum* ditioni ab *Alboino*, *Cane Magno*, *Alberto* accesserant. Nam ineptum est, quod scribit *Sansovinus*, eum imperium amisisse. Primus etiam Principum *Scaligerorum* gentilitiæ justitiæ gloriam inusitata majoribus suis perfidia contaminavit. Nam ut *Brixia* potiretur, *Gibellinorum* partes, quas majores ejus, etiam ipse, sequuti hactenus fuerant, per speciem auxilii in urbem intromittendi prodidit, & *Gibellinos* populares factionis suæ crudeliter trucidari passus est, persuasus versibus *Euripidis* ex *Phœnissis*, quos illi subinde inculcabat *Jacobus Carrara* socer, homo contaminatissimus, ut ejus juvenilem animum imperii cupiditate ardentem inflammaret. Ita imperium truncum, & quod amplius est, jam piaculo violatæ fidei obligatum filio *Bartholomæo Cani Rabido* reliquit. Hic ita, ut superius attigimus, à morositate cognominatus filium unicum ex Elisabetha Bavara *Wilelmum* nomine, *Grossum* cognomine genuit. Nam *Thebaldeus* erat naturalis ex muliere nobili *Veronensi*. Qui *Wilelmum* ex eadem concubina natum scribunt, fœnum esse debent, cum eos & *Æmilius* & veritas ipsa satis confutent. *Cane Rabido* primum,

A deinde & *Alboino* fratribus interfectis, solus imperio potitus est *Canis Signorius*, Princeps majoribus non indignus, si fraticidia excipias. Nam artibus belli & pacis claruit. Cui successerunt ultimi, & iidem infelicissimi domini, *Bartholomæus* & *Antonius* naturales filii, primum quidem ambo simul, 20
deinde solus *Antonius*, interfecto, ne à patre degeneraret, fratre *Bartholomæo*. Cujus sceleris pœnas luit ejectus imperio à *Galeazzo Mediolani* Duce & Comite *de Vertu*. Hic fuit exitus imperii *Veronensis*. *Cane Rabido* interfecto, *Elisabetha* uxor à conspectu fratricidæ sese & filiolum *Wilelmum* a-
B molita est, & in *Bavariam* confugit, & postea Comiti *Wirtenbergensi* nupsit. Hic *Grossus* à mole corporis dictus, ex *Bona* Sterlinii Ducis filia tres liberos suscepit, *Brunorum* cognomine *Bavarum*, *Antonium*, *Nicolaum* cognomine *Pium*. Cum *Novellus Carrara* Francisci filius, patre capto *Galeazzo*, in *Bavariam* venisset, inita cum *Wilelmo* familiaritate, cœpit eum ad spem imperii *Veronensis* recuperandi erigere. Utrique enim idem hostis communis erat *Galeazzus*, qui *Veronam* & *Patavium* vi adeptus erat. Itaque anno CIƆ CCCC. qui erat quadragesimus secundus à *Canis Rabidi* cæde, *Wilelmus* cum *Carrara* Venetias profectus, & pau-
C lo post *Venetam* nobilitatem consecutus, ope & armis *Venetorum* ac *Carraræ*, sed præcipue *Pandulfi Malatestæ*, Veronam, quæ tum à modico *Galeazzi* præsidio tenebatur, introductus est una cum *Antonio* & *Brunoro* filiis. Nam minimum natu *Nicolaum* ob teneram ætatem in *Bavaria* apud matrem reliquerat. Per portam itaque *Aureliam* Martii campi ingressus VII. Eid. Aprilis; ac postea XIII. Kal. Maji, Senatus populique suffragiis summo plausu Princeps renunciatus, & in solium paternum repositus est. Præsidium *Mediolanense* casu hoc repentino exterritum accepta fide *Verona* excessit. Hæc *Wilelmi* restitutio *Venetis* volenti-
D bus fuit, quod ipsis potentia *Galeazzi* formidabilis esset: & præterea multi ex nobilitate *Veronensi* 21
odio *Mediolanensium*, & amore nominis *Scaligeri*, facile passi sunt legitimum dominum in sua recipi, & externum excludi. Hoc accidit anno CIƆ CCCCII.; cum interea in expeditione Etrusca *Galeazzius* morbo extinguitur. *Carrara* objectam sibi occasionem credens imperium suum proferendi (opibus enim Venetorum *Patavium* receperat) *Galeazzi* metu defunctus, *Wilelmum* familiaritate sibi conjunctissimum, quem ipse armis & consilio suo in imperium restituerat, veneno per emissarios
E sustulit: atque, ut securitati sceleris viam muniret, *Antonium* & *Brunorum* Wilelmi filios biennium in arce veteri *Patavina* detinuit: quos inde *Jacobinus Carrara* in montem *Celisium* translatos laqueo strangulandos curavit. Huc usque historiam generis nostri ab *Alano* deduxit disertissimus *Paulus Æmilius*. Sed *Onufrius Panvinius* Veronensis Eremita Augustinianus, ut ipsemet olim mihi *Romæ* coram *Mureto* in Palatio montis *Jordani* testatus est, *Libros decem Annalium Veronensium* conscripsit, quorum duo postremi *Scaligerorum* Principum actis dicati erant: & multa à *Torellio* ignorata sese tanquam fugitiva retraxisse, multa etiam ab illo peccata restituisse, & rerum seriem ad Patrem
F usque meum continuasse, mihi & *Mureto* affirmavit. Sed mors & hominem nobis & editionem operis intercepit. *Wilelmo* sublato, *Veneti*, qui *Carraræ* antea infensi erant, per causam ulciscendæ cædis *Wilelmi* civis sui & in nobilitatem suam insiti, *Carrara* Patavii obsesso, & ad deditionem compulso atque mox interfecto, non solum *Carrarensium*, sed etiam *Scaligerorum* imperium invaserunt. *Brunorus Bavarus* Wilelmi Grossi filius ex *Philippa* Amedæi Sabaudi filia *Johannem* procrea- 22
vit. Hujus filius *Johannes* ex *Helena Closmeria*

Ba-

Bavara, ex uxore sua *Bavara* de *Lemingen* suscepit *Johannem* Ingolstadii Castellanum, cujus uxor fuit *Maria Frigepanis*: item *Bernardum* Scardingæ Castellanum. Hujus filii *Ludovicus* & *Christophorus* ad vicum *Cerefoliam* in *Liguribus Taurinis* fortiter pugnantes interfecti sunt. *Antonius* Wilelmi filius Brunori frater uxorem non duxit. *Nicolaus* cognomento *Pius* minimus natorum *Wilelmi Grossi* ex *Bartholomæa Austriaca* veteris *Lupoldi* Ducis pronepti, Cæsaris *Maximiliani* propinqua, *Benedictum*, *Bonifacium*, *Hieronymum*, *Titum*, *Franciscum* suscepit. Francisci filius *Marcus Russinus* à colore vultus cognominatus, tres filios genuit, quorum *Mauritius* & *Julius* cum patre & matre à *Martolossa* sicario, jussu *Venetorum*, Mantuæ confossi sunt. Tertii, propter infantiam & oris elegantiam, misertum est. Eum *Corcyra* insula relegatum diu vixisse ajunt. *Martolossæ* pacta merces latrocinii à *Venetis* soluta est. Cujus rei, præter infinitos, duo nobilissimi *Aquitaniæ* nostræ proceres *Gotefridus Caumontius* & N. *Golardus* Brassaci dominus testes fuerunt. *Hieronymus*, *Titus*, & *Franciscus* Nicolai Pii filii ad Euripum *Eubœæ* bello *Turcico* fortiter pugnantes interfecti sunt. *Bonifacio* uxor fuit *Magdalena* imperatoris *Constantini* ultimi neptis, ex *Theodoro Palæologo*, & *Johanna* Petri Regis *Siciliæ* filia. Filii *Michaël* & *Camilla*. *Benedictus* maximus natu filiorum *Nicolai Pii* ex *Berenica Lodronia* Comitis *Paridis Magni Lodronii* filia suscepit *Titum*, & *Julium Cæsarem*. Hactenus seriem generis nostri à temporibus *Attilæ* & *Merovæi* Francorum Regis ad annum CIↃCCCCLXXXIIII.
23 in quem incidit natalis patris mei, continuavimus: quum *Paulus Æmilius* ab eodem initio exorsus in *Wilelmo Grosso* desiverit, tanto utique certius, quam *Germani* historici, quanto illi antiquius, quam *Itali*, qui diuturnitatem generis nostri & defectum pene finibus imperii *Veronensis* circumscribunt. *Germani*, ut *Aventinus*, *Uspergensis*, *Wolfgangus*, & alii passim de nostra gente ea commemorant, quibuscum initia imperii *Veronensis* comparata nova videantur. Et sane genus nostrum multis regnis Dynastiis, & civitatibus amplissimis, aut æquale, aut antiquius est. Nam *Alanus* Theodori pater, Theoderici avus floruit rebus gestis nascente in Galliis *Merovingorum* imperio. *Olaus* Nicolai Fortis pater, Alberti filius, vixit eodem imperio deficiente. *Trebellius* Emeri filius, Casimiri pater, Ansaldi avus, Christophori proavus, Nicolai Fortis Secundi abavus, Alberici atavus, sub *Othone primo*, & *Petro* Hungarorum Rege. *Albericus* Nicolai Secundi filius cum aliis multis gentilibus suis sub Imperatore *Friderico Barbarussa*. *Canis Magnus* sub Imperatore *Ludovico Bavaro*. *Philippus* & *Bartholomæus* auctores gentis *Hunniadum* sub *Bela primo* Hungaro. Quod si claritatem affinitatum spectes, quid est augustius, quam aut Reges progignere aut regio genere nasci? *Alani* & *Theoderici* potestas si non fuit regia, quid igitur est tot gentibus imperare? Ultimus *Scaligerorum* Hunniadum *Matthias* cognomento *Corvinus*, non solum Rex *Hungariæ* fuit, sed etiam regum sui ævi felicissimus, potentissimus, & justissimus. *Stephanus* Regum *Bosniæ* ultimus septimus gentis nostræ sceptra tenuit. *Beatricis Scaligeræ* cognomento *Reginæ* tres filiæ totidem Regibus nupserunt, & reges ex se
24 procrearunt. *Nicolaus Fortis* primus Olai filius ex *Agnete* Zelii Polonorum principis; *Trebellius* Emeri filius ex *Balda* Petri Hungariæ regis sorore nati sunt; Trebellii filius *Casimirus* ex *Zolomeri* Dalmatiæ Regis; *Wilelmus Grossus* abavus meus ex *Elisabetha* Imperatoris *Ludovici* filia. *Albericus* Nicolai Secundi filius ex *Johanna Sueva* Imperatoris Friderici, *Benedictus* avus meus ex *Bartholomæa Austriaca* Imperatoris *Maximiliani* propinqua. Ego
A sum septimus ab Imperatore *Ludovico* & illustrissima *Hollandiæ* Comite *Margareta*: septimus item à *Mastino Tertio*, ut & magnus Rex *Franciscus*, literarum parens. Nam *Catharina* Beatricis Reginæ filia, *Mastini* neptis ex patruele suo *Johanne* Galeazzio *Valentinam*: Valentina ex *Ludovico* Duce Aurelianensi *Johannem* Comitem *Aurelianensem*, Caroli Comitis Enculismensis patrem, Francisci Magni Regis avum suscepit. Illustrissima & vetustissima *Estensium* Ferrariæ Marchionum familia duplici nobiscum affinitatis vinculo conjuncta est, *Constantia* primum *Alberti Scaligeri Primi* filia O-
B *bizzoni Estensi* primo nupta, deinde *Viridi* Mastini Tertii filia *Nicolao Primo* cognomine *Claudo*. *Alfonsus Estensis* primus Dux *Ferrariæ*, princeps nunquam satis laudatus; sextus erat ab *Alberto Scaligero Primo*, utpote *Obizzonis* & *Catharinæ* Alberti filiæ abnepos. Neque illo minor virtute *Federicus Gonzaga*, primus & ipse Dux *Mantuæ*, octavus erat à *Mastino Tertio*, *Agnete* Beatricis filia *Mastini* nepte uxore ducta à *Francisco Gonzaga* Federici Ducis primi atavo. Quid commemorem singularia gentis nostræ erga Reges, Respublicas, & potentissimas civitates merita? *Alanus* Veronam solo ab *Attila* æquatam à fundamentis usque tanquam
C alter *Brennus* instauravit. *Mundus* Quiricii, & *A- 25
laricus* Antenoris Scaligerorum filii, *Salonas* à *Gottis* obsessas liberarunt, clarissimo ex hostibus triumpho parto. *Nicolaus Fortis* primus à populationibus *Desiderii* Langobardorum Regis omnem agrum Circumpadanum vindicavit, fuso late ipsius *Desiderii* exercitu. Marchiones inclitos *Ferrariæ* quemadmodum duplex affinitatis vinculum, ita duplex à nobis beneficium devinxit: primum quidem, quando *Bartholomæus* Alberti Primi filius Ferrariæ *Azzonem* & *Franciscum Estenses* restituit, legato Pontificio, ejusque præsidio inde excusso. I-
D terum, cum *Mastinus Tertius* copias *Bertrandi* Cardinalis *Hostiensis* legati Pontificii, qui *Ferrariam* ejectis *Estensibus* invaserat, magna clade vicisset, captivo Comite illustrissimo *Arminiaco* abducto. Quo facto victor, magno bello profligato, *Estenses* in avitum imperium reposuit. *Philippus* & *Bartholomæus* Belam Regem *Hungariæ*, victis, à quibus Rex ejectus fuerat, *Tartaris*, & regno restituerunt, & in posterum à metu hostium tutum præstiterunt. *Albertus Secundus* hostem Scaligerorum *Passarinum Bonaconsium* Mantuæ Dynastam, Palatio, in quod tyrannus cum liberis se receperat, expugnato, interfecit, & *Guidoni Gon-*
E *zagæ* homini strenuo, acerrimo, ac priscæ nobilitatis, civi quidem *Mantuano*, sed ex *Germania* oriundo, *Canis* autem *Magni* amico, viam ad imperium *Mantuæ* obtinendum munivit: adeo ut postero die *Guido* suffragiis populi *Mantuæ* dominus, ejusque filii *Philippinus* & *Feltrinus* hæredes patris in imperio renunciati sint. Hoc, inquit *Saraina*, initium fuit imperii *Gonzagarum*, quod à *Scaligeris* deinceps semper & fotum est, & animatum, at- 26
que adeo illud propter gentis pietatem Deus hactenus conservavit, quemadmodum *Scaligerorum* Dynastiam propter fratricidia extinxit. Hæc vere quidem *Saraina*: sed non prudenter tamen. Nam
F & *Guido Gonzaga Secundus* Ludovici filius, *Guidonis Primi* nepos fratrem *Ubaldinum* ex æmulatione interfecit, quod à patre *Guidone* consors imperii adscitus esset. Quamvis *Gonzagarum* familia hactenus *Mantuæ* feliciter rerum potita sit, & multos egregios principes produxerit: tamen fratricidas non solum genuit, sed & ad imperium evexit. Quod si propter fratricidium, quod facile concedam, Deus justissimus judex *Scaligeros* imperio evertit, mirum cur tot illustrissimi *Gonzagæ* rerum potiti à fratricidis originem trahunt. Sed hæc occulta sunt, & velo divinæ providentiæ à nobis summota.

ta. Nam *Cane Signorio* duorum fratrum carnifice quis justior, moderatior, continentior, populo acceptior fuit? Sed ad merita gentis nostræ redeo. *Mantuæ* à *Cane* captæ mentio extat in ejus Epitaphio. Avus meus *Benedictus*, qui summæ rei militari sub rege *Matthia* gentili suo XVII. annos præfuit, jussu Regis, equitibus *Rhodiis* suppetias venit, jam propter apparatum expeditionis *Turcicæ* obsidionem expectantibus: & solus ne tunc *Rhodus* obsideretur, causa fuit. & sane à *Rhodo* tam potentis exercitus obsidionem avertere, est *Rhodum* à tam potenti exercitu obsessam liberare. Quid referam potentiam, & latissimam imperii *Veronensis* ditionem? Albertus Primus *Parmam* Rubriis, *Regium Lepidi* Sanguinariis dedentibus, obtinuit. Adjunxit imperio partim vi, partim sponte, *Ateste*,
27 *Vicetiam*, *Feltriam*, *Bellunum*. Canis Magnus *Montem Celisium*, *Montanianam*, *Patavium*, *Tarvisium*: Mastinus Tertius *Brixiam*, quamquam malis artibus, *Parmam*, ejecto Johannis Bohemiæ Regis præsidio, *Lucam*, *Opitergium*. Quarum omnium Urbium vicarii imperiales declarati sunt, primum à Cæsaribus, deinde à *Benedicto* Pont. Max. qui interregno Cæsareo eos earundem civitatum vicarios imperiales Ecclesiæ nomine pronunciavit: cujus rei monimentum habemus æreum *Scaligerorum* nummum, ex altera parte Scala singulari, ex altera Clavibus sedis *Romanæ* insignitum. Hæc igitur tanta vetustas generis, tot principum affinitas, tot domi militiæque erga Reges, Respublicas, & civitates benefacta, si laudationem ab hominibus exprimere nequiverunt, saltem vituperium & contumeliam à se deprecari debuerunt. Sed nunquam efficiet invidia, quin nos à veritate rei tantum possimus, quantum alii à gratia scriptorum consecuti sunt. τοιαύτης γενεῆς τε καὶ αἵματος εὐχόμεθ' εἶναι. Ab *Alano* igitur *Scaligero* ad *Julium Cæsarem* Benedicti filium, patrem meum, anni sunt non minus CIↃ CXXX. *Julius* autem *Cæsar* natus est anno CIↃ CCCC LXXXIIII. ad diem IX. Kal. Maj. feria sexta, annis octoginta post *Wilelmi Grossi*, sex autem ante *Matthiæ* Hungarorum Regis mortem, in Castro *Ripa* ad caput *Benaci*, qui locus fuerat hactenus ditionis *Scaligerorum*. Jam *Scaligeri* magno odio *Venetorum* flagrabant, ex quo tempore *Martinus* Papa *Brunorum Scaligerum* de posteritate *Antonii* ultimi *Veronensium* Principis in *Venetos* concitarat. Deinde *Nicolaus Pius*, ejusque filius *Benedictus Scaligeri* apud *Matthiam* Regem *Hungariæ*, & Cæsarem *Fridericum Tertium* sæpius egerant, ut avito imperio restituerentur.
28 *Veneti* ergo, qui putabant, quamdiu ullus ex gente nostra superesset, novi belli semina nunquam defutura, præsertim cum *Benedictus* apud Cæsarem & Regem *Hungariæ* potentissimum plurimum gratia valeret, nihil prius habuerunt, quam eos, quos securitati suæ imminere arbitrabantur, de medio tollere. Biduo post, hoc est, ante diem VII. Kal. Maji, *Ripam* castrum invadunt, ut & novam puerperam *Berenicam Lodroniam*, & filios, *Titum* quidem bimulum, *Julium* autem adhuc de matre rubentem tollerent. Ad consternationem rusticorum, qui propter repentinum hostis adventum cara sua ex propinquis villis in arcem convasaverant, excita puerpera, salutem fuga sibi & filiis peperit, atque ad patrem *Paridem* cognomento *Magnum*, Comitem *Lodronii* profugit. Hostes arce potiuntur. Hanc ultimam de naufragio *Scaligeræ* domus tabulam rapuerunt *Veneti*. Puer in agris avitis eductus una cum *Tito* fratre prima literarum & Grammaticæ elementa didicit præceptore *Johanne Jucundo* Veronensi, cliente familiæ nostræ, homine doctissimo & probissimo, qui postea ad monachos *Franciscanos* transiit. Annorum duodecim minor *Maximiliano* Cæsari à patre *Benedicto* oblatus in numero illustrium puerorum aulicorum, quos in *Gallia* pueros honoratos vocamus, habitus, & una cum illis in liberalibus & animi studiis & corporis experimentis eruditus est, cum illis *Latine* loqui, arma tractare, equitare, & ludicra pugnæ simulacra ciere. Si dixero Imperatorem *Maximilianum* omnibus ævi sui & superioris memoriæ principibus heroicis virtutibus excelluisse, nec novum dixero, nec omne. Hoc tantum dicam: quemadmodum ejus aula omnis honesti cultus Schola fuit, ita qui 29
ex ea prodierunt, viri plane heroici, non pædagogos aut campidoctores aulicos, sed ipsummet *Maximilianum* morum & disciplinæ militaris informatorem habuisse videbantur. Sub tanto igitur principe per totos XVII. aut amplius, annos, quibus in domesticis Cæsaris fuit, tantum in militaribus studiis profecit, ut omnibus aulicis & externis admirationi esset. Caussa huic rei duplex erat. Primum, quod patruus ejus *Bonifacius* vir vigilacissimus & acerrimus, acta totius diei ab eo quotidie fastidiose exigebat, ut ei otioso aut negligenti esse non liceret. Deinde Cæsar ipse, ubicunque illi à curis gravioribus vacaret, quasi inspector disciplinæ aulicorum puerorum, eos inter se certantes, & ludicra prælia committentes libentissime spectabat. Hæc curiositas Principis æmulationem inter eos accendebat. nec frustra. Nam quotidie meliores seipsis evadebant. Ita igitur eductus & institutus, Cæsarem in omnibus expeditionibus, aut *Benedictum* patrem, qui in *Italia* partem rei bellicæ sub Cæsare administrabat, secutus est. Orto deinde gravissimo inter Cæsarem & *Venetos* bello, nunquam à latere patrui *Bonifacii* aut patris discessit: in cujus etiam contubernio *Veronæ* fuit, cum *Benedictum* Veronæ regendæ impositum, per speciem eum in avitum imperium reponendi, non multo post inde Cæsar evocasset, pace cum *Venetis* inita, & armis in *Gallum* conversis. Cum *Benedictus*, non evocari se, sed ejici censeret, omnemque sibi spem recuperandi aviti sceptri hoc facto præcidi; gravissime hanc repentinam mutationem tulit, & regem *Ludovicum* clam solicitare cœpit, spondens suam utilem in eo bello operam, si eo loco, quo apud Cæsarem tunc esset, sese habere vellet. Longo enim usu rerum in *Italia*, *Germania*, 30
& *Hungaria* gestarum sibi nota esse ea, ad quæ discenda *Gallis* longiore experientia in illis regionibus opus esset. Pollicitationem hominis à vanitate remotissimi Rex, alioqui prudentissimus Princeps, inhumano dicto prosecutus est: Se rationem non habere nobilitatis, quæ pro censu tumulos avorum ostentaret. *Benedictus* se ab externo principe non admitti æquo animo tulit, qui paulo ante ab eo, de quo bene meritus erat, rejectus fuerat. Secutum est paulo post funestissimum prælium *Ravennate*: in quo prima coitione cum dubia fortuna & multo utrinque sanguine diu pugnatum esset, *Benedictus* & *Titus* filius Cæsareæ turmæ vexillifer interfecti sunt: quorum cadavera hosti erepta *Julius Cæsar* in tuto reponenda, Aquilam etiam receptam, quam *Titus* gestaverat, Cæsari reddendam curavit. Cum Cæsarei jam victoriam exploratam haberent, id quod ex acclamationibus militum, ut fit, sibi persuadebant: ecce acerrimus juvenis illustris *Gasto Fuxius*, dux universi exercitus *Gallici*, collectis viribus, secundo in Cæsareos signa movet. Unde majore longe, quam antea, clade prælio instaurato, *Julius Cæsar* equo ab equite cataphracto *Gallo* deturbatus, & humi afflictus, sexcentis equinis ungulis proculcatus est, ut inde pro mortuo à suis post pugnam elatus sit. Paucis tamen interjectis diebus, cum ad se rediisset, licet pessime acceptus, ad Cæsarem prope depositus ut deferretur, præcepit. Ibi Cæsar laudatum ob patris & fratris corpora servata, & Aquilam receptam, præ-

miis virtutis affecit: equitem etiam & propinquum dixit, datis, ut solet, manu propria calcaribus aureis, & torque equestri cum appendice Aquilæ
31 imperialis aurea, quam Aquilam tametsi majores nostri gestaverant, tamen eam huic virtutis præmio Cæsar accedere voluit, tanquam ab illo tunc primum hoc præmium inciperet, non tanquam à majoribus delatum ad nos pervenisset. Itaque nos Aquilam imperii à tribus Cæsaribus accepimus. *Alboinus* quidem ab *Henrico VII. Canis Magnus* & *Mastinus III.* a *Ludovico Bavaro*, *Julius Cæsar* pater meus à *Maximiliano*: cujus etiam propinquus dupliciter erat, natura & adoptione. *Bartholomæa* enim *Austriaca* Benedicti mater, *Julii Cæsaris* avia, propinqua Cæsaris *Maximiliani* erat. Deinde qui ob virtutem bellicam equites à principe renunciantur, ii eadem opera in affinitatem principis recipiuntur, & propinqui ejus declarantur, quasi in familiam ejus adoptati. Plurimum, fateor, pater debebat Cæsari, quod in ejus aula, literis, moribus, & disciplina militari informatus esset. Sed quicquid Cæsar patri meo ob navatam strenue in expeditionibus ejus operam & vulnera pro eo accepta debebat, hæc omnia uno torque & calcaribus aureis compensavit: licet ipse supra quam credibile est, benignus & liberalis esset. Sed ejus voluntati res & facultas defuit. Commeatu à Cæsare impetrato, *Julius Cæsar* Ferrariam, ubi antea à *Benedicto* uxor *Berenica* relicta erat, patris & fratris corpora detulit. Sed mater *Berenica* paulo post ex mœrore diem ultimum clausit. Ita tria funera domestica uno tempore curavit. Nec vero ullum moveat, quod in Nymphis Indigenis *Benedictus* pater ab eo inducatur uxorem *Berenicam* sub *Nymphæ Napææ* nomine deflens. Prolepsis enim poëtica est: cum octavo post cladem *Ravennatem* die *Berenica*, nuncio de *Benedicti* conjugis & filii *Titi* cæde accepto, pau-
32 lo post mœrore extincta sit. Amissis patre, matre, atque fratre, nihil aliud supererat, quam sordidatum in perpetua egestate & luctu vivere. *Veneti* enim *Ripam* & reliquum *Benedicti* patrimonium jam tertium invaserant. Ea tempestate non *Scaligeri* cognomine, sed *Comitis à Burden* vulgo notus erat. Atque ita à *Lilio Gyraldo* Ferrariensi familiari suo quamvis depravate nuncupatur, in libello *de Poëtis recentioribus*. Quod cognomen, quamdiu in *Italia* fuit, illi semper hæsit: ita ut raro *Scaliger* vocaretur, sed *Julius à Burden*, aut *Comes à Burden*. Cum autem paupertas omni conditioni sit onus grave, tum nobilitati præcipue senium est, quoties per angustias rei familiaris hominibus summo loco natis emergere non licet. Sed hoc incommodum ab illo amolita est liberalitas *Alfonsi* Ducis primi, qui ei annua opima constituit, inque primis amicis & propinquis habuit, memor priscorum *Scaligeræ* domus in *Estenses* Marchiones meritorum, & contractæ bis *Scaligeris* cum *Estensibus* affinitatis. Neque vero *Julius* tantum optimi Principis liberalitatem tacitam præterivit: sed longo poëmate, cui *Eridano* nomen fecerat, celebravit. Ejus poëmatis mentionem mihi aliquando factam à patre memini, priusquam in librum Gregorii Gyraldi *de Poëtis recentioribus* inciderem, in quo etiam ejusdem poëmatis meminit, quamvis *Elysium* non *Eridanum* vocet. Nam typis unquam excusum sit, necne, ignoro. Sed cum *Julium* tæderet inertis vitæ inter aulicos *Ferrarienses* transigendæ, constituit primum, ut multorum mos est, præsertim nobilium *Italorum* in desperatione rerum suarum, habitum *Franciscanum* sumere, & sæculo,
33 ut loquuntur, renunciare. Quare cum *Bononiam* venisset, cœpit *Scoto* operam dare. Atque is primus fuit illi philosophiæ gustus. Tamen non multo post tepuit ille monachismi æstus propter nescio quid ἄῤῥητον: quod tanti apud eum fuit, ut nunquam postea ad ultimum usque vitæ diem cum

A *Franciscano* ullo sermonem ultro serere voluerit. Ad animi & linguæ dotes accesserat decor regius corporis, & agilitas tanta, ut armis, saltu, equestri scientia omnes æquales anteiret: quibus rebus facile omnium animos sibi devinxerat. Cum autem in *Bononiensi* Academia, quæ tunc & florentissima, & frequentissima erat, multi nobiles essent, qui literis operam darent, vix ullus fuit, qui non secum male agi putaret, qui in ejus amicitia aliquem locum non obtineret: inter quos duo fratres ex antiquissima *Plociascorum* in *Liguribus Taurinis*, unus item ex illustri *Roverorum* familia, ad amicitiam ejus se-
B se applicarant, ut nunquam ab ejus latere discederent. Quamvis jam in Philosophia progressus aliquos fecisset, tamen humanitas studiorum ferociam militarem nondum retundere potuerat, cum animus irrequies adhuc Martem spiraret. Itaque quemadmodum in illa frequentissima Academia nunquam evitari poterat, quin nationes, ut solet, in diversas factiones & studia discederent, atque inter sese conflictarentur: ita ipse nunquam effugere poterat, quin illi aliquod specimen pugnæ edendi necessitas imponeretur. Non enim tum in ordinem cogebantur Scholastici *Bononienses*, neque exarmabantur, ut hodie fit. Atque ideo plurimus
C in ore omnium erat *Tonsus de Burden*. Ita enim eum, quod strictim tonderet, vocabat vulgus *Italorum*. Interea duo fratres *Plociasci*, & post eos *Roverus* à parentibus domum revocati triste congressus sui desiderium *Julio* reliquerunt. Quod discidium ita impatienter tulit, ut & per multos dies 34
publico abstineret, & consueta corporis experimenta intermitteret. quod illi tamen in bonum vertit; cum interea totus libris hæreret, & nunquam ab illis sine fructu discederet. Et jam non minor eruditionis ejus, quam virtutis militaris opinio erat. Quippe publice quotidie disputans eosdem o-
D culos in se convertebat, quos antea in admirationem fortitudinis suæ rapuerat. Sed duæ curæ illum maxime exercebant, & à literarum studiis cogitationem ejus avertebant; desiderium *Plociascorum*, & armorum quotidie recrudescens amor. Quæ duo cum impatienter ferret, relicta *Bononia*, mediocriter viaticatus, quantum scilicet patiebantur facultates hominis, qui & sua omnia amiserat, & in alienis modicam spem reposuerat, ad Castrum *Nonnum* Ligurum Taurinorum, cujus *Plociasci* Domini erant, sese contulit. Quamvis autem domus in luctu esset, ob recens funus patris *Plociascorum*, tanta gaudii significatione à dominis exceptus est,
E ut non domum in luctu deprehendisse, sed lætitiam domum intulisse videretur. Non diu in *Nonno* Plociascorum castro fuerat, cum in Vicum novum patrimonii *Roverorum* proficiscitur, ab ipsis loci dominis, quibus antea *Bononiæ* familiariter usus erat, literis accitus. Hactenus ejus vita instabilis & desultoria fuit, multis jactata periculis, nullo coalescens otio. Hæc autem domus ut corporis fugam sistere, ita animum vagum atque æstuantem continere valuit: quanquam armorum semper rebellans affectus non sinebant hominem quiescere, præsertim in iis locis, in quibus propter *Gallica* bella, nulla dies sine aliquo armorum tentamento trans- 35
F ibat, sive hostis excipiendus, sive expeditio in hostem instituenda esset. Nam ex quo ejus virtus tam ducibus *Gallicis* quam nobilitati *Ligurum Taurinorum* nota esse cœpit, ab illis quotidie studiis militaribus provocabatur. Ex eo ipsi etiam Proregi notus, & carus, turmam equitum centum levis armaturæ adeptus, excursiones quotidianas summa cum laude faciebat. Applicarant sese illi multi ex nobilitate regionis, ut *Plociasci*, & *Scalengi*, qui se proavis nostris oriundos prædicabant: aliique multi præterea, qui ob locorum & regionis peritiam sæpe illi exploratorum loco erant: eorumque in-

indicio hostium copias & pabulatores repentinis in-
cursionibus oppressos invadebat. Forte per eos-
dem certior fit, manipulum hostium cum ala equi-
tum, superato jugo, per declivia collis laxo agmi-
ne descendere, mandris mulorum pone sequenti-
bus, & *Vercellas*, quantum ex longinquo collige-
re licebat, tendentibus. Eæ, ut exitus declara-
vit, pecuniæ Ducis *Sabaudiæ* magnam vim & su-
pellectilem preciosam gestabant. Simul admone-
tur ab exploratoribus, spem egregiæ victoriæ & in-
gentis prædæ objici, cujus potiundæ vim in sola
diligentia repositam esse. Itaque cum ea copia,
quam habebat, magno progressu ad latera collis
improvisus pervenit: neque se hosti prius ostendit,
quam in planis totum agmen cum impedimentis
constitisset. Commisso acriter cum equitibus præ-
lio, diu magna contentione ad multum diei pugna-
tum est: donec duce alæ & aliquot aliis interfectis,
reliquis sine cæde vivis potitur. Pedites cæde e-
quitatus sui perterriti, traditis armis, deditionem
faciunt. Itaque ingenti præda potitus, impedi-
36 menta omnia, & magnum captivorum numerum
abduxit, in quibus erat *Anna* Ducis *Sabaudi* con-
cubina, mulier egregia forma, & *Thomas* ille *Fran-
ciscanus*, decantatissimus *Agyrta*, quatuor milli-
bus coronatorum instructus, quæ ipse histrionicis
concionibus suis & aliis vernilibus technis in *Gallia*
per aliquot annos quæsiverat. *Annam* in arce *Vici
novi* pudice à matronis nobilibus habitam Dux pau-
lo post precio redemit. *Thomæ* non alia redemptio-
ne opus fuit, quam illis, quæ secum gestabat, qua-
tuor millibus aureorum, quibus Galerum Cardina-
litium redimere constituerat. Sed cum amissos
nummos nulla spes recuperandi aut reparandi esset,
mœrore vitam paulo post finivit. Etiam me pue-
ro tritissimum fuit inter homines militares, tam in
Gallia, quam in *Liguribus Taurinis*, Ducem *Sa-
baudiæ*, post amissum imperium suum, nihil acer-
bius tulisse, quam lectissimorum equitum suorum
cædem, & pecuniæ atque preciosissimæ supellecti-
lis jacturam. Idque contigisse notabant, cum
Thomas Franciscanus & *Anna* concubina capti fue-
runt. Ideo utriusque à nobis injecta mentio. non
quod tanti fuerit, de plano & muliercula triumpha-
tum esse: sed uti, quemadmodum de *Thoma* & *An-
na*, ita de duce, cujus auspiciis id damnum *Sabau-
do* illatum esset, constaret. Nam patris nomen
ideo ignoratum puto, quod non *Julius Scaliger*,
sed *Julius à Burden* vocaretur. Victor reversus,
nemine de suis desiderato, honorifice à Prorege
laudatus, & postea Regi *Francisco*, qui superatis
Alpibus, in Vicum novum *Roverorum* diverterat,
eo nomine plurimum commendatus, ut justa sti-
pendia turmæ suæ ex regia gaza procederent, im-
37 petravit. Extra ordinem enim eam à Prorege ob-
tinuerat, & ex nobilibus voluntariis amicis suis, fe-
re suppleverat. Quamvis eum æstus quidam militiæ,
armorum amore potius quam odio quietis transver-
sum ageret: tamen literarum, quibus prima ejus
pueritia sub *Maximiliano* Cæsare exculta fuerat,
oblivisci non poterat. Itaque ubicunque à militiæ
laboribus respiratio daretur, quas *Bononiæ* reliquisse
videbatur, ad eas furtim dulcedine quadam rapie-
batur: quem ardorem accendebat usus & familia-
ritas Medici *Taurinensis* nescio cujus, & Pharma-
copolæ, rei herbariæ peritissimorum: qui ubi eum
semel & iterum in montana ad herbarum investiga-
tionem deduxissent, accidit, ut eum nihil minus,
quam tale cogitantem, alter disputationibus suis,
alter peritia ὕλης ἰατρικῆς ad medicinæ studium in-
citarent. Jam *Bononiæ* eos in *Aristotele* progressus
fecerat, ut & magistris ipsis disputando admiratio-
ni esset. Itaque conquisitis Taurino *Hippocratis* &
Galeni libris, quos quidem tum nancisci per bel-
lum licuit, adhibito in consilium *Aristotele* suo,
A brevi effecit, ut non solum familiarem suum me-
dicum *Taurinensem*, quem unicum ad medicinam
incentivum habuerat, sed & summos medicos su-
peraret. Oneris militaris solicitudo & literarum
amor, eo illum perduxerant, ut, cum utrique
functioni pro dignitate satisfacere vellet, noctes
diebus, & munia militaria studiis continuando, ra-
tionem valetudinis non haberet. Quare annos na-
tus triginta quinque, ex nocturnis laboribus mili-
tiæ, & lucubrationibus literariis, item cœli inal-
pini inclementia, arthritidem contraxit: cujus pri-
ma tentamenta adeo acerba fuerunt, ut multos men-
ses decubuerit. Valetudo restituta, pristinis eum
militiæ & literarum studiis reddidit, adeo præteri- 38
ti morbi oblitum, ut non solum ab iis, quæ vale-
B tudinem vitiarant, non temperaret, sed & nova
ultro morborum irritamenta arcesseret. Nam cum
hactenus *Græcas* literas ignorasset, eas anno post
primum morbum avidissime prosecutus, incredibili
celeritate didicit. Sed pertinacissimarum vigilia-
rum acerbissimas pœnas luit, multo acriore, quam
antea, arthritide repetitus. Itaque intermissa con-
tentione militiæ, & abdicato turmæ ducatu, sta-
tuit literarum studiis reliquum vitæ tempus trans-
mittere, tædio prioris inutiliter actæ, cum jam an-
num quadragesimum excessisset. Quare vere dici
potest, unicam domum illustrium *Roverorum*, ei
& belli arcem & Athenæum fuisse. Erat in gente
C *Roverorum* Episcopus *Aginnensis*, Præsul ditissi-
mus, singulari bonitate, & pietate, promotus ad
eas opes à *Sixto*, & *Julio* Pontificibus Maximis,
Roverorum propinquis. Cum illi ex officio neces-
sitas incumberet diœcesim suam invisendi, valde
pigebat hominem, prisca simplicitate & peregri-
nandi insolentem *Alpes* transgredi, quasi in Colo-
nias novi orbis transcriberetur. Ad eum metum
accedebat ætas ingravescens & valetudo cuilibet
mutationi opportuna. Quia vero aut omnino mi-
grandum erat, aut episcopatus abdicandus, satis
se ad ancipites casus valetudinis munitum credens,
D si *Julium Cæsarem* sibi comitem viæ adhiberet,
eum per amicos tentatum, mox ipse privatim preci-
bus & blanditiis aggreditur, quod crederet ad hoc
iter suscipiendum haud facile inductum iri. Neque
opinio eum fefellit. Præcise enim negavit, *Ita-
liam* Transalpinis regionibus mutaturum. Cum diu
pertinacia propositi frustra oppugnata esset, tan-
dem manus dat ea conditione, ut non amplius quam 39
octo dies *Aginni* detineretur. Quid enim sibi cum
ea gente, cum qua ne unum quidem diem vivere
possit? Sed hæc erant verba hominis & amœnita-
tem *Aquitaniæ* & rerum eventa ignorantis. Nam
E qui octavo die reverti pactus erat, eodem ipso tem-
pore causam consilii mutandi nactus est. Educaba-
tur tunc *Aginni* apud aviam nobilem matronam pu-
ella lectissima *Andietta de Roca Lobeiaca*, annos na-
ta XIII. Eam primum visam ita deperire cœpit,
ut pactam prius cum Episcopo de reditu in *Italiam*
conditionem amori ejus posthaberet. Cum itaque
nuptias ejus petentem propinqui puellæ, caussan-
do ejus quidem jam ingravescentem, puellæ autem
acerbam ætatem, sæpe summovissent: non tamen
idcirco quicquam de contumacia aut amandi aut pe-
F tendi remittebat: qua tandem effecit, ut triennio
post homo annorum quadraginta quinque puellam
sexdecim annorum uxorem duceret: cum qua an-
nos undetriginta vixit, ab anno CIↃ IↃ XXIX. ad
annum CIↃ IↃ LVIII. relictis de quindecim septem
liberis superstitibus. Quicquid is sibi, & publicæ
utilitati vixit, id omne uxori acceptum referri de-
bet. Illa desultoriæ vitæ fluctus & errores compo-
suit: animum vagum & ad incerta transvolantem
pudicis suis moribus retinuit: cum ipsa totius rei
familiaris onera sustineret, & virum omnis mole-
stiæ securum præstans sic vacuum ad studia litera-

rum remitteret. Illa tumidum & iracundum sæpe
morigeratione sua placavit, & solennibus podagræ
invasionibus repeti solitum charitate conjugis, se-
dulitate ancillæ curavit, certa, spiritum suum in
spiritu viri verti, ideoque sibi consulere, cum illi
consultum vellet. De ejus forma supra quotidia-
40 nas pudentius est seniores *Nitiobriges*, qui hodie su-
persunt, quam filium, referre. Nemo ex illis est,
qui ejus vel minimam mentionem fecerit, qui non
protinus dotes animi & corporis laudaverit. Origo
ejus ex antiquissima & nobilissima gente domino-
rum de *Roca Lobeiaca* in *Cadurcis*. Avus *Bernar-
dus*, homo contumax & præfracti ingenii, sub *Lu-
dovico XII.* causam capitis dicens apud Senatum
Tholosanum interfecti à se domini *de Lusechio* patru-
elis sui, necessitatem supplicii à se depulit, transa-
ctione cum orbis facta, & omni jure *Rocæ Lobeia-
cæ* à se in illos translato. Ita Arcem suam longa ma-
jorum serie ad se transmissam liberis interfecti tran-
scripsit, & avito patrimonio exutus *Aginnum Nitio-
brigum* sese cum liberis suis recepit, uxore annis an-
te aliquot amissa. Hujus filius *Alanus*, *Andieta* fi-
liola bimula relicta, admodum juvenis decessit. Ve-
tustatem ejus gentis, præter alia, quæ in *Cadur-
cis* supersunt, argumenta, refert sepulchrum Epi-
scopi *Aginnensis* ante hos quadringentos annos plus
minus vita functi, quod visitur hodie in Basilica
Stephani cum vetustissimis Dominorum de *Roca
Lobeiaca* insignibus in pariete cellæ, quæ *Marianæ*
juncta est. Hactenus de *Julii* patris mei vita ea per-
strinxi, quæ ad ejus memoriam spectare arbitratus
sum. Nam omnia perscribere, hoc esset annales
condere. Statura fuit procera, & ad decorum e-
recta; regio & augusto ore, colore fusco, artu-
bus torosis, corpore exercitatissimo. Nam ut in
aula *Maximiliani* Cæsaris, sic in nostra *Aquitania*,
omnes in omni genere palæstræ, equitando & ar-
mis dimicando superavit. Ac quamvis jam poda-
gra articulos fregisset, tamen adhuc equos domi
alebat, quos in campo viridi domitabat, qui ripam
41 *Garumnæ* & *Aginnum* interjectus est, quo campo
neque porrectiorem neque amœniorem ulla urbs
Gallicana habet. In quo cum *Carbone* illo nobilis-
simo *Aquitano*, & acerrimo pugnatore, ludicro
certamine, hastis confligens, hominem equo de-
jecit: cum tamen hactenus *Carbo*, tam in *Aquita-
nia*, quam in *Liguribus Taurinis* in Ludicris eque-
stribus primas obtineret, & in illis invictus habe-
retur. Sarissa aut sibyna correpta, ei innitens, in
templorum culmina erepebat. Apprehensa utro-
que pollice tina satis alta, in eam collecto saltu de-
siliebat, atque in eodem statu compositus corpus
in sublime subjectum extra tinam expediebat; fru-
stra idem tentante, quæ tum intererat, *Vasconi-
ca* nobilitate. Annos sexaginta duos natus, ma-
nibus arthritide debilitatis, trabem ingentem &
prægravem, quam quatuor operæ moliri non po-
tuerant, & ipse solus loco manibus suis labefacta-
vit, & quo destinatum erat, traduxit. Referrem
plura & militaris & campestris disciplinæ ab eo edi-
ta exempla, nisi lectorum fastidio occurrerem: quo-
rum multi tam libenter ea vituperant, quam invi-
ti legunt. in quibus est [1] *Lucumo Beccesselenus*, quo
nemo impudentius & licentius abusus est ingenio &
otio suo, qui, inusitata rusticitate, patrem meum
deridet, quod *Pyrricham* armatus coram Cæsare
Maximiliano saltasset. O stolidam & barbaram im-
pudentiam! Sed *Marrucinus* eadem levitate homi-
num nobilium & ingenue educatorum studia & ar-
tes carpere potuit, qua *Mosem* subsannat, quod
Hebraice potius, quam *Brabantice* nomina veterum
partriarcharum interpretatur. Et tamen illæ O-
rigines, incertum impiæ magis an ineptæ, editæ
sunt cum venia eorum, qui omnia scripta ad cen-

1 Is est *Johannes Goropius Becanus* Belga, qui obiit Ann. 1572.

A suram suam revocant, & nihil injussu suo pu- 42
blicari volunt. Sed quanquam ab initio tot adver-
sarios habuerimus, quot ille admiratores nactus e-
rat: tamen omnes ejus plausores jam tepescunt, &
saturi de illo theatro ante complicatum aulæum dis-
cedunt. Ea est lascivia & levitas plebejorum ju-
diciorum. Non solum igitur in Pyrrhicha, quam
in homine nobilissimo irridet Terræ filius, sed et-
iam in omni palæstra, quam hominem tali ortu &
in aula Cæsaris eductum scire oportebat, solers fuit.
Quæ ideo retuli, non ut à vulgaribus meritis ei lau-
dem captem: sed ut mirentur omnes, eum à duris
militiæ studiis, in quibus altus & subactus fuit, ad
B otium literarum traduci tandem potuisse, præser-
tim severis *Bonifacii* patrui imperiis à prima usque
pueritia assuefactum, ad cujus nomen & mentio-
nem etiam adultus totus tremiscebat. Erat enim
homo acer, ferox, impatiens quietis, rigidus di-
sciplinæ militaris exactor & expensor. Contra fra-
ter ejus major natu *Benedictus*, erat homo leniffi-
mus & moderatissimus, ut qui ejus fortitudinem
& gnavitatem ignoraret, lenitatem hanc lentitudi-
nem interpretari posset. Itaque ex duobus filiis
Benedicti, patruus *Julium Cæsarem*, pater *Titum*
ex similitudine morum suorum magis diligebant.
Ac quemadmodum *Benedicto* homini placidissimo
C uxor imperiosa, factiosa, elata, (quales semper
animos producere solet gens *Lodronia*) semper ali-
quid magnum ac supra fortunam profugi mariti spi-
rans: ita *Julio* filio iracundo & ad levia momenta
irritabili contigerat uxor, quæ tum prudentia sua
irarum surgentes motus præsentiret, tum patien-
tia atque indulgentia eluderet. Igitur & militia &
arthritide fracto, Philosophia & literæ manum
tandem injecerunt, & mollibus disciplinarum sua- 43
rum imperiis contumacem animum subegerunt.
Neque vero obstitit ὀψιμαθία, quin quod alii
longo tempore, ille pertinaci labore assequeretur,
quamvis ante quadragesimum septimum ætatis an-
num nihil ediderit, neque ante id tempus totum
D hominem sibi plane subjecissent literæ. Adhuc
enim & corpore & animo inter nobilitatis *Vasconi-
cæ* ludicra certamina & convivia peregrinabatur.
Sed postquam morbus jam olim domesticus eum
lecto affixit, & quemadmodum corpori faculta-
tem, ita animo voluntatem vagandi ademit: nul-
lum tempus à studiis literarum & lucubrationibus
vacuum relinquebat. Quo factum, ut eodem tem-
pore nemo eo neque plura neque meliora ediderit.
Quæ omnia superioribus bellis civilibus cum do-
mestica supellectile direpta interciderunt fere.
Quoties arthritis ei usum scribendi adimebat, tunc,
ut *Ennius* loquitur, poëtabatur, & quotcunque
versus noctu conceperat, mane, si per frequen-
tiam eorum, qui illum consulebant, aut officii
E causa invisebant, liceret, sin autem, vespere,
postquam omnis turba illa dilapsa esset, dictabat.
Ac tanta erat memoriæ felicitas etiam in extre-
ma senectute, ut ducentos versus in *Vivesiano*
prædio mihi dictarit, quos die priore conceptos
propter visitatorum officium recitare distulerat.
Neque vero minor fuit εὐστοχία ejus in colligen-
dis ex vultu hominum moribus, judicio potius,
& vi quadam animi occulta, quam vanitate Phy-
siognomonica. Neque profecto unquam in eo
fallebatur. Prodigiosa etiam usque ad miracu-
F lum ex somniis vaticinatio. Unum de multis
referam. Cum Heroum suorum opus contexens
ad multum noctis lucubrasset, absoluto libro,
post cænulam quiete compositus imaginatus est, 44
in æde *Mariæ Antiquæ Veronensis*, ubi sunt moni-
menta gentis nostræ, hominem procerum, ac gra-
vem sibi obviam factum secum expostulare, quod
se inter Heroas suos non collocasset; orare igitur,
ut hoc faceret: se *Benedictum Brugnolum* esse, domo
Lenia-

Leniaco, qui patrem *Benedictum* ac patruos lite-
ras primas docuisset: ipsum quoque puerulum ali-
quando inter ulnas gestasset. *Venetiis* se ultimum
diem obiisse, ibique sepultum esse. Experrectus
somnium elegia elegantissima expressit, quæ calci
Heroum addita est. Ipse vero nunquam scivit,
quis esset *Brugnolus* ille, neque quid portenderet
somnium. Et profecto ego quoque nihil unquam
aliud, quam somnium credidi, donec anno cIↃ
IↃ LXVI, cum essem in *Italia*, & *M. Antonio Mu-
reto* exposuissem me habere in animo *Venetias* pro-
ficisci, ille inter alia, quæ in ea urbe digna cogni-
tu sunt, refert monimentum esse *Benedicti Brugno-
li* Leniacensis excellentissimi ævo suo Grammati-
ci, qui, ut ejus epitaphium fert, & principes &
proceres ævi sui in *Norico* literas docuerit. Id se-
pulcrum dignum esse, quod studiosos antiquitatis
oculos moraretur. Neque tamen magis memine-
rat *Muretus* somnii patris mei, quam pater meus
sciebat, quis esset *Benedictus Brugnolus*. Legat
totam elegiam, qui volet, & inveniet quod satis
mirari non possit. Porro multarum linguarum
peritus fuit, *Sclavonicæ*, *Hungaricæ*, *Germanicæ*,
idiotismi *Græci*, *Italici*, *Hispanici*, & *Francici*.
Sed *Francicum* tribus mensibus, postquam *Agin-
num* venisset, perfectissime loquebatur: cum ta-
men & *Vasconicum* simul didicisset. Major enim
45 longe differentia linguæ *Francicæ*, & *Vasconicæ*,
quam *Flandricæ* & *Germanicæ*. Oculis fuit cæru-
leis dilutioribus, quibus interdum noctu videbat,
ut in crepusculo solemus. quod & mihi contigit,
à pueritia ad vicesimum tertium annum. Nam
postea hoc in me, ut alia multa, mutavit. Mun-
ditiarum & cultus corporis studiosissimus fuit.
Quemadmodum in *Italia*, quod solus strictim ton-
deret, *Tonsus* vocatus fuit, ita in *Aquitaniam* so-
lus barbatus venit. Mendacium ita aversabatur,
ut & ad mentionem ipsam excandesceret: & nihil
prius veritate ac pietate in Deum nobis commenda-
bat. Nunquam memini nos pueros coram eo si-
sti, quin primum illud præceptum inculcaret;
Non mentiri. Si aliquem mentitum sibi depre-
hendisset, nunquam postea cum illo in gratiam re-
dibat. Dicebat enim omnem Christianum sine
ulla exceptione à mendacio alienum esse debere,
nobilem autem hominem, etiam si Christianus non
esset. Sed in Atheos, quorum illud sæculum fe-
racissimum erat, inexpiabili odio flagrabat. *Pe-
trus Rufus* Consiliarius *Aginnensis*, qui illi ob do-
ctrinam charissimus erat, ut qui & summus Peri-
pateticus, & juris civilis *Romani* consultissimus es-
set, hoc morbo animi laborabat. Nunquam ces-
savit, donec amicum sæpe convivio adhibitum,
aut disputationibus confectum, aut precibus deli-
nitum ad meliorem mentem revocasset, tradito illi
Augustini Eugubini de perenni Philosophia opere,
quod illi viam ad veram Dei cognitionem muniret,
quandoquidem à *Rufo* nunquam exprimere posset,
ut sacra Biblia consuleret, à quibus *Rufi* animus
abhorreret. Et sine ea lectio *Rufo* salivam movit
adeo, ut totum se protinus ad Theologiæ studium
converteret: in quo tantum profecit, ut nemo a-
crius aut veram pietatem defenderet, aut athei-
46 smum oppugnaret. Erat enim acerrimus & acu-
tissimus disputator. Neque solum *Rufum* sum-
mum virum, sed & sciolos quosdam hoc morbo le-
vavit. Mira siquidem ejus erat pietas: sed præci-
pua etiam in pauperes charitas. Sub finem autumni
pannos emi curabat, quibus pauperes induebat,
& à frigore in totam hiemem defendebat. Cum
autem eis cibus ministrandus esset, nos puerulos
adhibitos monebat, eos fratres nostros esse, ideo-
que eos à nobis fraterna charitate amplectendos:
& protinus manibus nostris ad promumcondum de-
duci præcipiebat. Eos etiam ægrotos tecto re-
A cipiebat, & industria sua curabat, & sumptibus
propriis sublevabat, re Pharmacopœis & Chirur-
gis de suo soluta. Domum ejus publicam dixisses.
Tot proceres, tot mediæ & infimæ conditionis
homines in illam quotidie confluebant: ut memi-
nerim sæpe tantum hominum domum convenisse,
ut cibum sumere illi non vacaret. Quot homines
ab Orco, ut ita loquar, revocaverit, non dicam.
Sed si priscorum illorum Heroum sæculo hoc fe-
cisset, supra *Æsculapium* cultus fuisset. Cum
primum *Aginnum* venit, neminem deprehendit,
quocum de literis verba faceret. Tunc enim pri-
B mum illæ in *Gallia* nascebantur beneficio Regis
Francisci Magni. Sed *Burdegala* nunquam caruit
doctis viris. Nam & in amplissimo Senatu non
pauci erant docti, ex quibus præcipuo amore di-
lexit *Arnaldum Ferronum*, & *Vidum Brassacum
Golardum*, virum nobilissimum. In Gymnasio
autem *Aquitanico Burdegalensi* tunc erat *Buchana-
nus*, *Muretus*, *Tevius*, alii. at qui viri? Ii quotan-
nis feriis Vindemialibus *Aginnum* Julii Cæsaris vi-
sendi commeabant, quos & tecto & mensa excipie- 47
bat. Negabat enim sibi rem cum podagra esse,
quoties tales convivas haberet, quibuscum de li-
teris loqui posset. Scio me nimis multa de eo
C scripsisse, & modum ab initio promissum excessisse.
Sed supersunt seniores, qui longe plura dixerint,
& mihi fortasse vitio verterint, quod illustriora
omiserim. Ego vero unum tantum mihi propo-
sui, strictim exponere, quod ejus vitæ genus fue-
rit ab incunabulis ad prima militiæ tirocinia: hinc
ad cladem *Ravennatem*, & ab ea ad transitum *Al-
pium*, & consequenter ad ultimum vitæ diem.
Anno Christi cIↃ IↃ LVIII, qui erat ejus vitæ
septuagesimus quintus, propter anni intempe-
riem valde æstuare cœpit. Ad æstum levandum
succo *Albatecæ*, ut Hispanis dicitur, ut nobis Va-
sconibus, *Aubiecæ*, supra vires seniles usus, ex
D adstricta ob cruditatem illius fructus vesica, languo-
rem nactus est: quo in diem ingravescente ne stil-
lam quidem urinæ per XIX. dies continuos emisit.
Balneo, quod ipse sibi præscripserat, refotus, u-
rinæ quidem obstructos meatus returavit: sed cor-
pus senile inedia & diuturno morbo emaciatum nul-
lo remedio reficere potuit. Quare quadraginta
duos dies cum illo languore conflictatus, XII. Kal.
Novembris obiit, maximo omnium dolore & lu-
ctu, quem in exequiis ejus magnificis testati sunt,
quales fieri ipse testamento vetuisset. quo etiam
cavit, ne ullum aliud Epitaphium monimento suo
incideretur, præter hæc verba: IVLII CÆSARIS
E SCALIGERI QVOD FVIT. Hunc finem habuit vir
vetustate generis, quæcunque ea est, nisi ad fa-
bulas recurratur, nemini secundus. Sed non pa-
rum fecit, quod hominis privati in *Nitiobrigibus*
summum fastigium attigit, qui principis imum in
patria tenere noluisset. Officia principis amisit,
hominis exercuit. Imperium amplissimum, & di-
tionem multarum ac potentissimarum urbium ami-
serant majores ejus. Hæc ille non morabatur;
certus, si quid splendoris ex illa fortuna redunda-
bat, id totum non ad suam, sed ad majorum suo-
rum virtutem referendum esse. Imo absurdum
non est, in majoribus ejus quosdam in tantis opi-
F bus nulla oris aut corporis dignitate fuisse: quæ
tanta in illo erat, ut nemo unquam eum viderit,
quin protinus dicere jure posset, —— εἶδος ἄξιον
τυραννίδος. Et certe omnia ejus, corpus, inces-
sus, gestus, oratio, stilus, libri nihil vulgare redo-
lent. Propterea pauci ejus libros attingunt, nisi
qui nihil plebejum sapiunt. De scriptis ejus di-
xissem, nisi jam olim de illis vulgo notum esset.
Habes, ut puto, mi *Douza*, quod postulabas: si
non, quod satis fuerit. Epistolam enim, non hi-
storiam scribimus: &, ut inquit *Plinius Cæcilius*,

aliud est amico, aliud omnibus scribere. Liberos ex quinque maribus, quatuor: feminas ex decem, tres reliquit. *Audectus* quinquennio ante me natus primus ex maribus orbos parentes fecit. De quo tam verum est, quod dicam, quam mirum. Cum ea esset illius infantis indoles, quæ non solum parentes, sed etiam extrarios in amorem sui invitaret, & ut ratio postulat, pater eum impendio amaret: tamen non poterat sibi temperare, quin, quoties in puerum oculos conjiceret, vultum tristitia contraheret, & signa animi mœrore depositi cum gemitu ederet, ita ut mater non difficulter colligeret, patrem saluti filii diffidere. Cum causam doloris ex viro exquireret, ille caveret à nutrice vinosa, monere: sibi exploratum esse pue-
49 rum suffocatum iri. Cum quotidie hanc curam matri objiceret, cœpit & ipsa quoque serio timere. Itaque accidit, ut noctu surgens nutricem puero indormientem deprehenderet, ore ejus in os pueri impresso, adeo ut puero exanimando punctum temporis deesset: qui ægre ab ea oppressione refectus est. Cum iterum & tertium in majore periculo puerum offendisset, ebriosæ mulieris culpa, ante tempus ablactatum puellæ pedisequæ custodiendum & regendum commisit. Miseram parentem nutricis amolitione periculum à capite filii depulisse, sese autem defunctam omni metu existimantem nihilo securiorem pater esse sinebat: Quare cum gerula puerum insanum in modum amaret, nocte quadam dormiens misellum inter arctissimos complexus exanimavit. Ita patris vaticinium infelix exitus comprobavit. *Leonardus* anno minor me à duodecim sicariis oppressus & obtruncatus est ad *Laudunum* oppidum *Pictonum* superioribus bellis civilibus. *Janum Constantium* minorem me quatuor annis factio nobilitatis per æmulationem in *Transsilvania* interfecit, cum castro cuidam regendo à *Stephano* Despota, qui postea *Poloniæ* Rex fuit, impositus fuisset. Ambobus fortitudo sua & rara indoles exitio fuit. Ex quibus *Leonardus* avo *Benedicto*, *Constantius* autem propatruo *Bonifacio* simillimus erat. De cujus fortitudine nihil dicam, ne fabulis similiora quam vero dicere videar. *Silvium* maximum omnium natu, annis totis decem majorem me morbus in dotalibus agris *Novempopulaniæ* extinxit, annum agentem ætatis quinquagesimum quintum. Quatuor fratribus solus ego supersum decimus partus
150 matris meæ, natus anno CIↃ IↃ XL, *Aginni Nitiobrigum*, pridie Nonas Augusti, horis quatuordecim post meridiem: ut meus natalis Nonis attribuatur, tempore politico. Annus, in quem incidit natalis meus, in omnibus Chronicis & Annalibus nobilis est ardentissimis æstibus, & vindemia Solibus exusta, præterquam ubi acerba cogi solet, ut in *Helvetiis*, & aliis frigidis tractibus, in quibus eo anno perfectissima vini coctura fuit. Ex sacro lavacro suscepit me in æde *Hilariana* vir nobilis *Gerartus Landa*, qui me, non de nomine suo, quod aversabatur, sed *Josephum Justum* nominavit. Prius nomen, ut vulgo usitatius, mihi hæsit: altero raro, nisi à patre etiam jam grandior, appellatus sum. Annos natus undecim, cum *Leonardo* & *Jano Constantio* fratribus *Burdegalam* à patre missus, triennium primis elementis Latinitatis operam dedi. Inde pestilentia exactus ad patrem me recepi. Qui, quamdiu apud eum fui, (& quidem, quamdiu vixit, fui) à me quotidie declamatiunculam exigebat, facto mei arbitrii argumento, quod ex aliqua historia peterem. Hæc exercitatio & usus stili quotidiani *Latine* me scribere assuefecit. Quia vero versus patris excipiebam, ex hac necessitate aliquem saporem poëtices imbibi. Itaque & versu & prosa oratione nescio an aliis, certe patri pro captu ætatis satisfaciebam. ut ali-

A quando me seductum rogaret, unde sententias illas & colores depromerem. ego id, quod erat, mea illa, & de meo esse, respondebam. Sed admirationem apud amicos dissimulare non potuit Tragœdiæ *Oedipi* primæ fœturæ ingenii mei. In quam, quantum ætas illa patiebatur (minor enim annorum XVII. eram) omnia poëtices ornamenta & verborum delectum impenderam. Et sane, si bene memini, ejusmodi erat ille arbortivus partus, 51
ut ejus me senem pœnitere non debeat. Anno ætatis meæ decimonono *Lutetiam* post obitum patris petii literarum *Græcarum* amore, quas qui nescirent, omnia nescire putabam. Postquam men-
B ses duos operam *Adriano Turnebo* dedissem, quia destitutus aliis præsidiis operam omnem in ejus doctissimo auditorio ludebam, in musæum me abdidi, & in illo pistrino inclusus, quod ex aliis non potueram, me magistro discere experiebar. Igitur vix delibatis conjugationibus Græcis, *Homerum* cum interpretatione arreptum uno & viginti diebus totum didici: poëticæ vero dialecti vestigiis insistens Grammaticam mihi ipse formavi: neque ullam aliam didici, quam quæ mihi ex analogia verborum *Homericorum* observata fuit. Reliquos vero poëtas *Græcos* omnes intra quatuor men-
C ses devoravi. Neque ullum oratorem, aut historicum prius attigi, quam poëtas omnes tenerem. Biennium continuum *Græcis* literis impenderam, cum ad *Hebræas* me impetus animi rapit. Et quamvis ne unam quidem literulam in ea lingua nossem: tamen ad eam discendam nullo alio magistro quam me ipso usus sum. Intra illud triennium & deinceps, multa versu in utroque sermone lusimus: multa de *Latinis Græca* fecimus. in quibus studuimus, ut non solum *Græca* essent, sed etiam ne aliena viderentur. Multi enim hodie cum laude *Græcos* versus scribunt, sed pauci cum ea felicitate, quam in *Græcis* exigas. Poteramus & edere
D nostra, appositis ætatis annis, ut fecit *Politianus* in suis *Græcis* poëmatiis. quæ, præter pauca, digna erant, quæ in adolescente potius amaremus, quam quæ à seniore *Politiano* venditarentur. Sed nostra edere, odium ambitionis, à qua semper a- 52
lieni fuimus, prohibuit: quamvis ea edere & nunc quidem sine fraude nostra liceret. Scripsi enim illa non tanquam publicaturus, sed tanquam amabili insaniæ, quæ nos ludebat, indulgens. Testor vero meam culpam non esse, si invito me, aut injusso, quidam versus claustra refregerunt. Multa in auctores utriusque linguæ observavimus, ex quibus immanes partus nasci possent Variarum,
E Antiquarum Lectionum, Miscellaneorum, & aliorum ejusmodi, quibus hodie Philologorum ambitio lascivire solet. Non quod ejuscemodi scriptionis genus inutile putem, aut in ullo scriptore hæc reprehendam: non enim ita insanimus: sed quia talia ab aliis edi, quam à nobis, malumus. Ut tamen nobis vigiliarum nostrarum fructus constaret, interpretandos & emaculandos auctores integros suscepimus. Hoc enim sine ulla ambitionis suspicione nos recte facere posse judicavimus. In quibus auctoribus si eruditis lectoribus non satisfecimus, id quod nos non fugit: excusaverit totum genus vitæ meæ desultorium, & otii, quo maxime
F studia aluntur, penuria. Nam ab anno CIↃ IↃ LXIII, ex quo in contubernio generosi *Ludovici Castanei Rupipozæi* esse cœpi, ad hanc usque diem, nullum tempus mihi aut à peregrinationibus, aut ab animi perturbationibus vacuum fuisse memini: ut malevoli intelligant, otium, quod ipsis ad maledicendum superfuit, nobis semper ad discendum defuisse. Immane enim quot & quantos hostes peperit mihi non injuria privata ulla (nihil enim mihi conscivi, quo alicujus boni animum offenderem) sed propensa literas juvandi voluntas: cujus male rela-

relatam mihi gratiam dolerem, nisi viderem hoc
53 genus hominum morbo quodam animi potius, quam judicio ad hoc agi. Quotidie aliquis mihi succrescit aut furiosus, aut flagitiosus, aut indoctus, qui mihi oblatret. Neque enim ullus profecto hactenus oblatravit, qui non una ex illis tribus virtutibus, aut etiam tribus simul, exornatus fuerit. Quod me multum consolatur. Contrarias enim istis moribus virtutes oportet esse, quas ipsi in me insectantur. Præter sciolos, aretalogos, & sophistas, exortus est, nescio quis, ut audio, furiosus [1] *Florentinus*, quem quidam alastores populares sui in obtrectationem mei incitarunt, & ultro adjuvarunt. Quippe iis instructum, quibus genus meum & existimationem lædi posse putarunt, ad diffamatorii libri scriptionem subornarunt, & misero illo furoris & invidiæ suæ ministro usi sunt. In quibus unus illi testimonium Agyrtæ illius *Villanii* de fabro scalario auctore generis nostri suppeditavit: neque eo contentus, *Sansovino* ut idem scriberet persuasit. O homines astutos! Plumbeis pugionibus nos jugulant, cum de nobis nihil adferunt, quod non illorum capiti vertat. Ego illum horribilem & sacrum librum non vidi, præter Titulum: quo putat apud populares suos vendibilem mercem suam extrudere, cum me obtrectatorem nominis *Italici* vocat. Hic igitur titulus homines *Italos*, si qui inter illos otiosi sunt, ad totum librum legendum invitabit, qui alioqui limis oculis & titulum ipsum præteriissent. Ostendant mihi cui obtrectatus sim. Si mihi necessitas imposita esset alicui obtrectandi, & ita insanirem: cur potius *Italis*, quam *Germanis*, aut *Gallis* meis? οὐ γὰρ πώποτ᾽ ἐμαὶς βοῦς ἤλασαν, οὐδέ ποτ᾽ ἵππους. Quis effusior unquam in laudes ejus gentis, quam ego?
54 Jurare possim liquido me plures & meliores viros amicos in *Italia* habere, quam ullum obtrectatorem meum *Italum*. Quod si furore actus aut per lasciviam toti genti odium aut bellum indicerem, tamen propter eos, quos multos in ea gente & colo & observo, à furioso instituto desisterem. Si vero sunt, qui me eo amentiæ progressum putent; tantum abest, ut eos in *Italorum* numero habeam, ut ne in hominum quidem censeam. Qui librum illum dignum auctoribus suis, me autem indignum legerunt, ajunt tenebrionem illum putare me auctorem nescio cujus [2] libri, qui ejus inscitiam & amentiam, qua omnes bonos insectatus est, exagitarit: ac propterea, dum auctorem vulneris sui persequitur, obvium cornibus incursare, more sauciarum ferarum, quæ in eos, quos objecit casus, sæviunt. Esto: ego sim auctor ejus libri: & ita otium mihi sit ab re mea, ut curem, quid delirent Corybantes in urbe *Florentina*: Quam latebram quæret inscitiæ, & prodigiosis erroribus suis? siquidem verum retulerunt amici mei, qui illius priorem librum legerunt. Ideone ego ero nescio quid, quia ipse id, quod est, esse non vult? Absolvant eum ignorantia & temeritate, qui ejus monitores fuerunt: & viros putabo. Si quis me illo libro contumeliso moveri putat, & me illius *Florentini* rationem habere, qui misericordia potius mea, quam ira, dignus est: næ ille longe fallitur. Perinde est mihi ab illo vituperari ac laudari. Laudes enim & injurias nebulonum in promiscuo habendum. Neque ex his gaudium, neque ex illis dolor ad nos pertinet. Sed illius mentionem feci, quod quidam male feriati stipem suam in illum ærusscatorem contulerunt: &, qui neque

1 *Robertus Titius* scilicet, in quem calamum strinxit *Scaliger* sub nomine *Yvonis* (forte *Joannis*, ut in Nota sequenti) *Villiomari*. Lege *Galliam* nostram *Orientalem* in *Scaligeri* Vita. Aliud scriptum reposuit *Titius*, quod censura notatum a *Casaubono*, apud *D. Marquardum Gudium* vidimus.

2 Editi sub nomine *Joannis Villiomari* adversus Locos Controversos *Rob. Titii*.

A facto neque dicto ullo à me antea provocati sunt, ii ope & consilio suo ejus incivilem audaciam & 55 conatum juvarunt. Quamvis convicia hominem probum & constantem non labefactant, tamen concutiunt, & somnos rumpunt, ut culex stridens, aut mus leonem expergefaciens. Excuso injurias non accuratas, quas subitus iræ calor exprimit. & quæ mentiendi non habent tempus. Sed qui meditatum furorem adferunt, ut fecerunt isti scalarii fabri, ii quamvis non movent nos latratibus suis, tamen aliquando solicitudinem objiciunt. Inultos enim pati, inertia censetur: respondere, B insolentia. Et præterea nescio quomodo magis descendit in animos hominum & magis circumfertur maledicæ vernilitatis, quam bonæ frugis liber. Vituperatio ac odium bonorum ægrotantis sæculi argumenta sunt. Hoc nos in *Gallia* superioribus annis experti sumus nimis. Hæc licentia ab insectatione virtutis primum, & literarum & doctorum hominum incipiens, ad regum usque injurias & cædem denique pervagata est. Ego vero omnibus casibus expositus sum. Jam malevolis par componor, & contra ipsos ab ipsis quotidie induror. Imperata est nobis à sapientia moderatio. Hoc tributum nobis impigris & alacri- C bus pendendum est. Malo modestiam meam omnes quam justam iram pauci sentiant. Ecquis leget illa, nisi qui auctoris moribus sit? Quis delectabitur, nisi is ipse, qui *Venetiis* ad eum scribens, fabulam de scalario fabro illi dictavit? qui, cum esurire incipiet, locabit operam Inquisitioni, ut bonis periculum creet, & delaturis victum quærat. quod quidem multos iis moribus eoque ingenio præditos facere vidi: quemadmodum solent scorta exoleta, quæ anus factæ lenocinium facere instituunt. Moverer vero, si viri moribus, & doctrina excellentes hoc facerent. Nunc vero à 56 talibus vituperari, hoc vero laudari est. Evitari D non potest, quin virtutem, tamquam umbra, non solum, quod inquit ille, gloria, sed etiam invidia sequatur. Ecce, quocunque me confero, invenio rupices, & Marrucinos, quibus virtus mea statim obolet, ut suibus amaracinum. Quocunque eo, mitto mei signa. Quisquis perditus est, insanus, virtutis & bonarum literarum hostis, vestigiis me meis colligit, & capitali odio persequitur. Et profecto Deo optimo Maximo gratias ago, quod virtus quidem mea inimicos mihi peperit, sed eadem longe plures amicos quæsivit. Tot enim egregii genere, moribus, literis, omnium ordinum E viri nos amant, ut horum generis humani retrimentorum ratio nobis habenda non sit. Conveniant omnes furiosi, sophistæ, aretalogi, & operas mutuas sibi tradant. Ne minimam quidem partem eorum præstiterint, quæ præstitimus ipsi: & sudabunt plus satis. Quid mihi objicere possunt præter virtutem, quam non habent? Nobilibus natales suos jactantibus habemus quam objiciamus vetustatem generis mille & ducentorum annorum, eamque nullis fabulis affectatam, sed auctoritatibus antiquorum monumentorum assertam. Literatis si in aliquibus probavi me aliquid scire, culpa vaco, si in aliis idem non præstiti. Et quis hoc sibi promittere potest? De moribus etiam ini- F micos meos judices fero. Nullius mihi conscius sum, cujus me apud homines pudere debeat, neque quod aut existimationem sinistram posteritati, aut corpus effœtum tradat senectuti: cum continentia anteactæ vitæ adhanc usque ætatem eam artuum & membrorum firmitudinem mihi asseruerit, qua nec meliorem juniores optare possunt. 57 Regibus, Principibus & proceribus noti sumus. Clarissimi & illustrissimi sumus. Literarum amantissimi sumus. Ab omni ambitione & invidia remoti sumus. Mendacium tam à natura quam à patris

patris instituto capitaliter odimus. Rumpatur invidia. Non possumus esse dissimiles nostri. Omnes inimici nostri virtutem non vitium in nobis hactenus insectati sunt. Ecquænam felicitas huic par esse potest? Sed ut scias me non uniusmodi hostes habere: quem tot nationes norunt, is ego solis *Aginnatibus* popularibus meis ignotus sum. & quidem commendatitiis mihi opus esset, si ad illos cogitarem. Jam trigintaquinque annos fortunis meis me evertunt. Nuper etiam vicino meo acceptum refero, quod maternum prædium meum, qui erat unicus patri meo ad philosophandum secessus, misere vastatum & divexatum est. In ipsas quoque arbores sævitum: ne proverbii fidem elevarem: Aliquid mali semper esse propter vicinum. De cujus barbarie & incivilitate alias fortasse erit expostulandi locus. Hoc precium innocentiæ meæ tuli: dirutos penates, bona di-

A repta, & quicquid victoria in hostes patriæ permittit. Ac ne privatim de ullo queri possim, hostes publice inveni, qui nihil non fecerunt, ut docerent me ad sese non pertinere. Fateor sane: atque adeo ad *Batavos*, in quos translatus sum, gentem justissimam & humanissimam, me potius, quam ad *Nitiobriges*, pertinere dico. Septimus enim sum ab illustrissima *Batavorum* Comite *Margareta*, cum ne avus quidem maternus *Nitiobrix* fuerit. Ita antiquus sum *Batavus*, & nuperus *Nitiobrix*. Cui
B gloriationi meæ cumulus accessit tua & præstantissimi filii tui amicitia, mi *Douza*, in quam receptus sum, & quæ tanti apud me est, ut ea omnium 58
patriarum desiderium ex animo meo obliterare possit. Sed quid ago? quo progredior? quæ erit finis? Hic quidem liber est, non epistola. Quare vale. *Lugduni Batavorum* XIIII. Kal. Junias. cIɔ Iɔ XCIIII.

F I N I S.

INDEX NOMINUM ET RERUM NOTABILIORUM.

A.

B.

S.Bo-

Noga-

Scala

FINIS.







ANTIQ
ITALIA

TOM·I
P. I